Text

der

Olmützer Cuda.

Redigirt von **Joseph Chytil**, m. st. Archivar.

Liber primus ab annis domini M° CCC° XLVIII° domini Johannis de Crauar Camerarij.[1]

1348. (F. I. r. a.) 1. Anno domini Millesimo CCC. XLVIII. In concilio Olomucii in Crastino Beati Jakobi[2]) Tabule terre Origenem habuerunt. Secundum disposicionem et ordinacionem Invicti Principis et domini domini Regis Romanorum et Bohemie,[3]) Que Tabule predicte terre siue acta in potestatem honorabilis viri domini Witkonis Arcidiaconi Olomucensis per consensum dominorum et Baronum Morauie sunt assignate, Presentibus Nobilibus dominis, domino Stephano de Sternberk et domino Johanne de Crawarz et domino Herardo de Cvnstat summis Camerarijs Olomucij et Brvnne et alijs quam plurimis fide dignis.

2. Dominus Matussius de Sternberch concessit X. Marcas Jesconi dicto Koza vni (sic) de Tzessicz super II. laneis. Actum est in Crastino Sancti Jacobi[4]) anno domini Millesimo CCCXLVIII.

3. Withen de Jarohnyewicz ibidem in Jarohnyewicz Curiam siue araturam cum singulis pratis siluis et cum omni dominio et in Sborowicz hereditarie II. laneos dedit Skochoni cum fratribus de Trubka et hoc in tabulis.

4. (Ego Czenco de Drahotus dedi et Comutaui bona in Morkowicz in Districtu Brvnnensi cum Chotnone et Wrsone et Stonarzone et domino Buscone fratribus de Crasna pro villis Wysshowa et noua Wyssowa cum omnibus pertinencijs siluis pratis et cum silua circa Beczwicz et cum omnibus pertinencijs et cum iurepatronatus et cetera et postea comparaui et emi dictam villam Morkowicz ab eisdem[5]).

5. (Dominus Czenco de Drahotus notificat quod Helfenstayn Castrum sit hereditas sua).

6. (Ibidem dominus Johannes de Crawar notificat quod Drahotus Castrum sit Nepotum suorum filiorum domini Bohussij de Drahotus). 1348.

7. Domina Zophka de Namyescz michi Vlrico et Wilhelmo dat et resignat nobis dotalicium suum in Wissowicz cum omni Jure et dominio sicut ipsa tenuit et possedit.

8. (Ego Dyetoch de Sokolom cum fratre meo Sborkone (f. I. r. b.) conuenimus et coniuncti sumus et coniungimur cum omnibus bonis que habemus).

9. Ego Benessius de Skorowicz vnimur cum meis sororiis Johanne et Benesio et Wokkone cum omnibus bonis que habent ibidem.

10. Ego Lowek de Vgesd Emi et comparaui apud dominum Onsonem ibidem IV^{or} laneos hereditarie quos iam multis temporibus tenui.

11. Ego Anka de Brancowicz devolucionem regalem Emi ibidem in Brancowicz michi et heredibus meis preter filium meum Bohunconem.

12. Filij domine Ance de Brancowicz Notificant quod matri sue predicte relicte Wilhelmi assignant ibidem in Brancowicz II. Centum (sic.) Marcarum in dotalicio.

13. Domina Lutardis de Racowe Teutunicali cum filio suo Bernhardo qui minor est Annis pro quo ipsa mater promittit vendidit et resignauit ibidem sextum dimidium laneum cum omnibus pertinencijs Andree de Krakowczie.

14. (Raczslaus de Mienyn et Andreas de Krakowczie vniunt se cum omnibus bonis que habere dignoscuntur).

15. Lampertus de Raycz dedit vxori sue domine Ance villam dictam Vancus hereditarie et in Hartmanycz mediam villam cum omnibus pertinencijs et dominio et omni vtilitate et in Dobrochow quintum dimidium laneum et araturam.

[1]) *Diess ist der kürzere am vorderen Zwischenblatte rechts oben von einer anderen späteren Hand geschriebene Titel des ersten, vom J. 1348 — 1372 reichenden und eigentlich 2. Bücher — nämlich des Johann und Beneš von Krawař — umfassenden Olmützer Landtafelquaternes, der von jenem auf dem mit dem Familienwappen der Krawaře (eines mächtigen Zweiges der Benešowice) gezierten Pergament-Umschlage angebrachten sich darin unterscheidet, dass dort die wichtigeren Besitzungen des Johann von Krawař angeführt erscheinen, während dieselben hier fehlen. — Der auf dem Umschlage oberhalb des Wappens ebenfalls von einer späteren Hand geschriebene Titel lautet: „Liber domini Johannis de Crawar domini de Tyczin et Helffenstein Crumnaw et Roznaw Camerarij Supremi Czude Olomucensis“ und etwas tiefer darunter „Liber primus.“*

[2]) *d. i. den 26. Juli, welcher damal an einem Samstage fiel.*

[3]) *Kaiser Karl IV., als böhmischer König dieses Namens der I.*

[4]) *d. i. den 26. Juli.*

[5]) *Diese Einlage erscheint nach der ursprünglich üblichen Art als gelöscht. Sie ist nämlich ohne aller beigefügter Anmerkung bloss einigemal durchstrichen. Solche ganze oder theilweise Löschungen werden in der vorliegenden Ausgabe durch Einschliessung in eine Klammer ( ) bezeichnet.*

1348. 16. Woczko de Lesnycz dedit et resignauit hereditarie Bohusio in paruo Syenicz araturam et quatuor Marcas in Reditibus cum omni vtilitate et dominio et Jure.

17. Domina Richczie de Bvnow resignauit dotalicium suum ibidem in Bvnow domino Myliczoni et Raczkoni fratribus filijs suis qui sunt indiuisi cum omni vtilitate.

18. Lampertus de Raycz et Swoyso ibidem vniunt se cum omnibus bonis que habere diguoscuntur.

19. Agnes de Woytyechow dedit et resignauit Przibkoni marito suo mediam villam predictam cum Molendino et cum pratis et cum omni dominio sicut ipsa tenuit (f. I. v. a.) et in Jaworowicz vnum laneum in tercia dimidia marca in obligacione in Hradnycz mediam villam in Tredecim Marcis obligatam.

20. Dominus Herhardus de Cvnstat Notat et assignat vxori sue domine Clare in Trubkach CCC Marcas in dotalicio *cum omnibus pertinencijs et cum villa Czlunek.*

21. Dominus Woczko de Lesnycz resignat et assignat vxori sue Ance in Luczan quadringentas Marcas in dotalicio quod si ipsum decedere contingeret filij sui datis illis pecunijs dotalicium ad ipsos redibit.

22. Dominus Mykul de Paulowicz ibidem assignat vxori sue Anne LXXX Marcas et racione dotalicij.

23. Dominus Johannes de Boskowicz assignat vxori sue domine Anne in Czebranycz cum municione et omnibus pertinencijs Censum in eadem LXV Marcas in Sexingentis et L Marcis racione dotalicij.

24. Dominus Laurencius de Koliczyn resignat Vlrico genero [1]) suo in Lucow et in Chwalkowicz omnia que ibidem habere videtur et in Hlynska et in Krasna et in Vmynye et alias vbicumque habet.

25. Mykulas de Pulicz assignat vxori sue Wrahnye ibidem in Pulicz araturam et tres Marcas in Reditibus in dotalicio et ad manus Luderzonis (et) Bohuslay de Olsan.

26. (Domina Sbynca de Swabenycz notificat quod in bonis Wranowicz CXX Marcas et in Wasan XXXVI. Marcas et hoc habet in suo dotalicio).

27. (Alsiko de Welik notificat quod Velika sit eius hereditas patrimonialis).

28. Dominus Vlricus de Namyescz notificat quod in Zsyesow vendidit domino Woczkoni de Lesnycz hereditarie IIII^{or} laneos et tabernam.

29. Domina Wietyslawa Relicta Otbankonis assignat de suo dotalicio in Dolan filie domine Ance LXXV Marcas hereditarie.

30. Anno domini Millesimo CCC^{o} XLVIII° primo Sabbato post festum sancti Jacobi apostoli. [2])

He tabule facte sunt in colloquio coram dominis Johanne Camerario et Herschone sudario, Witkone Archidiacono Olomucensi notario terre Morauie presentibus Nobilibus viris dominis Erhardo (f. I. v. b.) de Cvnstat Ste- 1348.
phano de Sternberk.

31. Benessius de Stralek resignat Ance vxori [3]) Onsch de Vgesd ad manus domini Stephani in Schonwald quidquid habuit Petrus in Myrotyn medium in Lubina medium quidquid Petrus medietatem omnium ad hoc eciam Onscho de suis bonis resignat in Piscow in Wrbreuci et In Plinkut quidquid habet in sua parte.

32. (Raczco cum Jescone fratre suo et cum alijs fratribus suis filijs Scochonis de Sborowicz vniunt se cum omnibus bonis que habent vbicumque).

33. Onscho de Swebenycz Emit Curiam siluas prata et VII subsides in Dyetkowicz circa Borissn circa Donatum quidquid habuit ibi.

34. Donat cum Wiczomylo fratre suo vniunt se cum omnibus bonis.

35. Sabina de Luczka quidquid Emit circa Nycolaum filium suum in Ruda domino Stephano Canonico et filie sue vxori Nechacij resignauit.

36. Item eadem Sabina de Luczka vniuit se cum VI filijs Onschone, Ade, Johanne, Stephano, Nycolao, Dyetochio et alijs filijs cum omnibus bonis vbicumque habet.

37. Benessius de Opatowicz resignauit et vendidit domino Boczkoni de Lesnycz in Luczan et Vnka eidem Boczkoni XXIII Marcas in censu et duas araturas, illa emit circa Vnkam et obligacionem quam Benessius racione dotis habuit ex solo iure hereditario.

38. Victor de Syrotyn minus altera media marca L. marcas obligauit tantum de bonis in quantum fuerunt pro eo obligati, et quantum de dampnis perceperunt, propter hoc Onschonem de Luczka Dyethochio de Sukolom et Nechacio de Trubka quod possunt vendere et se liberare et omnino in Syrotyn quod possunt vendere et obligare sicut eis placet si autem poterit eos Victor liberare tunc dicta obligacio erit libera.

39. Gilge de Bogenowicz omnia que habuit filio suo Gilge resignauit in Bogenouicz in Wfrinowie et in Weska villis et in Bogenowicz vnum laneum sibi reseruauit in quo sedet famulus.

40. Stonar (de) Krasna fratri suo Wrschoni quidquid habuit in Krasna uel vbicumque resignauit omnia bona Jure hereditario.

41. Yessutbor cum fratre suo Martino et filio ipsius Diuissio (f. II. r. a.) cum bonis que habent in Drahanowicz et in Paczlawicz simul vniuerunt vera vnione.

42. Hersso de Lelecowicz Emit Curiam et duos laneos in parua Senyczka apud Coldam et resignauit sibi iure hereditario omni eo iure sicut ipse tenuit.

43. (Domina Hedwicka vnita est cum Diuissio cum villa dicta Strzizow et superiori villa Lhota).

44. (Nota quod domina Sbinka cum fratribus Benessio Dobessio de Schisma vniti sunt cum bonis dictis in Swabenycz cum villa Schisma et Hradczan et in Wranouicz cum XII Marcis in Censu ibidem in

[1]) *Dieses Wort stehet oberhalb des ursprünglich im Texte gestandenen und nun durchstrichenen „cognato.“*

[2]) *d. i. den 26. Juli.*

[3]) *Zwischen diesem und dem folgenden Worte stand ursprünglich „sue,“ was aber durchstrichen ist.*

1348. Wranowicz et in Wasan XXXVI Marcas in obligacione et vbicumque habent).

45. Nota quod dominus Onso de Vgesd resignauit domino Pesconi de Piczin Municionem et Curiam cum duabus araturis cum suis heredibus Pomeria Prata cum aquis cum Jure patronatus Ecclesie Molendina quatuor Ortos duas medias tabernas, Item XX laneos cum tribus quartalibus. Item suam partem silue in Zeretyn quam obtinuit et suum plenum dominium cum omnibus Juribus et libertatibus.

1349. (F. II. r. b.) 46. Anno domini Millesimo CCCXLIX° in colloquio Olommucensi proximo Sabbato post festum Purificacionis [1]) Coram domino Stephano de Sternberg presentibus domino Johanne de Crawarz Camerario Olomucensi et domino Herardo de Cunstat Camerario Brvnnensi, domino Hersone de Lelekowicz, Zuda Olomucensi et alijs pluribus fidedignis et domino Vitkone Arcidiacono Olomucensi et Prothonotario terre Teoderico dicto Spram et ceteris alijs. [2])

47. Buzco de Nedachlebicz Notificat quod emit in Brziesolupiech omnia que Pesco de Dyesow ibidem habuit cum omni dominio et iure et vtilitate.

48. Jesco et Teodricus fratres de Comoraw vniunt se cum omnibus que habent ibidem in Comoraw et in Heroltycz.

49. Troyanus de Tyrpenowicz resignauit laneum in Studendol Jacobo cum fratribus de Studendol.

50. Margaretha de Pornicz resignat Eybano de Pornycz omnia que ibidem habet de sua porcione que bona ibidem Eybanus emit aput eam pro XXIII^bus et media Marca.

51. (Wienussie conthoralis Nicolay dicti Krabiczie Notificat quod habet in Wrahowicz in dotalicio Centum marcas a marito suo sibi assignatas et hoc idem Krabiczie fecit cum voluntate et consensu filiorum siue heredum seniorum quod potest probare predicta domina cum ydoneis hominibus Si opus fuerit qui nupcijs interfuerunt).

52. Fridricus de Stychowicz aput Lowkonem et Bohusium et Smylonem Curiam siue araturam et III. laneos Soluentes, Subsides tres cum omni iure et dominio cum fluminibus pratis rubetis Tabernam maiorem vnde idem Fridricus diuisit dicta bona cum Vitkone Herbordo et Johanne et cum matre ipsorum, Fridrico de eisdem bonis cessit, duo lanei taberna cum quartali et tribus subsidibus et tercia pars rubeti et aliud residuum predictis fratribus Vitkoni Herbordo Johanni cum matre ipsorum prenominata superius.

(F. II. v. a.) 53. Dominus Stephanus de Sternberc Notificat quod Koliczyn sit hereditas et suorum heredum et sua.

54. Dietmarus de Postrzielimow dat vxori sue Offce villam Postupki cum omnibus pertinencijs in C. marcis racione dotalicij.

55. Nedwiedko de Vodierad dat vxori sue Domcze 1349. Curiam in Prusiech et quinque laneos absque quartali Molendinum et cum Pratis rubetis et alijs pertinencijs hereditarie cum omni iure et dominio ac vtilitate.

56. Dominus Johannes Episcopus Olomucensis emit aput dominam Sbincam in Swabenycz duas araturas et ibidem in Swabenycz et in Wsieborzicz Sex Marcas in Redditibus cum rubetis pratis et omni vtilitate et cum taberna in Cowalowicz et vno laneo datque ista bona Monasterio Pustimirz hereditarie.

57. Item idem dominus Johannes Episcopus Olomucensis emit in Swabenycz duodecimam dimidiam Marcam Reddituum aput Bohusium de Starziczie cum omni iure et dominio, istudque eciam assignat et dat predicto Monasterio Pustimirz hereditarie.

58. (Jesco Czyhowka et Bares fratres vniunt se cum omnibus que habent in Czichowicz et vbicumque).

59. Dominus Johannes Episcopus emit in Odraltycz aput illum qui dicitur Fayer Curiam cum omnibus que ibidem habuit et eciam emit aput Henricum et matrem suam Curiam cum rubetis pratis et omni vtilitate et dat hereditarie Monasterio in Pustimirz.

60. Domina Anca dat filio suo Coynate et fratri suo Jarosio viginti marcas in duobus laneis in Viecemilicz cum omnibus que sunt ad hec pertinencia ibidem.

61. Dominus Czenco de Lipa vendit domino Smyloni de Letowicz et heredibus suis villam Dubnam cum omnibus pertinencijs hereditarie.

(F. II. v. b.) 62. (Domina Rathmanni vendidit domino Smyloni et heredibus suis de Letouicz mediam villam Jarohnyewicz cum omnibus pertinencijs et de hac constat et patet domino Johanni de Crawarz Camerario Olomucensi).

63. Also dictus Cuzel defendit dicens quod Jarohnyewiczie sit sua hereditas sed recognoscit quod sit obligacio domine Rathmanni in Centum viginti quinque Marcis.

64. Nos Johannes Camerarius dedimus eis terminum ad colloquium proximum et quidquid nobis constabit hoc recognoscemus et pro eo distulimus quia ibidem ambo non fuerunt.

65. (Dominus Smylo de Letowicz emit Mocronossie cum omnibus pertinencijs sibi et suis heredibus hereditarie).

66. Andreas et Valentinus vniunt se cum omnibus que habent in Necycz et vbicumque.

67. Bernhardus et Czenco fratres dicti de Czeh vniunt se cum sua porcione quam habent ibidem et alias vbicumque.

68. Czenco de Czech assignat et dat vxori sue Wratczie in dotalicio ibidem in Czech Quadringentas Marcas.

69. Radczlaus emit aput Budislaum in Czelczicz terciam partem Curie hereditarie sibi et suis heredibus.

70. Benesius cum fratribus de Stralek emit aput Jutkam et suos heredes mediam villam dictam Ko-

[1]) *d. i. den 7. Februar.*

[2]) *Diese und die nachfolgenden Einlagen bis Fol. V. r. b. inclus. sind von einer anderen Hand geschrieben, obgleich hier so wie bei den Einlagen des J. 1348 derselbe Witek (Veit) als Oberstlandschreiber fungirte.*

1349. zarzyna Lhota et mediam villam dictam Myeseczna Lhota hereditarie cum omnibus pertinencijs.

71. Dyrslaus de Cisteholemene dotat domine Adlehete in vno laneo in Bistricz quinque fertones et in Sonwalt Sex Marcas et vnum fertonem racione dotalicij ad manus domini Sezeme.

72. Marquardus de Morcowicz dat Monasterio in Radyz omnia que habet in villa dicta Voynyczie hereditarie et cum omni Jure sicut ipse tenuit et possedit.

73. Przibek et vxor sua Agnes vendiderunt (f. III. r. a.) Velconi et vxori sue tres laneos in Woytiechow cum omnibus pertinencijs hereditarie.

74. Teodricus dictus Spram hoc defendit dicens quod sit sua hereditas et quod eam obligauit sorori sue Agneti in dotalicio.

75. Mikes de Przieka z dat nepotibus suis filijs Thobie de Netkowicz et filijs Pesconis de Milonycz omnia que habet in Stusicz et in Milonycz et in Malcowicz hereditarie et cum omni Jure et dominio.

76. Wilk de Branek Notificat, quod habet in Dobromilicz racione donacionis LX Marcas in tercio dimidio laneo et in Molendino et vno subside et istud est dotalicium vxoris sue dicte Elizabet.

77. Domina Sabyna resignauit domino Alberto filio suo de Towaczow trecentas Marcas et hoc in Corzyczan oppido et in Czirnycowicz duas araturas et quidquid ad hoc pertinet in obligacione sicut ipsa tenuit cum omni vtilitate Siluis Pratis Pascuis et singulis suis pertinencijs.

78. Herso de Nelecowicz (sic) resignauit ecclesie Olomucensi in paruo Syennycz in Luczka et in Czakow quidquid habuit et tenuit Mathias et vxor eius cum curia et suis pertinencijs et promisit libertare a dotalicio vxoris et impedimento quolibet secundum Jus terre et dominus Vitko Arcidiaconus Nomine ecclesie Olomucensis ad manus suscepit dictam resignacionem.

79. Jesco de Connycz in Polom integram villam et in Vesele mediam villam, vendidit, ista hereditas fuit puerorum domini Milicij de Namyescz sed obligacio est dotalicij domine quam ipse dominus Jesco exsoluit in Sexaginta Marcis cum suis pertinencijs et hoc dedit Monasterio Janua uite tali condicione quod Si pueri aut heredes domini Milicij aut Jesco, vel frater suus Adam voluerint exsoluere tunc receptis sexaginta Marcis debent fratres et Monasterium cedere de eisdem bonis, Tuicio eorundem bonorum semper debet esse in potestate et in manu domini Johannis predicti et fratris sui Ade fratrum do Connycz, Steuram Regalem debent soluere heredes (f. III. r. b.) predicti domini Milicij et non claustrum.

80. (Zawisius de Bogenowicz dat et resignat septem quartalia in Chrenowicz circa Cogetyn ecclesie Olomucensi et dominus Ortwinus decanus Cremsyerensis suscepit nomine ecclesie Olomucensis iure hereditario).

81. Woytiechus et Martinus fratres de Trubca vniunt se omnibus ibidem in Trubca et in Czessan et in Sdislauicz et vbicumque habent vera vnione et vxor Voytiechonis habet ducentas Marcas et quinquaginta dotalicij in eisdem bonis. 1349

82. (Dominus Jesco de Boscowicz vendidit Mechoni et heredibus suis in Kirmsyn araturam et sex Marcas Reddituum minus duodecim grossis et medium iuspatronatus ecclesie cum Pratis Rubetis et omni vtilitate sicut ipse tenuit et possedit.)

83. Teodricus de Richnaw dat domino Thobie et heredibus suis de Camenycz in villa dicta Medli quod habuit Racione dotalicij Centum et viginti Marcas hereditarie.

84. Dominus Vocco de Holenstayn emit aput Smylonem de Ratays mediam piscinam in Holsyn.

85. Domina Herca de Vieczemirzicz dat Sbincze et suis heredibus ibidem in Vieczemirzicz alterum dimidium laneum hereditarie.

86. Domina Anca de Melicz dat Marito suo Alsiconi in Dobromilicz Curiam et medium laneum cum segetibus vtriusque et cum omnibus que ibidem habet in viginti duabus Marcis et istud non debet liberari nisi post mortem dicte domine Ancze.

87. Lamperdus de Raycz Notificat quod medium Otaslawicz quod habuit Andreas sit sua hereditas et vxoris sue cum omnibus pertinencijs et istud constat domino Vitkoni Arcidiacono Olomucensi Johanni de Connycz et fratri suo Adam.

88. Dominus Johannes de Connycz et Sobiehirdo de Holesow defendunt dicentes quod hoc sit hereditas Andree et sit deuoluta ad filiam suam hereditarie.

89. Ones de Vgesd resignauit Benesio medium fundum Municionis in Czistem Slemeny et vendidit sed hoc hereditarie.

(F. III. v. a.) **90.** Stepanek de Chudobin emit aput Nicolaum ibidem Curiam cum Pratis et Rubetis et alijs pertinencijs.

91. Dominus Johannes de Connycz Notificat quod habet super dictam Curiam in Chudobyn minus fertone X. Marcas.

92. Jesco et dominus Sdynco sacerdos vniunt se cum omnibus que habent in Kobluczkach et alias vbicumque.

93. Jarohnyew de Buchlowicz Notificat quod ibidem in Buchlowicz et in Topolan totum quod habuit patruus suus Jesco quod habet sit sua hereditas et fratrum suorum.

94. Dominus Johannes de Bozow Notificat quod emit aput Sbincam et aput filiam suam Jutkam pro Quinquaginta quinque Marcis duos laneos in Podol et decimam [1]) partem de Montanis pertinentibus ad Buzow et in Cozow medium laneum et in Vbiczstow medium laneum et in Dubrawicz vnum quartale.

95. Dominus Sobiehirdus de Holesow Notificat quod habet in Bonis Wiknani in Malenowicz C et LX et sextam dimidiam Marcam preter hoc quod iam in colloquio obtinuit.

96. Wiknanus de Malenowicz dat Sdenconi de Domazelicz ibidem in Malenowicz et vxori sue Racione dotalicij sexaginta Marcas.

[1]) *Zwischen diesem und dem folgenden Worte steht im Orig. Texte „porcionem," welches aber zum Zeichen, dass es irrig statt des folgenden „partem" geschrieben wurde, unterpunktirt ist.*

1349. 97. (Dominus Johannes de Crawarz Camerarius Olomucensis Notificat quod Castrum Helfstayn pater suus dominus Vocco tenuit cum omni iure hereditarie et possedit omnibus annis secundum quod de iure debuit et illud est deuolutum hereditarie ad ipsum et pueros siue liberos suos et si dominus Czenco de Drahotus habet aliquid contra me obicere volo me sibi iustum ostendere secundum Jus terre).

98. (Dominus Czenco de Drahotus et dominus Mikul frater suus Notificant quod Castrum Halfstayn sit locatum in bonis eorum violenter per Fridusium de Linaw et hoc notauimus in omni colloquio siue publicauimus.)

99. (Dominus Bohussius de Sdanycz dat et resignat bona in Zdanycz cum Castro et opido et (f. III. v. b.) omnibus ad hoc pertinencijs allodijs vineis Siluis Rubetis pratis pascuis molendinis cum iurepatronatus ecclesie piscinis riuis hereditarie domino Witkoni Arcidiacono Olomucensi et pueris siue heredibus predicti domini Bohusij cum omni iure et dominio sicut ipse et sui predecessores tenuerunt et eodem iure hereditario eciam dat eisdem medium oppidum Arclebav cum omni dominio et vtilitate vt predictum est ad hoc pertinente.)

100. (Milota de Brandiz resignat Benesio fratri suo et suis heredibus Vstopecze cum omnibus pertinencijs hereditarie.)

101. Dominus Johannes de Krawarz Notificat quod Milota et Benesius ista bona Vstopecze tenent ab ipso et a patre [1]) suo ad ipsum sunt deuoluta hereditarie de hijs ergo ipse asserit quod sibi tenentur seruire.

102. Habardus de Jarusek [2]) Notificat quod vnit se cum vxore sua Bolka cum omnibus que ibidem habent in Jarusek et vbicumque et hoc assignat ei racione dotalicij.

103. Witko de Duban resignauit vxori sue Ancze decimam dimidiam Marcam in Luczan Racione dotalicij et hoc (dominus Suatoborius pater eius ad manus suas suscepit).

104. Dominus Gerhardus [3]) de Cunstat dedit domino Sudkoni de Vessele et pueris suis hereditarie villam Chvnicz circa Cunstat sitam cum omnibus pertinencijs in villa et in campis.

105. Jesco Kuzel vxori sue dotat in Mistricz LXXV Marcas et quidquid ibi deficeret hoc in alijs bonis suis debet suppleri et dominus Herso suscepit ad manus suas nomine eius.

106. Jesco de Connycz Hermanno Purcrauio suo dedit mediam aream et alterum dimidium laneum ad Curiam spectantem in Bielowicz cum piscina et orto ad hoc pertinente et laneum quem habuit Rusticus Jacobus cum pomerio et area (et in Przemislouicz sex Marcas in Censu vendidit resignauit iure hereditario secundum ius terre sibi et suis pueris.)

107. Stephanus de Chrepicz emit (apud) Dirzslaum 1349. de Zabokirk araturam et sex laneos (F. IV. r. a.) et tres subsides et piscinas cum siluis et cum omni voluntate et iure sicut ipse tenuit sibi et suis pueris iure hereditario.

108. Teodricus de Syennycz dedit et assignauit vxori sue Przibcze super Curiam suam triginta Marcas racione dotalicij et Dirslaus pater eius suscepit ad manus suas.

109. Dirzlaus de Shonwalt dat filie sue Przibczic in dotalicio duas Marcas in censu in Twirdkow in XX Marcis.

110. Marquardus de Morcowicz emit pro centum et viginti Marcis circa Czenconem et Lwiconem fratres de Nyempczicz in Setrapiech municionem cum duabus araturis et duos laneos cum dimidio et tres subsides et Jus montaneum iure hereditario et dedit hereditatem pro hereditate.

111. Guntherius de Linauia Fridusius et Elizabet nepotibus suis dederunt resignauerunt omnia que habuerunt in Bochorow mediam villam et mediam siluam et Curiam in Vezki in Byescouicz et in Podoli et vbicumque obligaciones quascumque habent in iure terre in Bonis Regalibus cum omnibus suis pertinencijs.

112. Dominus Stephanus canonicus Olomucensis vniuit se cum omnibus que habet cum fratre suo Adam in Luczka et in Ruda vera vnione.

(F. IV. r. b.) 113. Anno domini Millesimo CCC^{o} XL° nono sabbato proximo post festum sancti Johannis Baptiste [4]) in colloquio Olomucz habito Presentibus Nobilibus viris et dominis, domino Johanne de Crawarz et domino Herardo de Cunstat, Summis Camerarijs Olomucij et Brunne et domino Stephano de Sternberc, domino Vitkone Arcidiacono Olomucensi et prothonotario terre et Hersone de Nelekowicz Zudario Olomucensi et alijs pluribus fidedignis.

114. Wenczelaus et Jacobus fratres de Czakow resignant ecclesie Olomucensi ibidem in Czakow vnam Marcam in redditibus cum omni iure et dominio et vtilitate.

115. Dominus Marquardus Notificat quod emit in Swatoborzicz aput dominam Bolcam et aput heredes suos de Otaslawicz nouem laneos cum dimidio et duos subsides et Molendinum cum tribus paruis rotis et duas areas vinearum cum omni Jure et dominio hereditarie, cum pertinencijs et omni vtilitate minus decem grossis pro trecentis sexagenis et cui hoc assignabit hoc ille habebit ipso in vita presenti non existente.

116. Alsico de Sulisowicz Notificat quod emit aput Nicolaum dictum Schenc villam Travnik hereditarie

[1]) *Zwischen diesem und dem folgenden Worte steht im Orig. Texte das unterpunktirte Wort „meo.“*

[2]) *Scheint hier u. n. 141 irrthümlich statt Zarusek zu stehen. Vergl. den Orig. Index bei diesem Quat. und die Einlagen n. 301, 345, 417, 590 und 591 dieses Buches, woraus zu entnehmen, dass es höchst wahrscheinlich das südöstl. von Austerlitz gelegene Zarošic ist.*

[3]) *Vor diesem Worte steht im Originale „Herard,“ welches aber unterpunktirt ist.*

[4]) *d. i. den 27. Juni.*

1349. sibi et suis heredibus cum omni vtilitate Jure et dominio et pertinencijs.

117. Domina et relicta Rathmanni dicta Bonca resignat Alsiconi dicto Kuzel alteram medietatem ville Jarohnyewicz hereditarie cum omni Jure, dominio et vtilitate.

118. Domina Margareta de Paczlawicz̆ vnit se cum filio suo dicto Bonus cum omnibus bonis suis que habet ibidem in Paczlawicz et in Lhota.

119. Eadem domina Margareta (F. IV. v. a.) de Paczlawicz cum filio suo dicto Bonus resignauit Marito suo Jestborio et fratri suo Martino omnia que habuerunt in Kowalowicz.

120. Bohusius de parua Sienyczka emit aput Medlowczonem vnum Montem dictum Dubrawa cum rubetis pascuis pro sexta dimidia marca.

121. Luderz cum suis heredibus de Luderzow vniunt se cum Marquardo de Wrahowicz suo patrveli cum omnibus que habet idem Marquardus in Wrahowicz et in Topolan.

122. Onso de Slawkow vnit se cum Matre sua Bietka cum omnibus bonis, que habent.

123. Sdebor de Poczenycz Notificat quod emit duos laneos aput Velislaum de Poczenycz hereditarie.

124. Albertus de Czimburc assignauit vxori sue domine Kaczne Koriczanum in trecentis Marcis Racione dotalicij cum Curia in Cziernyekowicz et cum omnibus pertinencijs.

125. Vlricus de Buk assignat vxori sue Gilczie Curiam ibidem cum omnibus pertinencijs cum balneo silua subside et orto.

126. Domina Melchyldis resignauit Czierninoni nepoti suo Curiam in Leznycz cum omni Jure et dominio et vtilitate [1]) et in Sluchonow vnum laneum.

127. Sezema de Prusynowicz vnit se cum Hermano de Rokitnyczie solummodo cum duobus laneis quos habet dictus Zezema ibidem sed Hermanus vnit se cum omnibus que habet vbicumque secum.

(F. IV. v. b.) **128.** Cadoldus de Zelatowicz assignat vxori sue Anne curiam ibidem in Zelatowicz cum omnibus pertinencijs racione dotalicij in centum Marcis.

129. Arcleb de Starcowicz resignauit Podobe de Drahonowicz quinque subsides hereditarie in Knyenycz.

130. Item Artleb de Starcowicz vendidit domine Sbincze de Swabenycz villam dictam Luke cum omni dominio Jure et vtilitate.

131. Eadem domina Sbynca dictam villam Luke assignat et dat domino Ade [2]) de Connycz hereditarie cum omni Jure dominio et vtilitate.

132. Domina Kaczna Relicta Bohusij de Sdannycz Notificat quod habet Racione dotalicij in bonis Sdanycz ducentas Marcas et quinquaginta.

133. Jesco de Poczenycz emit aput Sulikonem de Paczlawicz II laneos hereditarie.

134. (Tomas de Prosyenycz assignat vxori sue Woyslawe Quinquaginta Marcas racione dotalicij hereditarie ibidem in Prosienycz.)

135. Smil de Paulowicz vnit se cum Protiwczone fratre suo cum omnibus que habere dignoscuntur.

136. (Leua de Poczienycz assignat Raczkoni et Jacobo et heredibus eorum quintum dimidium laneum cum omnibus pertinencijs.)

137. Jacobus et Krzistek (emerunt?) aput Jesconem de Connycz et Hermannum de Czehewicz Curiam ibidem cum omnibus pertinencijs hereditarie.

(F. V. r. a.) **138.** Miculas de Pulicz assignat vxori sue Wrahnye vnum laneum hereditarie ibidem in Pulicz ad manus Luderzonis de Luderzow et Bohuslay de Olsan.

139. Domina Elizabet de Cuncowicz resignat filio suo Artlebo Curiam ibidem hereditarie cum omnibus pertinencijs et vtilitate.

140. Nicolaus de Knyenycz vnit se cum Jarosio de Viczemilicz cum omnibus que habent vbicumque.

141. (Duchonecz de Jarusek emit aput Bohuslaum ibidem Curiam cum omnibus pertinencijs Jure dominio et vtilitate.)

142. Artleb de Zastrziel vnit se cum Borcone fratre suo cum omnibus que habent vbicumque.

143. Zdynca de Lhota emit aput Smylonem de Ratays et heredes suos Curiam Tabernam et vnum quartale et duos subsides in Jarohnyewicz hereditarie.

(Septem quartalia in Chrzienowicz que dominus decanus de Cremsier obligauerat Capitulo Olomucensi, illa ab eis [3]) exbrigauit sibi eadem vsurpans et patrueli suo Teodrico.)

144. (Dominus Herbordus de Zlina et vxor sua Jutka assignant domino Dyconi de Cobierzicz et Raczkoni de Sborouicz Quadraginta Marcas in redditibus in Bielouicz cum omni Jure et dominio ac vtilitate et hoc in obligacione dotalicij secundum Jus terre et si aliquis impeteret quocumque Jure debent exbrigare.)

145. Domina Jutka Relicta domini Czenconis de Slup dat et assignat filio suo Jesconi in Honczowicz ducentas Marcas hereditarie cum omni Jure et dominio. (Et de reliquis ac residuis trecentis Marcis ibidem in Honczowicz vnit se cum domina Zdynca matre sua) (F. V. r. b.) Relicta domina Pote de Wildenberc et de decem marcis in redditibus quas habet in Zyesow assignat et dat quinque Marcas ob remedium patris sui domini Pote predicti ad sanctum Michahelem fratribus ordinis Predicatorum Brvnne et alias quinque de eadem villa Monialibus ad sanctam Katherinam in Olomucz.

146. (Hinczik de Cunycz et filius suus Marso emit aput Wenczeslaum de Auspecz ciuem Brinensem decem et octo laneos in Trummanycz hereditarie quos resignauit genero suo Pertoldo et filie sue Clare in Sexaginta centum Marcis racione dotalicij.)

147. Martinus de Drahonowicz vnit se cum Przibislao de Boretycz cum sua porcione quam habet in Borzetycz cum omni Jure et dominio quod sibi ibidem competit.

148. (Dominus Jesco de Bozcowicz assignat domine Kaczne Relicte domini Arclebi Eywanowicz

[1]) *Zwischen diesem und dem folgenden Worte steht im Originale „et in Sluchuchonow," was aber gelöscht ist.*

[2]) *Vor diesem Worte steht im Orig. „Adamo," welches aber durchstrichen ist.*

[3]) *Im Originale steht hinter diesem Worte „obligauit," welches aber durchstrichen ist.*

1349. Sudicz Lhotam in septingentis quinquaginta et in septima dimidia sexagena Racione dotalicij cum omni Jure et vtilitate.)

149. Dominus Vitko Arcidiaconus Olomucensis assignat Racione testamenti ac ob remedium anime fratris sui domini Bohusij clare memorie tres Marcas in redditibus in bonis Sdanycz Capelle sancte Anne et sancto Wencezlao in Olomucz, Que tres Marce debent esse in predicti domini Vitkonis regimine et potestate, et quandocumque heredes aut successores heredum predicti domini Bohusij triginta Marcas dicte Capelle assignauerint dicte tres Marce reddituum reddibunt ad ipsorum potestatem immediate.

1350. (F. V. v. a.) **150.** Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo proximo Sabbato post festum beati Jacobi Apostoli [1]) in Colloquio Olomucensi Coram Nobilibus dominis Johanne de Crawar Camerario Summo, Hersone de Lelecouicz Suda et Ogerio Prothonatorio Terre Beneficiarijs Olomucensibus, Stephano de Sternberg, Johanne Bozcowycz, Benessio de Straznycz et Adam de Cunycz et alijs pluribus fidelibus cum domino Johanne de Buzow et ceteris alijs.

151. Nota Dominus Jesco de Bozcowycz dedit medium laneum in Wodierat Benessio de Lascow pro Molendino in Opatowicz cambiendo pro uera hereditate.

152. Giestborius Martinus et Dywissius fratres vniti sunt cum omnibus bonis ipsorum.

153. Smylo filius quondam domini Gerhardi de Cunstat Emit villam Rossecz cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs ad eandem preter foueas et fodinas argenti a domino Jenczone de Lompnicz.

154. Lambert de Raycze et Ssobiehird de Otaslawycz et Wytco frater ipsius ibidem et domina Anca vxor Lamberti vniunt se cum omnibus bonis suis preter Jus quod Anna virgo filia Andree de Otaslauicz habet in bonis eisdem et alijs de sui patris porcione.

155. Dominus Benessius plebanus de Wylkosse Lambert de Rayce et Anca vxor eius vniti sunt cum omnibus ipsorum bonis in Oswyetyman quitquid ibi habent et cum parte media in Geuissowycz cum Chlum villa.

156. Herbordus de Podhradie Coram domino Johanne Marchione Morauie constitutus resignat omnia bona sua in Podhradie et alibi vbicumque habet Zdislao filio suo (F. V. v. b.) preter citaciones prius factas que eisdem responderent, actum in Radyss et nucius (sic) dominus Stephanus de Sternberg ad dominum Johannem de Crawarz.

157. Dywa de Ratay Resignat omnia bona sua ibidem in Ratay Alschiconi fratri suo et suis heredibus.

158. (Golda de Polcowycz Resignauit Katherine vxori sue omnia bona sua que ibidem habet in Centum Marcis racione dotalicij secundum Jus terre.)

159. Dominus Czenco de Bechina emit Teczczowicze, Otrocowicze, Bunyow, Lhotu, Luky, Brzezowu cum omnibus Juribus et pertinencijs earundem villarum Stephano et Petro filijs suis a Myliczio presbitero Raczcone et Bunyone fratribus dictis de Teczowicz. 1350.

160. Item idem dominus Czenco emit in Malenowycz Kwyetcowycz et Scrziczenowycz cum omnibus bonis ad dicta bona pertinentibus ad veram hereditatem Stephano et Petro filijs suis a Wyknano et duobus Nicolais prout ipsi dicta bona tenuerunt et omnia bona que vxor Bvnonis habuit in eisdem racione dotalicij.

161. Domina Gyvtta vxor Herbordi de Byelowycz Resignauit eidem Herbordo CCL Marcas sui dotalicij, ibidem in Bielowycz pro se CL marcas reseruauit.

162. (Bietha de Muchnycz dedit pueris Marsyconis et pueris Welizonys Curiam et duos laneos Thabernam et Molendinum et siluam cum omnibus pertinencijs et Juribus ibidem in Muchnycz et in Wazan tres laneos et vnam Curticulam et medium quartale et XX Marcas preter Curiam in Ostrawan.)

(F. VI. r. a.) **163.** Item domina Byeta dedit Vlrico Pustca vnum laneum hereditarie in Muchnycz et terciam partem Silue sed illam solummodo ad tempora vite Vlrici predicti et sue vxoris.

164. Domina Woyslawa de Wrzessowicz vnita est cum Wysscone et Wenczeslao suis nepotibus cum omnibus bonis ipsorum vbicumque habitis.

165. Petrus de Wlachowycz Resignauit domine Margarete vxori sue XII (?) et araturam in Wrudycz hereditarie.

166. Jacobus vicarius Ecclesie Olomucensis cum Jacobo et Wenczeslao nepotibus suis Resignarunt domino Conrado Canonico dicte Ecclesie Octo marcas cum omnibus pertinencijs in Willa Czacow racione Ecclesie predicte hereditarie qui suscepit nomine antedicte Ecclesie.

167. Vlricus Pustca Resignauit Milene vxori sue quinquaginta Marcas in villa Muchnicz et in Strabenycz racione dotalicij secundum Jus Terre.

168. Dominus Benessius de Buzow emit mediam villam in Radnycz cum omnibus Juribus et pertinencijs suis obligacionem dotalem pro XIII Marcis a Przibcone et Agnete eius vxore de Myslecowycz.

169. Dyetoch Zluczky [2]) Resignauit domino Stephano Canonico Ecclesie Olomucensis suam porcionem totam quam habet in Rudda hereditarie cum toto Jure sicut ipse tenuit, qui Stephanus cum dicta resignacione vnitus est cum Johanne fratre suo de Luczca.

(F. VI. r. b.) **170.** Domina Mareta [3]) de Mladcze dedit pueris Petri dicti Draylinc et pueris Wykerij Foytonys de Frankstat et pueris Wlastyborij de Hrabye nepotibus suis totum quitquid habet ibidem in Mladcze ad veram hereditatem.

[1]) *d. i. den 31. Juli.*

[2]) *Steht statt Dětoch de Lučka nach dem böhmischen Dětoch z Lůčky, welches irrigerweise mit dem Vorworte z zusammengezogen ist.*

[3]) *In dem bei diesem Quaterne befindlichen Indice heisst sie „Margareta de Mladczie.“*

1350. **171.** Domina Anca de Bolelyvcz dedit Slabyborio filio suo et suis heredibus II laneos et Molendinum ibidem in Bolelowicz ad veram hereditatem.

172. (Mikess de Prziecaz vnitus est cum domina Hodislawa filia sua cum omnibus bonis ipsorum.)

173. Podoba de Drahonouycz vendidit duas Marcas in Redditibus in Knynycz in vno laneo et IIII^{or} Curticulis Theodrico de Senycze et eius heredibus hereditarie.

174. Wenczeslaus Styrnystye emit Curiam in Heroltycz duas marcas reddituum ibidem cum omnibus pertinencijs suis hereditarie pro [1]) Septuaginta quinque Marcis a Gyenicone de Heroltycz.

175. (Raczko de Sborowycz Resignauit Clare vxori sue CL marcas ibidem in Sborowicz racione dotalicij secundum ius terre quas dominus Mathias de Brzezny suscepit suas ad manus.)

176. (Nycolaus et Dietoch fratres de Luczca vniti sunt cum omnibus ipsorum que ibi habent.)

177. Martycz et Chwal fratres de Bolelyvcz vniti sunt cum omnibus bonis ipsorum ibidem que habent.

178. Phylip de Penczicz emit Curiam et vnum quartale in Lhotca pro XVII Marcis cum omnibus pertinencijs suis hereditarie a Wenczeslao fratre suo de Lhotca.

(F. VI. v. a.) **179.** (Dominus Marquardus de Morcowycz Sdenco de Domazelicz vniti sunt cum omnibus bonis ipsorum que habent excepto Skyrbenie.)

180. Witco de Duban assignat quinque Marcas in redditibus in Luczan racione dotalicij secundum Jus terre et dominus Swathoslaus ad manus suas suscepit Ancze vxori sue.

1351. **181.** Item nota quod Anno domini Millesimo Trecentesimo quinquagesimo primo, Sabbato proximo ante Dominicam Oculi [2]) Colloquium Olomucij celebratum est per Nobiles viros dominos Johannem de Crawarn Herssonem de Lelecowycz Camerarium et Sudam et Ogerium prothonotarium Terre Morauie, Coram Nobilibus viris dominis Cuna de Lyssecz Jessconem de Buzow Adam et Johannem fratribus de Conycz Theodrico dicto Spran Alssone de Fulstayn Myculone de Paulowycz Jarossio de Drahotus Olrico de Namyest Johanne de Cocor et alijs pluribus fidedignis et ceteris alijs.

182. Dominus Jaroschius de Drahotuss mediam villam in Wyrchoslauycz medium Molendinum cum Silua et aqua cum Jurepatronatus Ecclesie ibidem media parte cum parte media pomerij locum municionis ante hoc prout ipse habuit Nobilibus viris dominis Johanni de Crawar et Dyrslao eyus fratri ac ipsorum heredibus pro XCV marcis vendidit ac hereditarie resignauit.

(F. VI. v. b.) **183.** (Item Dominus Cuna de Lyssecz vendit municionem cum villa in Trubca et Czlunek villam cum Jurepatronatus ibidem cum molendinis Siluis pratis pascuis aquis Juribus metis libertatibus et dominio prout ipse et pater suus bone memorie dominus Gerhardus de Cunstat tenuit pro sexcentis et XX Marcis grossorum denariorum Pragensium Nobilibus viris dominis Johanni et Dyrzlao fratribus de Crawar ac eorum heredibus et hereditarie resignauit.) 1351

184. Domina Westusse Relicta Ottanconis de Dolan dotalicium suum quod ibidem habuit domino Benessio de Scorouicz resignauit et hereditarie cessit, Item ibidem Raczco ipsius domine filius et Raczco eiusdem patruus dictam villam Dolan et mediam villam in Lhotca deserta cum omnibus Juribus et eius pertinencijs vendiderunt et eidem Benessio hereditarie resignarunt.

185. Domine Agnesca et Clara sorores filie Alssyconis de Ottaslawycz bona omnia que habuerunt et habent in Smyrzycz excepta media curia et medio Judicio et vno laneo quem Monialibus ad sanctum Jacobum obligarunt domine Elene ipsorum sorori Relicte Mylyczonis in Namescz dederunt et hereditarie resignarunt, (Item in Mostanca vnam Curiam ac agris ad eandem pertinentibus et III Marcas in censu in villa Odraltycz et Neustyft.)

186. Domina Margaretha vxor Wylhelmy de Herstayn CCC Marcas quas habet racione dotalicij in villa Czechowycz et in Crassycz sicut ipsa tenet et possidet cum omnibus Juribus et pertinencijs eidem Wylhelmo dedit et resignauit et ipse eidem domine debet ad ipsius necessitatem Marcam debet (sic) assignare.

(F. VII. r. a.) **187.** Item dominus Wytco decanus Olomucensis bona in Zdanycz Castrum et Opidum et Artlebaw medium Opidum cum omnibus pertinencijs et Juribus vineis pratis Siluis piscinis aquis et cum omni dominio, domino Alsyconi de Fulstain et heredibus suis et Alsyconi nepoti suo hereditarie prout ipse hactenus tenuit et possedit dedit et assignauit sic quod dictus Also de Fulstayn dicta debet tenere bona et gubernare quousque debita persoluantur.

188. Domina Zofca de Namest cum quatuor Marcis quas habet in Zessow cum filio suo domino Wylhelmo est congressa et ipse cum suis bonis vbicumque habitis est congressus cum eadem.

189. Buzek de Ptenie dedit Nedwyedconi de Dubczan et domine Jarolubie vxori sue quitquid habet ibidem in Ptenie et in Bernow et hereditarie resignauit cum omnibus et singulis Juribus et pertinencijs vniuersis prout ipse tenuit et possedit. [3])

190. Mathey de Schonvald vnum laneum in Bystrzicz Sazeme de Prusynowycz vendidit et hereditarie resignauit.

191. Bedrzich de Opatowycz et Henricus plebanus de Rudwycow fratres cum vniuersis bonis suis vbicumque habitis sunt congressi in Opathowycz.

[1]) *Zwischen diesem und dem folgenden Worte stehet im Orig. „Quinquaginta," welches aber durchstrichen ist.*

[2]) *d. i. den 19. März.*

[3]) *Die am unteren Rande dieser Columne von einer späteren Hand geschriebenen Worte „Nota Ptenye" beziehen sich offenbar auf diese Einlage.*

1351. (F. VII. r. b.) 192. Dominus Sudco de Wesse villas Cunycz et Lhotam domino Cune de Lyssecz cum omnibus earum pertinencijs et singulis Juribus prout ipse tenuit vendidit et sibi et heredibus suis hereditarie resignauit.

193. Item Arcleb de Starzechowycz dicto domino Cune et eius heredibus villam in Hluboke cum omnibus Juribus vendidit hereditarie et resignauit.

194. Item Boczco de Medlow vendidit domino Cune predicto et eius heredibus quitquid habuit in Senycz cum omnibus et singulis Juribus prout ipse tenuit et possedit et hereditarie resignauit.

195. Item Ben ibidem in Senycz eidem domino Cune et eius heredibus duos laneos vendidit et hereditarie resignauit.

196. Item Wolfart et frater eius Thoman ibidem in Senicz dicto domino Cune et eius heredibus tria quartalia hereditatis vendididerunt et hereditarie resignarunt.

197. Dominus Micul de Paulowycz et domina Offca eius filia mediam villam in Hwozd cum singulis suis pertinencijs et Juribus vniuersis prout ipse tenuit vendidit et hereditarie resignauit et domino Adam de Conycz et eius heredibus promisit dominus Mycul a dicta filia sua omni Jure disbrigare.

198. Domina Anca relicta Gyvrziconys de Rostyenie cum sex Marcis quas habet racione sui dotalicij ibidem in Rostienie cum Jescone patre suo de Domanyn est congressa.

199. Dominus Jesco de Conycz omnia sua bona que habet in Opido Conicz et municionem ibidem et villas videlicet Stebl Jessenecz et in Brzisc quantum habet et in Crzemennecz et in Czvnyn [1]) quantum in eisdem (f. VII. v. a.) et in Cluzin in Ochozo et in Runarzow quantum ibi habet cum molendinis et piscinis ad dictas pertinentibus cum siluis in Stebl in Bucowyn et in Ladyn cum pratis aput Ciuitatem in quingentis Marcis racione dotalicij assignauit Cecilie vxori sue. [2])

200. (Item dictus dominus Johan de Cunycz Lvtconi de Opathouicz VI. Marcas in censsu in villa Przemyslowycz vendidit et resignauit sic quod infra tres annos ab eodem reemere potest a predicto Lvtcone uel eius heredibus.)

201. Item cum omnibus et singulis bonis vbicumque habitis vltra dictum dotalicium sue vxoris dictus dominus Jesco de Cunycz cum Nobili viro domino Jescone de Crawar sunt insimul congressy.

202. Mldek [3]) de Medlowycz Benessio dicto Huss de Dupow XIIII laneos tres curticulas et omnia que ibidem habuit vendidit et hereditarie resignauit cum singulis Juribus et pertinencijs vniuersis, Ibidemque dictus Beness domine Dobrcze [4]) vxori sue dicta bona Medlowycz in C Marcis racione dotalicij assignauit.

203. Item dominus Czenco de Bechina villam Scorouycz quam emit a Benessio milite et ipse Benessius eidem resignauit Stephano et Petro fratribus filijs suis hereditarie dicta bona dedit et resignauit. 1351.

204. Item domina Schabina vxor Raczconys de Teczowycz dotalicium suum quod ibidem uel vbicumque habet in dictis bonis Stephano et Petro fratribus filijs domini Czenconis de Bechina resignauit.

(F. VII. v. b.) 205. Czernyn de Lyvboswar Benessio de Stralec et eius heredibus quitquid ibidem in Lyvboswar habuit vendidit et hereditarie resignauit.

206. Domina Gyvtca de Mezycz omne ius suum quod habuit super Curia et orto cum agris ad eandem pertinentibus domine Gyvtcze de Honczowycz hereditarie dedit et resignauit *ad hoc dedit Marsic suam voluntatem eius frater.*

207. Wylhelmus de Herstayn omnia bona que a Serenissimo principe et domino domino Johanne Marchione Morauie habuit in Cocor domine Przibcze ibidem in Cocor vendidit et hereditarie resignauit.

208. Domina Anna Relicta Laurencij de Plawcz duos laneos in Swabenicz Onssoni de Swabenycz fratri suo dedit hereditarie et resignauit.

209. Matuss de Paulowycz vendidit Golde de Polcowycz tres laneos cum quartali et tres curticulas cum Jurepatronatus cum singulis Juribus et pertinencijs prout ipse tenuit et hereditarie resignauit.

210. Woyslawa de Paulowycz septem quartalia hereditatis ibidem in XX marcis cum cum (sic) vniuersis suis pertinencijs (et vnam Curiam in Opatowycz cum singulis Juribus quam habet racione dotalicij in XXX marcis) Jenczoni et eius pueris de Paulovicz eo Jure quo ipsa tenuit, dedit et libere resignauit.

211. Herca de Wyeczemyrzicz Czenconi ibidem duos laneos dedit hereditarie et resignauit.

(F. VIII. r. a.) 212. Irohniev de Buchlowycz Curiam et VI laneos et septem Curticulas et thabernam et cum omni Jure prout ipse tenuit Jarohniev nepoti suo hereditarie dedit et assignauit.

213. Czenco de Wyeczemycz Stanislave vxori sue vnam Curiam et singula bona que ibidem habuit in C. marcis racione dotalicij assignauit secundum ius et consuetudinem terre Morauie.

214. Dyrzcray et Sdyslaus fratres de Lyvtenczicz cum vniuersis suis bonis vbicumque habitis insimul sunt congressi.

215. Marquardus de Morcowycz villam Boynycze quidquid ibi habuit honorabili Abbati et Monasterio Gradycensi libere dedit et resignauit et ab omnibus disbrigauit.

216. Zdynco de Paterzin mediam Curiam in Sobaczow cum quartali vnum laneum in Patherzin et in Mezicz medium laneum et duas curticulas et omnia que habuit de sua porcione Theodrico et Vlrico et

[1]) *Ist im Originale durchstrichen.*

[2]) *Am Rande dieser Einlage steht von einer späteren Hand das Wort: Nota.*

[3]) *Steht statt Mládek, wie es aus dem Orig. Register dieses Quaternes ersichtlich ist, wo ganz deutlich der Name Mladek de Medlowicz indicirt erscheint.*

[4]) *Statt „Dobře“ von dem böhmischen Weibernamen „Dobrá“ (lat. Bona.)*

1351. Fridrico fratribus suis cum omnibus Juribus vendidit et hereditarie resignauit.

217. (Maczco Cobylycze de Wezec cum Buzcone et domino Johanne suis fratribus cum vniuersis eorum bonis insimul sunt congressi.)

218. Martinus de Drahonowycz municionem et iuspatronatus ecclesie ibidem et omnia que ibi habuit excepta decima quam pro se reseruauit eo iure quo ipse tenuit domino Podobe ibidem et eius heredibus vendidit et hereditarie resignauit.

(F. VIII. r. b.) **219.** Chrzel [1]) de Bolelyvcz quitquid ibi habuit Martino Gessytborio et Divissio ac alijs heredibus eorum cum omnibus Juribus molendinis et alijs singulis rite vendidit et hereditarie resignauit.

220. (Mikess Dietie quitquid habuit in Ohrozymie et Lessen vnum laneum Martino et eius heredibus dedit et hereditarie resignauit.)

221. Andreas de Opatowycz emit duos laneos in Dyetcowycz aput Studenczonem [2]) et vxorem suam Judytam pro XXX marcis quos sibi hereditarie resignauit.

1351. (F. VIII. v. a.) **222.** Item nota, Quod Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo primo Sabbato proximo post diem Beati Johannis Baptiste [3]) Colloquium Olomucense celebratum est Coram Nobilibus viris dominis Johanne Camerario Herssone de Lelecowycz Suda et Ogerio prothonotario Terre Morauie ac Stephano Matheo et Jaroslao fratribus de Stermberch Dyrzlao de Crawar Benessio de Plumlow Johanne de Bozcowycz Cuna de Cunstat et alijs pluribus Baronibus Terre Morauie.

223. Nota quod Zdynco presbiter de Clobuczecz quinque laneos VIII Curticulas et vnum Molendinum ibidem in Clobuczecz et in Gyvrzenowycz cum omnibus et singulis suis pertinencijs prout ipse tenuit Buzconi de Nedachlebycz resignauit et hereditarie condescendit sibi et suis legittimis heredibus.

224. Nicolaus de Milonicz cum suis fratribus vnam araturam vnum laneum soluentem cum Thaberna et Silua Pratis pomerijs et singulis ipsorum pertinencijs prout ipsi ex successione paterna tenuerunt Jacobo presbitero et Jesconi dicto Kluss fratribus vendiderunt et hereditarie condescenderunt et vnum Balneum.

225. Domina Zdenca Relicta de Ptenie cum suo dotalicio ibidem quod habet cum Hincone et Pota filijs suis est congressa.

226. Anca de Brancowycz Relicta cum pueris suis est congressa cum suo dotalicio ibidem quod habet.

(F. VIII. v. b.) **227.** Alssyk de Ratay CLX marcas racione dotalicij super bonis ibidem in Ratay dedit et assignauit secundum consuetudinem terre Morauie. 1351

228. Bedrzich de Opatowycz domine Kaczne Relicte domini Pabssonis VI laneos soluentes racione dotalicij dedit et assignauit eo Jure prout ipse tenuit secundum ius et consuetudinem terre Morauie.

229. Bohunco de Postrzemylow cum domino Bohuncone de Zaworzicz cum omnibus bonis ibidem que habent sunt congressi cum suis fratribus.

230. Johan de Bozcowycz duos laneos vnam thabernam cum quatuor Curticulis in villa Vazan eo iure quo ipse tenuit cum singulis suis pertinencijs Thomczoni vendidit et hereditarie resignauit.

231. (Bedrzich et Henricus presbiter fratres de Opatowycz Molendinum sub villa primum in XL marcis domine Ancze vxori domini Hanconis de Zwol racione dotalicij resignauit secundum ius Terre Morauie.)

232. Domina Zdenca de Ptenie duas Marcas census ibidem et in Bernow Benessio de Wyczcow vendidit et hereditarie condescendit et resignauit.

233. (Marquardus de Dyedcowycz duos laneos cum siluis pratis et alijs suis pertinencijs prout ipse tenuit domine Offcze vxori Chrzelonis pro vno laneo in Wyscowycz comutauit dedit et resignauit sibi et heredibus ipsius domine.)

(F. IX. r. a.) **234.** Bernhardus de Dolaplass confessus est se a Henzlino fratre suo de Doloplas partem suam bonorum omnium totaliter percepisse et sic quod cum ipso et suis bonis et eius heredibus totaliter est sufficienter diuisus. [4])

235. Dominus Jesco de Conycz domine Czeczilie vxori sue vnum laneum in Przemyslowycz dedit et hereditarie resignauit, Insuper addiciens ac addens eidem domine sue ad illas quingentas marcas quas sibi alias super certis bonis suis superius nominatis racione dotalicij sui deputauit, si quod absit ipsum prius de hac uita decedere contingat omnia bona sua dotalicium eius excedencia eidem assignauit, taliter tamen, quod si ipsam vidualem statum mutare contingat, quod de bonis suis dotalicium excedentibus condescendat sed donec non mutauerit in eisdem dominetur et resideat sine quouis impedimento. (Cuius ordinacionis et disposicionis dominus et bonorum predictorum Nobiles viros dominos Johannem et Dyrslaum fratres de Crawar constituit principales tutores et rectores.)

236. Dominus Wocco de Holnstayn ob remedium animarum sue et suorum predecessorum decem Marcas redditus VI in villa Slauicowycz et quatuor in Scheborowa hora Ecclesie sancti Wenceslai in Castro Olomucensi dedit et assignauit hereditarie atque cessit sic tamen quod tantum solum nudum tollant domini Mycul et Woytyech Canonici dicte Ecclesie censum quos constituit rectores dicti Census.

237. Matyey de Syenycz CXL marcas quas habuit domina Katherina vxor dicti Mathie (F. IX. r. b.)

[1]) *In dem Orig. Indice dieses Quat. wird derselbe Cuzel de Boleluez genannt.*

[2]) *Ist hier nicht etwa der Besitzer von Studenec (n. von Prossnitz) zu verstehen, der in Dětkowic die fraglichen zwei Lahne besessen haben mochte? Für diese Ansicht dürfte eine ähnliche Ausdrucksweise n. 120, wo es „apud Medlowczonem" heisst, das Wort führen.*

[3]) *d. i. den 25. Juni.*

[4]) *Oberhalb dieser Einlage steht am Rande von einer anderen Hand „Nota hic."*

1351. racione dotalicij ibidem in Senicz wendidit Canonicis Ecclesie Olomucensis et racione dicte vendicionis eidem in bonis in Ratay dedit CXL marcas hereditarie et ad manus domini Herssononys (sic) de Lelecovicz condescendit et resignauit.

238. Mikes de Czelczicz Mediam Curiam cum Agris et vniuersis suis pertinencijs prout ipse tenuit Bratrzicowy Styborowi et Jesconi fratribus ibidem in Czelczicz suo et vxoris fratris [1]) et heredum suorum nomine dedit et hereditarie resignauit.

239. Jesek de Pornicz cum fratre suo vnam Curiam cum agris tres laneos soluentes et vnam tabernam et duo Molendina cum siluis pratis et singulis pertinencijs suis domino Ade et vxori sue ibidem in Pornycz vendidit et hereditarie resignauit.

240. Bernhardus de Myrdycz Medietatem villarum videlicet Wranowe Lhota Wrovny Peczycov Trzietez Waczetyn et Swynow duo molendina cum omnibus bonis et pertinencijs et dominio siluis Pratis Pascuis et libertatibus hereditatem pro hereditate fratribus suis Zawyssio et Wylhelmo de Rychmnburch commutauit dedit et hereditarie resignauit.

241. Albertus de Wyezek cum pueris Celsonis filij sui videlicet Alssycone et Jenczone et puella Elzca cum omnibus bonis que ibidem habent et in Lhotta sunt Congressi.

242. Domina Katherina de Wyssoca Curiam cum agris alterum dimidium laneum soluentem prout ipsa tenuit racione dotalicij in XLV marcis cum pratis siluis et alijs pertinencijs eodem Jure quo ipsa tenuit Jeniconi de Slezan vxori sue et heredibus suis (F. IX. v. a.) dedit et resignauit eo Jure quo supra.

243. Thobias et Benessius fratres de Stralek quatuor laneos cum vniuersis bonis et pertinencijs eorundem prout ipsi tenuerunt in villa Tuczin Nobilibus viris dominis Johanni et Dyrzlao fratribus de Crawar et eorum heredibus eorum (sic) vendiderunt et hereditarie resignarunt promittentes disbrigare secundum ius terre.

244. Zdenco Ciuis Olomucensis Curiam cum vniuersis agris et pertinencijs ad eandem spectantibus in villa Ewane Nobilibus viris dominis Johanni et Dyrzlao fratribus de Crawar et heredibus eorum vendidit et hereditarie resignauit.

1353. (F. IX. v. b.) 245. Nota quod Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimotercio Sabbato proximo post Epiphaniam domini [2]) Colloquium Celebratum fuit per Nobiles dominos Johanne de Crawar Camerario Herssone de Lelecowycz Suda Ogerio Notario Thabularum Beneficiarijs Olomucensibus necnon Coram Honorabilibus et Nobilibus viris dominis Stephano de Sternberg Jescone de Bozcowycz Jaroslao de Stermberg Matheo de Stermberg domino Dyrzlao de Crawar Jarosio de Drahotuss Woccone de Holnstayn Potone Jescone et Benesio fratribus de Wildenberg et alijs quam pluribus fidedignis presentibus testibus. 1353.

246. Ad relacionem Nobilis viri domini Stephani de Stermberg qui fuit nunccius Serenissimi principis domini Johannis Marchionis Morauie quod Johan de Zydlochouicz filius Czernyny de Popowycz terciam partem omnium bonorum in Zdanycz Castro villis siluis vineis et Juspatronatus rubetis aquis terris et agris et pratis et terciam partem medietatis bonorum in Arclebow cum omnibus prout ipse tenuit et possedit et cum domino Czernyno de Popowycz dedit et libere resignauit.

247. Jeskec dictus Czyhowca de Czyhowycz Curiam in Rostyenie cum agris cultis et incultis Siluis pratis aquis censibus et omnem vtilitatem cum pleno dominio prout ipse tenuit Johannes cum fratre suo Barssone Jesconi de Holessow pro certa summa pecunie vendidit dedit et libere resignauit.

248. Ibique dominus Jesco de Holesow dictam Curiam in Rozstienie prout ipse a dicto Czihowca (f. X. r. a.) recepit sic Nobili viro domino Stephano de Stermberg cum omnibus ad dictam Curiam pertinentibus ut predicitur vendidit et libere resignauit promittens disbrigare secundum ius terre Morauie et suis heredibus.

249. Jesco dictus Klys et Jacobus presbiter frater suus ambo de Mylonicz dederunt et resignarunt domine Anne filie Jesconis de Domanyn vxori dicti Klussonis Jure hereditario Curiam in Mylonicz duos laneos ibidem, vnam Tabernam, cum ipsorum pratis pascuis siluis et ipsorum pertinencijs vniuersis.

250. (Jenczo de Lompnicz vendidit domine Clare de Crawar et Wznate eius filio villam Zyrothky cum Curia ibidem et villam Lhothca cum ipsorum siluis pratis pascuis Juribusque ipsorum et pertinencijs vniuersis pro nonaginta centum marcis grossorum denariorum Pragensium et eciam omnia ipsis dedit et Jure hereditario resignauit. Ita tamen, quod ipse potest infra tres annos eadem bona pro se tantum et non pro alio cum pecunijs proprijs reemere viceuersa.)

251. Dominus Bernhardus de Czymburk domino Alberto de Czymburk fratri suo et suis heredibus municionem et opidum in Hwyezdlicz villam Olomuczan cum Molendinis siluis pratis piscacionibus aquis piscinis duabus Curijs et agricultura et ipsorum Juribus et pertinencijs vniuersis prout ipse tenuit et possedit Jure hereditario (F. X. r. b.) pro sexingentis Marcis grossorum denariorum Pragensium vendidit condescendit et Jure hereditario resignauit. Hec facta sunt ad relacionem domini Johannis de Crawar Camerarij huius Sude.

252. Domina Bolca Relicta olym domini Mixonis de Otaslauicz domine Margarete vxori domini Benessij de Brandis tres marcas et domine Kaczne vxori Pauli de Sowynecz tres marcas census annui in villa Trziesczina filiabus suis dedit et resignauit et pro se ad suam disposicionem IIII^{or} marcas ibi-

[1]) *Die Worte „et vxoris fratris“ sind im Orig. ganz durchstrichen.*

[2]) *d. i. den 12. Jänner.*

1353. dem reseruauit taliter, quod Moraua cum fratribus de Otaslauicz quantum poterint possunt ab ipsarum qualibet dictum censum cum XXX marcis redimere viceuersa, Cum residua uero parte bonorum exceptis censibus predictis cum predictis fratribus suis filijs est congressa.

253. Dominus Jarossius de Drahotus mediam villam Wrchoslauicz mediam Curiam ibidem medium Molendinum Pomerium cum pratis siluis aquis et omnibus Juribus et pertinencijs ad ipsam pertinentibus pro octuagintatribus marcis grossorum denariorum Pragensium domino Johanni de Crawar vendidit et resignauit, de quibus pecunijs eidem domino Jarossio XIII, et dominabus Sanctimonialibus ad sanctum Jacobum in Olomucz septuaginta marcas grossorum predictorum pro obligacione dictorum bonorum Idem dominus Johannes dedit et persoluit.

254. Hynco et Pota fratres de Buzow dicti vnum laneum in Bernow molendinum inferius sub Bernow cum ipsorum Juribus et pertinencijs (F. X. v. a.) vniuersis domino Ade de Conicz et suis heredibus vendiderunt et hereditarie resignarunt.

255. Dominus Adam de Conicz vnum quartale lanei in villa Destny Jacobo de Senicz dedit et hereditarie resignauit.

256. Bohuslaw et Benessius fratres de Lascow domine Bohuslawe Relicte Pabssonis de Opatouicz Curiam in Opatouicz medium laneum censuantem ad ipsam Curiam, quam Curiam et medium laneum prius in obligacione pro dotalicio tenuit, cum ipsorum Juribus et pertinencijs vniuersis Jure hereditario dederunt et resignarunt.

257. Bohussius de Drahotus XI laneos minus quartali prope Drahotus in villa Mylenow cum omnibus Juribus pertinencijs vniuersis siluis pratis prout ipse tenuit ... Abbatisse et Conuentui Monialium Monasterij sancti Jacobi in Olomucz vendidit et hereditarie resignauit.

258. Busek de Nezamislicz . . . Abbatisse et Conuentui ad sanctum Jacobum in Olomucz duas marcas census annui in Nezamislicz racione sororis sue Monialis in viginti Marcis grossorum denariorum Pragensium obligauit taliter quod ipse solus debet eadem bona tenere et eundem censum ipsis soluere annuatim, et si quid ipsis in eodem deperiret, promisit ipse et cum eo Hersso de Nezamislicz et Jenczo de Syrbecz supplere et solutis XX marcis eadem bona ad ipsum Buzconem reuertentur.

(F. X. v. b.) **259.** Dominus Czenco de Lipa villam dictam Trsyemsek domino Swatoborio de Zauorzicz et suis heredibus cum siluis pratis Judicio et omnibus ad ipsam pertinentibus vendidit et hereditarie resignauit hec facta sunt ad Relacionem domini Johannis de Crawar Camerarij.

260. Colda de Postrsyelimow mediam municionem et medium ipsius acerwum quod Copecz [1]) dicitur ibidem, Curiam et araturam tres laneos censuantes ibidem, VII Curticulas et Tabernam, tres laneos in villa Chromczye medium Molendinum ibidem cum siluis pratis aquis et omnibus vtilitatibus ad eadem bona spectantibus prout ipse tenuit vendidit Swatoborio de Zaworzicz et suis heredibus ac hereditarie resignauit. 1353.

261. (Dominus Cuna de Drahotus medium opidum in Drahotus cum Maccellis carnium, cum Tabernis, et omni dominio prout ipsi tenuerunt cum consensu et voluntate domini Czenconis et Mathinconis suorum fratrum domine Elizabeth sue coniugi in ducentis marcis grossorum denariorum Pragensium ipsius veri dotalicij dedit et obligauit et mediam villam in Jezernicz cum ipsius Juribus et pertinencijs in Centum marcis similiter dedit et obligauit de consensu fratrum eorundem. Item Kaczne vxori Mathinconis villam Slauicz cum ipsius pertinencijs in viginti centum marcis eodem Jure racione dotalicij dederunt resignarunt et obligarunt.)

(F. XI. r. a.) **262.** Dominus Johannes de Crawar Camerarius retulit quod causa inter Swatoborium de Zaworzicz et Petrum de Postrsyelymov super duobus laneis in Postrsyelimow et vno in Studenca est determinata et mandauit eosdem sibi intabulari cum ipsorum pertinencijs per ipsos eosdem hereditarie possidendos et ipsius heredes vniuersos.

263. Jenczo de Syrbecz domino Boczconi de Lestnicz et suis heredibus duas araturas agrorum et mediumtercium laneum in villa Wydsicz cum siluis et tribus curticulis et omnibus ipsorum pertinencijs prout ipse tenuit et possedit vendidit et Jure hereditario resignauit.

264. Gyndrzich de Drnouicz Bedrsichoni et Johanni suis filijs villam Czyrhow et Curiam in ipsa cum ipsorum Juribus et pertinencijs vniuersis dedit et Jure hereditario resignauit quorum puerorum et bonorum dominum Boczconem de Lestnicz prefecit Tutorem et defensorem.

265. (Ortwynus Decanus Cremsiriensis Theodrico Nepoti suo Curiam in Chrsyenouicz que VII quartalia in se continet quam hereditarie Ipse dominus decanus tenuit cum ipsius pertinencijs eorundem quartalium dedit et hereditarie resignauit.)

266. (Hermannus de Rokytnicz cum eadem villa Rokythnicz et cum villula [2]) (F. XI. r. b.) Rokytnicz adiacente cum ipsarum vtilitatibus siluis pratis et alijs pertinencijs ad dictam villam et villulam spectantibus cum domino Stephano de Sternberk et suis heredibus cum villa Stachow et omnibus ad eandem pertinentibus sunt congressi.)

267. Drslaus de Sonwald et Budislawa vxor ipsius villam Twrdcow cum ipsius Juribus et pertinencijs in villa et extra villam et vnum laneum in Sonwald cum ipsius pertinencijs ad ipsum spectantibus villam pro quinquaginta marcis laneum pro XX Jesconi de Sonwald et suis heredibus vendidit et Jure hereditario resignauit.

268. Buzek de Drahanouicz Wychne sue Coniugi Curiam duos laneos censuantes et vnam curticulam in villa Drahanouicz duas marcas census annui in villa Knychniczca dedit et hereditarie resignauit.

[1]) *Kopec, acervus, aufgeworfener Erdhügel.*

[2]) *Ganz unten an der Seite dieser Columne steht von einer späteren Hand geschrieben „Nota domini Sdenkonis.“*

1353. **269.** Janacz et Styborius fratres de Lhota Abbatisse et Conuentui Monasterij in Pustmyr septem laneos in Lhota cum ipsorum pertinencijs vniuersis pro vigintiquatuor marcis grossorum denariorum Pragensium vendiderunt et Jure hereditarie resignarunt.

270. Raczco de Dolan domino Bolconi de Vpy sue Coniugi et Ipsorum heredibus villam Hranyczne cum Ipsius (F. XI. v. a.) pertinencijs vniuersis in villa et extra uilla pro quinquaginta marcis grossorum denariorum Pragensium vendidit et Jure hereditario resignauit.

271. Domina Elena Relicta domini Milicij de Namyescz domino Bolconi de Sternberk Purcrauio sue Coniugi et ipsorum heredibus Curiam in villa Mosczanek cum omnibus eius pertinencijs pro septuaginta marcis grossorum denariorum Pragensium vendidit et Jure hereditario resignauit.

272. Nicolaus dictus Pywcze de Wyeczemilicz Tyechoslawe sue Coniugi vnam Curiam in Vyeczomilicz cum pratis et omnibus ipsius pertinencijs in triginta marcis Jure hereditario resignauit et donauit.

273. Nedwyed filius Welczonis, Jesco filius Velislai et Troyanus domini Woytyechonis layci de Dywok quilibet eorum duos laneos ibidem cum ipsorum pertinencijs vniuersis in uilla et extra uillam preposito decano et Collegio ecclesie Cremsiriensis pro trigintasex marcis grossorum denariorum Pragensium vendiderunt et Jure hereditario resignarunt.

274. Podoba de Drahanouicz Dyetochoni filio municionem Curiam duos laneos censuantes vnam curticulam quartam partem Jurispatronatus ecclesie ibidem quartam partem balnei quartam partem siluarum cum omnibus ipsius Curie et municionis pertinencijs pro porcione hereditaria dedit et hereditarie resignauit.

(F. XI. v. b.) **275.** Vitko de Sawyn Anne vxori sue quidquid habet in Sawyn in quindecim marcis grossorum denariorum Pragensium Racione dotalicij [1]) assignauit et demonstrauit.

276. Dyethochius de Socolom Abbatisse et Conuentui ad sanctum Jacobum in Olomucz siluam ville Syrzenyn, quam ipse tenuit, vnum ortum et siluam in in (sic) Zyrzetin vendidit et Jure hereditario resignauit, et ipsa Abbatissa et Conuentus debent filiabus suis in eodem Monasterio vnam marcam annis singulis ad ipsarum vite tempora debent (sic) censuare, que post mortem earundem ad dictum Monasterium reuertetur et de ipsa pro anima ipsius Dyetochonis debet in eodem Monasterio deseruiri.

277. Nykl Johan Dyetoch et Adam fratres de Luczca ecclesie Olomucensi medium sextum laneum in villa Luczca cum ipsorum Juribus et pertinencijs vniuersis vendiderunt et Jure hereditario resignarunt.

278. Nykl, Johan, Dyethoch et Adam fratres de Luczca quilibet eorum medium laneum in villa Luczca cum ipsius pertinencijs vniuersis domino Stephano fratri ipsorum Canonico Olomucensi Jure hereditario dederunt et resignarunt racione vendicionis taliter quod possent infra tres annos a Colloquio presenti exsoluere ab ipso, uel eo in eosdem tres annos moriente a Capitulo ecclesie Olomucensis in triginta marcis, alias lapsis eisdem tribus annis eadem bona ad ipsum dominum Stephanum aut eo moriente in eosdem annos ad ecclesiam Olomucensem deuoluentur. 1353.

(F. XII. r.) **279.** Conradus senior vicarius ecclesie Olomucensis duos laneos in villa Dubczan cum ipsorum Juribus et pertinencijs vniuersis ecclesie Olomucensi Jure hereditario dedit et resignauit quos dominus Johannes prepositus eiusdem ecclesie suscepit nomine ecclesie Olomucensis supradicte.

280. Dominus Micul Canonicus ecclesie Olomucensis duos laneos et in ipsis vnoquoque marcam grossorum denariorum census, quorum vnum excolit Jaclinus et alium Conradus Payer in villa Rossouicz pro salute anime sue cum ipsorum pertinencijs hereditario Jure dedit et resignauit [2]) ecclesie Olomucensi supradicte, Ita tamen quod si nepotes ipsius vellent eosdem exsoluere quod id possent cum marca viginti grossorum predictorum ab ecclesia supradicta, quos laneos dominus Johannes prepositus ipsius ecclesie suscepit nomine et vice ecclesie eiusdem.

281. Stanco vicarius ecclesie Olomucensis tres marcas grossorum denariorum Pragensium census annui in villa Paczow que Ipsum racione paterne successionis contingunt Ecclesie Olomucensi dedit et Jure hereditario resignauit, quem censum dominus Johannes prepositus eiusdem Ecclesie ipsius ecclesie nomine acceptauit preter quem censum quidquid in eadem villa habet. (Idem dominus Stanco ad ea omnia honorabilem dominum Ratyborium Canonicum ecclesie Olomucensis admisit ad veram vnionem.)

282. Johan de Luczca Katherine sue Coniugi quidquid habet in Luczca et in ea deficiente in Ruda sexaginta marcas grossorum denariorum Pragensium nomine veri dotalicij secundum Jus terre demonstrauit et condescendit.

283. Wenczeslaus Ciuis Olomucensis domine Katherine vxori sue filie domini Waltheri de Syln (?) ducentas et quinquaginta marcas grossorum denariorum Pragensium super villa Prsyekaz et censu vigintiquinque marcarum in Ipsa racione dotalicij secundum Jus terre demonstrauit et condescendit quod dotalicium dominus Johannes de Crawar Camerarius racione ipsius domine et patris sui predicti et ad manus ipsorum acceptauit.

284. Buzek de Dobromilicz et Miksso ibidem fratres cum ipsorum bonis que in Dobromilicz ambo obtinent cum ipsorum Juribus et pertinencijs vniuersis in villa et extra et cum Jurepatronatus vera vnione sunt congressi, *de istis bonis vendiderunt Jacobo Moraue quatuor laneos et vnum Molendinum.*

285. Drslaw de Tylstomasl Chrapconi ibidem sue Conthorali et ipsorum heredibus quitquid ibidem in Tylstomasl habuit ipse sua vxor et Lodhérus frater suus dedit condescendit et Jure hereditario resignauit racione quorum vxor Chrapconis pro suo do-

[1]) *Zwischen diesem und dem folgenden Worte steht im Orig. „dedit et" was aber durchstrichen ist.*

[2]) *Zwischen diesem und dem nachfolgenden Worte steht im Orig. „Ita tamen," welches aber, als hierher nicht gehörig, durchstrichen ist.*

1353. talicio emit eadem bona sibi suo marito Chrapconi et ipsorum heredibus.

(F. XII. v.) 286. (Chrzapco de Tylstomasl Caczne sue vxori Curiam in villa Vissoca cum Taberna siluis pratis et orto et quidquid ad ipsam pertinet racione dotalicij in quadraginta marcis grossorum denariorum Pragensium dedit et resignauit secundum Jus terre.)

287. Gylgyess de Cozlouicz et Fridlinus de Chylecz cum bonis ipsorum quidquid in eisdem villis habent cum ipsorum heredibus sunt congressi.

288. Raczco de Dolan Henzlino Ryetlini Ciui Olomucensi duas marcas census in Dolan in quindecim marcis obligauit et assignauit Taliter quod ipse eundem censum percipere habet et debet tamdiu quousque easdem XV marcas sibi persoluet.

289. Jutka de Honczouicz filie sue Czencze Curiam in Mezicz [1]) et quidquid ad ipsam pertinet dedit hereditarie et donauit duntaxat post mortem ipsius Jutcze et non prius.

290. Otaslaw de Czelczicz Styborio ibidem et suis heredibus mediam Curiam ibidem et quidquid ad ipsam medietatem Curie pertinet vendidit Jure hereditario et de Ipsa condescendit.

291. Czaslaw de Wrahouicz Semyslao sue vxori et ipsorum heredibus Curiam in Wrahouicz et quidquid ad ipsam pertinet pro quinquaginta marcis grossorum denariorum Pragensium vendidit Jure hereditario et de eadem condescendit.

292. Branca de Syemrzie Herssoni ibidem Ancze sue vxori et ipsorum heredibus medium laneum cum duabus areis in Symrzy et quidquid ad ipsum pertinet pro XV marcis grossorum denariorum Pragensium vendidit Jure hereditario et resignauit.

293. Prsybislaw de Tupcze Vidoni Budyslawe et ipsorum heredibus vnum laneum cum medio cum siluis ad ipsos pertinentibus et alijs vtilitatibus Jure hereditario pro XVI marcis grossorum denariorum Pragensium vendidit et resignauit que Vydo suo et sue vxoris predicte nomine acceptauit.

294. Nykl de Luczca Katherine sue vxori viginti marcas grossorum denariorum Pragensium super Curia sua in Luczca demonstrauit Jure terre et de eodem dotalicio nomine dicte vxoris ad manus domini Sboronis sui patrui condescendit.

(F. XIII. r.) 295. Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimotercio Sabbato post diem beati Johannis Baptiste [2]) Colloquio dominorum celebrato per dominos Johannem de Crawar Camerarium, Hersonem Sudarium, Ogerium notarium, in presencia dominorum Stephani de Sternberk, Benessij et Jesconis de Buzow, Stephani de Cunouicz, et plurimorum aliorum dominorum terre Acta sunt que secuntur, et in presencia dominj Benessij de Plumnau, Jesconis de Conicz, Artlebi de Starzechouicz, Jarossij de Drahotus, et multis alijs nobilibus videlicet Jescone de Kokor, Jancone de Popicz. 1353.

296. Dominus Benessius de Buzow quinquaginta sexagenas [3]) census in quingentis sexagenis [4]) grossorum denariorum Pragensium vsualis monete sub bonis videlicet medietate Losczicz medietate ville Palonyn medietate ville Dubrauicz medietate ville Vbycsstow domine Anne sue Coniugi, nate domini Andree de Duba, racione sui dotalicij secundum Jus terre Morauie et ad manus domini Johannis de Crawar nomine dicte domine et dicti domini Andree assignauit.

297. Domina Zdenca Relicta Budislai de Wrahouicz de consensu suorum heredum vnam marcam census annui perpetui super medio laneo et vna Curticula ibidem in Wrahouicz Peczoldo Rasori Ciui Olomuczensi et suis heredibus vendidit et hereditarie resignauit.

298. Dominus Czenco de Lipa Municionem in Czyeycouicz cum opido, villam Schonstras cum ipsorum agris vineis Curijs pratis pascuis siluis piscacionibus et cum pleno dominio prout ipse dominus Czenco tenuit et possedit et cum Jurepatronatus ecclesiarum ibidem, et cum vineis in paruo Nyemczicz, Alberto et Wylhelmo fratribus, et sororibus ipsorum, filijs quondam domini Alberti de Sternberk, vendidit et hereditarie resignauit, hec facta sunt ad relacionem domini Bohuslai de Vyczcow, qui dixit de mandato Excellentissimi domini Karoli Romanorum et Boemie Regis, et Illustris domini Johannis Marchionis Morauie predicta se referre et predicta referenda ab eisdem dominis Rege et Marchione dixit se habere in mandatis.

299. Domina Hedwigis de Morawan ibidem duos laneos quos hereditarie obtinet et IV^{or} laneos ibidem in Morawan quos obtinet in quadraginta marcis racione sui veri dotalicij et in Hyssl vnam Araturam quam hereditarie obtinet cum ipsorum pertinencijs vniuersis prout ipsa tenuit et possedit Martino genero suo et Anne, ipsius Hedwigis filie ac Ipsorum heredibus dedit et hereditarie resignauit.

(F. XIII. v.) 300. Dominus Czenco de Lipa Municionem cum villa Miculczicz cum Aratura siluis pratis pascuis aquis Jurepatronatus ecclesie ibidem et omnibus pertinencijs prout ipse tenuit et possedit domino Janconi de Popouicz et suis heredibus vendidit et hereditarie resignauit, ad relacionem domini Johannis de Crawar Camerarij Olomucensis.

301. Theodericus de Zarusek de consensu Marussye sue vxoris Curiam ibidem in Zaruzek quam ipse tenuit cum ipsius agris et pertinencijs vniuersis, prout ipse tenuit, Janconi de Cozysech et ipsius heredibus vendidit et hereditarie resignauit.

302. Raczco et Jesco fratres de Sborouicz medium Tyessnouicz et medium Cotoged, villas cum medietate Jurispatronatus in Tyessnouicz, et cum ipsarum medietatum vniuersis pertinencijs agris pratis pascuis siluis prout ipsi tenuerunt, Milote et Budissio

[1]) *Zwischen diesem und dem folgenden Worte steht im Orig. das Wort „cum," welches aber durchstrichen ist.*

[2]) *d. i. den 29. Juni.*

[3]) *Dieses Wort steht oberhalb des ursprünglich im Contexte gestandenen, nun aber durchstrichenen „marcas."*

[4]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „marcis."*

1353. fratribus de Kwassicz, vendiderunt et hereditarie resignarunt.

303. Wilhelmus dictus Herstayn de Czechouicz ibidem in Czechouicz et in Krassicz villis viginti quinque marcas grossorum denariorum census in ducentis et quinquaginta marcis grossorum racione dotalicij veri, domine Clare sue Coniugi, secundum Jus terre assignauit.

304. Philippus de Skyrben suo et Offcze sue Coniugis nomine medium laneum agrorum prope villam Brsuchotyn, prout ipse tenuit, Heyndlino Ciui Olomucensi pannifici sue vxori Katherine et ipsorum heredibus vendidit et hereditarie resignauit.

305. Vytko de Vyttouicz Curiam in Nemochouicz cum molendino et VI marcas census annui cum siluis pratis pascuis et ipsorum pertinencijs vniuersis prout ipse tenuit Wylhelmo dicto Herstayn et eius heredibus pro centum et XL^ta^ marcis grossorum denariorum Pragensium vendidit et hereditarie resignauit.

306. Agnes vxor domini Vocconis de Souinecz Jus ipsius quod obtinuit super media villa Sudcow et Studenca cum ipsorum pertinencijs vniuersis domino Paulo Juniori de Sawynecz resignauit taliter quod si ipsum Paulum eidem Agneti premori contingeret, quod id Jus in eisdem bonis ad Ipsam revertatur.

307. Zauissius de Dobroticz Margarete sue vxori centum et quinquaginta marcas grossorum denariorum Pragensium nomine veri dotalicij secundum Jus terre in bonis in Rymicz, quantum ipse ibidem obtinet, assignauit.

308. Ewa de Rosczutek duo Molendina et duos laneos ibidem cum ipsorum pertinencijs vniuersis eo Jure quo ipsa tenuit Henrico famulo domini Benessij de Straznicz, et ipsius pueris quos de sorore Andree de Netssicz generauit, dedit et hereditarie resignauit.

(F. XIV. r.) 309. Budisslawa vidua de Netssicz mediam Curiam in Netssicz cum silua prato agris ad ipsam mediam Curiam spectantibus et alijs ipsius medie Curie pertinencijs Bartonio, sue vxori et ipsorum heredibus dedit et hereditarie resignauit.

310. (Milota de Namyescz cum omnibus bonis que ibidem obtinet preter dotalicium matris sue et Onsso de Swabenicz cum ipsius bonis que ibidem obtinet et vbicumque ambo obtinent bona, vera vnione sunt congressi.)

311. Paulus et Styborius fratres de Stranye cum omnibus bonis ipsorum vbicumque obtinent vera vnione sunt congressi.

312. Raczco de Poczinicz montem cum silua in eodem monte Jacobo de Drsyenow vxori sue et ipsorum heredibus vendidit et Jure hereditario resignauit.

313. Jacobus Cusye Ciuis Olomucensis medium laneum in Sobyebrzuch cum ipsius vniuersis pertinencijs Dluhomilo de Sobyebrzich et ipsius heredibus vendidit et hereditarie resignauit.

314. Sulyk et Thobias fratres de Paczslauicz cum ipsorum bonis in Paczslauicz et in Orsyechoui sunt congressi. 1353.

315. Cunyk de Lestnicz suo et fratrum suorum nomine Curiam in Lissow cum siluis pascuis et vna [1]) sexagena census Bohussio de Senicz sue vxori et ipsorum heredibus vendidit et hereditarie resignauit.

316. Cunyk de Lestnicz suo et suorum fratrum nomine duas araturas in Vydsicz III laneos III curticulas cum ipsorum omnibus pertinencijs siluis pratis pascuis ortis eo Jure, quo pater ipsius tenuit, Sudconi de Vessel sue vxori et ipsorum heredibus vendidit et Jure hereditario resignauit.

317. Oldrsich de Dyedcouicz, et Anna vxor ipsius, mediam Curiam ibidem in Dyedcouicz cum agris siluis pascuis et ipsius [2]) pertinencijs et Juribus Onssoni de Swabenicz vendiderunt et hereditarie resignarunt.

318. Marsik Dupnik XL^ta^ marcas grossorum denariorum Pragensium veri dotalicij [3]) in Vazan bonis suis secundum Jus terre Hercze sue vxori assignauit.

319. Krsystko et Jacobus fratres de Seluticz cum bonis que ibidem et alibi vbicumque obtinent vera vnione sunt congressi.

(F. XIV. v.) 320. Dyetoch et Jacobus fratres filij domini Podobe de Drahanauicz, cum omnibus bonis vbicumque obtinent, prout pater ipsorum eos diuiserat, vera vnione sunt congressi.

321. Onsso de Chrwath VI^tam^ partem bonorum in villa Ruda et in Luczca alterumdimidium laneum que ipse obtinet cum Ipsorum Juribus et pertinencijs vniuersis domino Vocconi de Holensteyn pro media villa dicta Hemlyncow dedit et resignauit.

322. Johan de Luczca III laneos ibidem preter Juspatronatus ecclesie ibidem in villa Ruda VI^tam^ partem ipsum contingentem pro media villa dicta Hemlicow domino domino (sic) Vocconi de Holensteyn dedit et resignauit.

323. Phylipp de Brodek mediam nywam in Campis ville Odralticz Krsyzconi de Brodek et Marzate de Hradssan et ipsorum heredibus vendidit ipsius nywe medietatem et Jure hereditario resignauit.

324. Borziss de Dyedcouicz medium laneum ibidem in Dyedcouicz quemadmodum ipse tenuit Hanconi ibidem vxori sue et ipsorum heredibus vendidit et Jure hereditario resignauit.

325. (Hersso et Busco fratres de Nezamislicz *super Hana* [4]) duas Araturas XI laneos soluentes quatuor minores [5]) Curticulas duas Tabernas et vnum Molendinum ibidem in Nezamislicz et Jurispatronatus medietatem ibidem cum predictorum bonorum siluis pratis pascuis aquis et ipsorum pertinencijs et Juribus vniuersis, prout Ipsi et eorum Progenitores tenuerunt, dominis Johanni et Drslao fratribus de Crawar et ipsorum heredibus, vendiderunt et Jure hereditario resignarunt.)

326. Domina Offca Relicta Radiczij dotalicium suum quod in Longa villa super Hana habuit, et ea que

[1]) *Zwischen diesem und dem folgenden Worte steht im Orig. das durchstrichene „Curia.“*

[2]) *Vor diesem Worte steht im Orig. „ipsorum,“ welches aber durchstrichen ist.*

[3]) *Das im Orig. hier nachfolgende Wort „super“ ist durchstrichen.*

[4]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile.*

[5]) *Dieses Wort ist im Orig. durchstrichen.*

1353. in eadem villa hereditarie obtinebat, Nobilibus Jesconi et Drslao fratribus de Crawar et ipsorum heredibus vendidit cum ipsorum bonorum vniuersis Juribus et pertinencijs pro octuaginta marcis grossorum denariorum Pragensium et Jure hereditario resignauit.

327. Mikes filius Stonarij de Lobodicz Jus XX marcarum grossorum denariorum Pragensium quod obtinuit in Mathussone super Curia in Paulouicz prope Vidsicz, quam Mathussius tenuit, Nobilibus Jesconi de Crawar et Drslao fratribus et ipsorum heredibus cum ipsius Curie vniuersis pertinencijs pro XX marcis grossorum vendidit et Jure hereditario resignauit.

(F. XV. r.) **328.** Dominus Johannes de Crawar, Tutor puerorum olym domini Alsiconis de Otaslauicz Bolcze Sanctimoniali ad sanctam Claram in Olomucz filie dicti domini Alsiconis, prout pater ipsius Bolcze, eidem IV^{or} marcas grossorum denariorum Pragensium donauerat hereditarie et coram ipso Tutore resignauerat in villa dicta Dubisczssko easdem IV^{or} marcas census annui hereditarie resignauit, et domine Clara et Agnes sorores ipsius Bolcze, pro subsidio, quod eidem facere debuerant, vnam marcam census annui ad tempora vite ipsius Bolcze in dictis bonis Dubyecssko dederunt et assignarunt. Ibidemque dictus dominus Johannes, omnia bona que ipse tutorio nomine dictorum puerorum tenuit, que pater dictorum puerorum obtinuit dictis Clare et Agneti sororibus resignauit in Otaslauicz Castrum et quod ad ipsum spectat et villam Pnyouicz.

1355. **329.** Anno domini Millesimo Trecentesimo LV^{to} Sabbato post Epyphaniam domini [1]) Colloquium Olomucense celebratum est per Nobiles viros dominos Johannem de Crawar, Hersonem de Lelekouicz, Camerarium et Sudarium, et dominum Mychahelem prothonotarium Terre Morauie, Coram nobilibus viris dominis domino Johanne de Chunycz Johanne dicto Kokr domino Stephano de Sternberk domino Jenczone dicto Spram domino Vlrico de Namescz, et alijs alijs (sic) minoribus officialibus in figura (?) Judicij presentibus, et alijs multis fidedignis viris.

330. Dominus Benessius de Borsow vendidit et resignauit domino Benessio de Buzaw et heredibus suis villam Dolan et mediam villam Lhotkam cum agris pratis pascuis Siluis Rubetis et omnibus vtilitatibus pro Quingentis marcis grossorum.

(F. XV. v.) **331.** (Johannes de Crawar Supremus Camerarius Czude Olomucensis, deliberato animo maturo et sano consilio suorum amicorum prehabito, domine Clare filie quondam bone memorie Nobilis viri domini Henrici antiqui de Lypa Conthorali sue dilecte ad CCC Marcas grossorum Pragensium Morauici numeri et pagamenti LXIIII^{or} grossos pro Marca qualibet computando, que sibi cum ea pro dotalicio fuerant deputate, dedit et assignauit Quadringentas cum Quinquaginta Marcis grossorum predictorum, de gracia et bona sua voluntate, vt eo melius ac intencius sit intenta de profectu et salute anime sue, si ipsum prius quam eam contingeret de hoc seculo migrare, addidit ducentas cum quinquaginta marcis pagamenti et numeri supradicti, cum quibus suppleuit numerum Mille marcarum, vt eciam de sede viduali quod wlgariter witwenstul nuncupatur, nec in aliqua alia causa de cetero dominum Drslaum de Crawar fratrem suum dilectum, aut suos heredes possit turbare seu inquietare, pro qua Summa pecunie Mille Marcarum dicte sue Conthorali, bona sua tytulo obligacionis racione dotalicij Jure territorio duxit obliganda, videlicet in Trubka, Municionem cum villa Juspatronatus Ecclesie ibidem, Curia et Molendinis, villam Czluncam totam, Nesamezlicz exaccionem cum media villa Curia et Molendino, Wrchoslauicz mediam villam cum media Curia et medio Molendino, Longam villam cum Municione Curia et Molendino cum omnibus dictorum bonorum prouentibus et vtilitatibus, scilicet agris cultis et incultis pratis piscinis montibus Collibus vallibus aquis aquarum decursibus, piscacionibus venacionibus Aucupationibus Siluis Rubetis oneribus et honoribus consuetis pleno cum dominio prout ipse ea hucusque possedit et tenuit, Excepto solo Jurepatronatus in Nesamyslicz et in Wrchoslauicz Ecclesiarum, quod pro se et fratre suo domino Drslao et suis heredibus reseruauit, Si vero in futuro domino suo fauente residuas partes Nezamisslicz et Wrchoslauicz villarum predictarum ipsum emere contingerit easdem dicta sua Conthoralis simili modo obligacionis nomine debebit possidere, Addiciens quod si Steura regalis seu Berna communiter Terre Morauie inponetur, tunc de prefatis bonis in hunc modum obligatis dominus Drslaus frater suus dilectus seu sui successores, eandem tamquam de eorum proprijs bonis tenebuntur expedire, wlt eciam quod dicta sua Conthoralis de Siluis et Rubetis ad Bona memorata spectantibus nulla quercinea ligna potest nec debebit vendere cuiquam aut donare, si solummodo pro eius proprijs edificijs ac necessitate licite recipere potest arboribus seu lignis de prefatis, Tilia vero omnia ligna cuiuscumque generis fuerint illa cuicumque voluerit ipsa licite vendere potest et erogare et nullus eam in hijs habebit impedire, Insuper addiecit quod si ipse prius quam suam dilectam Conthoralem terre carnis materiam redderet interim quod predicta sua Conthoralis in vidualitate permanebit, dominus Drslaus frater suus predictus suique successores eam in bonis prenominatis non habebunt impedire nec infestare, Si autem prescripta sua Conthoralis statum suum inmutaret, extunc dictus dominus Drslaus frater suus carissimus uel sui heredes, dicta omnia bona sine omni impedimento cum Mille marcis grossorum possunt quocumque tempore voluerint et potuerint liberare, Si autem dominus Drslaus frater suus dilectus aut sui heredes prefata bona proprijs pecunijs redimere non valeret, Extunc quandocumque ab ipsis prenotate sue Conthorali seu illi qui bona memorata sine ~~obli~~gacione tenuerit, Mille Marce grossorum fuerint plenarie expedite seu 1355.

[1]) *d. 10. Jänner.*

1355. seu (sic) presentate, ipsa bona licite vendere et obligare possunt et debebunt omni sine impedimento, Ceterum plenius exprimentes omnia per dictam suam Conthoralem super Municiones Curias Molendina et alia edificia dictorum bonorum inpensa seu superposita ipsa non tenetur imputare Sed quandocumque prelibate Mille Marce a domino Drslao uel a suis successoribus superius dicte sue Conthorali persoluentur, tunc Equi arantes et alia omnia ad agriculturam spectancia cum segetibus hyemalibus et estiualibus ipsi fratri suo et heredibus suis totaliter tenebuntur resignari, Exceptis vaccis et alijs pecudibus que predicte sue Chontorali debent remanere, Eciam ipsa sua Consors sepedictas Mille Marcas Juxta suorum fidele consilium amicorum ac eius voluntatem poterit cuicumque voluerit assignare, seu legare, Et si suam Chonthoralem prenominatam prius quam ipsum decedere contingeret tunc vniuersa bona prenarrata non ad alium quemcumque nisi ad ipsum seu ad dominum Drslaum fratrem suum sepedictum uel ad suos successores eorum (sic) deuoluentur ac tenebuntur pertinere, Idcirco notificauit, quod si ipsi domino Johanni de Crawar (F. XVI. r.) aliqua necessitas ingruerit seu propter suam vtilitatem maiorem viuente ipsa sua Conthorali bona suprascripta vendere licite potest uel pro alijs bonis commutare et nullus ipsum [1]) in eo debet impedire, sed sepedicte sue Conthorali dotalicium eius, scilicet Mille Marcas in alijs suis bonis tenebitur demonstrare.)

332. (Janko de Popouicz de voluntate heredum suorum vendidit Myculcicz Oppidum Henrico de Newogecz et Sdenkoni de Czessicz fratribus amittalibus (sic) cum omnibus Juribus et pertinencijs suis pro CCC marcis grossorum denariorum Pragensium hereditarie possidenda, Super quibus bonis predicti fratres vnionem inierunt, Quibus bonis sic vnitis, predicti fratres Gedrutye vxori Sdenkonis racione dotalicij donauerunt C et L marcas grossorum in bonis eisdem.)

333. Buzko de Weterzow vendidit omnia que habuit ibidem in Weterzow in quibuscumque consistant Czrnynoni de Popicz et suis heredibus cum omni Jure et dominio pro C et LXX Marcis grossorum denariorum Pragensium hereditarie possidenda.

334. Janyko Czrnyn [2]) et Arclebus fratres de Popicz super omnibus bonis que obtinent vnionem inierunt in Poprawa Olomucensi.

335. Domina Anka relicta Boczkonis de Lessnicz vnionem iniuit cum filijs suis videlicet Smylone et Bedrzichone in bonis Luczan que obtinet racione sui dotalicij videlicet CCCC Marcas grossorum denariorum Pragensium, Smylo et Bedrzich predicti fratres de Lesnicz in bonis Lesnicz et alias vbicumque habent, cum dicta matre ipsorum vnionem inierunt, Eciam predicta mater XL Marcas grossorum quas obtinet in Sessow racione sui dotalicij similimodo iunxit vnioni predicte.

336. Scocho Nechacz Sczepanko et Stach fratres de Trubka vna cum suis heredibus vnam Curiam sitam in Jarohniwicz vendiderunt Woykoni de Hulyn et Zdynkoni de Jarohniwicz, Tabernam vnum laneum et quinque curticulas cum omnibus Juribus et pertinencijs suis videlicet siluis pratis pascuis et aquarum decursibus et cum Jure dominij, prout ipsi et sui predecessores tenuerunt et habuerunt et possederunt, et hec ipsi emerunt omnia bona predicta pro C. Marcis grossorum Pragensium Morauici pagamenti et numeri. 1355.

337. Domina Clara de Trutmanycz assignauit marito suo Andree de Oppatouicz de bonis dotalicij, que obtinet in Truthmanycz videlicet CC Marcas grossorum cum omni Jure et dominio, Et ipse dominus Andreas viceuersa assignauit predicte vxori sue in Oppatouicz pro vero dotalicio centum Marcas grossorum cum omni Jure et dominio prout ipse tenuit et possedit.

338. (Bolka vxor domini Alberti olim de Bystricz resignauit duos laneos sitos in Lodyenicz Benessio de Sonwald de ipsius vero dotalicio cum omnibus Juribus et pertinencijs suis, prout ipsa tenuit et possedit in XX Marcis grossorum Pragensium.)

339. Lutholdus de Mosczenicz resignauit Johankoni de Bliscicz vnam Curiam tres Curticulas in Mosczenicz sitas cum Agris pratis pascuis et cum omni Jure dominij ad ipsam Curiam spectantibus prout ipse tenuit et possedit.

(F. XVI. v.) 340. Maczko de Stycowicz vendidit vnum laneum situm ibidem in Stycowicz Barsoni ibidem de Stycowicz et suis heredibus pro XI Marcis grossorum cum omni Jure dominio hereditarie possidendum.

341. Adam de Pornycz vendidit vnam Curiam Theodrico de Prussynowicz cum tribus laneis et vna Taberna, duo Molendina vnam Curticulam cum omnibus Juribus et pertinencijs suis videlicet aquis pratis pascuis et cum omni Jure dominij prout ipse tenuit et possedit hereditarie pro LXXXXII Marcis grossorum denariorum Pragensium possidenda.

342. Pawlik Pesco et Sbynko de Pawlouicz vendiderunt Martino de Trubka vnam Curiam sitam in Pawlouicz pro L^to^ III Marcis grossorum et vnam Tabernam duas Curticulas et vnum quartale cum collacione Ecclesie et cum omni Jure dominij videlicet agris pratis pascuis aquis et alijs pertinencijs Jure hereditario, prout ipsi tenuerunt et possiderunt.

343. Colda de Polkouicz vendit tres laneos situatos in Pawlouicz Martino de Trubka cum omni Jure et dominio, cum aquis pratis pascuis et alijs pertinencijs, hereditarie pro XL Marcis grossorum denariorum Pragensium possidenda.

344. Andreas de Crakow et Radslaus de Myenyn fecerunt vnionem et recedunt ab eadem.
Andreas de Crakowcz resignauit libero Radslao de Myenyn et suis heredibus hereditarie cum omni Jure et dominio Curiam ibidem in Crakowcz cum omnibus Juribus ad ipsam spectantibus, videlicet aquis pratis pascuis prout ipse tenuit et possedit.

345. Duchon et filius suus dictus eodem nomine Duchon de Zarussek vendiderunt vnam Curiam si-

[1]) *Zwischen diesem und dem folgenden Worte steht im Orig. das unterstrichene „impedire.“*

[2]) *Vor diesem Worte steht im Orig. das Wort „de,“ welches aber unterpunctirt ist.*

1355. tam in Zaruska Woyslao ibidem hereditarie cum omnibus Juribus et pertinencijs ad ipsam Curiam spectantibus pro XXXII Marcis grossorum prout ipsi tenuerunt et possiderunt.

346. Dominus Woyczechius Cannonicus Ecclesie Olomucensis Nycolaus et Ingramus fratres germani de Othosslauicz vniti sunt insimul in omnibus bonis vbicumque habent.

347. (Hrdon et Mikes de Chudobyn cum domina Buchna ibidem de Chudobin vniti sunt insimul in bonis Chudobyn predictis et in Sawyn et alias vbicumque habent.)

348. Domina Agneska et Clara de Otasslawicz vendiderunt sorori sue domine Elene de Namyescz et suis heredibus hereditarie mediam Curiam in Smrzicz cum collacione Ecclesie et cum omnibus alijs Juribus et pertinencijs suis videlicet aquis pratis pascuis Rubetis Jure dominio prout ipsi eam tenuerunt et possiderunt pro L^{ta} Marcis grossorum denariorum Pragensium morauici pagamenti et numeri.

349. Theodricus de Dryssicz cum fratribus suis vendidit Bohunkoni et Anne Conthorali sue necnon heredibus ipsorum vnam Curiam sitam in Chwalkowicz circa Hanam II laneos cum aquis pratis pascuis Rubetis et omnibus alijs Juribus (F. XVII. r.) ad ipsam Curiam spectantibus pro LXI Marca grossorum quam relicta Margaretha de Slezan tenuit et possedit et que per ipsum Theodricum ab eadem exstitit in XLV Marcis liberata prout ipsa Coram Czvdarijs Camerario et alijs beneficiarijs beniuole recongnouit.

350. Gessuthoborius de Drahanowicz vendidit Hersoni Munycionem in Paczlawicz Curiam cum aratura Rubetum laneum Thabernam et duas Curticulas cum omni Jure et dominio prout ipse tenuit et possedit.

351. Sawissius et Wylhelmus de Rychenburk vendiderunt et resignarunt omnia bona in Wranow domino Jesconi de Bozkouicz et heredibus suis hereditarie possidenda pro Sexingentis Marcis cum omni Jure et dominio videlicet cum agris pratis siluis pascuis nemoribus aquis Molendinis Curijs et singulis ipsorum pertinencijs censibus et vtilitatibus in quibuscumque consistunt prout ipsi ea possiderunt et tenuerunt, promittentes dicta bona Juxta terre conswetudinem ab omnibus impedimentis disbrigare.

352. Gymramus de Ohrozym nomine suo et heredum suorum vendidit vnam Curiam ibidem in Ohrozim domino Jesconi de Bozkouicz et heredibus suis pro LX Marcis grossorum cum omni Jure et dominio prout ipse tenuit et possedit.

353. Pesko dictus Sceczinecz de Sdanicz liberauit a domina Kaczna filia domini Wokonis olym de Budsowicz nunc vxore domini Pothonis de Waldstayn dotalicium ipsius quod habuit super Sdanicz videlicet CC et L^{ta} Marcas.

354. Wenczeslaus olim Aduocatus Olomucensis villam mediam Pryecaz vendidit et resignauit domino Walthero socero suo de Fuln et heredibus suis cum agris pratis Rubetis pascuis et cum omnibus Juribus et pertinencijs suis ad predictam villam mediam spectantibus pro CC et L^{ta} Marcis grossorum sub condicionibus in literis super ipsa vendicione datis et confectis. 1355.

355. Dominus Johannes Marchio Morauie empto Sdanicz prout ipse tenuit cum agris pratis siluis et cum omni Jure dominio Pesconi dicto Sceczin dedit et reresignauit per eum et heredes suos ac legittimos successores hereditarie possidendum.

356. (Item Pesco assignauit vxori sue Sdencze racione dotalicij super bonis in Sdanicz predictis XXX Marcas redditus annui census pro CCC^{tis} Marcis grossorum denariorum Juxta terre consuetudinem possidendas.)

357. Peczoldus Rasor Ciuis Olomucensis vendidit Jacobo dicto Morawe et Marsikoni dicto Huscze medium laneum insolidum et vnam Curticulam in Wrahowicz cum omnibus Juribus et pertinencijs suis prout ipse Peczoldus tenuit et possedit.

358. Dominus Lowko de Vgezd super bonis suis que habet ibidem nomine veri dotalicij vxori sue dicte Prsibcze LX Marcas grossorum secundum Jus terre resignauit.

359. Nechacz de Trubka super bonis suis que habet ibidem in Trubka [1]) et in Slezan donat nomine veri dotalicij Jure terre in CL^{ta} Marcis grossorum.

360. Theodricus de Chrsenowicz vendidit hereditarie vnam Curiam cum quartali ibidem in Chrsenowicz quam ibidem solus tenuit et possedit Woykoni de Hulyn patruo suo pro LIII Marcis grossorum cum pratis siluis Rubetis et cum omni Jure dominij sicut solus tenuit et possedit.

(F. XVII. v.) 361. Johan de Luczka emit hereditarie aput fratrem suum Dyethochium de Luczka vnum laneum Molendinum et sextam partem collacionis Ecclesie ibidem in Luczka sextam partem Silue cum omni Jure dominij videlicet cum aquis pratis et Rubetis et omnibus alijs Juribus et pertinencijs ad predicta spectantibus pro L^{ta} vna Marca grossorum.

362. Onso de Cozusan demonstrat Offcze vxori sue tres Marcas in redditibus in Czrtorigyech nomine dotalicij pro XXX Marcis grossorum et Hynko de Bystricz II Marcas reddituum ibidem in Bystricz in bonis suis demonstrauit in Triginta Marcis Onsoni Ciui de Olomucz genero suo nomine dotalicij.

363. Bedrzich de Oppatowicz emit aput dominam Dyemotham dotalicium ipsius sibi et heredibus suis hereditarie ibidem in Oppatouicz vnam Curiam cum aratura pro C Marcis grossorum cum agris pratis pascuis nemoribus et cum omnibus alijs Juribus et pertinencijs suis ad ipsam Curiam spectantibus, prout ipse tenuit et possedit, Et cum hoc dedit hereditatem suam pro hereditate commutando videlicet medium laneum in Rudkow, Item emit aput filium ipsius domine nomine Jesconem et alios pueros eiusdem domine Dyemothe.

364. Byczko de Bykouicz emit hereditatem in Wessel sibi et heredibus suis circa Raczkonem priwignum suum pro LXX Marcis grossorum cum omnibus Juribus et pertinencijs suis videlicet agris

[1]) *Die im Orig. nachfolgenden Worte „et in Lozan“ sind durchstrichen.*

1355. pratis pascuis Rubetis et cum omni Jure dominio prout ipse tenuit et possedit.

365. Herso de Paczlawicz resignauit vxori sue Agnescze nomine veri dotalicij in L^{ta} Marcis grossorum ibidem in Paczlauicz super bonis que ipsemet ibidem non prius habuit dictum dotalicium in Nezamisslicz de quo voluntarie condescendens sibi de dotalicio ut predicitur in Paczlauicz assignatum assumpsit.

366. Herso et Buzko fratres de Paczlauicz vniti sunt cum bonis ibidem in Paczlawicz absque dotalicio domine Agnescze vxoris predicti Hersonis.

367. Dominus Jesco de Chunycz Ingramus de Pernstayn vniti sunt cum omnibus bonis vbicumque habent Exceptis quatuor Marcis quas dominus Johannes de Chunycz in Prsiemysslowicz obtinet et habet in censu, quas IV Marcas potest dare vendere et alienare, quas quidem IV Marcas vxori sue nomine Cecilie dat et resignat, Ita tamen quod post mortem ipsius domine Idem dominus Jesco predictas IV Marcas potest dare cuicumque sibi placet. *Item dominus de Crawar* [1]*) et Herscho* [2]*) dixerunt quod esset de consensu Ygrami de Perstein quod ista vnio deletur et quod Adamum de Conicz liberauit Ygramus antedictus.*

368. Bohunko de Pusthmyr prepositus domicellarum ibidem in Pusthmyr vnam Curiam sitam in Poroticz vendidit nomine domicellarum predictarum Lewykoni de Nyemcicz pro vno Monte vinearum, de quo ipse domicelle plenas decimas percipere posunt et debent singulis annis predicte domicelle addiderunt XL^{ta} Marcas grossorum quam Curiam predictus Lewik hereditarie debet tenere et habere, eomodo domicelle predicte predictum montem debent habere hereditarie inperpetuum possidendum.

369. Margaretha de Syroczin donauit et resignauit Frankoni et Bartholomeo filijs suis CL Marcas grossorum de vero ipsius dotalicio.

370. Wylhelmus de Namescz vendidit Henzlino de Wyczow vxori et eorum heredibus II laneos in Sesow cum omnibus suis pertinencijs prout ipse tenuit et possedit.

371. (Idem Henzlinus vniuit se cum omnibus bonis vxoris sue et suorum heredum siue illud sit in hereditatibus siue in obligacionibus quibuscumque.)

(F. XVIII. r.) 372. (Podoba de Drahanowicz vniuit se cum filio suo Dyetuchio in omnibus bonis vbicumque habent.)

373. (Domina Wyenusse de Drahanouicz donauit marito suo Semysslao nomine veri dotalicij LXX Marcas in Wrahouicz in dotalicio ipsius videlicet in C Marcis Sibi per priorem maritum Mixonem Crabyczam eidem deputatum.)

374. (Rzywin de Lypnam resignauit vxori sue Ludcze LXXX Marcas grossorum in Lypnam et in Lhotka nomine veri dotalicij prout Juris est.)

375. Rzywin de Lypnam vniuit se cum Mathia de Longa villa cum omnibus bonis que habent in Lypnam in Longa uilla in Lhotka in Laznik et in Ranossow et alias vbicumque habent. 1355.

376. Benessius de Orzechow resignauit vxori sue Hadwicze vnam Curiam ibidem in Orzechow et III laneos et duas Curticulas necnon vnam Tabernam nomine dotalicij in XXX Marcis grossorum cum omnibus Juribus et pertinencijs suis.

377. Dominus Vlricus de Chunowicz vniuit se cum filijs Stephani olym de Vgezd videlicet Stephankone et Ingramo in omnibus bonis vbicumque habent.

378. Andreas de Crakowcz vniuit se cum fratrueli-bus, videlicet cum Bohusslao et cum Adam de Rakowych [3]) cum omnibus bonis vbicumque habent, *Feudum Marchionis.*

379. (Wyssata de Orzechow resignauit vxori sue Budcze VII quartalia ibidem in Orzechow nomine veri dotalicij in XII Marcis grossorum.)

380. Chwal de Bolelucz resignauit vxori sue Kaczne L^{ta} Marcas nomine dotalicij ibidem in Bolelucz in quintodimidio Laneo duabus Tabernis et VI curticulis cum omnibus Juribus et pertinencijs suis et hoc ad manus domini Kokronis et Johannis de Wrbatek.

381. Dominus Stanisslaus vicarius Ecclesie Olomucensis vniuit se cum nepote suo nomine Medwyedkone in Paczow cum omnibus bonis que in eadem villa Paczow habent et habere posunt.

382. Andreas de Neczsicz vniuit se cum domino Andrea nepote suo de Wydsicz cum omnibus bonis ipsorum ibidem in Neczsicz et vbicumque habent. [4])

383. Vlussius de Ceykowicz resignauit vxori sue Margarethe VII laneos in Wsetrapyech [5]) nomine veri dotalicij in LV Marcis grossorum.

384. Hodslaus et Karolus fratres de Slezan resignauerunt II Marcas census in XV Marcis iure hereditario domino Drslao de Crawar et heredibus suis et ad manus domini Johannis de Crawar.

(F. XVIII. v.) 385. Jenik de Morkouicz resignauit pueris suis et ad manus Swoysoni de Raycz omnia bona que habet in Morkowicz et in Poczenicz hereditarie cum omni Jure prout ipse tenuit et possedit.

386. Mylotha et Budys fratres de Quassicz demonstrauerunt sorori ipsorum nomine Elene X Marcas redditуum in Zelenicz et VI Marcas in Olschowecz nomine veri dotalicij secundum Jus terre.

387. Dominus Marquardus de Morcouicz sanus mente et corpore non conpulsus nec coactus, sed proprie voluntatis arbitrio, bona sua videlicet Munícionem in Morcouicz cum censibus foro et duabus araturis ibidem, Item villam dictam Prasklicz cum censibus Molendino et duabus araturis ibidem, Item villam dictam Vhrziecz et quidquid habet in ea cum censibus piscina et duabus araturis, Item in Poczinicz quidquid habet ibidem, Item in villa Skyrben Curiam et quidquid habet ibidem, Item in villa Swa-

[1]) *Johannes, camerarius Olomuc.*
[2]) *de Lelekowic, cudarius Olomuc.*
[3]) *Ist hier der böhm. vielfache Lokal, und bedeutet also beide Rakau, Klein und Gross, welche auch nicht weit von einander nordwestlich von Krakowetz liegen.*
[4]) *Zwischen dieser und der folgenden Einlage ist am Rande von einer anderen, jedoch gleichzeitigen Hand zugeschrieben „Nota dominus Sdenco.“*
[5]) *Statt Setrapjch, da das böhm. Vorwort „W“ mit dem Local des Ortsnamen irrigerweise zusammengezogen ist.*

1355. thoborzicz quidquid habet ibidem, Item villam Bedihoscz quam a Monasterio Gradicensi prope Olomucz tenere debuit a festo sancti Georgij venturo proxime ad sex annos cum ipsius censibus et vtilitatibus, aliaque omnia et singula bona in quibuscumque rebus consistant que ipse quocumque tytulo obtinere dinoscitur, cum Jurepatronatus ecclesiarum bonorum eorundem Ipsorumque censibus Juribus vtilitatibus obuencionibus siluis Rubetis nemoribus piscinis piscacionibus Molendinis pratis pascuis plenoque dominio eorundem Illustri principi et domino, domino Johanni dei gracia Marchioni Morauie suisque heredibus et successoribus, eo Jure quo ipse tenuit libere resignauit, de ipsisque bonis cum ipsorum vtilitatibus vniuersis vt premittitur, eidem Illustri domino heredibus et successoribus suis beniuole condescendit.

(F. XIX. r.) 388. Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimoquinto, post festum sancti Johannis Baptiste, [1]) Colloquium Olomucense est celebratum per Nobiles viros dominos Johannem de Crawar, Hersonem de Lelekouicz Camerarium et Sudarium, et dominum Michahelem de Bludaw summum notarium terre Morauie, Coram nobilibus viris dominis Stephano de Sternberk, Johanne de Bozkouicz, Jescone de Conycz, Johanne dicto Kokor et alijs minoribus officialibus in figura (?) Judicij presidentibus, et alijs quam pluribus fidedignis viris ac eciam in presencia Petri Rankonis de Olomucz Notarij substituti.

389. Andreas de Lom dictus albus vendidit in Srbecz vnam Curiam pro C marcis grossorum domino Czenkoni purchrauio de Bozkouicz, cum omnibus Juribus et pertinencijs suis et cum omni dominio prout ipsemet Andreas tenuit et possedit et hoc hereditarie.

390. (Nicolaus de Domamisslicz resignauit terciam partem Curie ibidem in Domamisslicz Sorori sue Wychne Marsoni marito ipsius Wychne et heredibus ipsius in veram hereditatem.)

391. (Drslaus de Sonwald vendidit VII quartalia Tabernam et Molendinum ibidem Benessio de Sonwald, et heredibus suis hereditarie pro XXX marcis grossorum et pro V fertonibus.)

392. Dominus Wocko de Holsteyn resignauit Mathie dicto Hawychsteyn villam Dywok cum agris pratis pascuis piscinis rubetis et cum omnibus alijs vtilitatibus Juribus et obuencionibus ad ipsam villam spectantibus sibi et suis heredibus prout ipse tenuit et possedit.

393. Luczko et Johan de Dobroczkouicz congressi sunt cum omnibus bonis, que ipsi obtinent, et cum ipsorum heredibus ibidem in Dobroczkouicz.

394. Benessius de Sonwald resignauit vxori sue Elizabeth in dotalicio XX Marcas census in CC^{tis} Marcis cum omnibus Juribus et pertinencijs suis ibidem in Sonwald, et hoc in bonis ipsius Benessij, filie domini Bohussij de Suczendorf.

395. Mathias de Chwalkouicz resignauit vxori sue Czasslaue in dotalicio VIII Marcas census ibidem in Chwalkouicz, Et nichilominus resignat et resignauit residuam partem bonorum heredibus predicti Mathie, et cum illis bonis comisit predictos pueros domino Medwyedkoni de Dubczan donec ad etatem non peruenirent. 1355.

(F. XIX. v.) 396. Czrnoch de Rostanye vendidit medium laneum in villa Pawlow heredibus domini Bozkonis de Lesnicz pro duabus marcis grossorum hereditarie.

397. Zdenka de Wrahouicz resignauit marito ipsius nomine Fridrico tres marcas grossorum veri census ibidem in Wrahouicz in XXX marcis grossorum, Et ipse Fridricus viceuersa resignauit vxori sue predicte in dotalicio III marcas in censu in Drahanouicz in XXX marcis grossorum.

398. Olbramus de Perne dotauit vxori sue Margarethe LX marcas grossorum in Perne et in Crasna nomine veri dotalicij.

399. Wachno de Perne demonstrauit vxori sue Hostenye XIII marcas grossorum in vna Curia ibidem in Perne in vero dotalicio ipsius secundum Jus terre.

400. Wachno de Perne fideiussor domine Hylgnunthe resignauit predicte Hilgunte XIV^{or} marcas in Lesczna in vna Curia et in vno laneo, Et nichilominus residuam partem Curie heredes ipsius domine debent habere.

401. Sboro de Zyrotyn resignauit vxori sue et heredibus ipsius omnia bona vbicumque habet et eciam omnia bona que circa Onsonem de Sonwald emit simili modo resignauit.

402. Alsico de Trawnik vniuit se cum Alsicone Cuzelem de Medlouicz et Swathone Cuzelem de Traplicz cum omnibus bonis vbicumque habent.

403. Gymramus de Honeticz vendidit Stachoni et Scochoni fratribus de Trubka ibidem in Honeticz vnam Curiam cum omnibus Juribus et pertinencijs suis ac ipsorum heredibus hereditarie, prout ipse tenuit et possedit.

404. Zdynko de Senicz demonstrauit vxori sue Katherine XL Marcas grossorum in media Curia ibidem in Senicz nomine veri dotalicij, Et nichilominus ad manus Jarosij de Senicz.

405. Dominus Johannes de Crawar cum fratre suo domino Drsslao congressi sunt cum bonis videlicet videlicet (sic) Castro Gyczin et cum castro Helfenstayn, et cum Fulnek, et alijs municionibus et Ciuitatibus et villis, et cum omnibus alijs bonis vbicumque habent siue sint multa siue pauca.

406. (Stephanus de Remprechtdorf dictus Rausar vnitus est cum fratribus suis videlicet domino Petro plebano de Tracht et Henrico de Gabacz cum omnibus bonis vbicumque habent videlicet Remprechtdorf castrum, XVI laneos et cum omnibus alijs Juribus et pertinencijs suis, Mediam vero partem bonorum omnium cum allodio obligat Stephanus predictus vxori sue Margarete in vero dotalicio ipsius in CC marcis grossorum.)

[1]) *Nach dem 24. Juni.*

1355. (F. XX. r.) 407. (Benessius de Scoronicz vendidit domino Benessio.) [1])

408. Gindrzich de Nowogecz emit aput dominam Margaretham de Dyetkouicz vnam Curiam cum Agris pratis pascuis rubetis ac cum omnibus alijs vtilitatibus pro XL marcis grossorum Pragensium.

409. Domina Prsibka de Naydek cum heredibus ipsius et Gyndrzich de Newogecz emerunt vnam Curiam in Cozusecz circa Brankouicz pro C et XX marcis grossorum.

410. Dominus Benessius de Bozkouicz emit aput Jacobum dictum Czrt in Borzutow vnam Curiam cum agris duobus laneis tribus Curticulis et cum vna Taberna Siluis pratis pascuis et cum omnibus vtilitatibus prout ipse tenuit et possedit pro C et X marcis grossorum.

411. (Onso de Sonwald obligauit duas marcas in censu in Cistislemen Monasterio sancte Clare et Conuentui in Olomucz pro filia ipsius nomine Katherina quam tradidit Monasterio predicto in viginti marcis.)

412. Dominus Jesco de Buzaw notificauit quod post vxorem ipsius nomine Agnescam dederunt sibi de vero dotalicio C et L Sexagenas grossorum, Idem Jesco viceuersa demonstrauit [2]) vxori sue predicte racione dotalicij XV Sexagenas in censu in Loscicz et in Morawiczan Jure Bohemicali, si autem aliquid eidem domine deficeret in predictis bonis de dotalicio ipsius, tunc in alijs bonis wlt demonstrare Centum Sexagenas.

413. (Jesco de Dubrauicz congressus est cum domino Stephano de Chunowicz et filio suo Stepankone cum omnibus bonis vbicumque habent.)

414. (Dominus Janussius de Malenouicz obligauit vxori sue Hyzle villam Otrokowicz in CCC marcis grossorum racione dotalicij cum omnibus vtilitatibus cum agris, pratis, pascuis, hoc adiecto, quod si predicte vxori sue non sufficeret in predicta villa, extunc wlt demonstrare in villa Kwyetkouicz secundum Jus terre.)

415. Albertus de Lessan vendidit medium Laneum ibidem in Lessan Henzlino de Wyczaw pro VIII marcis grossorum ac vxori sue Sbyncze [3]) necnon heredibus ipsorum cum omnibus vtilitatibus suis.

416. Idem Albertus de Lessan resignauit vxori sue Kaczne Curiam in Lessan in C et XX^{ti} marcis in dotalicio ipsius cum omnibus Juribus ac vtilitatibus ad ipsam Curiam spectantibus.

(F. XX. v.) 417. Habartus de Harussek [4]) et Juuenis Habart de Cozussecz vniti sunt simul cum omnibus bonis ibidem in Harussek et in Cuzussek quidquid habent ibidem parte ex utraqua.

418. Jenyk de Dobroticz cum matre sua Margaretha vniti sunt simul cum pueris Jenikonis predicti cum bonis vbicumque habent.

419. Alsico et Bohusca de Bystricz vendiderunt Curiam sitam in Hostkouicz Bolkoni de Huzowia parua ac vxori et heredibus ipsorum pro L Marcis grossorum hereditarie promittentes exbrigare predictum Bolkonem a quolibet impedimento secundum Jus terre. 1355.

420. Janko de Honeticz resignauit vxori sue Budcze XXX marcas grossorum in tribus laneis ibidem in Honeteticz (sic) racione dotalicij cum omnibus vtilitatibus et hoc ad manus Stachonis.

421. Herso de Swabenicz resignauit vxori sue Juczse Nonaginta marcas grossorum in vna Curia et duobus laneis nomine veri dotalicij ibidem in Swabenicz.

422. Trpisslaua mulier de Brzessouicz resignauit Jaroslao de Mosczenicz et vxori sue Bracomile duos laneos in Mosczenicz cum omnibus vtilitatibus ipsorum et hoc hereditarie.

423. Pesco de Racuss et Mathias de Clobuk minori fratres congressi sunt cum omnibus bonis vbicumque habent.

424. Dominus Bolko de Huzowi resignauit vxori sue Byethe vnam Curiam in Mosczankach cum omnibus vtilitatibus villam Hranyczne cum omnibus Juribus et vtilitatibus in Hostkowycz Curiam cum omni Jure et dominio in C et L Marcis grossorum in vero dotalicio, Et hoc Bohusslaus frater ipsius domine suscepit ad manus suas.

425. Andreas de Crąkowcze emit Siluam dictam Lypinam ante XII annos pro X marcis grossorum aput Svdam de Bohusslauicz, et hoc de consensu filiorum Zdisslai et Jacobi cum omni vtilitate.

426. Herso de Olsan emit vnum laneum in villa Bystricz aput Sobyenonem filium Mixonis ibidem de Bistricz pro XVII marcis grossorum sibi et vxori sue Bolcze hereditarie tenendum cum omnibus vtilitatibus.

(F. XXI. r.) 427. Sboro de Zyrotyn et Nicolaus filius ipsius Dyetochius et Benessius de Sonwald vniti sunt simul cum omnibus bonis ipsorum vbicumque habent.

428. (Sudko de Wyscicz resignauit vxori sue Sbyncze ibidem vnam Curiam cum duabus araturis pascuis pratis pomerijs Silua, que se extendit ad tres Laneos nomine veri dotalicij in LXXX marcis grossorum.)

429. (Martinus de Stepanow vendidit domino Pesconi de Weleczenyn duos laneos in Morawan pro XX marcis grossorum hereditarie et IV^{or} laneos ibidem in Morawan obligauit in XL marcis ad tale Jus prout ipsemet tenuit et possedit.)

430. Martinus de Stepankouicz Anna vxor ipsius ac heredes ipsorum obtinent vnam Curiam in Hissl hereditarie cum agris pratis pascuis et cum vniuersis vtilitatibus.

431. (Wyczen de Chrwat demonstrauit vxori sue Anne in bonis suis ibidem racione dotalicij ipsius in C et L marcis grossorum, dominus vero Bolko purchrauius domini Stephani de Sternberk nomine predicte domine ad manus resignatas suscepit.)

[1]) *Der Schluss dieser wahrscheinlich irrigen Einlage fehlt.*

[2]) *Das im Orig. zwischen diesem und dem folgenden Worte stehende „predicte“ ist durchstrichen.*

[3]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „et“ ist unterpunktirt.*

[4]) *Steht irrigerweise für „Zarushec,“ da dieses letztere im Orig. Indice und nicht Harussek vorkommt.*

1355. 432. (Theodricus et Fridricus germani de Paterzyn congressi sunt cum omnibus bonis ipsorum videlicet in Patherzin in Sobaczow et in Mezicz et vbicumque habent.) [1])

1356. 433. Anno domini M° CCC° LVI° post Epyphaniam domini [2]) Colloquium Olomucij est celebratum per Nobiles viros dominos Johannem de Crawar Camerarium Hersonem de Lelekouicz sudarium et dominum Michahelem de Bludaw summum Notarium Tabularum terre Morauie beneficiarijs Olomvcensibus, Coram nobilibus viris dominis Stephano de Sternberk Jescone de Conicz Jescone de Bozkowicz Jescone dicto Kokr Johanne de Buzaw et Jessuthborio Subcamerario et alijs quampluribus fidedignis viris.

434. Agnes de Otaslauicz cum tribus pueris eius, primo videlicet cum duabus femellis et vno masculo in omnibus bonis eius est vnita, videlicet in dotalicio ac alijs omnibus bonis vbicumque possidet atque habet, sed excepit CCC marcas in melioribus bonis prenotatis (F. XXI. v.) vbicumque placuerit, si cum prefatis pueris non posset conmanere.

435. Domina Clara de Sowyncz cum Paulo suo marito ac eius pueris est vnita cum omnibus bonis, quod tamen excepit CCC marcas in melioribus bonis prenotatis vbicumque ei placuerit, sed interim debet regere predicta bona quamdiu viuet.

436. Nos Agnes vxor Wokonis olim de Eylburk, et Clara vxor Pauli de Eylnburk recognoscimus vendidisse bona nostra hereditaria in villa Rohla, IX marcas reddituum cum collacione ecclesie ibidem, et Judicio integro, et silua vna dicta Bradlo et alia silua dicta Zdar et in villa Dubiczka II marcas reddituum cum peculiario (?) et Balneo medio et vna silua sub villa sita fluuio Moraue adiacente, et alia silua sita aput villam Bohusslauicz et mediam villam dictam Trsyesczyna, et aliam dimidiam villam dictam Bohusslauicz, cum omnibus vtilitatibus et libertatibus paruis seu magnis quocumque nomine censeantur domino Jesconi de Wylndberk et suis heredibus pro CCC et sexaginta marcis grossorum.

437. Domicella Clara de Sardicz cum omnibus bonis ibidem in Sardicz uel vbicumque habet vnita est cum domino Henrico de Newogecz super bonis que habet in Jestrzebicze Haluzicze Brziczo secundum Jus terre.

438. Bohunco de Brancowycz nomine dotalicij XIIII laneos ibidem in Brancowicz assignauit vxori sue Ewe de Dobroscowicz in C et XXV marcis grossorum.

439. Jarossius de Wyeczomilicz nomine dotalicij vxori sue domine Clare in C et XXV marcis grossorum Curiam suam ibidem resignauit, et quidquid ibidem in Curia non sufficeret hoc super alijs bonis suis ibidem assignauit.

440. Domina Jutka de Honczowicz coram beneficiarijs sicut cum matre sua domina Zdynka de omnibus bonis suis fuit congressa, sic ibidem disgregata est cum ea, Et nichilominus congressa est cum filio suo domino Jescone dicto Ptacek de Slupa. 1356.

441. Domina Jaroslaua de Lodenicz cum omnibus bonis que habet ibidem est congressa cum filio suo Jancone.

(F. XXII. r.) 442. Woyczechius de Trubek vendidit et resignauit Troyano de Trubek ibidem duos laneos in Tyessyenye pratum et Curiam et pro XXXIII marcis grossorum.

443. Prsiessek de Racus vxori sue Anne nomine dotalicij ibidem in Racus super Curia sua ibidem et censum III marcarum in L marcis grossorum assignauit.

444. Mares de Zadlowycz vxori sue Cuncze super Curia minori sue Curie in qua residet vicina in Zadlochowicz nomine dotalicij in XXV marcis assignauit.

445. Buzek de Poczenicz vendidit et resignauit Raczkoni de Sborouicz et fratribus suis villam Medlaw cum omnibus suis vtilitatibus pro LXXXVI marcis grossorum.

446. Gilgies de Vgezd Wladiczi wendidit et resignauit Pesconi dicto de Bucowicz vnum laneum cum omnibus vtilitatibus pro X marcis grossorum.

447. Bedrzich Wlassinonis filius de Trnauia vendidit et resignauit Petro aduocato de Lypnik villam Trnauiam cum Curijs siluis pratis rubetis et cum omnibus suis vtilitatibus pro L marcis grossorum.

448. (Mathias de Satiessicz fratri suo Philippo de Pencicz omnia que habuit ibidem in Satissicicz vendidit et resignauit pro XVIII marcis grossorum.)

449. Jesco de Wrbeticz super Curia quam habet ibidem assignauit nomine veri dotalicij L marcas Ance vxori sue.

450. Petrus de Oppatouicz medium laneum cum omnibus suis vtilitatibus ibidem in Oppatouicz pro XV marcis vendidit Bedrzichoni de Oppatouicz.

451. Petrus de Oppatouicz vxori sue Margarethe ibidem in Oppatouicz super laneo quem habet nomine dotalicij in viginti marcis resignauit.

452. Buzek de Dobromilicz vxori sue Stoncze nomine dotalicij omnia bona que habet ibidem quocumque nomine censeantur resignauit.

453. Jenczo Spram commisit pueros suos et omnia bona sua domino Jesconi de Cónicz, sic quod si aliquid in eo contingeret, dato dotalicio vxori sue residuam partem pueris reseruaret.

(F. XXII. v.) 454. Domina Bolka de Rubanyn vniuit se cum Bedrzichone de Oppatouicz cum omnibus suis que habet in Rubanyn ac Molendino suo sub Oppatouicz ipse vero cum villa Rudka quidquid habet cum pratis.

455. (Bernhardus de Czech resignauit vxori sue Adlicze hereditarie Curiam in Lessan, sic quod si pueros cum eo haberet, et alteri marito post hoc nuberet, pueri sui dictam Curiam in L marcis possunt liberare.)

456. Jesco Sonwald vendidit et resignauit domino Stephano de Sternberk vnum laneum cum omnibus

[1]) *Am Rande dieser Einlage steht von einer späteren Hand geschrieben „delendum.“*

[2]) *Nach dem 6. Jänner.*

1356. vtilitatibus ibidem in Sonwald pro XXIII marcis grossorum.

457. (Janek de Coslouicz congreditur cum omnibus suis que habet in Coslouicz cum Vlrico filio domini Jesconis Kokor.) [1])

458. Martinus de Drahanouicz et Przibislaus de Boreticz assignarunt Vichne vxori Przibislai nomine dotalicij ibidem in Boreticz super Curia et omnibus que habent ibidem CL marcas grossorum.

459. Thomek de Wrbeticz vendidit Curiam quam habuit in Wazan pro LXXII marcis. *Nota Curia debet deleri.*

460. (Chunes filius et Anna de Poczenicz laneum vnum ibidem in Poczenicz vendiderunt et resignauerunt et quosdam agros videlicet tria Jugera Welislao de Wrbecz et suis heredibus pro XIIII marcis.)

461. Ingramus et Michacius de Brneczco vendiderunt domino Paulo de Sowynecz Sudcaw uillam cum omnibus vtilitatibus pro CLXXXX marcis grossorum.

462. Dominus Paulus de Sowynecz assignauit vxori sue Kacznie villam Sudcaw cum omnibus vtilitatibus nomine veri dotalicij.

463. Bedrzich de Stichouicz et Stiborius de Snyechoticz congressi sunt cum Curia ibidem et cum omnibus que habent in Snyechowicz.

464. Sdisslaus de Lhotca congreditur cum matre sua domina Anca de Rzimicz cum omnibus bonis vbicumque habent, Sed Sdislaus (F. XXIII. r.) excipit dotalicium vxoris super Curia sua in Lhota, et si quid in ipsa deficeret super alijs que habet ibidem in LXXXX marcis grossorum. [2])

465. Jarosslaua de Wissouicz quinque quartalia que sibi domini Vlricus et Wilhelmus de Namescz in XII marcis obligauerunt cum litera et omni Jure suo filiastris suis Nicolao et Andree fratribus resignauit.

(F. XXIII. v.) 466. Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo sexto post diem sancti Johannis Baptiste [3]) Colloquium dominorum fuit celebratum presentibus Nobilibus viris dominis Johanne de Crawar summo Camerario Hersone Sudario, domino Michahele Supremo notario Tabularum terre Morauie Ceterisque alijs nobilibus, domino Johanne de Bozkowicz, Mathussio de Sternberk, Johanne dicto Kokr, Jessutborio subcamerario, Laurencio subsudario, Theodrico vicepurchrauio et alijs multis fidedignis nobilibus ibidem presentibus.

467. Woyczechius Canonicus Olomucensis Nicolaus et Ingramus fratres de Otasslauicz in villa Smrzicz quinque laneos et vnum quartale cum dimidio XI curticulis Molendinum Judicium hereditarium quod habet tria quartalia et vnam Curiam cum tribus quartalibus, vnum laneum in Brodlino cum omnibus agris cultis et incultis Siluis rubetis nemoribus pratis pascuis piscacionibus aquis aquarum decursibus et cum omnibus fructibus prouentibus redditibus Juribus et oneribus Jurisdictionibus vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis, ac cum toto dominio directo vendicionis titulo prout ipsi tenuerunt et possiderunt venerabilibus viris dominis Alberto decano Johanni preposito et Capitulo ecclesie Olomucensis pro Centum et quadraginta marcis grossorum Morauici pagamenti vendiderunt venditis iure et dominio hereditarie cesserunt per eos et Ecclesiam Olomucensem perpetuis temporibus possidenda et habenda. 1356.

468. Item Martinus de Drahanowicz vendidit Capitulo Ecclesie Olomucensis videlicet medium laneum Tabernam maiorem censuancia III fertones et duas mensuras Tritici cum omnibus Juribus et vtilitatibus prout ipse tenuit et possedit.

469. Dobka vxor Alsonis filia olim Onsonis de Luczka congressa est cum sororibus suis Anna et Methilda cum omnibus bonis suis que habent ibidem in Luczka excepto dotalicio mariti sui Alsiconis videlicet XXX marcis.

470. Adam de Woynicz filius olim Cultellini Ciuis Olomucensis Tres marcas grossorum argenteorum denariorum et VIII pullos et vnam Sexagenam oworum census annui super Curia (F. XXIV. r.) sua in Woynicz situata cuius Purchrecht pro se reseruauit vendidit Olomucensi Ecclesie pleno iure hereditario pro XXX marcis grossorum vsualium per ipsam Ecclesiam Olomucensem perpetuis temporibus possidendam.

471. Benes de Crir vendidit et resignauit domine Agnete Relicte Bohunconis dicti de Rez VI laneos et rubetum in Dyeczin hereditarie possidendos.

472. Dominus Jenussius de Byelcowicz super bonis suis omnibus que habet ibidem in Byelcowycz Agnete Conthorali sue quingentas sexagenas nomine veri dotalicij Jure terre Morauie assignauit.

473. Domina Przibca de Opatowycz resignauit filio suo Bohusslao dotalicium ipsius ibidem in Oppatouicz XLV marcas grossorum super Curia quam habet ibidem.

474. Domina Bohusslawa de Oppatowycz vnita est cum filijs suis Jacobo et Mixone ibidem in Oppatouicz cum ipsius dotalicio videlicet cum LXXX marcis grossorum quas habet in Curia ipsius.

475. Domina Hylgunda vxor Wenczesslai Strnysczonis hereditatem quam habuit in Pruss videlicet VI laneos VI marcas censuantes cum omnibus suis Juribus pro hereditate in Herolticz quam habuit domina Elena vxor Stonarij pro IIII laneis similiter VI marcas censuantibus cum omnibus Juribus et vtilitatibus commutauit.

476. (Dominus Vlricus de Namyescz vxori sue Margarethe in Lubenicz in Centum et quinquaginta marcis grossorum et in Wysowycz decem marcas redditus in C marcis nomine veri dotalicij iuxta consuetudinem terre Morauie assignauit.)

(F. XXIV. v.) 477. Pesco de Bieloczin omnia que habuit ibidem VIII laneos cum quartali Pesconi

[1]) *Bei dieser Einlage ist am Rande von einer späteren Hand zugeschrieben „Janko de Kozlouicz.“*

[2]) *Bei dieser Einlage steht am Rande von einer späteren Hand zugeschrieben „ius dare tenetur.“*

[3]) *Nach dem 24. Juni.*

1356. dicto Bykowecz vendidit pro C IV^{or} marcis grossorum eidem resignauit.

478. Maczek de Sticowycz Curiam quam habuit ibidem in Sticowycz Mixoni de Nakel pro LX marcis grossorum cum omnibus Juribus suis et vtilitatibus predicto Mixoni et fratribus suis Hermanno et Hinczciconi vendidit et resignauit.

479. Nicolaus de Luczka vniuit se cum omnibus bonis suis que habet ibidem in Luczka cum vxore et pueris suis, cum Sborone de Zyroczin cum omnibus bonis que habet in Luczka, vnionem fecerunt insimul.

480. (Jesco de Chrumsin Curiam quam habuit ibidem vxori sue Anne in L marcis grossorum nomine veri dotalicij iuxta terre consuetudinem dedit et assignauit, *Et ad manus domini Ade de Conicz et Nicolao fratri Fridrici de Stiechowicz.)*

481. Fridricus de Sticowycz vxori sue domine Agnete super Curiam quam habet ibidem in Sticowycz XXXV marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit. *Et ad manus domini Ade de Conicz et Jesconis generi.*

482. Andreas de Dluhomilow vendidit Arnoldo de Dluhomilow pro LX marcis grossorum vnam Curiam VI laneos vnam Tabernam hereditarie ibidem in Dluhomilow sibi et suis heredibus resignauit possidendam prout ipse tenuit et possedit.

(F. XXV. r.) 483. Prziedata de Lessnicz Sorori sue Byethie et pueris suis vtriusque sexus Curiam cum tribus ortulanis et omnibus Juribus suis pro XLVI marcis dedit et resignauit.

484. (Pesco de Dluhomilow Curiam et vnam marcam Census ac Molendinum cum omnibus suis iuribus et vtilitatibus pro LX marcis grossorum Bohunconi de Cogissow et fratri suo Dyethmaro vendidit et resignauit.)

485. Budek de Dobrcicz vxori sue Clare nomine veri dotalicij VIII marcas super hereditate ibidem in Dobrocicz et VIII marcas super rebus mobilibus assignauit. [1])

486. (Domina Alena de Namyescz vniuit se mutuo cum omnibus bonis suis vbicumque habet videlicet cum filio suo Milotha et cum Onsone de Swabenicz eciam cum bonis ipsorum vbicumque habent.)

487. Adam de Olsan nomine veri dotalicij super Curiam quam habet ibidem in Olsan vxori filij sui Ewe in XX marcis grossorum assignauit.

488. Pessek de Wezek circa Ratay Curiam quam habuit cum omnibus bonis suis [2]) iuribus et vtilitatibus Maczconi de Sticowycz pueris suis pro XXX marcis grossorum vendidit et assignauit.

489. Jesco dictus Kussye vendidit vnum laneum in Sobyebrzuch Mraksoni de Sobyebrzuch pro X marcis grossorum hereditarie resignauit.

(F. XXV. v.) 490. (Janacz de Bechina filius olim domini Czenkonis de Bechina Serenissimo principi et domino domino Johanni dei gracia Marchioni Morauie bona sua, que a patre suo predicto domino Czenkone iure hereditario ad eum sunt deuoluta, videlicet Malenowycz municionem ac villa Malenouicz, cum villa Kwyetkowycz Craczenowycz Kozynecz Tetczowycz Otrokowycz Bunow Lhotam Luky Brzezowe cum omnibus alijs bonis seu villis quibuscumque nominibus censeantur locatis et non locatis Censibus obuencionibus vtilitatibus in terra et super terram vsifructibus Siluis pratis pascuis venacionibus quarumcumque Bestiarum aucupacionibus auium Molendinis piscinis locatis et locandis aquis aquarum decursibus piscacionibus et generaliter cum omnibus suis Juribus et pertinencijs vniuersis cum eciam omni dominio prout pater suus predictus et ipse Janacz ex successione hereditaria tenuit vendidit et hereditarie sibi et suis heredibus hereditarie racionabiliter resignauit.) 1356.

491. (Janussius de Bechina vxori sue domine Hyczle redempta villa dicta Scoronicz quam olim tenuit dominus Mathussius de Sternberk super eadem villa eidem vxori sue ac nomine ipsius domino Henrico de Ossow, necnon filio eiusdem domini Henrici Hinkoni in CCC marcis veri dotalicij secundum Jus terre dedit et assignauit, nam olim dictum dotalicium super villa Otrokowicz habuit, que domino Marchioni Morauie racionabiliter est resignata.) *Deletum ex consensu domini Wanconis de Luchtenburch patrui sui.*

492. Anno domini M° CCC° LVIII° in Colloquio celebrato post Epyphaniam domini [3]) presidentibus Nobilibus dominis et Sudarijs seu beneficiarijs Sude Olomucensis videlicet domino Jescone de Crawar supremo Camerario Herschone Sudario de Lelecowicz, Frankone summo Notario Tabularum terre Morauie, Stephano purchrauio Olomucensi, domino Jescone de Bozkowicz, Wokone de Holensteyn, Mathusschio et Jaroslao de Sternberchc, Alberto de Towaczow, Jescone de Buzaw Bludone de Cralicz, et Drsslao de Selnberk et alijs quam pluribus Nobilibus circa hoc personaliter constitutis. 1358.

Eodem die tradite fuerunt presentes Tabule terre Morauie Frankoni Notario Camere domini Marchionis.

(F. XXVI. r.) 493. Item primo Bohunko de Dluhomulow Vxori sue Gerdrudi bona sua ibidem in Dluhomilow II marcas grossorum in censu et vnam Curiam cum duobus laneis soluentibus Siluam sitam in Coyssaw cum omnibus Juribus et pertinencijs nomine veri dotalicij in Centum marcis grossorum libere Resignauit secundum quod Jus Terre postulat et requirit, Si autem, quod absit ipsum Bohunkonem decedere contingeret, ex tunc quamdiu ipsam in viduali sede perseuerare contingeret predicta bona debet pacifice possidere, contrarium vero si fecerit, solutis eis C^{um} marcis predictis, heredes ipsius Bohunkonis predicta bona mox redire debent suos ad heredes et tenentur.

[1]) *Am Rande dieser Einlage ist von einer anderen gleichzeitigen Hand geschrieben „Sudko de Dobrczicz."*

[2]) *Diese zwei Worte sind unterpunktirt.*

[3]) *d. i. nach dem 6. Jänner.*

1358. 494. Item Serenissimo principi et domino Johanni Marchioni Morauie Herscho et Sezema de Chylicz villam Chrzelicznicze et suis heredibus cum omnibus Juribus et Siluis Pratis Pascuis Aquis ceterisque dominijs ac pertinencijs intra et extra villam Resignarunt, quam ipse dominus Marchio ab eisdem pro Quingentis marcis grossorum comparauit Jure hereditario possidendam.

495. (Item dominus Sutko de Drzewohosticz bona sua singula que ibidem in Drzewohosticz et alibi vbicumque habet domino Dirzlao de Schelnberch cum singulis Juribus pertinencijs ac dominio ac ipsius heredibus Resignando hereditarie condescendit.) [1])

496. Item dominus Paulus de Zdunek cum consensu domini Wokkonis de Holenstein Margaretie sue conthorali super bonis ibidem in Zdunkam pertinentibus ducentas et Quinquaginta Sexagenas secundum Jus terre nomine dotalicij ad manus Jeskonis et Mylothe de Zezin assignauit.

497. Item dominus Wokko de Holenstein partem suam in villa Qualkowicz cum omnibus Juribus et pertinencijs dominis Jeskoni de Boskowicz et Dirzlao de Schelnberch hereditarie possidendam Resignauit.

(F. XXVI. v.) 498. Item ad relacionem domini Ade de Conicz ex parte domini Marchionis Nicolaus dictus Dyecze de Ohrozym vendidit Capitulo Olomucensi ibidem VII et medium laneos vnam curticulam maiorem et secundam minorem cum omnibus Juribus et pertinencijs ac dominio pro C. et LX marcis grossorum et XLVI grossis iure hereditario possidendam in perpetuum et tenendam, quam honorabilis vir dominus Johannes prepositus Ecclesie Olomucensis nomine predicti Capituli et Ecclesie vsurpauit et suscepit.

499. Item Maczko dictus Cobulka et vxor sua dicta Ryczhce de Wezek vendiderunt Lezkoni [2]) de Przestabulk vnam araturam, Molendinum, tria quartalia agrorum, Rubeta Curticulas piscinam cum omnibus Juribus et pertinencijs hereditarie possidendam.

500. Item Wrsko de magna Senicz vxori sue Offcze Quinquaginta marcas grossorum deputauit ibidem in Senicz in vna Curia cum Jurepatronatus et vno Molendino nomine veri dotalicij secundum Jus Terre Resignauit et hoc ad manus domini Sworonis de Zerotin et Tassonis de Katherzenicz.

501. (Item Onscho Beneschius et Hincze fratres de Kozoschan congressi sunt ad inuicem cum vniuersis bonis vbicumque tenent et possident.)

502. Item Martinus de Drahnawicz vendidit Gallo de Trimaczow vnam Curiam in in (sic) Strzezaw Sex laneos sex curticulas minores pro C et XL marcis grossorum Siluamque et vnam Curticulam dedit sibi gratis hereditarie possidendam.

503. Item Hermannus de Bylowicz vendidit domino Ade de Conicz octo laneos in Przemisslowicz intra villam et extra et alijs suis pertinencijs pro LXX marcis grossorum hereditarie Resignauit et Adam predictus quinque quartalia addidit prelibato Hermanno in villa Byelowicz prenominata.

504. Item Raczko de Dobyrs deputauit vxori sue Elyzabeth Quinquaginta marcas grossorum in vna Curia sita ibidem cum omnibus Juribus et pertinencijs nomine veri dotalicij secundum Jus terre demonstrauit. 1358.

505. Item Bonussius de Passlawicz congressus est cum Przibikone et Johankone de Borsutau cum vniuersis bonis, que obtinent in Passlabicz et in Lhlota (sic) et cum media parte Jurepatronatus ac alijs suis pertinencijs spectantibus ad villas prenotatas.

(F. XXVII. r.) 506. Sdenko et Andreas de Myenyn congressi sunt cum vniuersis bonis vbicumque ea habere seu obtinere dinoscuntur.

507. Item Anna de Poczenicz condescendit filio ipsius nomine Chunschoni III laneos ortum et terciam partem Rubeti, quod nomine sui dotalicij obtinebat iure hereditario possidendum.

508. Item Andreas de Lomow vendidit Lewyconi et suis pueris de Poczenicz VI laneos in Teczeticze cum agris pratis Rubetis curticulis pro C marcis grossorum hereditarie possidendos.

509. Item Mylotha et Budisschius fratres de Quassicz cum vniuersis bonis sunt congressi.

510. Item predicti fratres mediam partem ville Cothoged et mediam partem Czessnowicz Raczkoni de Sborowicz pro C marcis grossorum vendiderunt.

511. (Item ad relacionem domini Jesconis de Bozkowicz ex parte domini Marchionis domina Cecilia vxor domini Jesconis de Conicz bone memorie, domini Ade de Conicz dotalicium ipsius quidquid habet ibidem in bonis in Conicz resignauit et secum quamdiu ei placet cum Quingentis marcis grossorum est congressa.)

512. Item Bernhardus de Cech filius domini Luczkonis commutauit bona pro bonis, videlicet in montibus Hradiscze suam quartam partem, duos laneos in Ohrozym vnam curticulam minorem, cum domino Johanne de Bozkouicz pro bonis videlicet in villa Baczkow Curia IIII curticulis minoribus iure hereditario possidenda.

513. (Item dominus Vlricus de Chunowicz vxori sue Barbore necnon ad manus dominorum Jesconis de Bozkowicz ac patris ipsius Remundi in Chunowicz nomine dotalicij secundum ius terre Morauie Trecentas et LXXV sexagenas grossorum assignauit et deputauit.)

(F. XXVII. v.) 514. (Item dominus Beneschius de Crawarn sue vxori Elyzabeth super villa Vrczicz sita prope Prosteys nomine veri dotalicij Quingentas marcas grossorum eidem deputauit videlicet super Curia piscina et dominio ac suis vniuersis pertinencijs et ad manus fratrum Sdenkonis et Zcenkonis de Letowicz.)

515. Item domina Bolka de Otazlawicz sue Nepti Mabcze Moniali Monasterij in Dubramic in Dubeczka duas marcas grossorum in censu vsque ad tempora vite ipsius deputauit. Sic tamen quod fratres predicte Mabcze in Viginti marcis duas marcas predictas reddituum exsoluendi habebunt facultatem.

[1]) *Bei dieser Einlage steht am Rande von einer anderen Hand geschrieben „Nota hic.“*

[2]) *Scheint irrthümlich statt Lekessch, und dieses statt Leksa, Aleksa = Alexius zu stehen?*

1358. **516.** Item Ingramus de Otazlawicz conthorali sue Sancte et ad manus patris ipsius Waltheri de Keczer necnon fratrum [1]) ipsius Sancte nomine veri dotalicij super bonis in Otazlawicz et Brodlino spectantibus, ducentas et Quinquaginta marcas grossorum secundum Jus terre deputauit.

517. Item Jaroschius de Drahutusch Vxori sue domine Froscze in porcione sua, quam habet in bonis Drahotusch et in Lybosswar, cum agris pratis pascuis et alijs suis pertinencijs, in C et LXXX marcis grossorum dedit et assignauit, tali condicione interiecta, quod si ipsum decedere contingeret, et ipsa sedem vidualem non immutaret, quod extunc inperpetuum sine omni impedimento possidere debet et tenetur. Si autem non fecerit, extunc datis ac solutis pecunijs pretactis, fratres aut heredes ipsius exsoluendi in predicta pecunia habebunt plenam facultatem, et ad manus Ramschonis de Zeidelmanicz et Sbinkonis Czakonis Resignauit.

518. Item Herscho de Biskowicz vendidit Miliczio et domino Mathie presbitero fratribus de Dobromilicz vnam araturam cum Curia et alijs suis pertinencijs pro Vigintiquatuor marcis grossorum hereditarie possidendam, ibidemque Byetha vxor predicta Herschonis dotalicium ipsius super eadem Curia obtentum, predictis emptoribus libere Resignauit, Ibique soluerunt pecuniam predictam pro dictis bonis integraliter et complete.

519. Item Mathilta Soror domini Ade Conicz, vniuit se cum predicto domino Ade cum vniuersis bonis suis, que habet nomine dotalicij in bonis Conicz, videlicet cum C. marcis grossorum, Item similiter in bonis Raycz et in Lelelkowicz congressa est cum dotalicio ipsius cum domino Ade predicto videlicet cum C et L marcis grossorum predictorum.

(F. XXVIII. r.) **520.** Item domina Przibka de Opathawicz cum Marito ipsius Lutkone Curiam ibidem sitam filio suo Bohuslao de Laskaw cum omnibus Juribus et pertinencijs dotalicium ipsius libere Resignauit.

521. Item Raczko de Sborowicz vendidit Curiam et duas porciones cum vineis et omnia que habet in Zarowicz cum propungnaculo et in Honnczicz cum Molendino, Pratis, Pascuis, Siluis, ac alijs suis pertinencijs Jure hereditario Alschiconi dicto Kuschel et suis pueris tenenda et possidenda et hoc pro Quingentis marcis grossorum vendidit et Resignauit.

522. Item Onscho de Schonwald vendidit domino Marchioni in Pyscow quartam partem ville cum omnibus Juribus et pertinencijs pro XXX marcis grossorum Jure hereditario possidendam ibidem, Wrsko cum Zdenkone fratre suo de Senycz impetunt ipsum Onschonem de obligacione in eisdem bonis, promisit predictus Onscho coram domino Marchione disbrigare.

523. Item Chrzapek et Zibrzid de Tlustomast vxori sue Kaczne dotalicium ipsius secundum Jus terre ibidem in Tlustomast in C. marcis grossorum in bonis suis, que ibidem obtinent cum omnibus Juribus et pertinencijs demonstrarunt, exceptis duobus agris sine mensura, qui wlgariter dicuntur niue et medio laneo, quem frater suus tenere debet usque ad obitum ipsius, quem post iterum ad heredes Chrzapkonis deuoluetur. 1358.

524. Item domina Kaczna vxor Chrzapkonis de Tlustomast vendidit Curiam in Wyssoka Jeskoni dicto Swytlikoni de Przieluk pro XL marcis grossorum cum omnibus suis pertinencijs hereditarie Resignauit.

525. (Item Dytmarus de Postupek obligauit vxori domini Scochonis de Postupek villam Myrotky in Centum et viginti marcis grossorum nomine veri dotalicij cum omnibus Juribus et pertinencijs, quamdiu dictus Dytmarus de predictis pecunijs satis non fecerit plenarie et complete, et hoc ad manus domini Partuschij et Leutoldi fratrum ipsius domine de Paulowicz.)

(F. XXVIII. v.) **526.** Item Jeniko senior de Morkowicz Patruus ipsorum resignauit Wlczkoni et Zawissio de Morkouicz omnia bona ipsius in Morkowicz in Poczenicz et in Prasclicz cum omnibus iuribus et pertinencijs ad predicta bona spectantibus ipsis et ipsorum heredibus hereditarie possidenda.

527. (Item dominus Pardussius et Lutoldus fratres de Paulowicz congressi sunt ad inuicem in bonis que obtinent in Paulowicz in Lhota mediam partem in Prossenicz cum quinque quartalibus, cum media parte omnium bonorum videlicet Agris pratis siluis piscinis ac alijs pertinencijs vniuersis.)

528. Item Wenceslaus de Cech vendidit Philippo de Pencicz et suis heredibus vnam Curiam sitam in Pencicz pro VIII marcis grossorum iure hereditario possidendam.

529. Item Colda de Polkowicz condescendit domino Medwyedkoni de Wrzessowicz de vna Curia ibidem in Polkowicz cum VI laneis et tribus curticulis et cum Molendino ac alijs pertinencijs vniuersis.

530. Item dominus Drsslaus de Schonwald condescendit Jacubkoni ibidem in Schonwald tres marcas grossorum in censu in XXX marcis grossorum nomine dotalicij asignauit.

531. Dominus Albertus Episcopus Swerinensis et dominus Zdenko fratres de Sternberk reddimerunt vniuersa bona in Zlyn pertinencia, in octingentis et L marcis grossorum in quibus erant obligati.

532. Item dominus Jarosslaus de Sternberk sue vxori Machne super Silperk Jacubowicz Pisarzowicz et Brzezna nomine dotalicij in CCC sexagenis grossorum secundum ius terre cum omnibus iuribus et pertinencijs assignauit.

533. Item domina Bolka (relicta?) olim domini Alberti de Bistricz vendidit domino Alberto Episcopo Swerinensi et Zdenkoni de Sternberk Jus obligacionis dotalicij in Lodenicz pro C et XXX marcis grossorum predictorum.

(F. XXIX. r.) **534.** (Item dominus Stephanus Rauserus et Henricus fratres de Remprechtdorf Reuerendo domino Alberto Swerinensi et Zdenkoni fratribus de Sternberk, nec non ipsorum heredibus villam Remprechtdorf cum fortalicio, cum omnibus iuribus et pertinencijs et dominijs vendiderunt here-

[1]) *Zwischen diesem und dem nachfolgenden Worte steht „ipsorum," welches aber durchstrichen ist.*

1358. ditarie pro Quadringentis marcis grossorum LXIIII grossos pro marca qualibet conputando. Ibidem domina Margaretha vxor Rauscheri predicti dotalicium ipsius videlicet CC marcas grossorum, quas habuit racione dotalicij ipsius, predictis dominis libere resignauit, Item pro Suczie promiserunt isti qui secuntur, Henricus Rauscher natus eiusdem, Fridericus de Bulger Henricus dictus Hymel de Gutprun, Haymel de Purgen Artolf de Suczendorf, Haynuschius de Pelwicz, prout in literis super eo contentis plenius continetur.)

535. Item Gyndrzich de Drahotusch vxori sue domine Ewe CC et L marcas grossorum in sua porcione in bonis Drahotusch in Milenow in Radkow cum omnibus iuribus et pertinencijs suis nomine dotalicij deputauit, Et hoc ad manus Vlrici de Zeletaw resignauit.

536. Item Tasswyczer de Tasswicz et filiaster suus Przibco vendiderunt pro Centum et Nonaginta marcis grossorum domino Vlmanno de Velika XVI laneos ibidem in Tasswicz et duas araturas cum omnibus Juribus et pertinencijs hereditarie possidendos.

537. Item Hyncze de Pernik vxori sue Offcze deputauit dotalicium ipsius in sex laneis ibidem in Pernik existentibus in LX marcis grossorum cum omnibus iuribus et pertinencijs suis cessit et resignauit, Et ad manus domini Jesconis Koker et suis heredibus.

538. Jesco de Raycz vxori sue Juczse deputauit C. et L marcas grossorum nomine veri dotalicij in Raycz in porcione sua, si autem deficeret ibidem extunc in Rostanye sibi demonstrauit cum omnibus suis pertinencijs, Et hoc ad manus domini Jesconis de Boscowicz Vlrici de Chunowicz et Jesconis de Dubrawicz.

(F. XXIX. v.) 539. Item Andreas et Mixo fratres de Slatina parua congressi sunt cum vniuersis bonis que obtinent ibidem in Slatina.

540. Stiborius de Vicschicz deputauit C. marcas grossorum vxori sue Offcze in duabus araturis et medijs rubetis, cum omnibus suis pertinencijs, et hoc ad manus domini Dyethmari et filij sui Scochonis de Postupek.

541. Item Gallus de Duban vendidit Curiam cum quinque quartalibus tabernam curticulam cum pratis pascuis, Johanconi filio domini Medwyedkonis de Wrzessowicz ibidem in Duban pro C et XXX marcis grossorum sibi et suis pueris tenendam et possidendam.

542. (Item Jenczo de Spranek vxori sue Ancze deputauit LX marcas grossorum nomine dotalicij in bonis Spranek et in Castro cum omnibus Juribus et pertinencijs suis, Et hoc ad manus Frankonis de Zyrotyn.)

543. Item Drslaus dictus Pohanek de Necsicz vendidit Dobessio de Paulowicz vnum laneum situm in Lhota circa Paczslawicz pro III marcis grossorum hereditarie possidendum.

544. Item dominus Paulus [1]) de Sowynecz Tutor orphanorum Onschonis bone memorie de Luczka vendidit patruis predictorum orphanorum videlicet 1358. domino Stephano Canonico Olomucensi et Ade de Luczka quartamdimidiam marcas grossorum veri census ibidem in Luczka, de consensu predictorum orphanorum hereditarie possidendas.

545. Item Johan de Luczka vendidit domino Stephano canonico Olomucensi et Ade de Luczka quinque quartalia agrorum cum suis pertinencijs hereditarie possidenda.

(F. XXX. r.) 546. Item Mixo dictus Czrni et Buzko de Dobromilicz vendiderunt quartumdimidium laneos Molendinum ibidem in Dobromilicz Jacobo dicto Morawe Martino dicto Huscze de Piscupicz hereditarie possidendos, Tamen condicione tali interiecta, quod predictos Mixonem et Buzkonem pecunias infra tres Annos habere contingeret, extunc mox ad ipsos viceuersa deuoluetur.

547. Item Theodricus dictus de Patherzin vendit villam Olesnicz alterummedium laneum in Hrabie Curiam in Woytechaw cum vno fertone soluenti domino Benessio de Buzaw cum omnibus pertinencijs heredidarie possidendam.

548. Item Fridricus et Nicolaus fratres de Stichowicz congressi sunt vniuersis bonis vbicumque habent.

549. (Item domina Mabka de Celeczicz resignauit Jacobo de Seluticz dotalicium quod obtinet in Curia Nicolai de Czeleticz filij sui nomine XXV marcarum.)

550. Item Jesco et Stiborius fratres de Celecicz congressi sunt cum vniuersis bonis vbicumque habent.

551. Item domina Byetha de Celecicz deputauit domino Raczkoni presbitero et Janaczoni dicto Skrzietek de Trpenowicz, condescendit (XV marcas grossorum, quas habet in Curia sua in Celechowicz, Item) in secunda Curia mariti eius ibidem in Celcicz XXIII marcas grossorum deputauit fratribus prenotatis.

552. Item domina Margaretha filia Radslai de Celcicz habuit IV marcas super Curia predicta in Celcicz quas quidem IV marcas Jacobo de Seluticz resignauit.

553. Item domina Zyzna de Celcicz resignauit Mixoni dicto Blatse de (F. XXX. v.) de (sic) Celcicz mediam Curiam sitam ibidem olim Gindrzichonis patris ipsius mediam curticulam et vnum quartale soluens.

554. Item Slawa de Costelecz vendit medium laneum Stankoni situm ibidem cum matre Przibka.

555. (Item Philippus de Stichowicz exemit suam hereditatem a Nakelczone et dedit delere de tabulis terre.)

556. Item Marschico dictus Dupnik de Wazan, condescendit de vna Curia sita in Muchnicz cum omnibus suis pertinencijs Welizoni fratri suo dicto Dupnik et suis pueris [2]) de Sobolek et suis pueris possidenda.

557. Item Valentinus de Przestawlk vxori sue Hercze XXX marcas grossorum in vniuersis bonis suis ibidem nomine dotalicij assignauit.

558. Item Jesco dictus Swyetlik Curiam in Wyssoka vnam Tabernam cum alijs suis suis (sic) pertinencijs Hedwigi vxori sue in XL marcis grossorum resignauit.

[1]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „Tutor“ ist unterpunktirt, daher als gelöscht zu betrachten, da selbes ohnehin noch einmal vorkömmt.*

[2]) *Die drei Worte „et suis pueris“ sind im Orig. unterpunktirt.*

1358. **559.** Item Lutco de Oppatowicz super villa Przemislowicz de sex marcis grossorum ac reddituum eo iure sicut ipse tenuit Sororio Chunikoni et sue vxori cum heredibus condescendit.

(F. XXXI. r.) **560.** Item Ingramus de Pernsteyn vnionem factam olim cum Jescone de Conicz domino Ade de Conicz et suis heredibus excluso Castro Pisselecz vendito domino Marchioni et suis pertinencijs singulis libere resignauit, Et hoc Ego Franco Notarius Tabularum terre Morauie, non ex ore Ingrami de Pernsteyn sed ex relacione domini Johannis Camerarij Herschonis Sudarij Fridrici de Stichowicz subcamerarij, qui dixerunt ex ipsius Ingrami voluntate processisse intabulauit (sic) Tractatores autem inter ipsos fuerunt beneficiarij predicti, Necnon Czenko de Czech Hermannus de Bielowicz Jesco dictus Koker.

561. Anno domini M° CCC° LVIII° In Colloquio dominorum celebrato post festum sancti Johannis Baptiste [1]) Presentibus Nobilibus dominis Johanne de Crawar Herschone de Lelecowicz Francone Notario Tabularum Stephano Purchrauio Sudarijs Czude Olomucensis, Johanne de Bozkouicz, Jarosslao de Sternberchc, Drsslao de Fulnek, Adam de Conicz, Johanne de Buzaw, Bludone de Cralicz, Johanne dicto Koker, Alberto et Stiborio de Towaczow et alijs quam pluribus Nobilibus Baronibus terre Morauie.

562. Stiborius de Cymburk vendidit Serenissimo principi et domino domino Johanni dei gracia Marchioni Morauie videlicet Cymburk nouum Castrum Strielki Castrum Coriczan et Strielki opida ceteraque bona ad predicta castra et opida spectancia et alijs ipsorum pertinencijs vtilitatibus fructibus et prouentibus et alijs vniuersis obuencionibus eo iure quo dominus Bernhardus bone memorie dictus Cymburk tenuit et possedit, et cum alijs villis, ad predicta castra pertinentibus, imperpetuum hereditarie possidenda et tenenda predicto domino Johanni Marchioni et suis heredibus necnon successoribus ipsius videlicet cum agris pratis pascuis siluis nemoribus aquis decursibus riuulis Molendinis piscinis venacionibus agris cultis et incultis Montibus vallibus curticulis et cum Jurepatronatus omnium ecclesiarum seu vero dominio que omnia bona premissa emit predictus dominus Marchio Morauie pro Tribus Millibus et Sexingentis sexagenis grossorum Pragensium rite et racionabiliter conparauit.

(F. XXXI. v.) **563.** Item dominus Johannes Marchio Morauie predictus notificauit quod Nobilis Stiborius de Cymburk et pater suus Albertus de Towaczow bona in Cymburk et Strielki pertinencia erga Jarosschium de Cymburk et quemlibet alium hominem suis sumptibus et expensis tenetur ab omnibus impedimentis seu occupacionibus disbrigare, contradiccionibus quibuslibet non obstantibus.

[1]) *d. i. nach dem 24. Juni.*

1358. **564.** Henslinus de Wiczaw domine Sbincze vxori sue obligauit nomine veri dotalicij in bonis Wiczaw, Stinawia cum araturis censu et alijs suis pertinencijs queque ad predictas villas dinoscuntur pertinere et Siluam, que vocatur wlgariter Otlucwi in CCCC. marcis grossorum Pragensium LXIIII^{or} grossos pro marca qualibet computando et hoc vtrumque dotalicium tam domine Sbincze quam Henslini prenotati.

565. Item Johannes et Barscho fratres de Cyhowicz commutauerunt bona in Cyhowicz pro bonis in Stachow cum Reuerendo in Christo patre et domino domino Alberto Episcopo Swerinensi, et domino Sdenkone fratribus de Sternberk cum omnibus ipsorum pertinencijs.

566. Item Reuerendus in Christo pater et dominus dominus Albertus episcopus Swerinensis necnon dominus Sdenko fratres de Sternberk emerunt villam Stachow cum suis pertinencijs hereditarie et vero dominio tenendam et possidendam pro Quingentis et decem Marcis grossorum LXIV^{or} grossos pro marca qualibet computando.

567. Item dominus Albertus episcopus et Sdenko fratres de Sternberk commutauerunt cum Jacobo de Wsetul vnam Curiam ibidem in Wsetul cum omnibus suis pertinencijs pro villa Blazicze hereditarie possidendam.

568. Item dominus Albertus episcopus et Sdenko fratres de Sternberk emerunt villam Blazicze cum omnibus suis pertinencijs aput Jacobum de Wsetul pro LXXXV marcis grossorum.

569. Item dominus Albertus episcopus Swerinensis et Sdenko fratres de Sternberk emerunt duos laneos in Poczenicz aput Ropertum et Bolcam vxorem ipsius et Theodricum filium ipsius domine pro XX marcis grossorum.

(F. XXXII. r.) **570.** Item Anna et Gedrudis de Chomutowicz vendiderunt Vlrico et Ancze vxori sue vnam Curiam et Molendinum rubeta prata cum omnibus suis pertinencijs ibidem (in) Chomutowicz pro Quadraginta marcis grossorum et suis heredibus hereditarie possidendam.

571. Item Elizabeth de Orzechowe resignauit Raczconi filio suo dotalicium ipsius quod obtinet ibidem in Orzechowe in obligacione dotalicij in XVI marcis grossorum in vno laneo ibidem sito et obtento.

572. (Item dominus Dyethmarus et Scocho de Postrzelimow vendiderunt domino Stiborio de Cymburk et fratri suo Jarosschio necnon heredibus ipsorum videlicet [2]) et heredibus ipsius, necnon fratribus ipsius Tres villas Postupki Mirotki Boyanowicz quidquid ibidem habuerunt et possiderunt cum omnibus suis pertinencijs hereditarie et vero dominio pro Sexingentis et viginti marcis grossorum cum agris pratis pascuis siluis rubetis piscinis aquis riuulis Molendinis secundum quod ipsi tenuerunt et possiderunt, Ibidem promiserunt disbrigare predicta bona secundum quod Jus terre requirit.)

573. Item dominus Paulus de Stranye demonstrauit domine et vxori sue Elizabeth Trecentas marcas

[2]) *Der Theil dieser Einlage von „et fratri suo“ bis „videlicet“ ist ganz durchstrichen.*

1358. grossorum in vero dotalicio in Lippow et Nyemczie cum omnibus suis obuencionibus, et hoc ad manus domini Pauli de Wzdunek.

574. Item dominus Swatoborius de Zaworicz vendidit domino Dyethmaro et Scochoni filio suo, nec non heredibus ipsorum, in Postrzielimow et in Chromcze eo iure secundum quod ipse Swatoborius aput Coldam de Postrzelimo emit et comparauit pro CC et LXXII marcis grossorum cum omnibus suis pertinencijs et obuencionibus vniuersis, et promisit disbrigare predicta bona secundum quod ius terre requirit.

575. Item dominus Dyethmarus de Postrzelimow obligauit vxori Scochonis filij sui Anne in vero dotalicio in bonis Postrzielimow, quod aput Swatoborium emit in C. et viginti marcis grossorum, Et hoc Lutoldus de Paulowicz suscepit dotalicium prenotatum ad manus suas.

(F. XXXII. v.) 576. Item Dyethmarus de Postrzelimow demonstrauit vxori sue domine Offcze verum dotalicium quoad obligacionem dotalicij videlicet Centum marcarum grossorum in Postrzelimow, vbi aput dominum Swatoborium emit et comparauit.

577. Item Onscho de Slawcow demonstrauit vxori sue domine Anne vtrumque dotalicium Anne et Onschonis in Slawcow et in Brussne videlicet Centum et triginta marcas grossorum, Et Benessius Adam frater (sic) ipsius domine susceperunt ad manus ipsorum.

578. Item Miculaus de Malenouicz demonstrauit vxori sue Gercze vtrumque dotalicium in Mrlyn superiori, et si ibidem deficeret, quod tunc repetant in Dwrdymow Centum et viginti marcas grossorum, Et Benessius de Ostrauia suscepit ad manus suas.

579. Item Drslaus de Schonwald demonstrauit vxori sue Budislaue dotalicium in Curia ibidem in Sonwald vtrumque dotalicium hereditarie in quatuor laneos sine quartali sitos circa predictam Curiam superius expressam.

580. Item Drslaus de Sonwald vendidit domino Johanni Marchioni Morauie villam mediam Stansyn et siluam totam quam habuit ex opposito castri Rabstayn pro L marcis grossorum hereditarie possidendam.

581. Item dominus Wyoczechius Canonicus Olomucensis Stiborius dictus Morawa, Michacz et Ingramus fratres de Otasslauicz commutauerunt hereditatem pro hereditate cum domino Jarosslao de Sternberk videlicet ipsorum bona hereditaria, villam Dubiczcam preter duos laneos domini Jesconis de Buzaw, et mediam villam Bohusslauicz, et mediam villam Trssesczin, cum allodio in Dubiczca et molendino trium Rotarum super flumine super Moraua sito cum omnibus et singulis censibus redditibus iudicijs siluis insulis rubetis pratis pascuis agris cultis et incultis ortis subsidibus Tabernis aquis Balneo vniuersis et singulis suis pertinencijs quibuscumque censeantur, eo iure quocumque in eis competere poterat et cum Jurepatronatus ecclesie in Dubiczka pro villa Lubna dederunt Et promiserunt predicta bona disbrigare secundum ius terre Morauie. 1358.

(F. XXXIII. r.) 582. Item dominus Jarosslaus de Sternberk reemit villam Lubna cum omnibus suis iuribus et pertinencijs aput predictos fratres de Otasslauicz pro Octingentis marcis grossorum, Et promiserunt predicta bona disbrigare secundum ius terre Morauie.

583. (Item dominus Swatoborius de Zaworicz demonstrauit domine Margarethe vxori filij sui Swatoborij in Trsemescu villa cum omnibus suis pertinencijs, excepto Jurepatronatus et iudicio in Centum et sedecim marcis grossorum nomine veri dotalicij possidenda.)

584. Item Scocho de Chwalcouicz demonstrauit vxori sue Filomene LXXX marcas grossorum in VIII laneis sitis ibidem in Chwalcouicz circa Hwyesdlicz nomine veri dotalicij tenendam et possidendam, (sic) Et dominus Swatoborius de Zaworicz suscepit ad manus suas.

585. (Item dominus Andreas de Oppatouicz Herscho et Marscho.) [1])

586. Item Herscho de Chunycz et Marscho de Swerczowicz dederunt et resignauerunt domino Andree de Oppatouicz XVIII laneos in Trutmanicz hereditarie cum omnibus ipsorum pertinencijs.

587. Item dominus Andreas de Oppatouicz demonstrauit vxori sue Clare XVIII laneos in Trutmanicz post mortem ipsius domini Andree, et Centum marcas grossorum veri dotalicij ibidem in Oppatowicz, cum propungnaculo et cum omnibus suis pertinencijs ibidem in Oppatowicz, donec statum suum non immutaret, si autem immutaret, ex tunc solutis Centum marcis grossorum predicta villa Oppatouicz ad pueros ipsius domini Andree deuoluetur.

588. Item Chunscho de Poczenicz demonstrauit et resignauit vxori sue Offcze hereditarie quartumdimidium laneos ortum Curie, terciam partem rubetorum ibidem in Poczenicz, si ipsum mori prius contingeret ipsi et heredibus tenendum et possidendum.

589. Item dominus Nicolaus de Sonwald vendidit suam porcionem quam habuit ex successione patris sui vbicumque habuit Franconi Bartholomeo Jesconi Vitconi fratribus suis de Ziroczin.

(F. XXXIII. v.) 590. Item Voyslaus de Zarussek emit aput Bohussium de Cuprauicz ibidem in Zaruska vnam Curiam cum suis pertinencijs pro XXVI marcis et debet eidem disbrigare secundum Jus terre.

591. Item Janko commutauit Id quod habuit [2]) in Lescowecz cum Onschone et Johanne fratre suo de Zastrzil pro Curia in Zaruski cum omnibus suis pertinencijs iure hereditario possidendum.

592. Item Voyslaus de Blissicz [3]) vniuit se cum pueris Petri de Bohussicz cum omnibus bonis suis ibidem in Blissicz cum propungnaculo et vero dominio et predicti pueri cum bonis in Bohussicz eodem

[1]) *Der Schluss dieser irrigen Einlage fehlt.*

[2]) *Zwischen diesem und dem folgenden Worte steht im Originale „cum Johanne fratre suo," was aber als hieher nicht gehörig, durchstrichen ist.*

[3]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „resignauit" ist durchstrichen.*

1358. modo vniuerunt se cum vniuersis bonis quantum ipsos de porcione paterna habere continget.

593. Item Wlczko de Prziestawlk ibidem in Prziestawlk sue vxori Juczse Centum marcas super omnibus bonis que ibidem obtinet nomine veri dotalicij deputauit, Et hoc ad manus Jarosschij de Wyeczemilicz.

594. (Item domina Anna vxor domini Zygothe de Paczlauicz Johance sue filie vxori Cvzelonis de Trappicz terciam partem ville in Zerawicz cum vineis siluis et alijs pertinencijs resignauit hereditarie possidendam.)

595. Item domina Adlheyta vxor olim Wlczkonis de Dobroczcowicz deputauit Hedwigi vxori filij sui Jesconis de Dobroczcowicz CC marcas grossorum minus quinque Marcis [1]) nomine veri dotalicij assignauit. Intabulatum extitit vsque ad deliberacionem meliorem domini Marchionis.

596. Item Petrus de Recz demonstrauit vxori sue domine Adlicze Tres Marcas grossorum veri census in obligacione veri dotalicij in villa Chromcze eidem assignando.

597. Item Anna vxor Stankonis de Oppatowicz deputauit et resignauit predicto marito suo et suis heredibus vnum laneum cum omnibus suis pertinencijs ibidem in Oppatowicz hereditarie possidendum.

598. Item dominus Onscho de Swabenicz dedit et commutauit bona videlicet alterum dimidium laneum in Wseboricz pro Curia Anne, quam habuit in dotalicio ipsius et filij sui Johannis qui habuit ex parte patris sui Borzissonis hereditarie possidendam cum vniuersis et singulis suis pertinencijs, Et hoc Milotha nomine Onschonis ad manus suas suscepit.

(F. XXXIV. r.) **599.** Gallus de Tirmaczow notificauit vxori sue domine Ludmille in Strziesow villa super Curia et super VI laneos racione veri dotalicij octuaginta marcas ad manus domini Pardussij et Lutoldi fratrum de Paulouicz.

600. Scocho de Postrzielimow et Bohuslaus de Rez Congressi sunt cum omnibus bonis suis in villis Postrzielimow et in Cirhonicz et in villa Hrabisin et vbicumque habere dinoscuntur.

601. Walentin de Prziestauilk Paulus ibidem Chwalko de Bolelucz congressi sunt cum omnibus bonis suis.

602. Chwalko de Bolelucz Walentin et Paulus fratres de Prziestawilk notificarunt domine Offczie in Bolelucz super Curia triginta marcas in Bolelucz racione veri (dotalicij?) et ad manus Pesconis de Rakůsek villa.

603. Martinus de Sczpanow notificauit et intabulat quod vendidit mediam villam in Hisl cum omnibus suis pertinencijs Albramo et pueris suis.

604. Jesco dictus Rakowka et Fridussius fratres de Drahotus cum omnibus bonis que super terram habent siluis pratis et alijs omnibus et vniuersis pertinencijs pariter sunt congressi.

605. Theodricus et Mladota fratres de Prussenouicz notificarunt ex eo quod emerunt villam nomine Swaby aput Theodricum et sororem suam Herkam Cum 1358. omnibus et vniuersis pertinencijs suis.

606. Cunka de Necsicz resignauit Bartononi patri suo ibidem in Necsicz mediam Curiam Cum omnibus pertinencijs suis.

607. (Odolen de Weska Notificauit quod vendidit Curiam ibidem Martino, vxori et pueris proprie hereditarie cum iuribus suis.)

608. Tasso et Offka de Katerzinicz Theodrico de Prussinouicz Marito suo quinquaginta marcas in Magna Senicz quod prior maritus eius habuit nomine Wirsscho resignarunt super Curia et Molendino cum media parte collacionis Ecclesie, Cum omnibus pertinencijs suis, Ipse Theodricus notificauit et intabulauit vxori sue Katherine [2]) dicte Racione veri dotalicij L marcas in Jaroslauicz et in Prussinouicz super partem bonorum suorum.

609. Czenko de Wieczemisricz et Johan de Wirchoslauicz cum omnibus bonis eorum pariter sunt congressi in villa Wieczomisrzicz et vbi habere dinoscuntur.

(F. XXXIV. r.) **610.** Johannes de Crawar Camerarius supremus Czude Olomucensis et dominus Dirslaus fratres dicti Notificarunt ex eo quod emerunt aput Johannem et aput Czenkonem de Wieczomirzicz et aput dominum Vnkam de Magetin et aput dominum Meduiedkonem de Dubczan mediam medium Molendinum mediam collacionem Ecclesie medium ortum videlicet cum siluis pratis pascuis Rubertis riuis aquis granicijs cum pleno iure et dominio in villa Wirchoslauicz ac cum omnibus et vniuersis pertinencijs suis.

611. In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Johannes dei gracia Marchio Morauie ad rei memoriam sempiternam. Principum decet Magnificenciam suorum extendere Comoda principatuum ipsorumque honores tanto dilatare peramplius quantum ipsis per Principatus eorum honor et gloria adaugentur. Noscat igitur tam presens etas hominum quam posteritas successura, Quod nos Marchionatus nostri predicti Cui disponente altissimo preficimur honores per quos et Comoda proveniunt Cura pervigili extollere conantes Attendentesque Strenui Militis Stiborij de Cimburch dicti de Thowaczow fidelis nostri dilecti grata quibus ipse nobis conplacuit obsequia bona infrascripta nostri [3]) Marchionatus Predicti que ipse Stiborius pro decem et octo Centenis marcarum grossorum denariorum Pragensium numeri Morauici, sexaginta quatuor grossos pro marca conputando, aput nos comparasse dinoscitur et in quibus bonis terciam partem dicte pecunie vltra ipsa decem et octo Centena marcarum Sibi prout ius feodi requirit addimus, videlicet Thowacz opidum cum municione iurepatronatus Ecclesie vno Molendino et duabus araturis ibidem et cum medietate aque Moraue et vno litore ibidem Thowaczowecz, Virowani, Oploczani Wiklek villas et quidquid Eyuan Marchionatus predicti fore dinoscitur cum paludibus et pascuis ibidem nostris

[1]) *Vor diesem Worte steht im Orig. „grossis," welches aber durchstrichen ist.*

[2]) *Hier ist offenbar der Name Theodorichs Gemalin — welche Ofka (Eufemia) von Kateřinic hiess — nach dem Orte der Abstammung ausgedrückt, und zwar in einer ungewöhnlichen Form, da es statt „Katherine" heissen sollte „de Katerzinic."*

[3]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „Marchionis" ist durchstrichen.*

1358. Molendinum ante villam Virowani circum Huhrziczicz Loboticz Nenakonicz Rakodaw villas prata et pascua prout limites regni demonstrant, ius quodam in predictis bonis quod in wlgari Orzechownie [1]) asseritur. Cum eorundem bonorum agris cultis et incultis censibus iudicijs honoribus Siluis nemoribus Rubetis wlgariter luhi dictis, Montibus collibus aquis stantibus et fluentibus riuis aquarum decursibus piscarijs Litoribus piscacionibus Lacubus paludibus pratis pascuis venacionibus aucupacionibus omnibusque et singulis ipsorum bonorum intra et supra terram pertinencijs in singulis eorundem bonorum metis et distinccionibus quemadmodum ipsa bona a clare memorie nostris progenitoribus possessa et demum ad nos ab eisdem deuoluta noscuntur. Prefato Stiborio et suis legitimis heredibus damus in verum feodum per ipsum et suos heredes predictos habenda tenenda vtifruenda et tytulo veri feodi perpetuis temporibus pacifice possidenda que quidem bona cum ipsorum pertinencijs predictis prefatus Stiborius et sui heredes vendendi obligandi donandi permutandi personis status ipsorum Stiborij et heredum consimilis non inferioribus habebunt et habere debent plenariam facultatem bona quoque videlicet Cralicz opidum et villam Hirdeboricz cum ipsorum vniuersis et singulis iuribus vtilitatibus pertinencijs et conswetudinibus quibus ipsa bona sunt freta a retroactis hucusque temporibus nobis et nostris reseruamus heredibus et ea a predictis bonis predicto Stiborio et suis heredibus datis in feodum distinguimus nostroque predicto Marchionatui applicamus promittentes bona fide pro nobis et nostris heredibus prefatum Stiborium et heredes ipsius in predictis bonis et feodo non impedire quoquomodo, Sed pocius in eisdem bonis et feodo prout et ceteros feodales nostros promittimus et wolumus graciosius conseruare.

1359. (F. XXXV. r.) **612.** Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Nono in Concilio Olomucensi in Crastino beatorum Petri et Pauli [2]) Celebratum est Colloquium sub domino Johanne Marchione Morauie per dominos Johannem de Crawarn Camerarium Supremum et Busconem de Lelekowicz Czudarium et Franconem Notarium terre, quod fuit Sabbato proximo post diem sancti Johannis Baptiste. [3])

613. (Primo dominus Jenczo dictus Spran vendidit domino Marchioni Castrum Schpranek cum Curijs araturis villis Siluis Rubetis pratis pascuis aquis fluminibus piscinis singulisque pertinencijs Juribus et dominijs pro ducentis Sexaginta Marcis per ipsum dominum Marchionem et heredes ipsius perpetuo possidendum.)

614. Item Vlricus dictus Pustka de Strabencz vendidit Reuerendo in Christo patri domino Alberto Episcopo Zwerinensi et domino Sdenconi fratribus de Sternberg et ipsorum heredibus Curiam in Strabenicz et medium laneum IV^{or} Curias cum Siluis Aquis Pratis Pascuis, et omnibus Juribus ac dominio, et quinque laneos in villa Mutnicz ac suis pertinencijs libere et hereditarie resignauit, tali adiecta condicione, Si vxor sua Mylena ipso diucius viueret, tunc domini predicti eidem Quinquaginta marcas grossorum Pragensium dare debent, Si autem ipsa Milena maritum premoreretur tunc ipsi domini de eisdem L marcis liberi erunt et prenotata libere possidebunt. 1359.

615. Item dominus Pitroldus de Swinow resignauit Curiam cum vna Aratura et singulis pertinencijs domino Jesconi de Busow hereditarie possidendam ibidem in Swinow.

616. Item Busco de Drahanowicz vendidit domino Cune de Lyssecz ibidem IV^{or} marcas reddituum Curiam Siluas Prata Rubeta et alia sicut solus tenuit hereditarie possidenda.

617. Item dictus Busco Wychne conthorali sue dotalicium quod ibi in Drahanowicz habuit exoluit dominus loco illius villas Bohuslauicze et id quod in Knyezka habuit cum omnibus pertinencijs resignauit hereditarie possidendas vna cum suis heredibus.

618. Item domina Jůtka de Bylowicz et dominus Cunscho filius eius ibidem et alijs singulis bonis vbicumque habent excluso tamen dotalicio vxoris predicti domini Cunschonis indiuise sunt congressi.

619. Item Ropertus Jarohnyew et Stacho fratres de Buchlowicz vendiderunt domino Wilhelmo de Botenstat Municionem et omnia que in uilla Luzicz habuerunt a suis predecessoribus cum omnibus pertinencijs iuribus et dominio iusto hereditatis tytulo possidenda.

620. Item fratres predicti Ropertus Jarohnyew et Stacho cum omnibus et singulis bonis quibuscumque censeantur nominibus indiuise sunt congressi.

621. *Jarohnyew de Buchlowicz Rupertum fratrem suum de congressu omnium bonorum illorum, que in vnione vera habuit, solutum dimittit quod wlgariter Propustie [4]) dicitur, sed Stachonem ab eodem congressu non dimittit.*

(F. XXXV. v.) **622.** Item dominus Benessius de Brandyz omnia bona et singula que in Hustopecz per modum obligacionis habuit dominis Johanni Dyrslao fratribus de Krawarn et ipsorum heredibus libere resignauit.

623. Item Vnca de Boleticz cum vxore sua Hedwica omnibus cum bonis sunt congressi.

624. (Item domini Czenco et Andreas fratres de Schellemberg cum omnibus que habent in Prostayss indiuisim sunt congressi.)

625. (Item domina Dorothea de Hluk Stachoni Consorti suo in Ghilecz Centum Quinquaginta et in Hluk Centum marcas resignauit.)

626. (Item idem Stacho eidem domine Dorothee resignauit in Buchlowicz nomine veri dotalicij CL marcas.)

[1]) *Ořechowné (právo). Das Recht zum Abklauben der Nüsse?*
[2]) *d. i. den 30. Juni.*
[3]) *30. Juni.*
[4]) *„Propustie“ ein böhmischer Rechtsausdruck, der eigentlich „propustil“ lauten sollte, und bedeutet „aus der Landtafel (Grundbuche) löschen;“ daher „propuštění z desk“ die Löschung, Tilgung aus der Landtafel, extabulacio. Vergl. Wšehrd. p. 343, 344, 466 u. Jurid. polit. Terminologie. 122.*

1359. **627.** (Item Przibico de Schellemberg Conthorali sue Elschczie ducentas Quinquaginta marcas grossorum Pragensium super media parte sua Prosthyhow racione veri dotalicij ad manus domini Johannis de Crawar et Bote de Potstat deputauit.)

628. Item Janco de Koslowicz vxori sue Margarethe Septuaginta quinque marcas grossorum racione veri dotalicij et ad manus Peczonis patris eius deputauit.

629. Item Juuenis Luczco de Czech cum domino Wancone de Duba et suis heredibus cum medio Castro Czech et bonis spectantibus ad eandem partem cum pratis et singulis dominijs et Juribus sunt congressi.

630. Item Olbramus de Hyssle vxori sue Kaczne ibidem in Hyssle Sexaginta marcas grossorum racione veri dotalicij et ad manus Jesconis Kuzel resignauit.

631. Item domina Elschka relicta Raczconis de Dolan cum filijs suis renunciat iuri Dotalicij quod habuerunt ibidem in Dolan et quod ipsis ibi competebat.

632. Item dominus Medwedco notificat quod Styborius filius suus non est diuisus ab ipso sed ea que habet racione necessitatis per hoc habendo possidet a patre suo Medwedcone antedicto.

633. (Item Cuno de Domaslicz cum Luczcone fratre suo et omnibus heredibus suis, que habet per modum resignacionis est congressus.) *Deletum iussu domini Benessij de Crawarn Camerarij.*

634. Item Dalibor de Rychloff Mixoni de Przyekaz omnia que ibidem in Rychloff habuit, cum omnibus Juribus et pertinencijs per modum uendicionis resignauit.

(F. XXXVI. r.) **635.** Item dominus Styborius de Towaczow ea que in Postubka in Myrotka in Woyanowicz habuit domino Jesconi de Boscowicz et suis heredibus per modum vendicionis resignauit hereditarie possidenda.

636. Item dominus Jesco de Boscowicz domine Sbince vxori filij sui Vlrici super predictis bonis videlicet Postubky Myrotka et Woyanowicz Quingentas Marcas grossorum Pragensium racione veri dotalicij deputauit.

637. Item domina Anca de Chirwat et Vycen maritus eius Curiam ibidem et alia omnia que ibidem in Chirwat cum omnibus iuribus et dominijs Nicolao de Nakels et suis fratribus libere resignarunt.

638. Item idem Nicolaus vxori sue domine Elschcze Triginta octo Marcas grossorum Pragensium racione veri dotalicij super eisdem bonis deputauit.

639. (Item Wyeczomil de Wyeczemilicz vxori sue Margarethe in Lhota Centum Marcas grossorum Pragensium racione veri dotalicij et ad manus Herschonis de Tirschicz et fratrum suorum deputauit.)

640. (Item Jesco Schůcz de Lucow vxori sue Sudce super Curia in Pocznicz Centum marcas grossorum Pragensium racione veri dotalicij et ad manus Alschonis Kuzel deputauit.)

641. Item Stacho longus cum Jescone Schůcz Nicolao de Malenowicz et suis heredibus in Lucow duas araturas septimumdimidium laneos Tabernas duas et villam Mirlyn cum pertinencijs nouam uillam cum suis pertinencijs cum siluis ad Lucow et omnia que ipsi ibi habuerunt libere resignarunt. 1359.

642. Item Jacub Morawa et Marscho de Dobromilicz vxori Morawe Elschcze Sexaginta marcas racione veri dotalicij deputauit.

643. Item Busko de Hluboke omnia que in Slezan habuit Hotussio (?) de Dirnowicz et heredibus suis vendicionis tytulo hereditarie resignauit.

644. Item Alschiko dictus Kabat uxori sue Adlicze in Wischcowicz Centum et viginti marcas grossorum Pragensium racione veri dotalicij deputauit ad manus domini Jesconis de Boscowicz Henslini de Wyczow et Alschiconis de Leschan et quidquid in ipsa deficeret Czirnyn frater ipsius pro parte ultima promittit.

645. Item Wedrzych de Opatowicz et domina Bolka qui olim erant congressi renunciant illam congressionem et vnus dimittit alium solutum suam partem mutuo libertando.

646. Item predicta domina Bolka uillam Rubawa cum suis pertinencijs resignauit domino Budconi et Przibiconi filijs suis hereditarie possidendam.

647. Item dominus Henricus de Dirnowicz vxori sue domine Ance in Czirhow Centum marcas racione veri dotalicij ad manus domini Cune de Lyssicz deputauit.

(F. XXXVI. v.) **648.** Item domina Eua alterumdimidium laneos in Pawlowicz Jenczoni et suis heredibus vendicionis tytulo resignauit.

649. Item Busco de Drahanowicz vxori sue Wychne vnum laneum in Knyehniczca hereditarie resignauit quem Jenco de Cunicz restituit.

650. Item Januschius de Bechina uxori sue domine Hysle super uilla Scoronicz cum suis Juribus deputauit racione ueri dotalicij Trecentas Marcas grossorum Pragensium secundum Jus terre Morauie.

651. Item Lutoldus de Pawlowicz domino Alberto de Scechowicz Curiam et octo marcas reddituum cum suis pertinencijs vendidit pro Centum Quinquaginta marcis grossorum Pragensium in uilla Sdislawicz per ipsum et heredes suos hereditarie possidenda.

652. (Item Sdhynco de Menyn uxori sue domine Jarolubie super media parte uille Menyn cum singulis et omnibus que ibi habet L marcas grossorum Pragensium racione veri dotalicij secundum Jus terre Morauie deputauit.)

653. Item Przibico de Nedcowicz uxori sue Kaczne super IV laneis in Malkowicz et vna curticula XL marcas grossorum Pragensium racione veri dotalicij deputauit.

654. Item Czenco de Vieczemirzicz exoluit apud Pesconem dictum Kawicze ibidem in Vieczemirzicz que Sibi obligauerat antea que sibi libere resignauit.

655. Item Mykesch de Mylonicz vxori sue Elschcze XXV marcas grossorum Pragensium super hijs que in Rychlow habet racione ueri dotalicij deputauit.

656. Item domina Kaczca notificat, quod libenter uellet cum filijs suis congredi et congreditur actu, quod per officiales non est admissum, sed istud fecit super graciam domini Marchionis.

657. Item Czenco de Vieczemirzicz suis proprijs bonis ibidem in Vyeczemirzicz et alibi ubicumque

1359. cum Johanne de Wirchoslawicz est congressus, non autem e conuerso Johannes bona habuit subiugata quod propter dominum Marchionem non est admissum.

658. Item Alschico de Ratay Bohussius filius suus Jenczo de Weschca cum omnibus bonis que habent in Ratays Wesky et Lhota sunt congressi iuxta terre consuetudinem.

659. Item Ludherz de Wrahowicz uendidit Tomconi de Letowicz in Wirbatka uilla vna cum Curia cum suis pertinencijs possidendam.

660. Item Dobeschius de Stralek dictus vendidit Jenczoni Sprên Schyschma uillam et duas medias Lhotas pro ducentis et vigintiquinque marcis grossorum Pragensium sibi et fratri suo Henrico. *Ex hijs in Lhota messeczna V quartalia vendidit domino Czstiborio de Czimburg.*

(F. XXXVII. r.) 661. (Item dominus Beneschius de Stralek domino Sdenconi de Sternberg uillam Hraczan libere resignauit cum pecore supellectilibus et cum ceteris pertinencijs mobilibus et immobilibus.)

662. Item Lutoldus de Pawlowicz uxori sue Margarete super hijs que habet in Pawlowicz Prosmicz et Lhotca videlicet XIV marcas grossorum Pragensium super omnibus mobilibus vtpote pecoribus CL marcas grossorum Pragensium libere iure ueri dotalicij deputauit ad manus Jenczonis de Spranek.

663. Item Marczinco de Sedlecz [1]) vxori sue Katruschie ibidem in Sedlecz super vna Curia XXVII Marcas grossorum Pragensium racione veri dotalicij deputauit ad manus fratris sui Lutoldi prescripti.

664. Item Gregorius Kuczerze resignauit Bartuschio de Ywan vnam Curiam cum aratura et suis pertinencijs vendicionis tytulo pro XVII marcis grossorum Pragensium et uxori sue Dyecze.

665. Item dominus Bohussius de Schûczendorf domine Kaczne uxori domini Alberti de Decsna super Slaweczyn VI marcas minus X grossis et in Rzimicz alteram mediam marcam et decem grossos iure ueri dotalicij in LXXV marcis deputauit.

666. Item Ratslaus de Menyn Bohuslaus de Resch uendiderunt Curiam in Olschan que Klenowa [2]) dicitur et octo grossos reddituum pro LX marcis grossorum Pragensium hereditarie possidendam.

667. Item domina Dymuta de Krzeczyn resignauit filio suo Przibconi Jus dotalicij ibidem in Krzeczyn et suis pertinencijs Centum Marcas.

668. Item Henricus de Chlustow uendidit Clementi de Sabludow et suis fratribus indiuisis II laneos in Chlustow pro XXVII marcis iure hereditario possidendos.

669. Item Beneschius de Schonwald cum omnibus que habet in Lybina Adam Anna Olbram dicti Luczka cum singulis que habent in Luczka Ruda Marcowie [3]) sunt congressi.

670. (Item Czenco de Pulicz vxori sue Cziesne super Curia ibidem iure dotalicij XXX marcas grossorum Pragensium resignauit.)

671. Item Tomco de Letowicz uxori sue Ance 1359. super Curia prescripta in Wyrbatka iure dotalicij XXX marcas grossorum Pragensium deputauit.

672. Item Swacho de Vneczicz Andreas ibidem cum omnibus que habent sunt congressi.

(F. XXXVII. v.) 673. Item Domina Budislawa de Schônwald omnia que ibidem habet in Schonwald Theodrico de Syenicz et uxori sue Przibcze libere resignauit.

674. Item Wanco de Dubieczk uxori sue Ance in Dluhomilow vnum laneum hereditarie resignauit et heredibus suis.

675. (Item Andreas de Krakowcze uendit Budyschio de Menyn Curiam cum Pratis.)

676. Item Andreas de Krakowczie uendit Radslao de Mienyn Curiam cum pratis et trium marcarum redditum et XII grossos.

677. (Item Radslaus de Mienyn uxori sue Ewcze super Curiam in Holsan et alijs que ibi habet iure dotalicij LXXX marcas grossorum Pragensium resignauit ad manus Suachonis dicti Kuzel.)

678. Item Philippus de Cziecowicz uxori sue Bietcze super alterodimidio laneo ibidem in Cziecowicz et super taberna et CXL marcis deputauit ueri dotalicij iure.

679. Item Barscho de Schiecowicz filie sue Anne et consorti eius Beneschio Curiam ibidem in Schicowicz cum pratis cum curticula Jure eo quo tenuit hereditarie resignauit.

680. Item Bucslawa cum sorore sua Katruscha de Czelczicz congresse sunt cum hijs, que habent ibidem in Czelczicz.

681. Item Styborius de Rakussek uendit cum matre et fratribus suis Curiam in Rakusk cum pratis Riuis et alijs omnibus dominijs, eandem Curiam resignauit Jenczoni de Tirpconowicz uxori et heredibus suis.

682. Item dominus Vnka de Mayetyn uendit Curiam in Czelczicz Styborio de Rakowie cum omnibus dominijs pro LXXV marcis grossorum Pragensium pleno iure.

683. Item domina Offka de Cziehowicz habet super eandem Curiam XXV marcas grossorum Pragensium ueri dotalicij et in Czelczicz (super) Curiam habet XXV marcas ueri dotalicij secundum Jus terre.

684. Item Albertus de Vieczemilicz uxori sue Hercze super Curia ibidem in Vieczemilicz assignauit LXXV marcas grossorum Pragensium ueri dotalicij secundum Jus terre.

685. Item Pawlico de Strany et Stiborius fratres bona videlicet Strany opidum municionem Curiam siluas Montes valles et omnia, que ibi habuerunt, et terciam partem ville Nempczi et terciam partem Koritna, Item omne ius quod eis competebat in villa Volonow cum omnibus iuribus vtilitatibus pertinencijs dominijs domino Franconi de Cunowicz, Petro fratri suo et Wenczeslao filiastro et heredibus ipsorum pro CCCCXL marcis vendiderunt hereditarie possidenda cum Jurepatronatus.

[1]) *In dem bei diesem Quatern befindlichen Orig. Register heisst er „Martinus de Selecz“ und diesemnach wäre es „Voitelsbrunn,“ das bis jetzt noch im Böhmischen „Seleč“ genannt wird.*

[2]) *Curia Klenowa, i. e. curia, quæ (olim) Kleni erat, böhmisch „Klenův dvůr.“*

[3]) *Ist hier der böhmische Lokal „v Markově“ statt „in Marcow.“*

1360. (F. XXXVIII. r.) 686. Anno domini M° CCC° LX in Colloquio Olomucensi in Crastino ante Petri et Pauli Beatorum [1]) celebratum est Colloquium sub domino Johanne Marchione per dominos Johannem de Crawar Camerarium supremum et Busconem de Lelekouicz Czudarium et Franconem Notarium terre Morauie, quod fuit sabbato post diem Sancti Johannis Babtisthe.

687. Nos igitur Johannes dei gracia Marchio Morauie. Notum esse wolumus Tenore presencium vniuersis tam presentibus quam futuris, Quod sana deliberacione preabita Cum Nobili Johanne de Boschouicz pro hereditatibus et bonis seu possesionibus hereditarijs permutacionem altervtrum fecimus in hunc modum, Ita quod ab ipso Johanne prefato partem hereditatis et bonorum suorum in opido Bistricz atque bona sua in villis subscriptis puta in Wogietin in Piczulin in Piuonicz in Lessonouicz in Wirczieszis in Polomie in Chorzan in Hlota in Sczepanow in Camen in Pohledecz in Domaninek in Subrzie et in Studniczek, que ipse in eisdem villis et opidis habere dinoscitur, Cum Pleno iure dominij et cum omnibus iuribus utpote agris cultis partim et incultis Silwis Campis araturis Montibus saxis exilibus, Pratis Pascuis fluminibus Riuis decursibus aquarum Molendinis et alijs ipsorum bonorum pertinencijs vniuersis ad has villas et ad opida pertinentibus, atque omnia et singula bona sua ibidem existencia in quibuscumque locis ibi adiacentibus sita noscantur Secundum quod in suis metis et limitibus sunt circumferencialiter limitata, Nobis et successoribus nostris ac posteris recepimus perpetuo possidenda, Et ipsi Johanni predicto pro bonis prenominatis, Ducentis quinquaginta marcis grossorum denariorum Pragensium numeri et pagamenti Morauici superhabitis, villam nostram Piuin dictam cum hereditatibus araturis agris possessionibus et pertinencijs vniuersis ad hanc villam spectantibus tenendam dedimus et habendam, Quod eam et omnes pertinencias valeat alienare permutare vendere uel donare suisque et suorum successoribus applicare vsibus prout sibi aut suis posteris Conueniencius vtilius et melius visum fuerit expedire Promitentes eidem Johanni aut suis posteris dictam villam et possessiones ac bona eiusdem secundum iura terre huius Morauię [2]) et non aliter libertare et exbrigare a quolibet impetente, In cuius permutacionis testimonium et euidenciam cerciorem presentem paginam fieri et sigilli nostri appensione fecimus roborari, actum et datum in Brvnna, Anno domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo, vicesima prima die mensis Februarij.

688. Dominus Proczko de Lomnicz intabulat bona et villas subscriptas domine Conthorali sue Hisle Racione veri dotalicij ipsius et ad manuš domini Jesconis de Wesel . . et domini Jesconis de Boschouicz videlicet Castrum Lucha Cum Opido Olesnicz in parte ipsius et parte ville Wihnow et cum villa sub Castro Lucha cum omnibus suis pertinencijs ad ipsum Castrum pertinentibus et villa Hodonin in parte sua, Et cum villa Porzieczie que ibi habere dinoscitur, Cum Curijs et Silwis et Pratis et omnibus alijs dictorum bonorum pertinencijs in sexingentis sexagenis grossorum. 1360.

689. Item Pawlico predictus de Stran nomine orphanorum Milothe et Beneschius de Gairsperk tamquam tutores predictorum orphanorum terciam partem in Nempczi et terciam partem in Koritna et Jus quod illis orphanis in villa Volonow competit cum omnibus vtilitatibus siluis pratis Juribus dominejs (sic) vendiderunt domino Franconi de Cunowicz, Petro fratri suo et Wenczeslao filiastro et heredibus ipsorum pro Centum Octaginta marcis hereditararie possidenda, promiserunt quod ambo a predictis orphanis dum in annos pervenerint infallibiliter disbrigare (volunt?)

(F. XXXVIII. v.) 690. (Dominus Jesco de Boschouicz intabulat bona et villam Piuin cum omnibus suis pertinencijs domine Anne Consorti sue racione veri dotalicij ipsius et ad manus domini Benesij [3]) de Crawar in quadringentis et quinquaginta marcis et si In ipsa villa non sufficiet, Extunc in villa Hohrosim debet supleri.)

691. Dominus Wlricus de Cunouicz Congressus est cum Jescone de Dubrauicz cum bonis et villis Giliczie et septem marcas Census quas emit in villa Hluki et ipse Jesco de Dobrauicz Congressus est cum dicto domino Wlrico [4]) cum omnibus bonis suis vbicumque habere videtur et eorum pertinencijs.

692. Albertus de Lessan intabulat dotalicium Coniugi sue et ad manus domini Newhlasij super Curia in Lessan in sexaginta sexagenis grossorum.

693. Domicelle de Sancto Jacobo Nota, que (notificant, quod?) emerunt circa Onschonem in Chrwat nouem quartalia censualia et duos subsides et Balneum et Silwam vnam parwam, duo prata.

694. Alscho dictus Cusel de Zerauicz inponit ad tabulas vxori suę Sdinczie et ad manus Raczkonis et Leuiconis dictis de Poczenicz octavamdimidiam Marcam in sex laneis in villa Zerauicz pro dotalicio septuaginta marcarum.

695. Domina Clara de Opatouicz petit bona sua videlicet decem et octo laneos in villa Trutmanicz, decem et octo marcas soluentes post predium (?) domino Andree de Opatouicz pie memorie priori marito suo intytulauerat deleri et extitulari, quorum laneorum decem laneos moderno marito suo Johanni dicto de Zarow iusto hereditatis et proprietatis tytulo reystro petit inscribi, Eciam vniuersa et singula bona sua tam in Trutmanicz quam alias habita Sibi ipsi suisque pueris iusto Congressionis seu consolidacionis tytulo inseri petit reystro prouincie prenotato.

696. (Ego Sebcho de Trussouicz existens sano corpore bona mea voluntate non quoactus nec Conpulsus Petro Viczeno et Paulo filijs meis resigno

[1]) *d. i. den 28. Juni.*

[2]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[3]) *Vor dem Worte „Benesij“ steht im Orig. „Johannis,“ welches aber durchstrichen ist.*

[4]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „dicto“ ist durchstrichen.*

1360. bona mea in prefata villa in Trussouicz videlicet vnam araturam cum omnibus prouentibus Pratis in Silwa in aquis in pascuis et omnia alia ad hec pertinencia et tres fertones grossorum Census.)

697. Ego Boczcho de Lestnicz filius olim domini Bockonis ibidem de Lestnicz omnem porcionem meam, que me contingit a patre meo iam dicto in redditibus in silwis quibuscumque obuencionibus et vtilitatibus seu libertatibus quocumque nomine nuncupantur vniendo me cum tribus fratribus meis germanis Smilone Bedrico et Herhardo ipsis ea omnia libere et voluntarie resigno.

(F. XXXIX. r.) **698.** Ego Wichna Relicta quondam Cessoldi de Wladicziho Vgiesd animo deliberato et existens sano corpore, non quoacta nec Conpulsa Sed de bona voluntate Troyczie filie mee ibidem et heredibus eius resigno tria quartalia agri similiter in Wladiczi Vgiesd cum omnibus proventibus ad eadem pertinentibus.

699. (Dominus Genicho de Dobroticz intabulat dotalicium domine Anne Conthorali sue in villa Dobroticz in Genikouicz in trecentis et quinquaginta marcis grossorum, et ad manus domini Vlrici de Cunouicz et Stephani ibidem.)

700. Swatuch de Nezamislicz inponit ad tabulas Raczkoni de Ratsicz post filiam suam Sibi in vxorem tradditam tres marcas grossorum Census in duobus laneis in villa Coslan in triginta marcis ad veram dotalicij obligacionem.

701. Item Jan de Zarow Notificauit decem laneos in Hradsouicz et medium Molendinum in Centum marcis in obligacione veri dotalicij domine Clare vxori sue.

702. Item Hertlo de Wirbka filius Lubomiri Notificauit et reddit domino Pesconi de Weletin veram hereditatem suam ibidem in Wirbka et intabulauit tabulis terre.

703. (Sdenko et Czenko fratres de Ronow Congressi sunt in Simul cum omnibus bonis, que habere dinoscuntur in Bohemia [1]) et in Morauia, Primo Castrum Letouicz Cum omnibus villis et dominio ad ipsum Castrum pertinentibus, Et cum villis, que habent in Morauia videlicet villa Miloticz Dubnani Jarohnouiczie Mocronossie et cum omnibus dictarum villarum pertinencijs.)

704. Raczko dictus de Poczenicz vendidit domino Mathie [2]) de Sternberch et suis heredibus in villa Teteczicz septem quartalia agrorum, duas marcas et duodecim grossos censuancia, et ipsi domino Matheo et suis heredibus ad tabulas inponit.

705. Leuik dictus de Poczenicz vendidit domino Matheo de Sternberch et suis heredibus in villa Tetecicz vnam Curiam cum agricultura, tres laneos et vnum quartale Censuales cum Rubetis Silwis Pratis pascuis aquis et vniuersa et singula que ibidem in villa ipse Raczko habuit intra et extra villam et ipsi domino Matheo et heredibus suis imponit ad tabulas et sibi exponit.

(F. XXXIX. v.) **706.** Nota, Bona domini Hro- 1360.
chonis dicti de Constat que ipsum tangunt in sorte bonorum in villa wlgariter dicta Czech, et primo in Czech medium Castrum media villa inferior piscina. Cum subiacenti molendino tres subsides, vna minor Curticula vnum quartale, Ex quo tangunt dominum Hrochonem in parte Boschecium tangit pars vna tantum vna aratura, medium hinnularium, vna vinea Culta medie vinee inculte, Silwe prata pascue omnesque pertinencie medie ad dictam villam spectantes et cum media parte patronatus Ecclesie, Item in Pienczin tercium medium laneum in agris taberne, duodecim grossos censuales, Item in eadem taberna quintummedium grossum Censuantem, Item Silvanus qui et forestarius dicitur, vterque tenere consweuerunt Cum omnibus Silwis et vtilitatibus ad eandem partem in ipsa villa spectantibus. Item in Slusin quatuor lanei et vnum quartale, et medium subsidem Cum omnibus pertinencijs ad dictam hereditatem spectantibus, Item in Hlotka in Supertilio montis posita media, licet deserta, Item in Lessan vna aratura terciummedium laneum tres subsides et cum omnibus suis pertinencijs ad notata bona spectantibus intra villam et extra villam, Item in Hohrozim terciummedium laneum alterummedium subsidem quarta pars Collacionis Ecclesie et cum singulis pertinencijs ad bona predicta spectantibus.

707. (Dominus Matheus de Sternberch facit hanc graciam ad Consortem suam, Quod opidum suum Czistin dat ipsi pro ipsius necessitate ad tempora vite sue, Et hoc quamdiu permanserit in viduitate, Si vero ipsa mutaret statum suum, aut post obitum ipsius domine Illud opidum Czieszczin hereditarie ad heredes domini Mathei predicti Cum eadem domina habitos debet reuerti.)

708. (Dominus Sdenko de Sternberch dictus de Zabrzich et sui fratres intabulant nobis Illustri domine Margarethe relicte olim [3]) incliti Principis domini Bolkonis ducis Coslensis in dotalicio ipsius in quingentis marcis dotalicij grossorum Morauici numeri Quadraginta marcas census ex nomine, villam Tetnicz et villam Crasikow partem meliorem et in minori Tetnicz quinque laneos Curiamque seu allodium in Budisaw et ortulanos ibidem predicta bona cum omnibus et singulis Censibus prouentibus agris pratis pascuis fluminibus riuis piscacionibus Judicibus Tabernis ortis ac cum vniuersis eorum vtilitatibus pertinencijs quibuscumque et Juribus quantum ipsis prefatis fratribus in premissis bonis iure Competebat et cum toto dominio solummodo silwas ad dictas villas pertinentes vendere non debet, Sed pro se seu Curia sua omnem cremandi et edificandi in eisdem Silwis habebit siue recipiet necessitatem, Ac hominibus suis pro necessitate edificiorum suorum, predictaque bona omnia, Cum omnibus suis pertinencijs prescriptis (F. XL. r.) prefata domina ducissa habere et tenere debet ad tempora vite sue pacifice absque omni impedimento, Nisi statum sue

[1]) *Dieses Wort ist im Orig. durchstrichen.*

[2]) *Hier ist offenbar ein Schreibfehler statt „Matheo," da der letztere am Schlusse dieser Einlage erwähnte Name denselben auch hier voraussetzet.*

[3]) *Vor diesem Worte steht im Orig. „quondam," welches aber durchstrichen ist.*

1360. viduitatis inmutaret, Extunc quando Sibi quingente Marce dabuntur, ipsa de bonis predictis pueris prefatis suis fratribus Condescendere libere debebit.)

709. (Dominus Sdenko de Sternberch dictus de Zabrzieh et sui fratres intabulant Nobili domine Machne Nowercze ipsorum in dotalicio ipsius [1]) in sexingentas sexaginta sexagenas census sub tytulo pignoris veri dotalicij, ex nomine villam Dubiczskam et dimidiam villam Trsseczinam et ville Bohuslauicz dimidiam partem Cum iudice ibidem et in villa Swebohоlo octo laneos minus vno quartali, predicta bona cum omnibus suis censibus proventibus agris Cultis pratis pascuis fluminibus piscacionibus subsidibus Tabernis Ortis Balneo in Dubiczka Molendino et cum omnibus et singulis eorum vtilitatibus et pertinencijs iuribus, quantum ipsis prefatis pueris in premissis bonis iure competebat et cum toto dominio, excepto iure Patronatus et Berna regali, quam ipsimet domini fratres predicti tollent et expedient excepta eciam silwa et nemoribus ad predicta bona pertinentibus, In illis prefata domina nichil facere habet, nisi quantum pro domo sua necesse sibi fuerit de virgultis et fruticibus ad cremandum et omnino ligna quercina succidere non debet, nisi pro reformacione Molendini, et hanc necessitatem recipiat de scitu dominorum uel suorum offocialium. Allodium nota siue Curiam, in Curia Dubiczsska pueri prefati concedunt predicte domine de gracia speciali quam diu permanserit in viduatu, quem si statum viduatus mutauerit predicta Curia ad pueros redibit, Sed bona predicta tenebit quousque Sibi Sexingente sexagene dabuntur.)

710. (Domina Machna predicta extabulat et exponit opidum Silperch et villas per dominum Yaroslaum pridem intabulata.)

711. (Nobilis domina Machna relicta domini Jaroslai de Sternberch de suo dotalicio videlicet Sexingentis sexagenis super villas Dubezka Trssczina Bohuslauicz et Swebohow intabulat sue famule virgini Johanczie quinquaginta sexagenas, Cum residuis vero quingentis et quinquaginta sexagenis congressa est cum domino Sdenkone Smilone suis priuignis et cum alijs eorum duobus fratribus Alsone et Johanne predicte domine filijs ex nomine cum vna villa eorundem puerorum que Cosso wocatur.)

712. (Virgo Johanka congressa est cum Nobili domina Machna predicta Cum quinquaginta sexagenis et domina Machna cum decem sexagenis.)

713. Henricus de Spranek intabulat vxori sue Anne in Nemochouicz villa sexaginta marcas racione veri dotalicij ibidem in parte hereditatis sue.

(F. XL. v.) 714. Henricus de Spranek committit domine Czecilie Relicte domini Johannis de Conicz bona sua et pueros suos in antiquo Hwieslicz in parte sua et in Nemochouicz in parte sua quidquid vltra dotalicium Coniugis sue domine Anne predicte post mortem Henrici predicti iusto tytulo hereditatis.

715. (Dominus Ogerius de Lantstayn cum orfanis sororinis suis cum Alsicone et Wilhelmo filijs domini Alberti de Sternberch dicti quondam de Bsiencz cum omnibus bonis suis videlicet in Czeykouicz cum municione et omnibus ac vniuersis suis pertinencijs, In Slina Castrum et opidum ibidem cum omnibus et singulis villis et pertinencijs ad ipsum Castrum Slinam et opidum spectantibus, In Swietlaw Castrum cum omnibus et vniuersis villis, pertinencijs et alijs iuribus ad ipsum Castrum spectantibus et vbicumque in terra Morauie habere dinoscuntur pariter et insimul sunt congressi.) 1360.

716. Herscho et Sobien de Bistricz Notificarunt, quod quinque quartalia et vnam Curiam cum agricultura et cum alterodimidio laneo tres subsides domino Johanni de Susicz et suis heredibus intabularunt.

717. Item Herscho detabulat ea, que habuit in Bistricz domino Jesconi de Susicz et heredibus suis.

718. (Gerhardus quondam filius Smilonis de Constat donauit iusto donacionis tytulo patruis suis domino Cunoni de Lisk, domino Wilhelmo de Boleradicz domino Hrochoni de Luczka scilicet bona sua in Constat videlicet Castrum Opidum Constat Cum vniuersis et singulis pertinencijs suis.)

719. Dominus Jesco de Busow Notificauit, quod exemit aput Bohunkonem in villa Oleschna VI laneos cum Curia cum aricultura (sic) quos laneos vnacum Curia et alijs pertinencijs suis et Cum Judicio sibi domino Jesconi dicto et pueris suis intabulauit.

720. Stiborius de Snehoticz intabulat vxori sue nomine Brzibczie quadraginta marcas racione veri dotalicij videlicet super Curia in villa Snehoticz de voluntate et fauore Fridrici de Sczichouicz villa.

721. Alsicho de Lesnicz resignauit et vendidit bona sua domino Jesconi de Busaw et pueris suis in villa Sluhonow iusto vendicionis tytulo alterummedium laneum cum omnibus et vniuersis pertinencijs eius sicut solus tenuit et possedit.

722. Nota quod domina Wraczna Relicta domini Czenkonis de Czech debet detabulari.

(F. XLI. r.) 723. (Domina Wraczna Relicta domini Czenkonis de Czech Notificauit in media parte bonorum in Czech villa et in Castro ibidem quadringentas sexagenas, quas habet super predicta bona racione veri dotalicij sui, Cum eisdem quadringentis sexagenis et bonis predictis cum pueris domini Czenkonis et filijs suis est congressa.)

724. Domina Margaretha de Setrap intabulat et vendidit domino Paulo de Donka ibidem in villa Setrap tres laneos cum vna curticula et Omnibus ac vniuersis pertinencijs eius ad ipsos tres laneos spectantibus Sibi domino Paulo heredibus et fratribus suis.

725. Adam de Setrap Cum vxore sua nomine Margaretha Cum quartomedio laneo ibidem in Setrap sunt congressi, necnon cum omnibus pertinencijs ad ipsum quartummedium laneum spectantibus.

726. Mathias de Ratay bona sua in villa Dywak videlicet vnam Curiam cum agricultura et cum omnibus suis pertinencijs Bohunkoni et vxori sue ac heredibus suis intabulat et resignauit.

[1]) *Das vor diesem Worte im Orig. stehende „ipsorum“ ist durchstrichen.*

1360. 727. Scocho de Crhonicz vendidit et intabulat domino Jesconi de Busaw ibidem in Crhonicz sex laneos minus vno quartali cum pleno iure et dominio sicut actenus solus tenuit et possedit sibi et heredibus suis.

728. Wicczko de Brziesolup exemit aput fratres videlicet Przicchonem et Jesconem dictis de Slancz villam nomine Dobrkouicz cum omnibus et singulis pertinencijs eius.

729. Dominus Dirslaus de Selnberch et dominus Jesco de Boscouicz Bona in Chwalkouicz Cum omnibus suis pertinencijs domino Paulo de Donka detabularunt.

730. Dominus Petrziko de Hluk resignauit bona sua dicta Hluk cum omnibus pertinencijs eius et vbicumque in Morauia habere dinoscitur domino de Budsouicz et pueris suis.

731. Rubinus et Luczko de Czech detabulauerunt bona ibidem in Czech domino Hrothoni de Constat cum omnibus et vniuersis pertinencijs eius sibi et heredibus suis.

732. Meduidko de Hlota notificauit quod non fuit diuisus cum filio suo Vitkone bone recordacionis ibidem in Hlota, Idem Meduiduidko (sic) congressus est cum pueris Vitkonis ibidem in Hlotha cum omnibus et vniuersis bonis suis.

(F. XLI. v.) 733. Jesco de Milonicz dictus Clusso vendidit et intabulat Municionem suam ibidem Cum duobus laneis, Curiam cum agricultura tabernam Balneum piscinam silwas Prata cum omnibus et singulis pertinencijs eius Nicolao dicto Dyeczie [1]) et pueris suis.

734. (Nicolaus dictus Dyeczie et Boleslaus de Cosogied notificarunt quod cum omnibus bonis suis sunt congressi.)

735. Bohuslawa de Sardiczek vendidit et intabulat Stankoni de Costelecz vnum laneum ibidem in Sardiczka villa Cum omnibus et vniuersis pertinencijs eius.

736. Elscha de Lesnicz Relicta Philippi resignauit priuigno suo Alsiconi ibidem in Lesnicz totum dotalicium suum.

737. Domina Kaczna de Buk congressa est cum Woytyechio sororino suo cum filio Wlrici ibidem Cum Curia cum agricultura ac cum alijs omnibus pertinencijs eius.

738. (Jesco de Malkouicz vendidit et intabulauit Bolikoni de Cosoged et pueris suis ibidem in Malkouicz Curiam quatuor laneos et tres subsides cum taberna Balneo piscina prato et orto et rubetis.)

739. Item Onscho de Sarow resignauit dotauit et intabulauit vxori sue Margarethe in villa Hradschouicz super decem laneos et medium molendinum racione veri dotalicij Centum marcas grossorum.

740. Janko de Popicz resignauit et intabulat domino Cirnino fratri suo bona sua Miculczicz Cum Municione ac cum alijs pertinencijs suis sicut solus tenuit et possedit sibi et pueris suis.

741. Milotha de Stranie resignauit et intabulat dotalicium vxori sue Anne ducentas et quinquaginta marcas super omnibus bonis suis et ad manus domini Zasthonis Jarossij et Henrici de Drahotus fratruum. 1360.

742. Arnoldus de Dylhomilow vendidit et intabulat domine Czeslawe de Senwald alterummedium laneum cum omnibus pertinencijs suis Sibi et pueris suis.

(F. XLII. r.) 743. Domina Dobrka de Trubka resignauit et intabulat Consorti suo domino Johanni de Bukouin ducentas et triginta marcas super bona ibidem in Trubka racione veri dotalicij super Curia et super villa in Sdislauicz in parte sua cum omnibus pertinencijs suis.

744. Bohunko de Coyssow exemit aput Arnoldum in villa Dluhomilow Curiam cum quinque laneis Censualibus Cum omnibus iuribus et pertinencijs eius eandem Curiam vnacum quinque laneis et pertinencijs suis sibi et pueris suis intabulat et resignauit Arnoldus predictus.

745. Herscho de Swabenicz intabulat vxori sue domine Heduigis racione veri dotalicij septem marcas reddituum in septuaginta marcis super bonis in Swabnicz et in Dyedkouicz in parte sua bonorum predictorum et ad manus Cirnini de Viscouicz villa.

746. Bernhardus de Brankouicz intabulat vxori sue domine Anne Centum marcas ibidem in parte bonorum suorum ibidem in Brankouicz et ad manus Habardi de Jarusek.

747. Relicta Johannis de Luczcha habuit dotalicium suum in Luczka et in Ruda villis in bonis dominorum de Holstayn, Eadem domina relicta predicti Johannis resignauit et detabulare velit dominis supradictis dotalicium suum predictum.

748. Domina Manka de Senicz parwa resignauit et intabulat Consorti suo Przibczoni de Wilemow Centum marcas ibidem in Seniczka parwa super Curia et super duas marcas censuales Cum omnibus pertinencijs eius.

749. Pota decanus Ecclesie Olomucensis Cum toto Capitulo Ecclesie eiusdem Omne ius eorum, quod in villa Smirsicz habere dinoscebantur detabulare fecerunt et eodem iure Cum censu prout soli habuerunt Milothe de Namiscz et heredibus suis libere resignarunt et proprio hereditarie intabularunt.

750. Adam de Muchnicz vxori sue Jutce dedit et resignauit omne ius hereditatis sue ibidem in villa Muchnicz in parte hereditatis sue et ad manus Juuenis Habardi.

751. (Przibczo de Wilemow resignauit et dotauit obligacionem racione veri dotalicij in villa Mislouicz Centum marcas super tota villa Cum omnibus pertinencijs suis vxori sue domine Manczie.)

(F. XLII. v.) 752. Wilczko et Dobroslaus fratres de Honieticz vendiderunt et intabularunt domine Agnesczie de Habstayn et pueris eius in Honeticz villa vnam Curiam et vnam curticulam Cum omnibus pertinencijs suis.

753. (Herscho de Rokitnicz dedit et intabulat Theodrico fratri suo duos laneos in Wilkos villa Cum omnibus pertinencijs suis perpetuo hereditarie possidendos.)

[1]) *Wahrscheinlich derselbe Mikeš, Nicolaus de Ohrozyma, dessen n. 220. u. 498. erwähnt wurde.*

1360. 754. Thobias de Paczlauicz Significauit vxori sue domine Margarethe ibidem in Paczlauicz Centum marcas racione veri dotalicij in parte bonorum suorum et si ibi deficeret tunc in Hlota iuxta Paczlauicz sita in parte sua.

755. (Dirslawa Soror Barsonis de Czerhnicz obligauit racione veri dotalicij in villa Zerauicz duas marcas reddituum Cum omnicus pertinencijs eiusdem domino Hersconi de Rokitnicz.)

756. (Domina Bohudarzie de Rakodaw congressa est cum filio suo Budslao Cum bonis suis in Rakodaw et in Scalicz Cum omnibus pertinencijs suis.)

757. Domina Offka de Poczenicz detabulauit quartum medium laneum Cum Rubetis et Pratis ibidem in Poczenicz quod dotatum fuit ei per matrem Cunsonis relicte Medlonis.

758. Domina Offka Resignauit et intabulauit Raczkoni de Sborouicz et pueris suis omnia bona sua que habuit in Poczenicz villa Cum omnibus pertinencijs eius.

759. Przibiko de Netkouicz vendidit et intabulat Bolkoni de Cosoged et Nicolao dicto Dyetie tres laneos in villa Malkouicz et in villa Rosczutka duos laneos proprie hereditarie et sextum laneum in obligacione dotalicij in decem marcis Cum omnibus pertinencijs suis.

760. Philippus de Letouicz intabulat Margarethe vxori sue racione veri dotalicij in villa Obor viginti quinque sexagenas et ad domini Hartlebi de Cleczan.

761. Nuzierius de Swabnicz vendidit in villa Wirbatky tria quartalia Benessio de Sczichouicz et heredibus suis necnon et vxori sue Cum omnibus pertinencijs suis.

(F. XLIII. r.) 762. Raczko de Sborouicz vendidit et intabulauit Nobili domino domino Jesconi de Boscouicz in villa Paczlauicz Municionem Curiam Cum vna aratura duos laneos censuales Tabernam quatuor Curticulas Rubetos ortum et Collacionem Ecclesie partis sue hereditatis sue Cum omnibus pertinencijs suis.

763. Item Nicolaus de Milonicz vendidit et intabulat Theodrico de Nietkouicz villam nomine Richlaw totam Cum omnibus et vniuersis pertinencijs suis.

764. Raczko de Sborouicz vendidit et intabulat Wilczkoni et fratri suo Sudkoni et Sorori sue Jutce in Rohczin villa terciummedium laneum cum vna taberna et vno Prato et alijs omnibus iuribus et pertinencijs eius.

765. Jesco dictus Sazek et dominus Czenko fratres de Drahotuss congressi sunt pariter Cum omnibus et singulis bonis ipsorum vbicumque habere dinoscuntur.

766. Domina Anna de Czelczicz vendidit et intabulat ibidem in Czelczicz mediam Curiam cum media aratura Nicolao de Huhrziczicz Sibi vxori sue et heredibus suis proprio hereditarie possidendam.

767. Scocho de Trubka resignauit et intabulauit vxori sue Anne ibidem in Trubka in parte hereditatis sue decem marcas reddituum racione veri dotalicij in Centum marcis grossorum.

768. Przibiko de Nietkouicz Notificauit, quod emit ibidem in villa Nietkouicz aput Marsikonem sex laneos cum vna Curia et aratura cum curticula cum rubetis cum pratis et cum alijs omnibus pertinencijs suis sibi et heredibus suis perpetuo possidenda. 1360.

769. Marchwardus de Wrahouicz et soror sua Wratslawa de Pulicz Congressi sunt cum omnibus et singulis bonis suis.

770. Janko de Zarusek et Raczko de Sborouicz bona sua in Medlouicz et in Rohczin in simul permutarunt in villis et extra villas.

771. (Raczko de Sborouicz debet detabulari et Janko intabulari de Zarusek.)

772. Nicolaus de Milonicz Notificauit quod ibidem in Milonicz emit aput Martinum ibidem mediam cum media aratura cum omni iure et pleno dominio et cum alijs pertinencijs suis.

773. Meduidko de Dubczan Notificauit quod soror sua nomine Jaroluba dotalicium eius quod habuit in Ptenie villa detabulari fecit.

(F. XLIII. v.) 774. Domina Anna Conthoralis Scochonis de Trubka dotalicium quod habuit suum in Paulouicz a marito suo domino Mikulone pie memorie de Paulouicz in octuaginta marcis de eodem dotalicio, quod habuit in Paulouicz superducit eam in Trubkam super dotalicium suprascriptum et istud quod in Paulouicz habuit debet detabulari.

775. (Nahradus de Tirsicz notificauit et intabulari fecit vxori sue nomine Anne in quinquaginta marcis in villa Tirsicz racione veri et iusti dotalicij et ad manus Jacobi fratris eius et Mathie patrui eius, Et quod prius habuit in Tirsicz triginta marcas in villa Wocziehrzib viginti marcas detabulari debet.)

776. Steborius de Lucow resignauit et intabulauit Nicolao Przikaz iuueni de Przickaz vnum laneum in Poczenicz villa perpetue possidendum Sibi et heredibus suis cum omnibus pertinencijs suis.

777. Russcho de Lucow notificauit quod emit in Poczenicz villa vnum laneum proprio hereditarie aput Steborium de Lucow cum omnibus pertinencijs suis sibi et pueris suis.

778. Steborius de Lucaw notificauit quod habuit in Poczenicz duos laneos eosdem detabulari fecit, quos resignauit fratribus suis Russoni et Przickasoni.

779. Bolik de Czechouicz notificauit quod exemit aput dominam Elizabeth ibidem in Czechouicz medium laneum Cum omnibus pertinencijs suis sibi et pueris suis.

780. Henricus de Dirnouicz notificauit et intabulat filie sue Elizabeth ibidem in Dirnouicz quinque marcas reddituum in quinquaginta marcis racione veri dotalicij ad manus Andree.

781. Hinco de Bistricz Notificauit quod in parte hereditatis Andree filij sui ibidem intabulat viceuersa domine Elizabet septuaginta quinque marcas racione veri dotalicij et ad manus Henrici et filijs suis.

782. Budek de Midlowarz intabulat filie sue Barborzie et pueris eius omnia bona sua que habuit ibidem proprio hereditarie possidenda cum pleno iure sicut solus tenuit et possedit.

1365. (F. XLIV. r. a.) 783. Anno domini M° CCC° LXV° post diem beati Johannis Baptiste [1]) Celebratum fuit in Olomucz Colloquium in presencia dominorum Johannis de Crawar Olomucensis Sude Camerarij Vilhelmi de Cunstat Brvnnensis Sude Camerarij Buzconis de Cunstat Buzconis de Lelecouicz Olomucensis Sudarij domini Petri Hecht de Rossicz, qui nomine et loco Strenuissimi Principis et domini domini Johannis Marchionis Morauie Magnifici ipsi presidet colloquio, Benesschij de Straznicz Johannis de Mezirziecz Sdenconis de Zabrzieh Milota de Kuassicz Stiborio de Towaczow Tassonis et Wanconis de Bozcouicz Cuniconis de Drahotuss Johannis de Pyrkenstein et aliorum multorum nobilium terre Morauie Intabulata sunt infrascripta per Buzconem terre dicte Tabularum notarium et secuntur per omnia in hec verba.

784. Primo bona domini Marchionis [2]) et Geuiczka.

785. (Item eadem domina Cecilia Relicta de Conicz [3]) Bernhardo Adliczcze Cecilie et Elene Orphanis Gindrzissconis de Spranlek (sic) curiam ipsius in Hwiezdlicz cum Curticulis ad ipsam Curiam pertinentibus et cum alijs omnibus pertinencijs prout ipsamet tenuit Jure hereditario perpetue dedit et assignauit.) [4])

786. (Item Wseborius de Namyesscz Jesconi et Pothe fratribus quondam domini Jesconis de Buzow filijs Lybnowicz villam cum omnibus eiusdem ville pertinencijs et pleno dominio prout ipse tenuit Wseborius vendidit pro ducentis et LX Marcis et Jure hereditario resignauit.)

787. Item Dietochius de Drahanouicz Agneti relicte quondam domini Jesconis de Buzow Jesconi et Pothe suis heredibus araturam cum tribus laneis et Municione ac tercia parte Jurispatronatus Ecclesie in Drahanouicz cum Siluis Agris Rubetis Pratis et cum omnibus dictorum (F. XLIV. r. b.) bonorum pertinencijs ac pleno dominio prout ipse Dyetochius tenuit pro ducentis et XL marcis grossorum denariorum Pragensium vendidit et Jure hereditario resignauit, que bona tenere debet eadem domina vltra dotalicium eidem assignatum.

788. Item eadem domina Agnes dotalicium ipsius quod habuit a predicto marito suo in bonis Losczicz Morauiczan Dubrauicz et Polonyn excepit et excipi mandauit de Tabulis pro filijs suis predictis.

789. (Item Jesco et Potha fratres de Buzow filij predicte domine Agnetis dicte Agneti in Drahanouicz et in Lybnowicz [5]) trecentas LXXV marcas grossorum denariorum Pragensium ponderis Montinei pro ipsius dotalicio Jure terre Morauie assignarunt.) 1365.

790. Item domina Elena et Milota in Namiescz predicti cum omnibus bonis et alijs vbicumque sitis preter Jus domini Marchionis quod habet ibidem in Namyescz leitime sunt congressi, hec dominus Jesco dictus Ptaczek de Pyrkenstein sorori sue Czencze Consorti domini Wilhelmi de Cunstat et ipsius heredibus in Raczisczkouicz quidquid habet preter domini Marchionis partem prout ipsi [6]) tenuerunt vendiderunt et Jure hereditarie resignauit.

791. (Item domina Anna relicta quondam Ade de Conicz Janconi et alijs pueris suis Quingentas marcas grossorum denariorum Pragensium ponderis Morauici sui dotalicij dedit et legittime resignauit.)

792. Item domina Elena et Milota de Namiescz domino Johanni de Mezirziecz et suis heredibus quitquid in villa Vhrzecz habuerunt cum ipsorum bonorum vniuersis pertinencijs et pleno dominio prout ipsi tenuerunt pro Quadringentis et LXXX marcis grossorum denariorum Pragensium Morauici numeri vendiderunt et Jure hereditario resignarunt.

(F. XLIV. v. a.) 793. Item domina Czenca predicta Consors dicti domini Wilhelmi Curiam in Mezicz cum suis pertinencijs prout ipsa domina Czenca a matre sua tenuit domino Jesconi dicto Ptaczek predicto fratre suo et suis heredibus dedit et Jure hereditario resignauit.

794. Item dominus Jesco Ptaczek de Pyrkenstein de bonis Horziczouicz [7]) et alijs vbicumque sitis que ad Sudam Olomucensem pertinent quando ipse de hac vita transsibit Tuicionem suorum Puerorum commisit dominis Henrico de Byetow domino Wilhelmo de Cunstat et domino Johanni de Mezirziecz.

795. (Janco de Straziscz dictus de Conicz omnia bona sua et pueros ipsius commisit domino Johanni de Mezirziecz.)

796. Jesco de Crzizanow domino Johanni de Mezirziecz et suis pueris quinque laneos cum medio et quitquid habet in Lessan prout ipse tenuit cum pleno dominio dedit et Jure hereditario resignauit.

797. Dominus Dynhardus de Rzewnouicz Katherine sue Consorti Septuaginta Marcas grossorum denariorum Pragensium super bonis in Rossnouicz solum ad vite tempora ipsius Katherine libere assignauit et post mortem ipsius ipsum dotalicium ad pueros ipsius Dynhardi debet devenire.

[1]) *Nach dem 24. Juni.*

[2]) *Hier ist das nachfolgende Wort ganz durchstrichen, es scheint jedoch „Tribouia“ gewesen zu sein.*

[3]) *Diese 3 Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[4]) *Unmittelbar unter dieser Einlage steht die von einer anderen, jedoch gleichzeitigen Hand geschriebene Anmerkung „istud habet vigorem quod querere debes post XCVIII,“ und gleich daneben am rechten Rande steht weiter (von derselben Hand) „Nota quere XCVIII. quia facta est imposicio in alio loco.“ Vergleiche hiemit die in diesem Quaterne n. 942. befindliche Einlage.*

[5]) *Diese 3 Worte sind durchstrichen.*

[6]) *Vor diesem Worte steht im Originale „ipse,“ welches aber durchstrichen ist.*

[7]) *Hier ist offenbar ein Schreibfehler, statt „Honczouicz,“ da ein Ort des Namens „Horziczouicz“ in Mähren bisher gänzlich unbekannt ist. Von Honczouicz stammte dagegen die Mutter des hier erwähnten Johann Ptáček von Pirkenstein oder von Slup (Sloup). Vergleiche hierüber die Einlage n. 440. dieses Quaternes und dann den Artikel „Honczouicz“ in dem beigeschlossenen Register.*

1365. 798. Nicolaus de Luczka Wilhelmo suo genero et Wenceslao dicto Stohlar de Vnyeczow filio suo bona sua ibidem in Luczca vniuersa dedit et libere resignauit cum quibus bonis ipse Nicolaus et Wenceslaus cum dicto Wilhelmo sunt congressi.

799. Wsseborius de Namyescz Smyloni de Lescznicz centum marcas sui dotalicij in Opatouicz dedit et libere resignauit.

(F. XLIV. v. b.) 800. (Nicolaus dictus Sypch de Rudca domino Budconi de Borotyn et Dorothee sue Consorti bona sua que habet in Rudka cum vniuersis ipsorum pertinencijs prout ipsemet tenuit nichil Juris sibi in eisdem bonis reseruans Jure hereditario possidenda vendidit et resignauit.)

801. Domina Sdenca de Wrahouicz suum dotalicium et quitquid habet in Wrahouicz pueris suis omnibus dedit et Jure resignauit hereditario.

802. (Dominus Budco de Borotyn super bonis suis in Rudca domine Dorothee Consorti legitime centum marcas grossorum nomine veri dotalicij Jure terre assignauit.)

803. Lyban et Sdenco de Trssicz fratres domino Hersoni et suis heredibus de Rokytnicz Bynow Byczcouicz cum Siluis Pratis Pascuis et Molendino vniuersisque pertinencijs et dominio prout ipsimet tenuerunt, nichil Juris sibi in eisdem bonis reseruantes, Justo vendicionis tytulo vendiderunt libereque resignarunt hereditarie possidenda.

804. Dominus Herso de Rokytnicz Elizabeth sue Consorti legittime ad manusque Sbinconis fratris ipsius ducentas marcas grossorum super bonis Bynow et Curia ibidem preter Molendinum et Siluas racione veri dotalicij eidem dedit et assignauit, Sic quod ipsam nullus debet mouere ab inde, Si dictus Herscho prius morietur quam ipsa Elizabeth, nisi date prius fuerint ducente marce pro dotalicio prefato.

805. (Dominus Meduyedco de Dobczan et Sbinco ibidem fratres cum bonis ipsorum in Dubczan Dyernpach Mirotyn et Hradeczna cum ipsorum bonorum vniuersis pertinencijs sunt congressi.)

(F. XLV. r. a.) 806. Bonuss Johann Przibik Ortvino de Nezamislicz suisque heredibus in Paczslauicz Curiam IV^{or} curticulas Molendinum duas piscinas cum Siluis et Jurepatronatus ecclesie duobus pomerijs duobus ortis Jure hereditario vendentes resignarunt.

807. Budslaw de Racodaw domino Styborio de Towaczow et suis heredibus et Ortuino mediam Curiam in Rakodaw quinque quartalia duas curticulas medium Molendinum mediam Tabernam medium Ortum medium Piscatorem et medietatem fluminis Jure hereditario possidenda vendidit et resignauit.

808. (Henzlinus de Koualouicz Franconi de Dyedicz et suis heredibus in Heroltycz Curiam Molendinum Tabernam tres curticulas pratum cum vniuersis bonorum ipsorum pertinencijs prout ipse tenuit pro Octuaginta marcis grossorum denariorum Pragensium vendidit et Jure hereditario resignauit.)

809. Vitko de Bistrzicz Sbynconi de Dubczan et suis heredibus vnam sexagenam grossorum denariorum Pragensium Census annui in Sauiena et Monte Schummia prout ipse eadem tenuit pro XXX marcis grossorum Pragensium nomine dotalicij resignauit. 1365.

810. Luban et Sdenco fratres de Trissicz cum omnibus bonis que habent in Trissicz et in Byela libere sunt congressi.

811 Bedrzich de Sticouicz Curiam Tabernam medium Molendinum vnam curticulam in Domamislicz Pesconi de Ptenye Woysslawe sue Consorti legittime et ipsorum heredibus prout ipse tenuit nichil Jvris sibi in eisdem bonis reseruans pro Triginta et nouem marcis vendidit et Jure hereditario (F. XLV. r. b.) libere resignauit, Cui vendicioni Marsso de Domamyslicz statim publice contradixit.

812. Jesco de Heroltycz cum bonis ibidem que habet Budslaw de Drzouicz cum bonis que habet ibidem et ipsorum bonorum vniuersis pertinencijs sunt congressi.

813. Dominus Pesco dictus Paterzin domine Velcze sue Consorti legittime super Curia in Sobaczow XV marcas grossorum veri dotalicij assignauit.

814. Dominus Petrus dictus Hecht de Rossicz Janoni Gindrzichoni et Jacobo filijs domini Meduiedconis de Wrziessouicz et ipsorum heredibus in Zabokrk Curiam quinque laneos vnam Curticulam Piscinam cum omnibus bonorum ipsorum pertinencijs prout ipsemet tenuit nil Juris ibidem sibi reseruans pro Centum et Octuaginta marcis grossorum denariorum Pragensium vendidit et Jure hereditario resignauit.

815. Herzmanecz. (sic.)

816. Milotka de Namisch Jesconi de Mirzetyn Margarethe matri Jesconis Sbinconi fratri ipsius Jesconi et Swahoni fratri eiusdem Jesconis Polom villam cum siluis piscinis et vniuersis Juribus et pertinencijs ac pleno dominio prout ipsemet tenuit nichil Juris Sibi in ea villa reseruans Jure hereditario libere possidendam vendidit et resignauit.

817. (Quasschowecz de paruo Lasnik Przedslawe sue Consorti XXX marcas grossorum super Curia ibidem in Lasnik nomine veri dotalicij assignauit, Ibidem predicta Przedslawa Vlrico fratris filio dicti Quasschowconis de dicto suo dotalicio X marcas grossorum predictorum dedit libere et resignauit.)

818. (Valentinus et Adam fratres de Przestawlk cum bonis ipsorum in Przestawlk et vbicumque habent uel habebunt in posterum simul sunt congressi.)

(F. XLV. v. a.) 819. Mladotha de Prussonouicz Achniconi de Bistrzicz et suis heredibus vnum laneum in magna Bistrzicz cum illo Jure et dominio prout ipsemet tenuerat Jure hereditario vendidit et resignauit, Ibidem Achnico predictus Budcze consorti sue super dicto laneo XXX marcas grossorum nomine et racione veri dotalicij Juris terre dedit et assignauit.

820. Stacho de Perneho [1]) et Wlachno ibidem et ipsorum heredes cum omnibus bonis ipsorum vbicumque habent seu in posterum habebunt inuicem sunt congressi.

[1]) *Perneho ist der böhm. genitiv von Perné, nach der böhm. Ausdrucksweise Štach z Perného.*

1365. 821. Bedrzich de Styhowicz Phsiconi [1]) prelocutori [2]) de Zenicz in Stychowicz villa vnam curticulam penes Curia et Molendino dedit Jure hereditario et libere resignauit.

822. Dominus Zudko de Wessele domino Petro Hecht de Rossicz et suis heredibus villam Hruschcowicz cum ipsius vniuersis Juribus et pertinencijs ac eciam pleno dominio prout ipsemet tenuit per modum vendicionis libere dans assignauit.

823. Dominus Milotha de Beneschow alias de Quasschicz domine Elizabeth consorti sue legittime bona sua Quassicz opidum cum Municione ibidem Molendinum villas Byelow Vyesdecze Nouam villam Strzesnicze Ohniskouicze Cladruby et Svlimow cum Siluis et omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio prout ipse tenuit in LXXX marcis grossorum nomine veri dotalicij assignauit sic quod ipsa domina Elizabeth si ipsum dominum Milotam prius de hoc mundo migrare contingeret, quamdiu vidualem suum statum non immutaret pacifice et quiete bona predicta debet possidere, Sed si Statum vidualem perimmutauerit tunc heredes ipsius domini Milothe in eisdem bonis prefatis LXXX marcis solutis de eisdem bonis se intromittere (F. XLV. v. b.) debebunt et habebunt plenam potestatem.

824. Item Jetrischek de magna Senicz vendidit Benesschio de Schonwald ibidem vnam Curiam IV laneos prata Siluas aquas et quidquid idem Jetrzich ibidem habuit cum omni dominio et pleno Jure prout ipse tenuit pro CC et XL marcis vendidit et Jure hereditario resignauit.

825. Wseborius de Namiesch et Milotha de Namyesch permutauerunt mutuo cum bonis quidquit Milotha habuit in Smursnicz cum matre et quidquid Wseborius habuit cum fratribus in Namyesch, Ita quod ipse Wseborius cum fratribus dat omnia bona que habuit in Namyesch ipsi Milothcze et matri sue predictis Nichil sibi Juris ibidem reseruans in Namyesch dedit libere Jure hereditario resignauit et heredibus suis.

826. Messchek de Crumsyn vxori sue Anne super Curia quam habet et possidet ibidem in Crumsyn assignauit nomine dotalicij XL marcas grossorum et tabulis inposuit.

827. Item Fridericus de Stychowicz filie sue Anne nomine veri dotalicij XL marcas grossorum in Curia quam habet ibidem in Stychowicz Jure dotalicij assignans tabulis terre imposuit et deputauit.

828. Wseborius de Namyesch domine Hedwicze consorti sue legittime super Curiam in Wysschowicz et VIII marcas grossorum in CC marcis grossorum nomine veri dotalicij deputauit.

829. Ibidem Henricus aduocatus de Noua Ciuitate Nicolaus et Clara pueri Gewiczerij hanc imposicionem contradicunt asserentes quia super ipsis bonis Gewiczerius [3]) predictus habet Centum marcas dotalicij et LX marcas obtentas Jure super bonis eisdem.

(F. XLVI. r. a.) 830. (Michael de Wrahowicz domine Clare Consorti sue super parte hereditaria quam habet ibidem in Wrahowicz LXXX marcas grossorum nomine veri dotalicij assignans intabulauit.) 1365.

831. Waczlaw de Wrzesschowicz Petro dicto Hecht de Rosschicz Curiam quam ibidem habuit cum omni Jure pro XXVIII marcis grossorum vendidit hereditario Jure assignauit.

832. Sudko de Dobirczicz Clare sue Consorti legittime ibidem in Dobirczicz duos laneos et III curticulas in XXX marcis nomine dothalicij resignauit.

833. Bonusch de Paczlawicz Wrachne sue consorti centum marcas grossorum super bonis suis in Paczlawicz et in Lhotha nomine veri dotalicij assignauit sic tamen vt si ipsum Bonusschium dicte sue consorti premori continget quod debet ipsa domina in bonis eisdem quamdiu vidua erit alias Centum marcas dothalicij, solum in Paczlawicz debet habere.

834. (Mikesch de Stychowicz Katherine sue Consorti super Curia in Snychoticz L marcas grossorum cum omnibus in eadem Curia pecoribus et pecudibus Jure veri dotalicij assignauit.)

835. Marscho de Domamislicz Jursikoni de Domamislicz filie Theodrici ibidem et suis heredibus terciam partem Curie ibidem et suam terciam partem Molendini terciam partem taberne cum omnibus ad ipsam Curiam spectantibus dedit et Jure hereditario resignauit, Ibidem Fridericus de Stychowicz contradixit huic donacioni dicens, quod dominus Marchio Jus sibi dederit in bonis eiusdem.

836. (Mixyk de Wrahowicz filijs Crawicze, Wenusschie matri sue et ipsius pueris Curiam quam ibidem in Wrahowicz a patre suo habuit cum omnibus ipsius Curie pertinencijs et pleno dominio pro C et XX marcis grossorum vendidit et Jure hereditario resignauit. Nota quod est extabulatum propter filios Crauiczie.)

(F. XLVI. r. b.) 837. Jacobus Wlczko et Benesschius fratres de Oppatowicz cum omnibus bonis suis vbicumque sitis ad trinam congressionem sunt congressi, huius nuncius fuit dominus Petrus Hecht [4]) ex parte domini Marchionis.

838. Petrus de Oppathowicz dotalicium suum quod habuit ab vxore sua super laneo in Oppathowicz extabulari et excipi mandauit.

839. Petrus predictus Friderico de Oppatowicz et suis heredibus pro XXV marcis grossorum vendidit cum pleno dominio et hereditarie resignauit.

840. (Haynusschius de Byelowicz domine Agneti sue consorti quingentas marcas grossorum super bonis Byelowicz vniuersis et vineas preter ipsorum pheodum domini Marchionis pleno Jure et dominio veri dotalicij Jure terre et ad manus domini Wilhelmi de Kunstat et fratrum ipsius domini libere resignauit.)

841. (Cunscho de Byelowicz [5]) Anne consorti sue et ad manus domini Wilhelmi de Kunstat fratrem (sic) ipsius domine Anne L^{ta} marcas grossorum

[1]) *Scheint wohl irrig statt Pesico zu stehen.*
[2]) *i. e. advocato.*
[3]) *Nicolaus? Gewičii natus.*
[4]) *de Rosic.*
[5]) *Vor diesem Worte steht im Orig. „Kvnstat," welches aber unterpunktirt ist.*

racione veri dotalicij preter pheodum domini Marchionis libere resignauit.) 1365

842. Jesco de Dubrawicz Cunschoni et suis heredibus villam Scalicze cum omnibus pertinencijs suis et pleno dominio nichil ibidem Sibi reseruando vendidit Jure hereditario possidendam.

843. Witko de Luczan Smylkoni de Leschnicz et suis fratribus bona in Luczan que habuit cum pleno dominio prout ipse tenuit vendidit Jure hereditario et libere resignauit.

844. Swatyborius de Myrlyn inferiori Margarethe vxori sue III marcas census racione veri dotalicij resignauit Jure hereditario possidendas.

(F. XLVI. v. a.) 845. (Swoyscho de Raicz et Anna sua consorors quondam Lamperti de Raicz cum Bohuska dicto de Drahotusch cum omnibus bonis ipsorum vbicumque habent sunt congressi, Ita tamen vt si ipsum Bohuschcam premori contingat Wilhelmus suus priuingnus nichil Juris habeat in congressione predicta, huius nuncij domini Wilhelmus de Cvnstat et Petrus Hecht de Rossicz et litera domini Marchionis.)

846. Serenissimus princeps et dominus dominus Johannes Marchio Morauie domino Sczethyn et suis heredibus bona Sdanycz cum ipsorum bonorum piscinis siluis et vniuersis pertinencijs ac pleno dominio Jure hereditario resignauit.

847. Smyl de Leschnicz decano preposito et capitulo Olomuczensis Ecclesie in Gzesschow X marcas census super bonis ibidem que habuit nichil sibi ibidem Juris reseruando vendidit hereditario Jure et libere resignauit.

848. (Stacho de Zworowicz filius Sororis domini Jaroschlai de Knechnicz domino Jaroslao predicto et heredibus suis bona sua hereditaria in Zworowicz dedit et hereditario Jure resignauit.)

849. Gyndrzich de Prusch filius Medwiedkonis de Wrzesschowicz dominis decano preposito et Capitulo Ecclesie Olomuczensis totum illud quod in Polkowicz pater suus habuit et dominus Petrus Hecht [1]) similiter habuit cum Curia Molendino cum illis que dominus Medwiedko habuit vendidit Jure hereditario possidenda et si erunt intabulata debent deleri.

850. Smilko de Leschnicz Katherine sue consorti legittime ducentas et LX marcas super bonis Luczan Senicz magna et Luczka racione veri dotalicij deputauit.

851. Anna quondam relicta Budslai de Nyetkowicz Blaschco filius ipsius et Sbinco filius fratris dicti Blasconis in Nyetkowicz sextummedium laneos duas curticulas tabernam cum ipsius vniuersis pertinencijs Martinconi et suis heredibus de Buckowicz et fratribus suis vendidit hereditario Jure possidendos.

(F. XLVI. v. b.) 852. Marthyn de Buckowicz Katherine vxori sue ibidem C. marcas racione veri dotalicij deputauit.

853. (Wanco de Boscowicz Roetlino de Rapotina Lhota sue consorti et ipsorum heredibus Curiam ibidem prout ipse tenuit ibidem Jure hereditario vendens resignauit.) 1365.

854. Albertus de Sternberk alias de Swetlow bona sua in Bohuslawicz cum Pessicone famulo suo de Zakrzowicz et ipse Pessico bona sua predicta cum Alberto eodem pro bonis suis in Bohuslawicz libere permutauerunt.

855. Albertus de Swyetlow cum famulo suo Rozkowa Curiam in Mladerzow dedit et hereditarie resignauit.

856. Bedrzich canonicus Pragensis et Kunico fratres de Leschnicz cum ipsorum bonis vbicumque sitis sunt congressi.

857. Dyetmar de Kosuschow Sdyncze vxori sue super bonis que habet ibidem et in Sluhomirow C. et XXV marcas grossorum veri dotalicij deputauit.

858. (Paulus de Honeticz Agneti vxori sue super quartodimidio laneo in Honeticz LXXX. marcas nomine veri dotalicij deputauit.)

859. Czasslawa de Dluhomilow extabulauit et deponit de tabulis dotalicium suum videlicet XL marcas quas habuit a marito suo super Curia et quartali in Dluhomilow villa predicta.

860. Czasslawa predicta dotalicium quod habuit in Curia et quartali in Dluhomilow Wilhelmo et suis heredibus [2]) et Henrico Piperzy de Zabrzech vendidit et libere resignauit.

861. Woyco de Vlin Curiam in Jarohnowicz que fuit illorum de Trubka medium laneum tabernam IV curticulas cum omnibus suis pertinencijs prout ipse tenuit Dyetrziconi de Jarohnowicz et suis heredibus libere resignauit.

(F. XLVII. r. a.) 862. Luczco de Czech Beneschius dictus Czirnyn et alij fratres de Czech filij olim Czenkonis de Czech et Wachne sue consortis congressionem ipsorum bonorum et dotalicium dicte domine extabulauerunt et idem Benesschius et Luczko predicti dicta bona in Czech, videlicet mediam Municionem mediam villam magnam aquam piscinam in Slusyn quidquid habuerunt in Penczicz quidquid habuerunt in Ohrosym Jus patronatus in Lesschan quidquid habuerunt preter illud quod tenet ille de Krzieschanko [3]) in Lesschan cum Jurepatronatus ecclesie in Czech cum ipsorum bonorum et vniuersis pertinencijs et pleno dominio prout ipsi tenuerunt nichil sibi ibidem Juris reseruando Bartusschio de Walderzow et suis heredibus vendiderunt hereditario Jure possidenda resignantes.

863. Hinczik de Charwat Marthe consorti Andree de Kracowcze et Tyrwardo fratri ipsius domine et ipsius Marthe heredibus in villa Charwat duos laneos vnam tabernam duas curticulas vno agro hereditario Jurepatronatus ecclesie ibidem omni Jure et pleno dominio prout tenuit vendidit hereditarie possidenda.

864. Petrus Hecht de Rossicz qui nomine domini Marchionis illi colloquio presedit huic vendicioni contra Hincziconem Martham fratrem ipsius [4]) et omnes eadem bona in Charwat emere volentibus (sic)

[1]) *de Rosic.*

[2]) *Zwischen diesem und dem nachfolgenden Worte stehet im Orig. „in Za," was aber durchstrichen ist.*

[3]) *Jesco de Crzizanow? Vergleiche n. 796. dieses Quat.*

[4]) *Tyrwardum.*

1365. presentibus contradixit pro eo quod dominus Marchio Jus habet ibidem.

865. Barthosschius de Walessow domino Benesschio dicto de Crawarn et suis heredibus in villa Losschan IV quartalia agrorum vnam tabernam II curticulas agrorum III ortos in villa Ohrosym quartumdimidium laneos cum orto et medietate Jurispatronatus ecclesie ibidem cum omnibus pertinencijs et pleno dominio nil sibi ibidem reseruando vendidit hereditarie possidenda.

866. Dyetrzich de Prusschenowicz Dyetrzisconi de Zenicz curiam in magno Senicz cum medietate Jurispatronatus ecclesie ibidem cum Molendino prout ipse tenuit vendidit hereditarie possidenda.

867. Ofca conthoralis Dyetrzisconis de Prussenowicz dotalicium quod habuit super predicta bona in Curia magno Zenicz videlicet L marcas excepit et extabulari mandauit.

(F. XLVII. r. b.) 868. Dyetrzich de Prussenowicz domine Offcze consorti sue super Prussenowicz et Jaroslawicz ibidem quidquid habet L marcas racione veri dotalicij deputauit.

869. Jarosschius de Drahotusch Benesschio dicto Schisma et suis heredibus in Blazicz curiam arature cum Molendino et pleno dominio prout ipse tenuit vendidit hereditario Jure possidendam.

870. Agnes dicta Czirnka de Swabenicz Alschoni de Bistrzicz marito suo IV marcas grossorum annui census super duobus laneis in Swabenicz et ipse Alscho Agneti sue vxori super villis Bistrzicz et Murzklesch LXX marcas nomine veri dotalicij assignauit.

871. Jenico de Dobroticz Benesschio dicto Schisma et suis heredibus villam Krstomil cum omnibus suis pertinencijs prout ipse tenuit vendidit hereditarie possidendam.

872. Janco de Nahussowicz Bedoui suo vitrico et suis heredibus in Nahussowicz villam totam cum pleno dominio prout ipse tenuit vendidit hereditario Jure possidendam.

873. Onscho de Wistonicz Elizabete sue consorti super Curia in Wistonicz XV marcas racione veri dotalicij deputauit.

874. Wyeczemil de Wyczemilicz Sczetynoni de Sdenicz et suis heredibus villam Rohoschczye cum omni Jure et pleno dominio nichil sibi ibidem reseruans vendidit Jure hereditario possidendam.

875. Nicolaus dictus Naklo Pesconi dicto Frauntetter [1]) et Margarethe vxori et heredibus suorum (sic) Curiam in Woynicz et II grossos annui census cum omnibus pertinencijs prout ipse tenuit vendidit et Jure hereditario resignauit.

876. (Anna relicta Scohonis de Trubk pueros suos super ipsius dotalicium quod habet in Trubk in verum spolek seu vnionem bonorum suscepit eorundem.)

(F. XLVII. v. a.) 877. Henslinus de Lesnicz domine Philomene et Janoni filio ipsius Curiam in Lesnicz cum IV curticulis eo jure vendidit hereditarie possidendam.

878. Lewa de Poczenicz omnia bona sua, que habet ibidem in Poczenicz cum omni Jure et pleno dominio Lewiconi de Poczenicz et filijs fratris sui dedit et Jure hereditario resignauit, de hoc habent literam domini Marchionis ijdem orphanj. [2]) 1365.

879. Slawik Albertus Lewik et Dyewa contradicunt hanc imposicionem dicentes quia haberent prius ipsa bona in tabulis terre.

880. Staho et Janco de Kokor filij fratris Ruschonis ibidem cum omnibus ipsorum vbicumque habent inuicem sunt congressi.

881. Philippus de Sczyetowicz et Thomka de Wrbatek cum omnibus bonis ipsorum vbicumque habere dinoscuntur inuicem sunt congressi.

882. Hirdon et Budislaw vxor ipsius de Chvdowyn Janoni de Chudowyn et suis heredibus ibidem mediam Curiam et vnam marcam census vendiderunt proutmet tenuerunt hereditario Jure possidendam.

883. (Budislawa de Chudowyn domine Elizabet de Strzytesch Wiesconi marito eius et heredibus ipsorum in villa Zewyn et in Chudowyn terciamdimidiam marcam census cum omni Jure et pleno dominio hereditarie resignauit.)

884. Dobroslawa de Neczicz et Jenczo de Pawlowicz cum omnibus que habent uel habere poterint inuicem sunt congressi.

885. Pesco de Weletyn Anne vxori sue super villa Bedrzihow LXX marcas racione veri dotalicij resignauit Jure terre communi.

(F. XLVII. v. b.) 886. Jesco de Waleczow Petro Hecht de Rossicz et suis heredibus in villa Brzessowicz Curiam III curticulas siluam ortum et omnia que ibidem vendidit et Jure hereditario libere resignauit.

887. Swacho de Eywany Raczconi de Olschan et suis heredibus Curiam in Eywany eo Jure quo ipse tenuit vendidit Jure hereditario possidendam.

888. Dyetrzich et Mladota fratres de Prussenowicz Ortwino de Nesamislicz et suis heredibus Curiam in Pornicz III laneos tabernam curticulam tribus molendinis et in villa Swabye X. laneos duo Molendina II curticulas et omnia que ibidem habuit nichil sibi ibidem Juris reseruando vendidit hereditario Jure possidenda.

889. Lekesch de Przestawlk Adliczcze sue consorti et ad manus Lewiconis de Poczenicz super bonis que habet in villa Weska LXXV marcas racione veri dotalicij assignans deputauit.

890. Jesco de Wirbatek Dorothee vxori sue super Curia ibidem XXX marcas nomine veri dotalicij deputauit.

891. Wilhelmus de Pawlowicz Lutholdo de Pawlowicz Curiam in Tuczyn dedit et libere resignauit.

892. (Jenczo de Spranek Anne vxori sue super villa Schisman LXXV marcas racione veri dotalicij deputauit.)

(F. XLVIII. r. a.) 893. Jesco et Herscho fratres de Turowicz cum omnibus bonis que habent uel habere potuerint inuicem sunt congressi.

[1]) *Civis Olomucensis. Vergl. im III. Olmützer Quatern (Wenceslai de Strážnic) n. 462. u. 463.*

[2]) *Die zwei letzten Worte sind im Orig. unterpunktirt.*

1365. 894. Ofca vxor Benesschij de Tvczin Jus suum quod habuit nomine dotalicij ibidem Jesconi de Tvczin et suis heredibus vendidit et Jure hereditario resignauit.

895. (Philip de Penczicz Bohuncze vxori sue super tota villa Lhota XXV marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit.)

896. Reuerendus in Christo pater dominus Albertus de Sternberk episcopus Lutusmislensis ecclesie honorabilibus decano Preposito et Capitulo Olomucensis ecclesie villam Postrzilemowecz cum ipsius ville vniuersis pertinencijs et pleno dominio prout ipse dominus episcopus et antecessores eius tenuerunt cum siluis pratis aquis metis riuolis dedit et hereditarie resignauit mediam partem pro altari sancti Johannis Ewangeliste et aliam partem pro distribucionibus anniuersarij sui et suorum predecessorum, agentes de hoc consensum domini Marchionis literis ostenderunt.

897. (Michacz et Ygram fratres de Ottoslawicz Marschiconi de Kowericz Buschne sue consorti et ipsorum heredibus in villa Doloplas Curiam cum V pratis et ipsius pertinencijs prout ipsimet tenuerunt plenoque dominio Jure hereditario possidenda vendiderunt et resignarunt.)

(F. XLVIII. r. b.) 898. Stiborius dictus Pluch Jaroschconi de Drahotusch et suis heredibus in Drahotusch Curiam tabernam cum medio laneo in Milenow septem curticulas et alterumdimidium laneos desertos duo quartalia cum omnibus prout ipse tenuit pleno dominio nichil Juris sibi ibidem reseruans Jure hereditario possidenda vendidit et resignauit, de hoc nuncius dominus Benesschius de Strzesnicz fuit.

899. Gindrzich de Drahotusch Jaroschconi fratri suo ibidem de Drahotusch et heredibus suis Municionem cum Curia et omnia, que ibidem habuit cum omnibus suis pertinencijs et in Radyekow et in villa Wstrzedoleschi et in Sobyekow quidquid ibidem habuerunt (sic) nichil sibi penitus reseruando vendidit hereditarie (et) resignauit, de hoc nuncius fuit dominus Beneschius de Crawarn.

900. Bohunco et Dyetmarus fratres de Kosuschow cum omnibus bonis que habent et habebunt inuicem sunt congressi.

901. (Gilgiesch de Zirnow Jesconi dicto Klusch Anne vxori sue et heredibus eorum quidquit habuit in villa Zyrnow cum omnibus pertinencijs et pleno dominio nichil sibi penitus reseruando vendidit hereditario Jure possidendum.)

902. Gilgiesch de Zirnow Ancze quondam Budislawe de Nyetkowicz et Sbinconi ipsius Ancze filie puero in villa Weska Curiam cum omni Jure et dominio nichil sibi ibidem reseruando vendidit hereditario Jure possidendam.

(F. XLVIII. v. a.) 903. Jesco de Weletyn Dyetrzihoni de Nyetkowicz suis et heredibus in villa Morawan II laneos cum omni Jure et dominio prout ipse tenuit vendidit et Jure hereditario resignauit.

904. Dyetrzich de Nyetkowicz Jesconi et fratribus suis Pessiconi Mixiconi et Zewisschio et heredibus eorum in Weletyn totam villam Richlow cum omnibus suis pertinencijs et pleno dominio nichil sibi ibidem reseruando vendidit et Jure hereditario re- 1365.
signauit.

905. Sbinco filius domine Wrachne de Wyluschi Anne vxori sue in villa Luczka et Krziwa C et XXXVII et mediam marcas racione veri dotalicij ibidem deputauit.

906. Bedrzich dictus Patersin Elizabeth vxori sue super omnia que ibidem habet XL marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit.

907. Rachut de Lodenicz Adliczcze sue vxori super omnia que ibidem in Lodenicz habet LXXV marcas grossorum racione veri dotalicij ibidem deputauit.

908. Bolka domicella et Bohusschius frater ipsius de Dyetkowicz Rachuthoni de Lodenicz et suis heredibus in villa Dyetkowicz Curiam arature et vnum quartale cum omni Jure et dominio quo tenuit vendidit hereditarie possidendam.

(F. XLVIII. v. b.) 909. Karolus de Passchowicz Anne vxori sue in villa Passchowicz super X laneis L marcas grossorum racione veri dothalicij ibidem deputauit.

910. (Bohuschca et Erasim fratres Bistrzicz cum omnibus bonis eorum que habent in Bistrzicz Murklesch Hlubiczki et in Strzilne uel vbicumque habent uel habebunt inuicem sunt congressi.)

911. Johan de Boscowicz siue de Lazan extabulauit Curiam IV^{or} curticulas et quidquid ad eam spectauerit in villa Wasan et ex tabulis terre excipi mandauit Weysoni de Wasan et suis heredibus cum omni Jure et dominio prout ipse tenuit vendidit hereditario Jure possidendum.

912. Luczko de Czelczicz Wrahoni ibidem et suis heredibus quidquit habet dedit et libere resignauit.

913. (Petrus Hecht de Rossicz bona que dominus Marchio Morauie sibi dedit in Osschiczan et in Cowalowicz V laneos et molendinum que fuerant quondam Marthinconis de Drahanowicz cum Slabiborio de Osschiczan cum bonis que ipse Slabiborius in Bolelucz habuerat cum ipsorum bonorum vniuersis pertinencijs plenoque dominio dando bona pro bonis simul permutauerunt.)

914. Slawiborius predictus de Osschiczan Katherine vxori sue dotalicium quod habuit in predictis bonis super villam Osschiczan transduxit et eidem Centum marcas racione veri dotalicij deputauit.

915. Onscho et fratres dicti de Chomutowicz cum omnibus que ibidem uel vbicumque habent inuicem sunt congressi.

(F. XLIX. r. a.) 916. Petrzik de Drzouicz domino Artlewo de Starechouicz et suis heredibus V et mediam marcas grossorum veri census et de Silua pro media marca pro sexaginta marcis grossorum vendidit et Jure hereditario resignauit.

917. (Johannes de Bozcouicz decanus Ecclesie Cremsiriensis domino Tassoni fratri suo et suis heredibus Gelczan villam cum Municione et IV araturis in Stralek quidquid habet Medium Ossuietyman cum ipsorum bonorum Siluis Piscinis Aquis Agris Curijs et vniuersis pertinencijs ac pleno dominio nichil Juris sibi ibidem reseruans dedit et Jure hereditario resignauit.)

1365. 918. Vlricus Johannes Tasso et Wanco fratres de Bozcouicz Ortwino de Pornicz et suis heredibus Curiam in Paczslauicz cum Municione et IV. Curticulis vno laneo Taberna cum ipsorum bonorum vniuersis pertinencijs et pleno dominio prout ipsi tenuerunt nichil Sibi Juris reseruantes pro Quinquaginta marcis grossorum vendiderunt et libere resignarunt.

919. Vlricus et Wanco fratres de Bozcouicz Jarohnyew de Buchlouicz et suis heredibus ac Stachoni fratri suo duas araturas in Toplan et quitquid ibidem habuerunt cum ipsorum bonorum vniuersis pertinencijs et dominio, prout ipsi tenuerunt, nichil boni Sibi ibidem reseruantes pro centum marcis grossorum vendiderunt et Jure hereditario resignarunt.

920. Petrus dictus Hecht [1]) domine Johancze vxori domini Swachonis dicti Cuzel [2]) illam obligacionem in Orziechoue de Centum et Sexaginta marcis grossorum sicut per obitum domini Olmanni de Velika ad dominum Johannem Marchionem Morauie deuoluta noscitur, et ipsi domino Petro per dominum Marchionem data preter duas vineas dedit et libere resignauit, Ipsaque domina Johanca eidem domino Petro et suis heredibus terciam partem in Zirauicz cum omni Jure vineis et pleno dominio prout ipsa habuit dedit et libere resignauit.

(F. XLIX. r. b.) 921. (Johanca Contoralis Swachonis dicti Czuzel [2]) Jarohniewo et Mathie filio ipsius Johancze bona sua, que habet in Orzechoue a domino Petro Hecht [1]) cum eo Jure sicut ipse Petrus Hecht tenuit eidem resignauit dedit et libere Jure hereditario resignauit.)

922. Eadem domina Johanca predictis Jarohniewo et Mathie bona sua hereditaria Orziechoue Curiam VI laneos duas Curticulas, vineam Horne, Siluas cum vniuersis pertinencijs et pleno dominio dedit et libere Jure hereditario resignauit.

923. Ibidem Sulico de Paczslauicz huic donacioni se opposuit dicens, ipsa bona hereditaria sua esse.

924. (Meduiedco de Dubczan Elizabeth sue Consorti in Dubczan sua parte super Curia arature et IV. marcis Census annui Nonaginta marcas ipsius dotalicium demonstrauit.)

925. Jesco de Raycz domine Anne sue Consorti Centum Quinquaginta grossos nomine dotalicij in Raycz ibidem super parte sua Jure terre demonstrauit ad manus domini Benessij de Volstayn.

926. Vlricus Howora Margarethe sue Consorti Quadraginta marcas grossorum super tribus laneis nomine veri dotalicij Jure terre assignauit.

927. Johan de Blissicz Margarethe sue Consorti Quinquaginta marcas grossorum super Curia in Blissicz nomine veri dotalicij Jure terre assignauit.

928. (Johannes de Mezirziecz fuit nuncius ex parte domini Marchionis quod congressionem Czenconis et Andree dominorum de Selmberg de bonis in Prostiegow debet extradi de Tabulis et debet in Tabulis deleri.)

(F. XLIX. v. a.) 929. Onsso dictus Trdlo de Slawcow domino Boczconi de Cunstat et suis heredibus villam Slawcow cum Municione villam Brusne cum Siluis Pratis Pascuis et omni dominio, prout ipse tenuit, nichil Juris ibidem Sibi reseruans, pro Quingentis marcis vendidit et Jure hereditario resignauit. Nunccius fuit ex parte domini Marchionis dominus Johannes de Mezirziecz. 1365.

930. Jenico de Dobroticz domino Buczconi de Cunstat et suis heredibus villam Dobroticz cum Municione Curijs et Molendinis ibidem, Jenicouicz villam totam cum Molendino, mediam villam dictam Chlumeczne, terciam partem in villa Chomicz cum Siluis Montibus vallibus et ipsorum bonorum vniuersis pertinencijs ac pleno dominio, nichil Juris Sibi in eisdem bonis reseruans pro octingentis et quinquaginta marcis grossorum vendidit et Jure hereditario resignauit.

931. Domina Anna Contoralis Jeniconis de Dobrotycz dicti de consensu Steflini et Vitkonis dictorum de Cunouicz fratrum suorum Trecentas et quinquaginta marcas grossorum sui dotalicij, quod in predictis bonis habuit extabulauit et excipi mandauit.

932. Dominus Miculawss de Malenouicz domino Boczconi de Cunstat et suis heredibus in villa Lucow quidquid habuit et Nouamuillam totam Mirlyn villam totam cum ipsorum bonorum Montibus vallibus Aquis Riuulis Siluis Rubetis et singulis ipsorum pertinencijs et pleno dominio prout ipse tenuit, nichil Juris sibi in eisdem reseruans pro ducentis LXXXI marcis vendidit et Jure hereditario resignauit.

933. Domina Jarca Contoralis domini Miculavss de Malenouicz ducentas XX marcas sui dotalicij, quod in ipsis venditis domino Boczconi [3]) habuerat, extabulauit et excipi mandauit.

(F. XLIX. v. b.) 934. (Andreas dictus Selmberg domino Boczconi de Cunstat et suis heredibus veram medietatem Oppidi Prostyegow, medietatem Jurispatronatus, Municionem totam cum Molendino, mediam Curiam ante Municionem cum ipsorum bonorum vniuersis pertinencijs et pleno dominio prout ipse tenuit, nichil Juris sibi in bonis eisdem reseruans, pro Noningentis marcis grossorum vendidit et Jure hereditario resignauit, Cuius nuncius fuit Petrus Hecht [4]) ex parte domini Marchionis.)

935. Franco de Pomyenicz prouisor Camere Marchionis Morauie domino Boczconi de Cunstat et suis heredibus Bolelucz villam quidquid ipse habuit ibidem Siluam dictam Okruhli in villa Wrbatky alterumdimidium laneum et in villa Wrahouicz duas Curticulas cum ipsorum bonorum Pratis Pascuis Siluis Rubetis Grenicijs Aquis et pleno dominio prout ipse tenuit, nichil Juris sibi in eisdem bonis reseruans, pro Quadringentis et XX^{ti} marcis grossorum vendidit et Jure hereditario resignauit.

936. (Wlko dictus de Dobrotycz filius domini Zauissij de Dobrotycz domino Vilhelmo de Cunstat et suis heredibus Castrum Krzidlo sub Castro in villa Chomicz terciam partem in villa Chlumeczne mediam partem villam Rimycz, quitquid habet ibidem cum

[1]) *de Rosic.*
[2]) *de Żerawic.*
[3]) *de Cunstat.*
[4]) *de Rosic.*

1365. tribus araturis cum toto Jurepatronatus Ecclesie ibidem cum ipsorum bonorum Siluis Montibus vallibus Pratis Rubetis Pascuis Riuulis et vniuersis ipsorum bonorum pertinencijs ac pleno dominio, prout dominus Zauissius pater ipsius Wlkonis tenuit, nichil Juris sibi ibidem reseruans pro Septingentis et XXVI marcis grossorum vendidit et Jure hereditario resignauit.)

937. (Dominus Boczco de Cunstat domino Wilhelmo de Cunstat fratri suo et ipsius heredibus villam totam sub Castro [1]) dictam Brussne mediam villam dictam Chlumeczne in Chomycz terciam partem cum ipsorum bonorum pleno dominio prout ipse tenuit dedit et Jure hereditario resignauit.)

(F. L. r. a.) **938.** Janco cum fratribus de Straziscz dicti de Conicz domino Bohussio de Syczndorf et suis heredibus Luka Oppidum cum Jurepatronatus Ecclesie ibidem cum Siluis et vniuersis pertinencijs ad ipsum Oppidum spectantibus et pleno dominio villam Ponikew cum toto dominio Siluam dictam Brziezina nichil Juris sibi in eisdem bonis reseruans pro CC et XXX marcis vendidit Jure hereditario possidendum.

939. Benessius de Sonwad (sic) Jesconi et fratribus suis et eorum heredibus de Zirotyn quitquid habet in villa Zirotyn cum omnibus suis pertinencijs permutauerunt ipsique fratres eidem Benessio in Przieluczch et in Brzvencz cum ipsorum bonorum vniuersis pertinencijs permutauerunt et Jure hereditario resignauerunt.

940. Jesco dictus Susicz de Horka Smilconi de Lesczna et Dyetrzichoni famulo suo in Magno Senycz Curiam et quitquid ibidem habuit vendidit Jure hereditario possidendum, huic vendicioni vxor Nahradconis publice contradicit.

941. Machna Contoralis domini Tassonis de Bozcouicz Notificauit quia habet Sexingentas sexagenas grossorum veri sui dotalicij, quod habet a domino Jarossk priori suo marito super villis Dubiczca et media villa in Trziesczina et media villa Bohuslauicz in Wrbohow super VIII laneis et ipsorum pertinencijs Preter Curiam in Dubiczka, preter Siluam Jurepatronatus preter Bernam regalem et de illis pecunijs dedit predicto Tassoni suo marito Quadringentas sexagenas, et ducentas Monasterij [2]) post mortem ipsius domine dumtaxat dedit et libere resignauit.

(F. L. r. b.) **942.** *Item eadem domina Cecilia Relicta de Conicz Bernhardo Adlicze Cecilie et Helene Orphanis Gindrziskonis de Spranek Curiam ipsius in Hwiezlicz cum Curticulis ad ipsam Curiam pertinentibus et cum alijs omnibus pertinencijs prout ipsamet tenuit Jure hereditario perpetue dedit et assignauit.*

(F. L. v. a. b. et folium sequens inpaginatum vacant.)

(Fol. LI. r. a. [3]) **943.** Anno domini M° CCC° LXVI° in die sancte Marie Magdalene [4]) ad mandatum Serenissimi principis et domini domini Johannis Marchionis Morauie aperte fuerunt tabule presentes per dominum Petrum Hecht [5]) nomine domini Johannis de Crawar, Camerarij Olomucensis, et per dominum Jaroslaum de Knenycz supremum Czudarium Olomucensem, et sunt notata siue posita subscripta per me Busconem tabularum terre Morauie Notarium. 1366.

944. Elena Relicta Miliczij de Namyescz prefato domino Johanni Marchioni Morauie et suis heredibus et illi cui ipse dominus Marchio Morauie subscripta bona donauerit, quidquid ipsa in Namyescz habet et habere dignoscitur, racione dotalicij, et omne Jus quodcumque eidem in bonis Namyescz conpetit, et quod habere dinoscitur, cum bonorum eorundem vniuersis pertinencijs et omni Jure prout ipsa tenuit nichil iuris sibi ibidem reseruans sed cum pleno dominio vendidit et iure hereditario perpetue resignauit.

945. Elska Consors Milote de Namyescz recognouit, sibi nullum Jus in bonis Namiescz sui mariti predicti competere quoquomodo, Et promisit Beneschium patrem suum de Busow et suos heredes non impetere de dotalicio, quod habere debuit a Miloja patre [6]) suo predicto.

946. Item Anno eodem de mandato domini Marchionis aperte sunt tabule in Crastino Sancti Mauricij [7]) per dominum Franconem de Cunowicz Czudarium Brvnnensem loco domini Johannis de Crawar Camerarij et per dominum Jaroslaum de Knynicz Czudarium Olomucensem presentibus domino Benesschio de Gansperg domini Vncze de Magetyn Geniconis de Engelperk et intabulata sunt hec per me Frenczlinum Notarium tabularum Terre Morauie.

947. Dominus Benesschius de Busav promisit pro filia sua Elizabeth vxore predicti Milotcze de Namyescz, quod ipsa post mortem ipsius Milotcze Annis Tribus continuis pro dotalicio suo monere non debet, et in casu si ipsa pro dotalicio predicto ipsum dominum Marchionem uel ipsum qui bona Namyscz habuerit a domino Marchione monuerit uel dotalicium predictum in predictis bonis obtinuerit, extunc dominus Marchio uel sui heredes de parte sua in Loschczicz et de parte sua in Palonyn se intromittere debebunt et ea tam diu possidere, quousque bona prefata Namyscz ipsi domino Marchioni uel ei cui ipsa bona donauerit a predicta filia ipsius domini Benesschii vxore Milotcze fuerint disbrigata.

948. Item Milotha de Namyscz duas partes suas in Namyscz et omnia que ibidem habet, Exclusa ta-

[1]) *Křídlo.*
[2]) *Cella januæ vitæ zu Klösterle?*
[3]) *Ganz oben am rechten Rande dieser Seite ist mit sehr kleiner Schrift von einer anderen späteren Hand angemerkt „Hic liber imponatur Buzconis," d. i. das von dem damaligen Oberstlandschreiber „Busco" geschriebene Buch, welches einen Theil des I. Olmützer, nach dem dortigen O. L. Kämmerer Johann von Kravář genannten Quaternes bildet.*
[4]) *d. i. den 22. Juli.*
[5]) *de Rosic.*
[6]) *Scheint irrthümlich statt „marito" zu stehen.*
[7]) *d. i. den 23. September.*

1366. mem parte, que per mortem Wylhelmi patrui sui ad dominum Marchionem est deuoluta, cum piscinis siluis pratis araturis et alijs pertinencijs Juribus et dominijs quibuscumque vocabulis nominentur iusto empcionis tytulo Serenissimo principi et domino domino Johanni Marchioni Morauie vendidit hereditarie possidenda pro mille ducentis marcis grossorum Pragensium denariorum Morauici Pagamenti.

(F. LI. v.) **949.** Item Onscho de Swawenicz qui congressus fuerat cum Milota de Namysch omne ius illius congressionis domino Marchioni simpliciter resignauit.

950. Item Jesco de Zworowicz omnia ea que Mathie de Ratey vendiderat domino Marchioni ibidem in Zworowicz Jure hereditario cum Censibus siluis et alijs singulis vtilitatibus et dominijs pro CCXL marcis vendidit hereditarie possidenda.

951. (Item Raczko de Sworowicz cum omnibus bonis suis que habet ibidem in Zworowicz Censibus siluis et alijs singulis vtilitatibus cum domino Johanne Marchione Morauie fecit comutacionem pro villa Poczinicz et Zleschan et omnibus que ibidem habet dando hereditatem pro hereditate.)

952. Item predictus Raczko de Zworowicz omnia que habet in Poczinicz et Zleschan domino Marchioni revendidit pro CCCXX marcis hereditarie possidenda.

(F. LII. r.) **953.** Item Stiborius de Lipow cum Benesschio de Gansperk et suis heredibus cum omnibus que habet in Lipow in Nempczy in Koritna sunt congressi.

(F. LII. v. et sequentia duo inpaginata folia vacant.)

1368. (F. LIII. r. a.) **954.** Anno domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo octauo Sabbato proximo post Epiphaniam domini [1]) Colloquium celebratum fuit per Nobiles dominos Johannem de Crawarn Camerarium, Jaroslaum de Knyenycz Zudarium, Frenczlinum Tabularum Notarium terre Morauie, necnon coram honorabilibus et Nobilibus viris dominis Alberto Episcopo Lutmuslensi, Hynczone de Lypa, Mathusschio de Sternberk, Heynrico et Georio fratribus de Vetouia, Johanne seniore de Mezerzicz, Vlrico de Boscowicz, Ptaczkone de Pyrkenstayn, Wockone et Pothe de Holnstayn, Bockone et Wylhelmo fratribus de Cunstat, Alberto et Wilhelmo de Zlyn, necnon Francone de Kunowicz nomine Serenissimi principis domini Marchionis Morauie Illustrissimi et alijs quam pluribus fidedignis presentibus Testibus substitutis.

(F. LIII. r. b.) **955.** Dominus Albertus Episcopus Lutmuslensis et dominus in Sternberk donauit Ecclesie de speciali consensu Serenissimi Principis et domini domini Johannis Marchionis Morauie Illustrissimi pro altare beate virginis per eum fundato villam suam hereditariam Postrzelmow cum omni Jure dominio vsifructibus et pertinencijs vniuersis nichil sibi Juris seu dominij nec eciam suis posteris in eisdem reseruando perpetue possidendam prout nuncij, domini Johannes de Crawarn et Franco de Cunowicz per dictum dominum Johannem Serenissimum Principem iussi nobis retulerunt. 1368.

956. Item idem dominus Albertus Episcopus Lutmuslensis cum domino Boczkone de Cunstat fecit veram et legittimam commutacionem dando eidem domino Boczconi bona pro bonis videlicet medium opidum Bystrzicz mediam villam Lhotcam dictam et omnia que in villa Lucow habuit cum omnibus pertinencijs Juribus dominijs et vtilitatibus prout hucusque tenuit et possedit pro omnibus que ipse dominus Boczko in Wurbatek habuit et omnibus Juribus et dominijs que in Wrahowicz habuit dominus Boczco prefatus, Idem Boczko addidit dicto domino Alberto Episcopo tantas pecunias de quibus stetit contentus.

(F. LIII. v. a.) **957.** (Dominus Hartlewus de Starchowicz vxori sue Elzcze ibidem in Starchowicz ducentas quinquaginta marcas nomine veri dotalicij iuxta consuetudinem Juris terre Morauie legittime deputauit.)

958. (Erhardus de Cunstat Castrum et Opidum Cunstat cum omnibus Juribus Siluis pratis pascuis dominijs et pertinencijs vniuersis que habet ibidem Nobilibus dominis Boczkoni et Wilhelmo fratribus de Cunstat et Hartlewo de Starchowicz hereditarie resignauit.)

959. (Dominus Johannes de Mezerzicz domino Pothe de Holnstayn villam Wchrzecz.) [2])

960. Excellens princeps dominus Johannes Marchio Morauie domino Pothe de Holnstayn dederat in Czyrnowicz villa prope Brvnnam omnia que habuit ad tempora vite et nunc fecit secum commutacionem dando sibi bona pro bonis videlicet villam Wchrzecz prope Wysschaw pro dicta villa Czyrnowicz sibi et suis pueris legittimis ipseque dominus Potha ipsi domino Marchioni in Czyrnowicz ea que habuit ab ipso domino Marchione in manus ipsius domini Marchionis resignauit.

(F. LIII. v. b.) **961.** (Janco de Strzasiscze domino Hartlewo de Starchowicz villam Wylemow cum omnibus Juribus vsifructibus dominijs et pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendam.)

962. (Janco de Chonicz Eue conthorali sue super villa Cholina et Przemislowicz Quinquaginta marcas redditus in Quingentis marcis nomine veri dotalicij deputauit ad manus domini Bohussij de Stericz et filiorum suorum Johanni et Mixoni hoc expresso, quidquid autem quinquaginta marcas redditus excederet sibi et suis heredibus reseruauit.) *Delecio non preiudicat ipsos.*

963. Dominus Franco de Cunowicz cum Stephicone et Wytkone fratribus dictis de Vngersperck fecit veram et iustam commutacionem dando bona pro bonis videlicet villam Drazowicz Nynkowicz et Schonhof cum Piscinis siluis Juribus vsifructibus dominijs

[1]) *d. i. den 8. Jänner.*

[2]) *Der Schluss dieser wahrscheinlich irrigen Einlage fehlt.*

1368. et pertinencijs vniuersis pro media parte bonorum Cunowicz Longa villa et Mŷnycowicz cum omnibus ipsorum Juribus vsibus dominijs et pertinencijs vniuersis.

964. Item idem Wytko de Vngersperg post mortem dicti Stephliconis fratris sui villas predictas videlicet Drazowicz Nynkowicz et Schonhof suis cum Juribus vniuersis Przechoni de Wchrzecz per modum commutacionis dedit et donauit recipiendo ab eodem Przechone omnia que ibidem in Wchrzecz habuit et idem Przecho addidit tantas pecunias de quibus stetit contentus.

(F. LIV. r. a.) 965. Dictus Przecho villam Nynkowicz et Curiam in Schonhof cum agris ab antiquis ad eandem spectantibus vno prato, duas piscinas minores cum Silua, que per diuisionem proborum Pesconis de Mutenycz et Bolconis est diuisa, Janoni fratri suo rite et racionabiliter vendidit hereditarie possidenda.

966. Item dictus Przecho villam Drazowicz cum Siluis Piscinis Molendinis Pratis Pascuis et omnibus Juribus dominijs ac pertinencijs vniuersis et villam Schonhof, exclusa Curia et vno prato, et villam Bohuticz desertam domino Paulo de Holnstain ipsius et heredibus vendidit hereditarie possidendam.

967. Dominus Jenecz de Lompnycz domino Snate de Lompnycz Curiam dictam Zyrotky et villam Lhotkam cum omnibus Juribus vtilitatibus dominijs et pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendam Tali adiecta condicione, si dominum Snatam cum suis heredibus domino Jenczoni et suis heredibus premori contingeret, tunc idem dominus Jenczo dando Centum marcas heredibus Tassonis de Lompnycz se de Curia et villa predictis intromittat hereditarie possidenda.

968. Dominus Johannes de Mezerzicz omnia que habuit in villa Lesschan Jesconi de Krzisanowa et heredibus suis libere resignauit hereditarie possidenda.

(F. LIV. r. b.) 969. Onscho de Swabenycz Philippo de Blaczcze omnia que in Swabenicz habuit et Detkowicz et Wseboricz libere resignauit, et dominus Marchio Serenissimus Princeps hoc admisit, taliter tamen si ipsum aliquis Jure impeteret idem Philippus Jure debet et tenetur respondere.

970. (Conradus de Dobrotycz Raczlao de Moriyn Podhradi villam cum Municione ibidem, villam Zwoysicze, villam Penkaw, villam Vhorzolicze, villam Oldrzichowicze cum piscinis Siluis pratis Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendas sibi ibidem nichil penitus in premissis reseruando.)

971. (Jesco de Sisschl octo laneos cum quartali medietatem silue in Lesne vnam araturam cum Tribus laneis in Lyppowe et in Kozoral duas curticulas et medietatem Silue ibidem domine Agnescze vxori sue et Nicolao de Malenowicz patri suo hereditarie resignauit, ipsa quoque domina Agnesca et Nicolaus pater eius pro dotalicio eius grate receperunt sic quod renunciauerunt omni Jure quod eis racione dotalicij in Drzewohosticz et Thurowicz conpetebat.)

972. Dominus Jesco et Herscho fratres de Drzewohosticz domine Cecilie Relicte Jesconis de Conycz et domino Stiborio de Thowaczaw, suis et heredibus medium opidum in Drzewohosticz medium Thurowicz Municionem cum Molendino Pratis Siluis Juribus et pertinencijs iusto vendicionis titulo legittime vendiderunt hereditarie possidendum prout ipse (sic) tenuerunt et possederunt. 1368.

(F. LIV. v. a.) 973. Ego dominus Styborius de Thowaczaw pro me et heredibus meis promitto ipsam dominam Ceciliam ad tempora vite eius in possessione bonorum predictorum non impedire aliqualiter seu perturbare, sed ipsam pocius in quieta possessione et pleno dominio dimittere, ipsa autem decedente possessio bonorum predictorum ad me et heredes meos deuoluetur.

974. (Item Stiborius de Thowaczaw predictus recognosco Officialibus, qui pro tempore fuerint supplicando, vt quandocumque ipsa domina Cecilia nolendo mecum uel cum meis heredibus manere et michi et meis heredibus de premissis bonis nollet fauere, potest et licet eidem ipsa bona in mei et heredum meorum absencia extra Tabulas poni, dum propria in persona apud Tabulas fuerit constituta, potest eciam predicta bona a me et heredibus recipiendo sine mea et meorum heredum requisicione dare, vendere, commutare, resignare cuicumque eius placuerit voluntati.)

975. Dominus Jesco de Boscowicz decanus Cremsiriensis domino Vlrico et Wanconi fratribus de Boscowicz eorum et heredibus villas Sebranicz cum municione Vgyesd Nyrow Habrow Wodyrad parte sua Zassina cum omnibus siluis pratis Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis hereditarie resignauit.

976. (Bohuska et Jenecz de Ratay omnia que in Ratay habuerunt Mathie et Paulo fratribus dictis Hawichstayn et heredibus [1]) eorum vendiderunt hereditarie possidenda nichil Juris ibidem vlterius reseruando.)

(F. LIV. v. b.) 977. (Mathias de Ratay cum vxore sua Katrussche et filiabus suis Margareta et Anna cum omnibus suis bonis et eorundem Juribus vniuersis vniuersis (sic) est congressus.)

978. Item dictus Mathias Paulo fratri suo heredibusque suis villam Medlaw cum suis Juribus vniuersis in villa et Campis resignauit hereditarie possidendam.

979. Andreas de Nechwalyn Nobili domino Hyncze de Lypa dictam villam Nechwalyn cum omnibus Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis resignauit hereditarie possidendam.

980. Dominus Paulus de Holnstayn de claro consensu vxoris sue Margarethe coram Serenissimo Principe domino Johanne Marchione Morauie Illustrissimo adhibito dotalicium quod super bonis Wzdonka habuit super bona sua in Hrusca villa et Dluhonycz transtulit ipsam de dotalicio super dotalicium de certa sciencia dicti Serenissimi Principis domini Marchionis transferendo sic quod dotalicium, quod prius in Wzdunka habuit, videlicet ducentas quinquaginta mar-

[1]) *Das nachfolgende Wort „suis“ ist durchstrichen.*

1368. cas super villis predictis videlicet Hruska et Dluhonicz habere debebit.

981. Item Paulus de Holnstayn villam Lasnyk et Lhotkam cum omnibus Juribus dominijs Siluis Piscinis et vsifructibus et pertinencijs vniuersis domino Pothe de Holnstayn vendidit hereditarie possidendam.

982. Wicknan de Nedachlewicz de consensu fratrum suorum Jaroslay et Janaczonis vxori sue Ofcze ibidem in Nedachlewicz racione veri dotalicij secundum Jus terre Morauie Centum quinquaginta marcas grossorum deputauit.

(F. LV. r. a.) 983. (Wulczko presbiter et Sudko frater suus Hodslao Judici in Wzdunka vxori et suis heredibus Terciumdimidium laneos cum taberna in Rosczyn vendidit hereditarie possidendos.)

984. Jacub de Zobochleb Janony de Wchrzecz Curiam cum aratura in villa Costelecz cum omnibus Juribus et pertinencijs vnacum dominio vniuersis et suis heredibus vendidit hereditarie possidendam.

985. (Domina Philomena relicta Schochonis de Chwalcowicz hereditate sua propria videlicet Curia in villa Leschnycz cum quatuor curticulis Siluis pratis parte sua Jurepatronatus et omnia que ibidem habuit cum filio suo Jannone ibidem est congressa.)

986. (Wzeborius de Raycz vxori sue Margarethe in villa Wyssowicz Tres laneos duas curticulas Curiam cum vna aratura in Centum marcis grossorum nomine veri dotalicij deputauit et quidquid ibidem deperiret in villa Raycz in duobus laneis deputauit partem residuam pecuniarum predictarum.)

987. Item Wzeborius de Raycz Jesco et Hermannus fratres ipsius domino Prziwbconi de Zekrztyn[1]) uel de Rostan villam Rostan cum Siluis Pratis Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis prout ipsi tenuerunt vendiderunt hereditarie possidendam.

988. (Jenczyk de Wezek Michaeli de Honczowicz vxori et heredibus suis Curiam ibidem in Wezkach Alteram medium sexagenas redditus cum Siluis pratis piscinis et omnibus Juribus et pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendam.)

(F. LV. r. b.) 989. Dominus Albertus Episcopus Lutmuslensis Friderico Militi suo et Herzcze vxori et suis heredibus in villa Lechotycz nomine vere obligacionis et pignoris Centum marcas deputauit.

990. Item dominus Albertus Episcopus Lutmuslensis et dominus de Sternberk domino Beneschio de Straznycz et suis heredibus villam Rohatecz cum municione villam Czudoromyricz cum aquis siluis pratis piscinis piscacionibus dominijs et pertinencijs vniuersis vendidit rite et racionabiliter hereditarie perpetue possidendam.

991. Item dominus Albertus Episcopus Lutmuslensis predictus Boczkony de Dẏwycz in villa Pysscholowycz super quinque laneis minus quartali et tribus subsidibus Quinquaginta marcas in obligacionem resignauit. Idem Boczko dictas Quinquaginta marcas potest eciam intabulare in vera obligacione prout est premissum.

992. (Item dictus Boczko de Dywycz vxori sue Anne supradictas Quinquaginta marcas nomine veri dotalicij in dicta villa Pysschelowycz resignauit.) 1368.

993. Baresch de Zerawicz Russony de Kokor in villa Wynarzyw Curiam cum tribus quartalibus censuantibus ortum et omnia que ibidem habuit vendidit hereditarie possidendam.

994. (Onscho de Dyrzowicz cum filijs suis Bolicone Wyczen et Rzywyn domino Lowkoni de Pruss domino Marquardo et Ade fratribus de Dobromylicz in villa Dyrseyowicz Curiam cum aratura duos laneos cum Jure Emphytico duas curticulas et mediam tabernam cum agris siluis Juribus dominijs nichil sibi ibidem reseruando vendidit hereditarie possidendam.)

(F. LV. v. a.) 995. Gezdon de Zopostrowicz[2]) Socrui sue domine Ofcze ibidem in Zoprostowicz quinquaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij secundum ius terre Morauie deputauit.

996. Onscho de Chomutowicz vxori sue Katherine super Curiam ibidem in Chomutowicz et alijs que ibi habet Quadraginta marcas grossorum nomine veri dotalicij secundum Jus terre Morauie resignando deputauit.

997. Dyrcho et Pytroldus de Lypnan Valentino de Przestawlk et heredibus suis villam Lhotkam cum omnibus Juribus et pertinencijs vniuersis vendidit Jure hereditario possidendam.

998. Valentinus et Dobroslaus de Neczczicz filijs Haynrici dicti Spran et Andree Albo duos laneos in Rosschitky et omnia que ibi habuerunt cum singulis prouentibus et pertinencijs vniuersis pro vigintiquatuor marcis vendiderunt Jure hereditario possidenda.

999. Sbynca cum filijs suis Valentino et Dobroslao quidquid habuit in Rosschitky debet deleri.

1000. Beneda de Rossczyn vxori sue Ancze ibidem quidquid habuit, III laneos preter Curiam Triginta marcas grossorum nomine veri dotalicij secundum jus terre Morauie deputauit.

1001. Swatiborius de Myrlyn vxori sue Margarethe duas marcas reddituum super villa Myrlyn nomine veri dotalicij in viginti marcis grossorum secundum ius terre Morauie deputauit.

1002. Bohuska de Ratay et Jenczo de Wyesyn erant congressi, quidquid habuerunt simul in congressione debet deleri.

(F. LV. v. b.) 1003. Mraxo et Sdenko fratres de Kockora domino Johanni de Crawarn Wockoni et Benesconi filiastris suis et eorum heredibus habitis et habendis villam Podolczy prope Prerouiam cum omnibus Juribus et pertinencijs vniuersis et dominio prout ipsi tenuerunt pro Quadragintaquinque marcis grossorum vendiderunt Jure hereditario possidendam.

1004. Pytroldus et Dyrcho fratres de Lypnan villas Ranoschow Mezerzycz et Probodow cum omnibus

[1]) *Zekrztyn, soll eigentlich nach dem böhmischen Sprachgebrauche lauten „ze Křtin, d. i. de Křtin“ (deutsch: von Kiritein); daher die doppelte Vorsetzung eines und desselben Vorwortes de und ze als ein Pleonasmus anzusehen ist.*

[2]) *Richtiger Gezdon de Opostrowicz, oder nach der böhm. Ausdrucksweise „Jezdoň z Opostrovic.“*

1368. Juribus et pertinencijs Montibus vallibus fluminibus et medium fluuium qui Olesna dicitur Nobili domino Johanni de Crawarn Wockoni et Benesconi et heredibus eorum fratruelibus suis pro ducentis marcis grossorum vendiderunt Jure hereditario possidenda sicuti literas super eo habent et prout in ipsis literis plenius continetur.

1005. (Dominus Pardusschius Canonicus Olomucensis cum filiastris [1]) suis Nobili domino Johanni de Crawarn Wockoni et Beneskoni et eorum heredibus fratruelibus suis habitis et habendis villam Pawlowicz et Prosschynka quidquid habuerint cum omnibus Juribus siluis et duabus piscinis Juspatronatus et singulis omnibus prout ipse tenuit pro Quadringentis marcis grossorum vendidit hereditarie possidendam prout in literis plenius continetur.)

1006. Sdenko de Kockor vxori sue Dorothee in villa Wyczemyrzicz terciammediam marcam Reddituum in Durrenpach villa, alterammediam marcam grossorum reddituum et in Kockor super Curia et ipsorum pertinencijs Octoaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij obligando deputauit secundum ius terre Morauie et ad manus Sbinconis de Dubiczan.

(F. LVI. r. a.) **1007.** Dominus Wenczeslaus presbiter dictus Crawicze Janconi de Wchrzecz et heredibus suis duos laneos in Kowalowicz cum omnibus Juribus et pleno dominio vendidit Jure hereditario possidendos.

1008. Przibka de Zenycz cum Cunschicone auunculo suo Curia sua quam habet in Zenycz est congressa.

1009. Luczko de Domaselicz Jacubconi de Dobrczicz vxori et heredibus suis super quinque quartalibus in Tuczczicz quindecim marcas grossorum obligando deputauit.

1010. (Jesco de Polom Theodrico de Zenycz et ipsius heredibus villam Polom cum omnibus Juribus et pleno dominio et singulis prouentibus pro Centum marcis grossorum vendidit Jure hereditario possidendam.)

1011. Maresch Huska de Byskupicz cum Jacobo dicto Morawa de Wrwyetycz cum omnibus quibus erant congressi debent deleri.

1012. Dytmarus de Kohusow cum Bohuncone de Dluhomil cum omnibus quibus erant congressi debent deleri.

1013. Zemislaus de Wrahowicz domino Johanni dicto Zkrzitek Curiam duos laneos habentem et campeta que Nywi dicuntur vnum laneum soluentem vnam curticulam quartam partem Jurispatronatus cum omnibus Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis ibidem in Wrahowicz vendidit hereditarie possidenda.

1014. Jacobus de Kockor Margarethe vxori sue ibidem in Kockor et in omnibus que habet quadraginta marcas nomine veri dotalicij deputauit.

(F. LVI. r. b.) **1015.** (Dominus Benesschius de Busaw et sui heredes cum Jescone et Potha fratribus dictis de Losczicz omnibus quecumque uel vbicumque habent uel habebunt sunt congressi.)

1016. Wlczko et Beneschius fratres de Oppatowicz Fridrico de Oppatowicz et suis heredibus Molendinum dictum Dubsky vendiderunt hereditarie possidendum. 1368.

1017. Dytricus de Morawan et Stephanus ibidem de Morawan omnibus quecumque ibidem habent in Morawan sunt congressi.

1018. Ofka vxor Mixiconis de Pornycz marito suo Mixiconi ibidem Jus quod sibi in dotalicio suo Quinquaginta marcas grossorum conpetebat deputauit.

1019. (Item Wlczko de Oppatowicz Agnescze vxori sue ibidem in Oppatowicz terciumdimidium laneum IV^{or} curticulas in Sexaginta marcis grossorum nomine veri dotalicij resignando deputauit, si vero quid ibidem deperiret in villa Smolne demonstrauit.)

1020. Item Jenczo de Weska domino Alberto preposito et capitulo Ecclesie Cremsirensis villam Lhotkam cum omnibus Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis vendidit Jure hereditario possidendam eo Jure prout ipse tenuit et possedit ab inde Jura paciendo prout alij terrigene et prout est preexpressum in adempcionibus consimilibus superius factis.

1021. (Alscho de Chomarow Jarusconi de Wyczelomycz [2]) omnia que ibidem habuit in Chomarow et in Tyrnawa cum siluis Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis vendidit Jure hereditario possidenda.)

(F. LVI. v. a.) **1022.** Andreas de Vsty vxori sue Wychne in omnibus bonis que habet ibidem Quinquaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij deputauit.

1023. (Domina Strzesna de Prerouia Mathie de Przedmost et suis heredibus Curiam ibidem in Prerouia et ortum prout habuit resignauit hereditario Jure possidendam.)

1024. Sbinco de Wrahowicz vxori sue Anne hereditatem suam in villa Polichnow in omnibus que ibidem habet Septuaginta marcas nomine veri dotalicij deputauit exclusis duabus marcis redditus quas Onscho habet ibidem in obligacione.

1025. (Hawel de Tyrmacow Jesconi de Pteny et fratri suo Stachoni Curiam in villa Strzysow et omnia que ibidem habet cum siluis Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidenda.)

1026. Stacho de Trubek Ottuschoni de Slesan et suis heredibus duos laneos ibidem in Slesan vendidit hereditario Jure possidendos.

1027. Jesco de Crymsyn Budicoui de Hlukowa [3]) laneum ibidem in Crymsyn eo Jure quo tenuit vendidit hereditario Jure possidendum.

1028. Wylem de Dluhomylow Andree et Hylusschio ibidem in Dluhomylow ipsorum et heredibus Curiam ibidem cum quartali censuante vendidit hereditario Jure possidendam.

1029. (Nynek de Orzchechoweho [4]) Andree de Scherow Curiam ibidem in Orsechechowe Septem laneos cum quartali tabernam ortum cum siluis Juribus et pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidenda Jure domini Marchionis semper saluo.)

(F. LVI. v. b.) **1030.** Jacobus de Kockor Waneczkoni de Neleschowicz Curiam siluam pratum

[1]) *Hier sind wohl Schwester- und nicht Stiefsöhne zu verstehen?*

[2]) *Irrthümlich statt Vicomělic.*

[3]) *Ganz nach dem böhmischen Sprachgebrauche „Budíkovi z Hlukova," d. i. dem Budik von Hlukov (jetzt Hluchov.)*

[4]) *Ořechov.*

1368. eo Jure et dominio seu pertinencijs vniuersis vendidit Jure hereditario possidenda.

1031. Sulico de Paczyslawicz Adlethe vxori sue Tres Laneos vnam Curiam et tabernam in dicta villa Paczlawicz in Lhotta Sex laneos et curiam (cum) pratis siluis et alijs singulis Juribus donauit hereditarie possidenda.

1032. Bohuska de Kockor vxori sue Prechte Centum marcas grossorum in bonis Kockor parte sua nomine veri dotalicij resignauit.

1033. Jan de Chudoweyn vxori sue Dorothee in villa Zawyn terciammediam marcam reddituum in vigintiquinque marcis grossorum nomine veri dotalicij resignauit.

1034. (Troyan de Tyesschan vxori sue Byetcze in omnibus bonis que ibidem habet Triginta marcas grossorum nomine veri dotalicij resignauit.)

1035. Adam de Rakowy [1]) emit vnum agrum qui est in Plano, quod wlgariter narowbnym [2]) dicitur, cum Rubetis et fluminibus omnibus Juribus prout tenuit Busko de Drahanawicz quem Busko titulo vendicionis Jure hereditario resignauit possidendum Ade predicto.

1036. Jacobus Byelik Marauczoni in Sdeytyn vnum Laneum cum Rubetis et suis Juribus et pertinencijs vniuersis vendidit Jure hereditario possidendum.

(F. LVII. r. a.) **1037.** (Alschico, Zawisschius fratres de Bystrzicz cum omnibus bonis vbicumque habent uel habebunt sunt congressi.)

1038. Paulus de Wytczicz Dirzkonis vxori et heredibus suis vnum laneum cum pratis et omni dominio prout tenuit vendidit Jure hereditario possidendum.

1039. (Andreas albus de Slom [3]) vxori sue Cune in villa Waczenowicz octauummedium laneum in Quinquaginta marcis grossorum nomine veri dotalicij resignauit.)

1040. Domicella Cunka Theodrico de Nyetkowicz in Tirsschicz duos laneos cum pratis et singulis pertinencijs vendidit prout sola tenuit Jure hereditario possidendos.

1041. Woyczech de Buk Sbinkoni in Kockor vxori sue Kaczene et ipsius heredibus vnam Curiam cum Balneo tabernam medium laneum cum orto Rubetis pratis et alijs singulis sicuti tenuit Jure hereditario possidenda resignauit.

1042. Theodricus de Nytkowicz domino Sdenkoni de Sternberk duos laneos in Morawan cum omnibus Juribus et pertinencijs pro viginti marcis grossorum vendidit Jure hereditario possidendos.

1043. Sbynco de Kockor vxori sue Kaczene in villa Prossyncz quartam partem omnium bonorum ibidem in Sexaginta marcis grossorum nomine veri dotalicij resignauit.

1044. Benesschius de Stralek vxori sue Cuncze villam Hradczan cum omnibus pertinencijs ducentas marcas grossorum nomine veri dotalicij deputauit *cum rebus mobilibus exceptis dumtaxat equis, quos equitat in Curia arature, sed omnia que super sunt de gracia donauit speciali etc.* 1368.

(F. LVII. r. b.) **1044*.** Dobesschius de Stralek vxori sue Adliczcze in Syenicze Sexaginta marcas nomine veri dotalicij deputauit et ad manus Jesconis de Thurowicz.

1045. Jarussek de Drahotusch dominos Johannem de Crawarn et Wockonem et Benesschium de Crawarn veros tutores bonorum suorum pueris suis qui porucznycones [4]) dicuntur statuit resignando.

1046. Johannes dei gracia Marchio Morauie villam Cornycz cum omnibus Juribus dominijs vsufructibus et pertinencijs vniuersis vniuersis (sic) prout tenuit et possedit Religiosis fratribus et conuentui Noui Monasterij ordinis Heremitarum beati Augustini in Brvnna dat et donauit prout in literis ipsorum plenius declarantur.

1047. Mixico de Slawkow domino Franconi heredibus suis de Cunowicz et fratrueli suo Wenczeslao preposito Cunyczensi Petro Canonico Brvnnensi et Wenczeslao filiastro suo ipsorum et heredibus Terciummedium laneum ibidem vendidit Jure hereditario possidendum.

1048. Item Wyeczko de Brzezolup domino Franconi de Cunowicz et heredibus suis Wenczeslao preposito Cunyczensi Petro Canonico Brvnnensi et Wenczeslao filiastro suo eorum et heredibus in villa Slawkow Terciummedium laneos vendidit hereditario Jure possidendos.

(F. LVII. v. a.) **1049.** Franco de Cunowicz Bohunkoni et Stachoni fratribus de Perne et eorum heredibus totum quod habuit in villa Krasna et Bŷnŷwa cum omnibus Juribus dominio siluis aquis piscinis et alijs pertinencijs cum consensu speciali et mandato domini Marchionis Serenissimi Principis vendidit pro Nonaginta marcis grossorum Jure hereditario possidendum.

1050. (Sdenko Raczko Dyodricus fratres de Tyrsicz Vncze de Rostyenye Curiam Tres laneos curticulam et ortum Prata (cum) Siluis rubetis cum omni dominio prout tenuerunt vendiderunt Jure hereditario possidenda.)

1051. Swacho et Alschyco Kuzelones [5]) Mraxony de Zobebruch et heredibus suis et vxori dotalicium in villa Sulesschowicz in Quinquaginta marcis cum Curia Rubetis Taberna et alia omnia et singula ipsis nichil ibidem penitus reseruando vendiderunt hereditario Jure possidenda.

1052. Wzeborius de Namysch domino Herschoni de Rockotnycz et heredibus suis in villa Zelathowicz duodecim et dimidium laneos duas curticulas et tabernam et alijs singulis sibi nil reseruando pro Octoaginta marcis grossorum vendidit hereditarie possidendos.

1053. Et Nota quod dominus Drslaus Schelmberk et domina Ofcka soror sua omni Jure ibidem re-

[1]) *Rakowá.*
[2]) *d. i. na rovným poli, am ebenen Felde.*
[3]) *Derselbe heisst eigentlich Andreas albus de Lom. Vergl. n. 389 u. 508. Hier ist nur das böhm. Vorwort — fälschlich s. statt z. — mit dem Ortsnamen zusammengezogen, welches ohnehin, da das lateinische „de" schon vorgesetzt ist, überflüssig erscheint.*
[4]) *Poručník, Vormund, tutor.*
[5]) *de Žerawic?*

1368. nunciauerunt predicto Herschoni libere possidenda et domina Hedwica vxor dicti Wzeborij quidquid Juris habuit in dotalicio totum resignat quia alibi dotalicium eidem est deputatum cum voluntate dicti Schelmberk et Jesconis Krawihora.

(F. LVII. v. b.) **1054.** Wseborius de Namysch vxori sue Hedwigi in villa Hraczowicz Centum marcas grossorum nomine veri dotalicij secundum Jus terre Morauie deputauit.

(F. LVIII. r. a.) **1055.** (Dominus Potha de Holnstayn cum bonis suis ad Sdenkam pertinentibus et Lasnik Lhotka et Hrubczicz Chwalcouicz parte sua et in Zetrapye parte sua et villa Warhost cum suis Juribus et pertinencijs vniuersis cum Jescone de Holnstayn et Stephanno fratribus suis cum omnibus que illi duo habent sunt indivisibiliter congressi.) [1])

1056. Pawlico de Ewlnburg [2]) vxori sue Clare condescendendo de villa Pnyewicz dans ei eandem villam cum Municione Curia duarum araturarum Molendino et cum omni Jure et dominio vna solum quarta excepta in qua debet residere siluanus et de silua quantum indiguerit pro edificijs, cremacione et structura quod habeat plene de meis siluis sed alias eas non succidat, nec vendat, Et villam Racziborow do ei cum omni dominio et pleno Jure vno eciam quartali excepto in quo residere debet siluanus, Item villam Lawkam cum toto dominio et Wrzitow seu Krotendorf, villam do ei eidem Clare vxori mee cum toto dominio et pleno Jure ut solus tenui cum pratis siluis grandibus et omnibus et singulis iuribus et libertatibus vniuersis solo excepto quod siluas non succidat neque vendat. Si uero ipsa statum suum permutauerit, seu virum duceret, tunc solum habeat in prefatis bonis decem marcas redditus in Centum marcis grossorum, et cum ei Centum marce dabuntur, tunc ipsa debet esse contenta, et omnia bona illa predicta totaliter michi et heredibus meis debent cedi.

(F. LVIII. r. b.) **1057.** (Item Matheus de Stenrberg (sic) bona deliberacione prehabita Nobili domine Bolcze sue conthorali de speciali gracia Opidum Sczestyn cum suis Juribus et pertinencijs vniuersis ad idem pertinentibus cum pleno dominio prout hucusque tenuit et possedit dedit et donauit legittime possidendam tali condicione adiecta, quod ipsa domina Bolka post mortem ipsius domini Matusschij de eodem Opido se debebit intromittere et ad tempora vite sue racionabiliter possidere sine impedimento taliter tamen, quod alium Maritum ducere non curaret, si uero post dicti Mathusschij obitum mutando sedem vidualem alium maritum duceret extunc dictum Opidum ad heredes dicti Mathusschij videlicet Sdenkonem Albertum et Johannem [3]) pleno Jure reuertetur et ipsa domina de eodem opido condescendere debebit.)

1058. Johannes de Dobroscouicz Jesconi fratri suo ibidem vendidit omnia que idem in Dobroscouicz habuit hereditarie possidenda cum suis Juribus vniuersis nichil sibi penitus in premissis usurpando. 1368.

1059. Anna vxor Johannis predicti eidem Jesconi omne Jus dotalicij quod ibi in Dobroscouicz habuit de consensu fratris sui Resignauit.

(F. LVIII. v. a.) **1060.** (Jesco de Dobroscouicz supradictus vxori sue Hedwigi et eius pueris ducentas marcas nomine veri dotalicij secundum Jus terre Morauie in Dobroscouicz villa deputauit et transtulit eam de dotalicio quod prius in Jursanouicz habuit super dotalicium de consensu Jarohohnionis amici sui.)

1061. Jesco de Dobroscouicz domino Paulo de Eulburg omnia et singula que in willa Jursanouicz habuit vendidit cum omnibus iuribus dominijs et pertinencijs vniuersis Jure hereditario possidenda nil sibi penitus vsurpando.

1062. Presbiter Wenczeslaus Crabicze de Chowalouicz vendidit vnam Curiam cum vna aratura libera et nouem quartalia censualia cum omnibus pertinencijs prout hactenus tenuit Vlrico Kyge-Andree et Jesconi fratribus ipsorum et heredibus hereditarie possidendam resignauit.

1063. Elena de Namiescz Wseboroui de Namiscz omnia que in Smirsicz habuit vendidit hereditarie possidenda exclusis quatuor Curticulis et tercia parte Juris patronatus quod sibi ibidem conpetit que pro se sibi reseruauit.

1064. Idem Wseborius vndecim laneos minus quartali, Curiam colonariam XXIII curticulas, XIIII praytas seu Campeta, quartam partem Jurispatronatus [4]) domino Benesschio de Crawar cum omnibus Juribus dominijs et pertinencijs vendidit hereditarie possidenda.

(F. LVIII. v. b.) **1065.** Nicolaus de Longendorf Ecclesie Olomucensi quatuor laneos ibidem in Longendorf et tria quartalia, IV ortos et XX grossos super taberna, et III grossos super Maccellum cum pleno dominio et Jure sicut ipse tenuit, vendidit hereditarie possidenda ex consensu domini Marchionis tali condicione, quod ab Ecclesia Olomucensi reemere tantum debet infra triennium cum bonis terre libere iterum possidere addicentes eciam quod ipsi canonici de illis bonis omnia Jura faciant sicut alij terrigene in citacionibus et alijs quibuscumque.

1066. Wyczek dictus Bycouecz [5]) octo laneos vnum quartale vnam tabernam in Tuczyn ecclesie Olomucensi cum omnibus iuribus prout tenuit, vendidit hereditarie possidenda prout supra, sic quod iidem Canonici possideant illa abinde paciendo prout alij terrigene in Citacionibus et Juribus quibuscumque et eciam dominus Marchio ab ecclesia Olomucensi debet reemere infra triennium cum bonis terre libere possidere.

[1]) *Oberhalb dieser Einlage steht von einer anderen Hand angemerkt: „libere sunt disgressi anno LXXVI.“ (Vergl. hiemit n. 233. des III. Olm. Quat. — Libri d. Wenceslai de Strážnic.)*

[2]) *Das im Orig. vor diesem Worte stehende „Ewlberg“ ist durchstrichen.*

[3]) *Alle diese 3 waren wohl Brüder, aber keine Kinder des vorangeführten Matheus, sondern nur dessen Brudersöhne. Ihr Vater hiess Jaroslav von Sternberg.*

[4]) *in Smržic?*

[5]) *d. i. Wyczek oder auch Byczko (Věcek) von Býkovic, dessen schon n. 364. dieses Quaternes erwähnt wurde.*

1368. **1067.** Potha de Holnstayn donauit ecclesie in Sdunka villam Dywoki cum omnibus Juribus et pertinencijs ad dictam villam spectantibus de consensu domini Marchionis prout in litera plenius continetur cuius tenor talis est. Johannes dei gracia Marchio Morauie Notum facimus tenore presencium vniuersis, Quia Strennuo militi Pothoni de Holnstayn fideli nostro dilecto datam per nos villam Dywoky cum suis omnibus pertinencijs agris siluis pratis aquis et vtilitatibus vniuersis Laurencio plebano et Ipsi ecclesie in Sdunka conferendam consensimus et habendam prefate ecclesie perpetuis temporibus applicamus presencium sub nostro sigillo testimonio literarum. Datum Brvnne Anno domini M° CCC° LXVI° in Crastino sancti Vrbani. [1])

(F. LIX. r. a.) **1068.** (Alsch Bohuska Erasm Zawische fratres de Bistricz Pawliconi de Ewlburch et suis heredibus mediam villam Lodyencz cum omni Jure et dominio prout ipsi possiderunt cum siluis pratis et pertinencijs vniuersis vendiderunt hereditarie possidendam nichil ipsis penitus reseruando ibidem.)

1069. Jarossek de Wyeczemilicz, Mixo et Slawiwor sui filiastri villam Wieczemilicz, Rohoscze, vnam Curticulam, siluam cum molendinis pratis piscinis et omnibus dominijs Juribus et pertinencijs vniuersis domino Petro dicto Sczetyn de Sdanycz et suis heredibus hereditarie possidenda vendiderunt.

1070. Dobroslaw de Netczicz et Jenecz de Pawlouicz vendiderunt domino Mathussio de Sternberg et suis heredibus hereditarie possidendum in Lhota terciumdimidium laneum cum suis Juribus vniuersis.

1071. Przedotha de Skyrben vxorem suam Margaretham de dotalicio in Misleyouicz quod habuit transtulendum in dotalicium in Skyrben de consensu fratrum ipsius domine videlicet Dyetochonis et Buzconis de Drahanouicz ibidem in Skyrben ducentas marcas grossorum ibidem in Curia et alijs nomine veri dotalicij secundum Jus terre Morauie et sic ipsam omni Jure quo sibi in Misleyowicz renuncciauit conpetebat.

1072. Item Przedota et ipsa domina Margaretha de consensu fratrum suorum predictorum in Misleyouicz villa predicta omne Jus dotalicij quod habuit vendidit Jacobo dicto Bistricz et suis heredibus eo Jure quo ipsa tenuit possidenda (F. LIX. r. b.) videlicet in obligacione Centum marcarum grossorum cum siluis pratis et omnibus Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis.

1073. Daliborius de Eywan Sdencze vxori sue ibidem in Eywan sex marcas redditus nomine veri dotalicij in sexaginta marcis deputauit.

1074. Domina Adliczka olim vxor Donatonis de Wyeczemilicz necognouit se dotalicium suum integraliter in suorum amicorum presencia in synum suum in paratis pecunijs percepisse.

1075. Smilo et Benesschius de Kurnig Wesseloni de Ratays suis heredibus et successoribus ad manus Luczconis fratris eiusdem omnia que in villa Kosu- 1368.
sicz habuerunt videlicet Curiam, duos laneos soluentes et tres curticulas cum siluis pratis pascuis et singulis dominijs vendiderunt hereditarie possidenda, promittentes ab omni impeticione sororis et quorumcumque aliorum disbrigare super bona sua mobilia et immobilia vniuersa et si hec bona in tabulis habentur ipsis debent deleri.

1076. Cyssold de Racodaw Benesschio de Postupek Municionem cum media Curia medium ortum mediam aquam medium molendinum et quinque quartalia soluencia duas curticulas paruas cum suis Juribus vniuersis vendidit rite racionabiliter possidenda hereditarie ibidem.

1077. Vlricus de Chomutouicz et Cunschico de Setrapi cum omnibus que habent inuicem sunt congressi.

1078. Stiborius dictus Wlnak vxori sue Byetcze super omnibus que in Prussinouicz Lhota Kolkow villis habet nomine veri dotalicij quadraginta marcas deputauit.

(F. LIX. v. a.) **1079.** Mikesch et Oldrich fratres de Zaworicz domino Busconi de Geyerzperg ibidem in Zauoricz municionem et Curiam et omnia alia que ibidem habuerunt et in Chromcy villa omnia que habuerunt cum siluis pratis dominijs Juribus et pertinencijs vniuersis iusto empcionis titulo vendiderunt hereditarie possidenda.

1080. (Item dominus Busco de Geyersperg vxori sue Bolcze super Zaworicz omnibus que ibi habet et in Chromczy super omnibus que habet ducentas marcas nomine veri dotalicij deputauit et si domino Paulo de Ewlburg patruo ipsius domine modicum videretur pro tanta pecunia tunc residuum in alijs bonis ad estimacionem predicti domini Pauli debet deputare, Exceptis quinquaginta marcis que reseruat in bonis predictis que sibi reseruat in bonis supradictis, que (sic). [2])

1081. Henricus de Newoycz vxori sue Katherine in villa Jestrzewicz quindecim marcas redditus nomine veri dotalicij in Centum quinquaginta marcis et in uilla Halusicz secundum Jus et consuetudinem terre Morauie deputauit ad manus Franconis de Cunouicz et Wenczeslai prepositi Cunicensis domini Benesschij de Crawar et Jaroslai de Nedachleuicz.

1082. Beneschius Huss de Gansperg et sui filij masculini sexus cum Chotyborio filio Milote dicto de Stranye omnibus et singulis que habent et vbi habent sunt congressi exclusis tamen bonis Stiborij de Stranye de quibus dominus Marchio congressum admittere noluit propter ius suum quod sibi conpetere videtur, et quia Chotibor filius Milothe annos congressionis non habet, dominus Johannes Marchio de plenitudine potestatis sue defectum annorum adimpleuit Chotiborio sepedicto, dominus Benesschius de Crawar nunccius.

(F. LIX. v. b.) **1083.** Benesschius supradictus de Gansperg cum suis congressoribus dominum Bene-

[1]) *d. i. den 26. Mai.*

[2]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer anderen Hand: „Nota quere in principio tercii folij post iste.“ (Vergl. hiemit n. 1141.) und weiter unten steht von derselben fremden Hand „delecio ipsarum non impediat superus factam.“*

1368. schium de Crawar dictum de Strasnicz ipso decedente filium eiusdem domini Benesschij Wenczeslaum de Crawar eciam dictum de Strasnicz in veros tutores Rectores gubernatores qui purcznicones [1]) wlgariter nuncupantur, secundum Jus terre Morauie constituit super omnia bona ipsorum quecumque et vbicumque habent.

1084. Bonuz de Paczlauicz vxori sue Welislauie super omnibus que ibidem habet Centum marcas grossorum nomine veri dotalicij secundum verum Jus terre Morauie deputauit.

1085. Domina Kaczna de Tlustomassil relicta Krzabconis dotalicio suo quod ibidem habet in Tlustomassil videlicet Centumquinquaginta marcas cum domina Welislawa vxore Bonusschij de Paczlauicz est congressa.

1086. Domina Clara de Bodalicz dotalicium eius quod ibidem in Bodalicz super Curia habuit videlicet quinquaginta marcas domino Petro dicto Hecht de Rossicz et suis heredibus de consensu pleno mariti sui Herbordi vendidit hereditarie possidendas.

1087. Janussch de Bechin domino Fridrico de Podole, Hercze et heredibus eorum et ad manus Jesconis dicti Kuzel senioris villam Hyssil cum siluis piscinis pratis dominijs iuribus et pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendam.

1088. Dyethochius de Sonuald Bohuslao de Suczendorf et suis heredibus villam Sucolom cum municione siluis pratis Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis Polnkutye et in Tribencz villis septem marcas Redditus et XVII grossos cum (F. LX. r. a.) siluis et omnibus Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis iusto vendicionis titulo vendidit hereditarie possidendas et Jus quod habet in Jurepatronatus ibidem eidem Resignauit.

1089. Item Dyetochius de Sonuald Pawliconi de Ewlburch et suis heredibus septem marcas redditus cum fertone grossorum in Zyrotyn cum siluis aquis piscacionibus pratis Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis prout ipse tenuit vendidit hereditarie possidendas nichil sibi in eisdem reseruando.

1090. Jacub et Raczek de Olsan fratres congressi sunt vna Curia in Olsan et duobus laneis in Eywan.

1091. Dobran de Dobrczicz ibidem in Dobrczicz vendidit Fridusschio de Stolbach et Alsiconi de Lynaw duos laneos cum suis pertinencijs vniuersis.

1092. Philippus de Swabenicz et Jesco de Herlczicz congressi sunt cum omnibus et singulis bonis eorum vbicumque habent tali condicione adiecta si aliquis Philippum impeteret Jure respondere debet.

1093. (Sdenko et Protywa fratres de Sczekyn [2]) cum vniuersis bonis vbicumque habent et habebunt inuicem sunt congressi.)

1094. (Przibik de Nietkouicz super omnibus, que ibi habet, vxori sue Kaczne Centum quadraginta marcas racione et nomine veri dotalicij deputauit.)

1095. Rusch de Kokor cum filio suo Muckorz dicto est congressus cum omnibus bonis que habent uel habebunt.

(F. LX. r. b.) **1096.** Dywa de Sczekyny [2]) demonstrauit dotalicium vxori sue Obyesde ibidem in omnibus bonis que habet in Sczekyna [2]) et in villa Jurkow mediam partem Centum marcarum nomine veri dotalicij. 1368.

1097. (Item domina Obyesda Dywe predicto in Curia ibidem in Luderzow et alijs bonis ibidem nomine veri dotalicij deputauit et si pueri uel amici vellent exsoluere dando eidem Dywe Centum marcas de eadem hereditate se intromittant.)

1098. Margaretha de Cholina cum fratre suo Martino cum Curia ibidem in Cholina et alijs que ibi habent inuicem sunt congressi.

1099. Jacubek de Seleticz vxori sue Kaczne in villa Dyrsouicz super Curia ibidem et laneo et prato cum omnibus pertinencijs mobilibus et inmobilibus sexaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij secundum Jus terre Morauie deputauit.

1100. Luczco et Bunyo fratres de Domazelicz, qui sunt vniti et congressi, vxori predicti Bunonis domine Margarethe de bona voluntate Centum marcas grossorum super villa Domazelicz nomine veri dotalicij secundum Jus terre Morauie deputauit.

1101. Hinco de Bystricz Bunyoni Genero suo et Luczconi fratribus et heredibus de Domazelicz in villa Mrsklessy et in Bistricz quadraginta marcas grossorum obligat et resignat racione dotalicij filie sue domine Margarethe libere deputando.

1102. Domina Kaczna Jacubconis vxor de Zeleticz dotalicium suum quod habuit a priori marito suo Marssone dicto Holy in villa Zadlouicz prope Losczicz domino Benesschio de Buzaw vendidit et libere resignauit tali condicione, quod prewyngi eiusdem domine debebunt predictum dotalicium a domino Benessio in triginta marcis redimere, quando ipsis placebit.

(F. LX. v. a.) **1103.** Jacub Morawa de Wirbieticz cum Wenczeslao de Hlusouicz cum omnibus bonis habitis et habendis, vbicumque habuerint, sunt vniti et congressi. Jidem simul extabulant et excludunt in villa Dobromielicz quidquid ibi habuerunt, quia vendiderunt.

1104. Jesco de Turouicz Martincoui de Dobrcicz quinque quartalia et vnum laneum ad Curiam in uilla Tuczyn in triginta marcis grossorum obligat et proponit libere resignando.

1105. (Benesschius de Borssow et soror sua vxor Raczconis de Dolan et dominus Benesschius de Strasnicz qui erant congressi in villa Towerzie quidquid habuerunt cum omnibus Juribus pertinencijs et dominijs cum voluntate domini Johannis de Crawar domino Benesschio de Wilnberg vendiderunt Jure hereditario possidendum.)

1106. Hawel de Tyrmaczow vxori sue Ludmille in uilla Strzesso dotalicij sui videlicet octoaginta marcas debet excipi et deleri et est de consensu domini Pardusschij Canonici. [3])

1107. Mikes dictus Dyecze de Ohrosym cum Bolkone de Krumsyn cum omnibus quibus erant congressi sunt digressi et debent deleri.

[1]) *Poručník, Vormund, tutor.*
[2]) *Čekýn.*
[3]) *Olomucensis. Vergl. n. 1005.*

1368. 1108. Sczepanek de Howeticz Strenczynoui siluam dictam Hradisczco pratum prope molendinum duo yugera que Nyuy vocantur vendidit sibi et suis heredibus hereditarie possidendo.

1109. (Petrzik et Janek fratres de Dyrsouicz Lowconi Marguardo, Adamoui fratribus de Dobromilicz [1]) ibidem in Dyrsouicz vendiderunt nichil eis penitus reseruando hereditarie possidendo.)

1110. Lowko de Dyrsouicz Magdalene vxori sue ibidem in Dirsouicz ducentas marcas nomine veri dotalicij ibidem deputauit.

1111. Mathuss de Eywan Jesconi et Mikolawskoni fratribus suis ibidem in parte sua omnia que habuit vendidit hereditarie possidenda.

(F. LX. v. b.) 1112. Anezka vxor Jesconis de Turowicz dotalicium quod habuit in Olbramicz post obitum Jankonis de Prosenicz in Centum marcis Milothe de Stralek donauit nomine veri dotalicij obligauit eodem Jure, quo sola tenuit et possedit.

1113. Margaretha de Drahanouicz marito suo Przedote et heredibus suis de Skyrben in uilla Senyczka super Curia et duabus marcis reddituum ibidem dotalicium suum in Centum marcis grossorum libere Resignauit.

1114. Dominus Marquardus et Adam fratres de Dobromilicz et Przibiczco Dobromilicz nepos ipsorum dando inuicem bona pro bonis hereditatem pro hereditate et primo predicti Marquardus et Adam dant eidem Przibiczconi Curiam predialem sitam iuxta ecclesiam dictam Kamenydwor [2]) cum subside, et Przibico viceuersa dat eisdem fratribus Marquardo et Ade predictis municionem, mediam villam Dobromilicz sitam in flumine, et aream. Item molendinum supra municionem dictum Nastradolcze, [3]) Item Molendinum dictum Natrawnicze, [4]) fluuium a balneo usque ad metas Hraczanske [5]) fluentis, Item locum piscine, Item ortum Nastradolcze dictum, Item omnes ortos iacentes inter municionem et Molendinum prefati, quod Marquardus et Adam dederunt dicto Przibiczconi pro superfluis donacionibus Sexaginta vna marca cum dimidia, Item Przibico dictus fassus est, dictas pecunias integre percepisse, fecitque hanc commutacionem cum corsensu Cuncze Matre sua.

1115. Przibico de Prostayn [6]) vxori sue Elscze et ad manus fratrum eius Jesconis et Vitkonis super villa Rostanie Centum marcas nomine veri dotalicij deputauit secundum Jus terre Morauie.

1116. Barthosschius de Czech Barthosschio dicto Puklicze et suis heredibus viginti sexagenas census nudi annis singulis (F. LXI. r. a.) in Slusin et in Czech et in Penczyn hereditarie vendidit taliter quod ipse Puklicze et sui heredes nudum censum recipere debent et cum hominibus nichil amplius agere habeant accionis et vendere obligare eundem censum plenam habeant facultatem. 1368.

1117. (Dominus Vnka de Mageczyn Gerdrudi vxori filij sui in villa Penczicz vnam araturam cum Municione, terciumdimidium laneum, vnam tabernam cum Molendino, balneum, tres curticulas cum siluis, aquis, pleno dominio prout habuit ipse et possedit, nomine veri dotalicij in Centum viginti marcis deputauit.)

1118. (Dominus Andreas plebanus de Lutenczicz Herthlebo et Prziwconi fratribus de Zastrzl et ipsorum heredibus omnia et singula que habuit in villis Cunkouicz et Nemochouicz hereditarie possidenda resignauit.)

1119. (Raczco et Sdenko presbiter fratres de Tirssicz Ancze de Kokor et Bohunkoni de Kohussan eius marito Curiam in uilla Tirssicz duos laneos et septem tabernas et sex ortos et debent dare ligna pro igne et edificijs in ducentis marcis nomine veri dotalicij deputauerunt.)

1120. Raczko de Sborouicz [7]) Gregorio Masanczoni et suis heredibus Janoni Makowczoni fratribus et ad manus domini Franconis de Cunouicz in Poczinicz quatuor laneos, duas tabernas, quatuor curticulas, Molendinum cum Piscina, Curiam colonariam, et quinque Campeta, que Nywy dicuntur, prope Teczicz cum Jurepatronatus cum siluis pratis pascuis Juribus dominijs et pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidenda.

(F. LXI. r. b.) 1121. Item Gregorius dictus Masanczo vxori sue Dorothee super eisdem bonis in uilla Poczynycz nomine veri dotalicij septuaginta marcas deputauit secundum Jus terre Morawie.

1122. Item idem Masanczo dominum Franconem de Cunouicz tutorem dictum poruczniconem super omnia bona sua statuit secundum ius terre Morauie.

1123. Nicolaus de Labuth vnacum suis sororibus Johannoni de Blissicz Curiam, siluam et omnia, que ibidem habuerunt cum Juribus et dominio pertinencijs vniuersis ibidem in Blissicz vendiderunt dicto Johannoni et suis heredibus hereditarie possidenda.

1124. Bohunco de Kohusowa Wokoni et suis fratribus in villa Dluhomilow Curiam, quinque laneos, duas tabernas, nouem Curticulas, alterumdimidium quartale et quinque ortos, molendinum, siluam, cum Juribus et dominio, prout ipse tenuit et possedit, hereditarie possidenda (vendidit?)

1125. (Dyetmarus et Fridricus fratres de Kohussow cum omnibus que habent ibidem uel alibi vbicumque fuerint inuicem sunt congressi.)

1126. Alscho Kusel Daliborio de Teczouicz et vxori ac heredibus suis villam Trawnik cum omnibus Juribus, dominijs, Rubetis, aquis, Pratis, et alijs vniuersis pertinencijs Jure hereditario possidendam resignauit.

[1]) *Diese Stelle von Marguardo — Dobromilicz ist durchstrichen, was darauf hindeutet, dass die theilweise Löschung dieser Einlage vor der gänzlichen Extabulation derselben Statt fand.*

[2]) *Kamený dvůr, d. i. Steinhof.*

[3]) *Na stradolce.*

[4]) *Na trávniku.*

[5]) *Ist eine ängstliche Uebersetzung des böhmischen „až po hranice Hradčanské," d. i. bis zu den Hradschaner Gränzen „ad metas Hradčanenses."*

[6]) *Irrig statt Rostayn.*

[7]) *Das zwischen diesem und dem nachfolgenden Worte stehende „Genero Ma" ist durchstrichen.*

1368. **1127.** Domina Anna de Dyrnouicz cum domino Henrico Canonico Olomucensi, et Bohussio et Smilone filijs suis in uilla Cyrhow cum omnibus bonis et dominio vbicumque habent videlicet cum dotalicio suo sunt congressi. Item dotalicium eiusdem domine debet deleri de tabulis.

1128. Margaretha cum Stachone fratrueli suo de Trubek omnibus que habent sunt congressi.

(F. LXI. v. a.) **1129.** Stacho de Trubek cum Matre sua domina Margaretha domine Katherine Relicte Ottanconis et suis heredibus videlicet Petro quinque laneos cum vna curticula in Trubek cum omnibus Juribus resignauit Jure hereditario possidendos.

1130. Wenczeslaus olim aduocatus de Olomucz et vxor sua Katherina et dominus Herbordus dictus de Kaczer cum suis heredibus in uilla Przecas omnia que ibidem habuit preter sex laneos cum ipsorum pertinencijs, que prius vendidit, Canonicis Olomucensibus vendidit et resignauit pro quadringentis et quinquaginta marcis Jure hereditario possidenda.

1131. Domina Katherina vxor Wenczeslai de Olomucz quidquid habuit in Przecas villa ad dotalicium suum debet deleri fassa est coram Camerario [1]) et domino Benesschio. [2])

1132. Domina Anna sextam mediam marcam in villa Luczka in tribus laneis cum quartali ibidem in Luczka Ade et suis heredibus de Luczca pro sexagintaquinque marcis grossorum vendidit Jure hereditario possidendam cum siluis pratis et dominio Jurepatronatus sicut sola tenuit et habuit.

1133. Hinczico et Hermanus de Charwat domine Margarethe et heredibus suis et fratri eius Terwardo vnam Curiam et quatuor marcas reddituum ibidem in Charwat cum pratis agris et singulis pertinencijs pro Centum octoaginta marcis grossorum vendiderunt Jure hereditario possidendas.

1134. Buzco de Bohuslauicz domine Margarethe [3]) et fratri eius Tyrwardo vnum agrum qui Wrowny [4]) dicitur cum pratis (F. LXI. v. b.) fluminibus et alijs pertinencijs videlicet piscina pro viginti marcis grossorum vendidit Jure hereditario possidenda.

1135. Vlricus de Chomutouicz vxori sue Ancze super Curia in Chomutouicz vigintiquinque marcas grossorum nomine veri dotalicij secundum Jus terre deputauit.

1136. (Henslinus de Wyeczau Niczconi filio Gewiczerij de Olomucz et domine Clare vxori aduocati de Nouaciuitate et heredibus eorum et ad manus Henrici aduocati de Nouaciuitate in villa Tessow alterummedium laneos in quibus sunt tres et dimidia marca reddituum pro triginta sex marcis vendidit Jure hereditario possidendos.)

1137. Mikes de Czelczicz Martino de Stworouicz [5]) et heredibus suis Curiam ibidem in Czelczicz cum omnibus Juribus vendidit pro triginta sex marcis grossorum sicut solus tenuit Jure hereditario possidendam.

1138. Pawlico de Przestawlik vxori sue Dorothee super Curia ibidem in Przestawlk et super omnibus que ibi habet Quinquaginta marcas nomine veri dotalicij deputauit secundum Jus terre Morauie. 1368.

1139. Smilo de Dyrnouicz domino Kuitoni de Lyssicz vnum Molendinum ibidem in Dyrnouicz cum omnibus Juribus et pertinencijs sicut ea a patre suo tenuit pro Quindecim marcis grossorum vendidit Jure hereditario possidendum.

1140. Jarosko de Drahotus Petro dicto de Sampach et heredibus suis villam Liboswar Agris pratis molendinis et alijs singulis pertinencijs pro Centum sedecim marcis grossorum vendidit Jure hereditario possidendam preter decem marcas, quas dominus Woko et Benessko de Krawar habent in obligacione.

(F. LXII. r. a.) **1141.** Buzko de Geysperg Bolcze vxori sue super Zaworicz omnibus que ibi habet et in Chromczie super omnibus que habet ducentas marcas racione dotalicij deputauit, Et si domino Pawlico de Eylenburg patruo ipsius modicum videretur pro tanta pecunja, tunc residuum in alijs bonis ad estimacionem predicti domini Pauli debet deputari. [6])

1142. Bolka de Rassowicz Relicta Buzconis de Geysberg Wilhelmo de Cobericz marito suo dotalicium totum quod in Zaworicz et in Chromczie habere dinoscitur eo Jure quo tenuit libere dat et assignat ex consensu Pawliconis de Eylburg patrui ipsius.

(F. LXII. r. b.) **1143.** Nota ista infrascripta debent deleri sed propter occupacionem nimiam non potuimus ipsos (sic) delere de tabulis, et si alicubi in libro inuenientur, debent exponi de tabulis.

1144. Primo dotalicium domine Hedwigis in villa Jurzenouicz, quod Jesco de Dobroskouicz intabulauerat, debet deleri, quod factum est cum voluntate Jarohniewonis et quod alibi est eidem domine dotalicium deputatum.

1145. Item dotalicium vxoris domini Pauli de Tyncz quod habuit in Wzdunka [7]) debet deleri.

1146. Item villa Vhrzecz quam habuit dominus Johannes de Mezirziecz debet deleri.

1147. Item Przedota de Skrben dotalicium quod dederat domine in Misleyouicz debet deleri.

1148. Item domina Helena dotalicium quod habuit in Smrsicz debet deleri.

1149. Item fratres de Kunstat Erhardo de Kunstat quidquid donauerant debet deleri.

1150. Item Onsico quidquid vxori sue Ancze in Slawkow donauerat debet deleri.

1151. Bohuschius vxori sue Kaczne octauamdimidiam marcas redituum in Slauetin et Rziuicz [8]) racione dotalicij deputauerat, debet deleri, quod factum est cum consensu patris ipsius Dyetochonis.

(F. LXII. v. a.) **1152.** Bohuska de Ratay cum Jenczone de Wyeska erant congressi, debet deleri.

[1]) *Johanne de Krawář.*
[2]) *de Krawář?*
[3]) *de Charvat?*
[4]) *Wahrscheinlich „V rovném poli.“*
[5]) *Tvorovice.*
[6]) *Vergleiche die Note zu der Einlage n. 1080.*
[7]) *Zdůnky.*
[8]) *Soll höchst wahrscheinlich Rzimicz heissen.*

1368. **1153.** Mikess de Czelczicz Curiam, quam Martino de Tworowicz intabulauerat, debet deleri.

1154. Swacho Alscho Kuzelones cum Alsicone de Trawnik vniti erant et congressi debet deleri.

1155. Sbinco de Luczka dotalicium Anne vxoris sue in Krzyue videlicet CXXXVIII marcas debet deleri, quod alibi est eidem deputatum.

1156. Dominus Henricus de Drnouicz, vxori sue Anne in Czyrhow dotalicium dederat, debet exponi, quod filijs suis resignauit.

1157. Dyemutha, quitquid intabulauerat domino Przibconi de Krztyetin, debet deleri.

1158. Jakubek de Olschan Wilhelmo de Zabreh in Dlhomyelow intabulauerat debet deleri.

1159. Styborius de Czelcicz domine Ofcze de Czihouicz dotalicium super duabus Curijs in Czelczicz ad manus domini Vncze debet deleri.

1160. Hawel de Tyrmaczow Ludmille vxori sue in Strziezow LXXX marcas dederat debet deleri.

1161. Milotha de Namyest villam Polom Jesconi de Polom intabulauerat debet deleri et quitquid Margareta mater sua habuit (F. LXII. v. b.) et Stacho frater ipsius totum resignat et debet deleri. 1368.

1162. Woytyech de Buk recognoscit Curiam quam Sbinco de Kokr circa cum emit illam inquisiuit in tabulis quam inuenire non potuerunt et si inposterum inuenietur tunc Woytiech recognoscit, quod ei nullum Jus conpetit ad eandem.

(F. LXIII. r. a.) **1163.** Alesch Bohuska Erasm Zawischie fratres de Bistricz Pawliconi et suis heredibus mediam villam Lodyenicz cum omni Jure et dominio prout ipsi possiderunt cum siluis pratis et pertinencijs vniuersis vendiderunt hereditarie possidenda nichil ipsis Juris ibidem reseruando.

1164. Jarossek de Wyeczemilicz et Mixo et Slawiwor sui filiastri villam Wyeczemilicz Rahocze vnam curticulam siluam cum molendinis pratis et omnibus Juribus et dominijs et pertinencijs vniuersis domino Petro dicto Sczetin de Sdanycz et suis heredibus hereditarie possidenda vendiderunt.

Liber domini Beneschij de Crawarn.[1]

1371. (F. LXIII. v. a.) 1. Anno domini M° CCC° LXXI° sabbato infra octauas Epiphanie domini [2]) Inchoatum est colloquium Baronum terre generale, videlicet per Nobiles dominum Beneschium de Crawarn alias de Strzesnicz supremum Camerarium, Jaroslaum de Knychnicz Czudarium, presentibus domino Matusschio de Sternberk, Vlrico Boscowecz, Stiborio de Czynburk, Boczkone de Kvnstat, Henrico de Wartenberk, Alberto et Wilhelmo de Sternberk alias de Slyn, Smylkone de Sternberk, alias de Zabrzeh, Benessio de Busow, Artlewo de Starhowicz, Wockone de Crawarn, alijs et ceteris domino Petro Hecht, et Wenczeslao Notario ex parte domini Marchionis missis, et Frenczlino Notario Czude Olomuczensis et primo.

2. Nos Johannes dei gracia Marchio Morauie recognoscimus etc. Quod constitutus coram nobis Nobilis Milotha de Quassicz fidelis noster, qui cum omnibus et singulis bonis suis vbicumque habere dinoscitur siue nominatis seu non nominatis cum Nobili domino Matheo de Sternberk tantum et non suis heredibus est congressus tali addita condicione si dictus Matheus de Sternberk viam vniuerse carnis ingressus fuerit, tunc prenominatus Milotha de Quassicz de predicta congressione liber esse debet et solutus, Si vero filij et heredes sui omnes morerentur, Extunc omnia bona sua videlicet dicti Mathei de Sternberk ad Milotham de Quassicz prenotatum deuoluantur. Nichilominus si Milotha de Quassicz memoratus prius decederet, pro tunc heredes sui et filij eius esse debebunt in potestate et tuicione Mathei de Sternberk supradicti. Si vero filij prefati obirent, extunc omnia bona prescripta ipsius Milothe de Quassicz sepedicta ad Matheum de Sternberk suprascriptum deuoluantur hereditarie, quodque dicta congressio ad tabulas terre inponatur Nobilem Vlricum de Boscowicz in nuncium ordinauimus specialem mandantes eandem congressionem intabulari. 1371.
Acta sunt hec coram nobis presentibus Nobilibus Henrico de Lypa Vlrico de Boscowicz Heinrico de Dirnholcz Hertlino de Lichtensteyn Styborio de Czinburk ac Petro Hecht de Rossicz fidelibus nostris et quam pluribus alijs baronibus nostris dilectis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum de certa nostra sciencia duximus appendendum. (LXIII. v. b.) Datum Brvnne die beate virginis Margarethe [3]) Anno domini M° CCC° LXVIII.°

3. Anna conthoralis Jesconis dicti Clusch de Milonicz dotalicium quod habuit in Czirnicz cum omnibus suis Juribus nichil penitus sibi reseruando Nobili domino Mathusschio de Sternberk alias de Lucow suis et heredibus vendidit hereditario Jure possidendum et hoc de consensu Herschonis fratris sui qui dixit eius melius esse.

4. Item idem dotalicium Anne prefate vbi reperietur debet deleri.

5. Item Anna prefata dotalicium quod habuit in Milonicz vendidit videlicet Curiam arature II laneos Censuales tabernam cum Rubetis et ceteris bonis nichil penitus sibi reseruans Dyethe de Pusdram et suis heredibus hereditario Jure possidendum et vbi reperiretur debet deleri.

6. Dominus Sdenco filius domini Mathei de Sternberk inponit domicelle Morawka Elizabet [4]) dicte in villa Morawan IIII laneos censuales obligatorie IIII [5]) curticulas pro XL (marcis?) Idem in villa Morawan vendidit eidem domicelle Elizabeth laneum hereditarie possidendum.

7. Domina Elizabeth domicella imponit filio Sororis sue Mixiconi [6]) eundem laneum emphitheuticum hereditarie condescendendo resignauit hereditarie possidendum.

8. Jenico (de) Dobroticz vendidit domino Matussio de Sternberk suis et heredibus villas Borsenowicz Radkow cum omnibus Juribus et pertinencijs prout ipsemet tenuit et possedit nil sibi penitus reseruando hereditarie possidendas.

[1]) *Der zweite Quatern der Olmützer Landtafel, welcher nach dem damal bei der dortigen Cuda fungirenden Oberstlandkämmerer Beneš von Kravář geńannt wird, und die Zeit vom Jahre 1371 — 1374 umfasst, besteht eigentlich aus zwei Theilen. Der erste kleinere führt den von einer anderen gleichzeitigen Hand (Fol. LXIII. r. b.) geschriebenen Titel „Incipit liber domini Beneschii de Crawarn primus“ umfasst bloss die Zeit des drei König-Landrechtes des J. 1371 (von n. 1 — n. 201.) und ist in dem ersten Quaterne (Fol. LXIII. v. a. bis Fol. LXX. v. a.) enthalten, während der zweite grössere Theil den abgesonderten, mit einem eigenen weiter unten angeführten Titel versehenen II. Quatern bildet, und die Zeit des Johanni-Landrechtes 1373 bis zum drei König-Landrechte 1374 umschliesst.*

[2]) *d. i. den 11. Jänner.*

[3]) *d. i. den 13. Juli.*

[4]) *Dieser Name steht von einer anderen gleichzeitigen Hand am Rande der Einlage.*

[5]) *Die Zahl IIII steht oberhalb der Zeile von anderer Hand.*

[6]) *Steht am Rande der Einlage von anderer gleichzeitiger Hand.*

1371. 9. (Jenico predictus de Dobroticz dicto domino Matussio in villa Lypowa vendidit tres laneos cum quartali censuante hereditarie possidendos.)

10. (Johannes de Peluicz inponit vxori sue Wancze dotalicium in villa Bilowicz in sextodimidio laneis censualibus et vno subside liberisque non est pheodum domini Marchionis pro C. et XXV Sexagenis ibidem deputauit.) *Pater ipsius fuit presens et dixit bonum fore et melius domino Hermanno.*

(F. LXIV. r. a.) 11. Dominus Albertus de Slin et dominus Wilhelmus fratres alias de Swyetlow cum omnibus suis bonis que habent et habere potuerint in futurum inuicem sunt congressi.

12. Item dominus Wilhelmus de Slin inponit Margarete vxori sue in villa Czeikowicz L. marcas Census racione veri dotalicij More terre in quingentis marcis grossorum et hoc de consensu domini Alberti fratris sui predicti.

13. Nicolaus de Bohuslawicz et Jan frater eiusdem de consensu heredum et successorum vendiderunt iusto vendicionis tytulo domino Marchioni Johanni et heredibus suis Bohuslauicz totam villam Popelow totam et villam Sbislawsko totam cum omnibus pertinencijs libertatibus pleno dominio Juribus vniuersis nichil penitus in hijs villis sibi reseruantes perpetue possidendas.

14. Dominus Boczko de Bolhradicz alias de Kunstat vendidit domino Smiloni de Lesnicz Erhardo fratri suo et eorum heredibus Bolelucz villam cum omnibus Juribus et pertinencijs Molendino pratis pascuis silua Ockruhli aquis riuolis vnacum alteradimidia araturis et cum Juris pleno dominio prout dictus Boczco tenuit et possedit hereditarie possidendam.

15. (Smilo predictus Gerusse vxori sue super dicta bona Bolelucz et Luczani XII marcas census cum XX grossis racione veri dotalicij deputauit, et si quid deperiret in dictis bonis tunc in alijs bonis suis propinquioribus debet eidem domonstrare, et hoc de consensu fratris sui Erhardi indiuisi et hoc ad manus domini Henrici de Wartenberk.)

16. Katherina relicta Alberti de Losschan dotalicium quod habuit ibidem domino Vlrico Boczcouiczoni libere resignauit hereditarie possidendum et vbi inuenietur est delendum.

17. (Jarosschius de Wiczemilicz Katherine vxori sue in villa Bodalicz super Curia et omnia que ibidem habuit XLV marcas racione veri dotalicij eidem libere deputauit et ipsius nomine ad manus eiusdem domine patris domino Henrico de Dobrowoda.)

(F. LXIV. r. b.) 18. Fridricus de Morawan cum Nicolao et Boczcone fratribus de Labud cum omnibus bonis suis in Morawan et vbicumque habere dinoscuntur nominatis uel non nominatis est congressus.

19. (Nicolaus et Boczco de Labud fratres parte ex altera cum Fridrico de Morawan congressi sunt cum bonis suis media parte ville Labud et vbicumque obtinere dinoscuntur viceuersa.)

20. Jan de Vhrzecz Pokoyho et suis heredibus villam Nynkowicz totam cum omnibus Juribus et pertinencijs prout ipsemet tenuit et possedit et in villa Schonhof duas araturas cum duabus Piscinis Siluis vineis pleno dominio nichil penitus reseruando vendidit hereditario Jure possidendam. 1371.

21. Vlricus Jessek et Ondrzei fratres de Kowalowicz in villa Cowalowicz Curiam arature IX quartalia censualia cum suis pertinencijs nichil sibi reseruantes proutmet tenuerunt Pesconi de Hulina et suis heredibus hereditarie vendiderunt possidenda et vbi dicta bona invenientur debent deleri.

22. Pesco predictus de Hulina Bolcze vxori sue super bona prius empta in Cowalowicz XLVII et mediam marcam grossorum racione veri dotalicij ibidem deputauit, Ita videlicet quod in eisdem bonis tantum habere debet sicuti pecunia se extendit supradicta.

23. (Ondrzeyek Chylecz de Dluhomilow Martino de Dluhomilow et suis heredibus Curiam Colonariam cum quartali censuali et eius Juribus hereditarie vendidit possidendam.)

24. Dominus Franco de Kunowicz domino Vncze de Maietyn et heredibus suis vendidit villam in Buk VIII laneos IIII subsides tabernam Jure hereditario possidendos, quod prius pheodum fuit domini Marchionis, loco cuius alia bona in villa Chilcze pheodum Marchioni deputauit antedicto.

25. Ondrzei de Komorow dedit Przibislao dicto Lotika (sic) vxori sue et heredibus in villa Heroltícz molendinum VI lotones census super medio laneo et taberna et in Komorow villa duos laneos III curticulas hereditario Jure resignauit possidenda.

(F. LXIV. v. a.) 26. Dominus Franco de Kunowicz Benesconi de Strzitesch et heredibus suis in preurbio Prerouie retro Zirouiam vendidit Curiam duarum araturarum cum pertinencijs eo Jure quo tenuit nichil excipiendo hereditarie possidendam.

27. Margaretha vxor quondam Mraxonis de Chilecz nunc de Raicz in media villa Chilecz dotalicium quod habuit videlicet Centum et XXV marcas grossorum debet deleri vbicumque reperietur et hoc de consensu fratris sui Jarochnywonis de Buchlowicz, quas vel dotalicij habuit racione de cuius Margarete consensu melioracionis et voluntate Wseborius de Raicz maritus eius prefatam mediam villam domino Franconi de Kunowicz vendidit cum omnibus pertinencijs et suis heredibus hereditarie possidendam qui dominus Franco dicta bona domino Marchioni loco Buk in pheodum submisit loco cuius dotalicij antedicta Margareta in alijs bonis dotalicium debetur demonstrari.

28. Margareta de Blahowicz marito suo Czirhoni dotalicium quod habet super villas Blahowicz et Krzehow Centum marcas grossorum imponit eo Jure quo tenuit libere resignauit et quidquid residuum superest citra dictas Centum marcas dicta domina suis vtrobique heredibus et sibi videlicet resignauit.

29. Busek de Blahowicz filius Pesconis cum Czirhone de Drahotusch et suis heredibus cum omnibus bonis que habent vtrobique inuicem sunt congressi.

30. (Philomena de Lesnik cum filio Johanne Miroslao de Kalowicz vxori et heredibus eorundem in Lesnik villa Curiam arature cum IIII subsidibus et quarta parte Jurispatronatus ecclesie et alijs perti-

1371. nencijs nichil sibi Juris reseruando cum pratis pascuis vendidit hereditario Jure possidendam.)

31. Wseborius Oldrzich et Benessius de Namisch fratres Reuerendo domino Alberto de Sternberk archiepiscopo Magdeburgensi et Petro filio fratris ipsius de Sternberk in villa Wissowicz XVIII laneos cum subsidibus tabernis Jurepatronatus vniuersis pertinencijs pleno dominio nichil penitus Juris reseruantes vendiderunt hereditarie possidendos.

32. Sulek de Tworowicz prefato domino Alberto de Sternberk et filio fratris sui domino Petro predicto de Sternberk et heredibus ibidem Curiam arature medium laneum III subsides cum suis pertinencijs proutmet tenuit (F. LXIV. v. b.) et possedit vendidit Jure possidendam.

33. Jaroslaus de Odlohowicz Sulconi de Tworowicz et suis heredibus villam Ottirzow cum omnibus suis pertinencijs et pleno dominio vendidit hereditarie possidendam.

34. Sulco de Tworowicz Byete vxori sue in villa Tworowicz predicta et in villa Ottirziw Centum marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit.

35. Benesschius de Sczitowicz de voluntate Anne vxoris sue Jesconi de Wrbatek et heredibus suis in villa Sczitowicz Curiam arature et in villa Wrbatek III quartalia censualia prout ipse tenuit et possedit vendidit hereditarie possidendam.

36. Dicta Anna dotalicium quod in predictis bonis habuit vbique reperietur in libro deleri debet.

37. Baresch Tyrlo de Bistrzicz domino Marquardo et Ade fratribus de Dobromilicz in villa Dobromilicz VII laneos vnam tabernam IIII subsides cum pleno dominio nichil sibi ibidem reseruans vendidit hereditarie possidendos.

38. (Adam de Dobromilicz cum consensu domini Marquardi fratris sui Elscze vxori sue in villa Dobromilicz LX marcas grossorum ibidem in Dobromilicz deputauit veri dotalicij racione.)

39. Anna de Bylotyn vxor Pesconis de Bylotyn cum consensu Johannis et Pesconis fratrum suorum de Crvmsin dotalicium quod in villa Besuhow habuit videlicet LX marcas debet deleri et de prefato dotalicio transducta est in alia bona puta in Weletyn.

40. Anna predicta et Pesco maritus ipsius cum fratre Schyncones consensu vendiderunt Przicussoni Nicolao et suis heredibus villam Besuchow totam cum omnibus pratis nichil sibi ibidem reseruando hereditarie possidendam.

(F. LXV. r. a.) 41. Janacz dictus Krzitek Katherine vxori sue in villa Wrahowicz XLV marcas grossorum racione veri dotalicij ibidem deputauit racione. (sic.)

42. Tyessold de Racodaw Jesconi de Wrbatek et suis heredibus in villa Scaliczca mediam Curiam arature vnum laneum Censualem medium ortum cum omni Juris dominio prout tenuit vendidit hereditarie possidenda.

43. Tyessold de Racodaw pueros suos Gindrzichowi de Crumsin in casu vbi decederet recommendans commisit prout de eo specialiter presumit.

44. Petrus Schisma de Husowa Katherine vxori fratris sui in villa Dluhomylow alterummedium laneos censuales tabernam et subsidem in XXV marcis grossorum duxit obligandos veri dotalicij racione. 1371.

45. (Petrus de Rakusschek Dorothee vxori sue in villa Rakusschek LVIII sexagenas racione veri dotalicij ibidem deputauit.)

46. (Vlricus Howora de Prusch Jacobo de Dobirczicz et heredibus suis in villa Prusch tres laneos censuales Molendinum cum vna rota vendidit hereditarie possidendos.)

47. Jacobus predictus de Dobirczicz Wratislawe vxori sue in prefata villa Prusch XXV marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit.

48. (Wycknan de Maietin Gerdrudi vxori sue in villa Bulzet Centum marcas grossorum veri dotalicij racione in VIII laneis ibidem et IIII curticulis tabernis et rubetis assignauit.)

49. Raczlaw de Menyn domino Nicolao de Malenowicz et heredibus suis vendidit Podhradi cum municione Curia villam totam Jure- (F. LXV. r. b.) patronatus piscinis Vhorsolicze villam totam Oldrzihowicz villam totam Penkow villam totam Swoysicze villam cum siluis omni Jure et dominio quo idem tenuit et possedit nichil sibi reseruans ibidem hereditarie possidenda.

50. Nicolaus de Malenowicz Gerusche vxori sue in villa Oldrzihowicz omnia que habet ibidem et si quid deperiret in villa Swoyczicze debet adimpleri Centum et XX marcas grossorum ibidem deputauit veri dotalicij racione.

51. (Habart de Zaruschek vxori sue Elscze in villa ibidem super medietatem et adherenciam XLVII marcas grossorum dotalicij racione deputauit.)

52. Dyetrzich de Morawan Jarohnywoni de Buchlaw et suis heredibus in villa Tuczapi prope Poleschowicz Araturam cum suis pertinencijs vendidit eo Jure quo tenuit et possedit hereditarie possidendam.

53. Radno de Bodalicz Przibiconi de Nyetkowicz et heredibus suis ibidem Curiam cum omnibus Juribus omni Jure quo tenuit et possedit vendidit hereditario Jure possidendam.

54. Ondrzei Bÿli de Lom Marchioni Morauie Johanni et heredibus suis in villa Waczenowicz VII et medium laneos suis cum pertinencijs vendidit hereditarie possidendos.

55. Czirnyn de Dalenowicz cum Wlczcone de Dalenowicz cum omnibus bonis eorum ibidem uel vbicumque habentibus inuicem sunt congressi.

56. Przessek de Rakusch et Jursik de Rakusch cum omnibus bonis que habent ibidem inuicem sunt congressi.

57. Onscho de Czelehowicz cum Bliscone de Domamislicz cum omnibus que Blisco habet ibidem et in villa Sdetyn cum laneo inuicem sunt congressi.

(F. LXV. v. a.) 58. Swacho de Vnetycz Weliczoni et suis heredibus ibidem II araturas cum omnibus Juribus prout tenuit et possedit vendidit hereditarie possidendas.

59. (Prothywecz de Sczekin vxori sue in villa Sczekyny in tercia parte bonorum suorum LXXX marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit hereditarie de consensu fratris sui Sdenconis.)

1371. 60. Sbynek de Drzinowe Johancze vxori sue ibidem in villa L marcas grossorum in V laneis dotalicij veri racione deputauit.

61. (Rothiwecz de Pawlowicz omnia que habet ibidem uel vbicumque habet vxori [1]) Dorothee et suis heredibus libere resignauit excluso vno laneo pro se ipso reseruato veri dotalicij ex causa deputauit.)

62. Budik de Hluhowa laneus quem habuit in villa Crumsyn vbicumque reperietur est delendus.

63. Jacow de Dobrotycz Matheo de Przedmosty et suis heredibus Curiam ibidem cum omnibus sibi adherentibus vendidit hereditarie possidendam.

64. (Gindrzich de Crumsyn cum omni parte sua quam ipse habet cum Sbincone de Drzinowim cum omnibus que in uel alias habet inuicem sunt congressi.)

65. Jesco de Dubrawiczca Margarethe vxori sue opidum in Dubrawicz cum sibi adherentibus ducentas quinquaginta marcas veri dotalicij racione more terre deputauit, quas quidem pecunias ad manus Igrami de Pernstayin conpromisit.

66. Benesschius de Gansperk Raczlao de Menyn suis et heredibus villam Nemoticz cum Municione Curiam duarum araturarum villam totam Jurepatronatus dominio pleno libertatibus et pertinencijs vniuersis siluis pratis pascuis modo simili quo tenuit nichil penitus Juris sibi reseruando in eadem vendidit hereditarie possidendam, villa quoque predicta debet deleri vbi reperietur ex parte domini Beneschij supradicti.

(F. LXV. v. b.) 67. Jan de Maylicz Stiborio de Wytczicz et heredibus suis Curiam in villa Syrbecz arature II laneos censuales II subsides cum siluis pratis aquis etc. modo simili prout ipse tenuit nichil penitus sibi Juris reseruando vendidit hereditarie possidendam.

68. Stiborius de Wytczicz Machne vxori sue in villa Witczicz inposuit L marcas grossorum racione veri dotalicij More terre possidendas.

69. Cunico Jarosschius Jesco et Bohusschius fratres de Drahotusch heredes et successores eorum Serenissimo principi domino Johanni Marchioni Morauie et heredibus Castrum Drahotusch opidum Drahotusch villam Jezernicz villam Podhorsi Milenow villam Slawicz villam Klokoczy villam Hrabowkam villam Velika villam Mikolaw villam Radykow villam Swatischow villam Strzedolesschy villam Schobyekow villam Vhrzinow villam Jursytynow villam terciam partem Bohuslawicz et octauam partem ante Chilcze Curiam arature cum predijs Jurepatronatus agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis Rubetis Molendinis piscinis aquis riuis fluminibus littoribus Aquarumue decursibus Montibus Collibus vallibus planis planicijs Grenicijs pleno Jure dominio quibuscumque nominibus censeantur modo et forma qua possederunt nichil penitus sibi Juris seu dominij bonis in prefatis reseruantes iusto vendicionis tytulo vendiderunt hereditarie possidendam partem eorum quam habuerunt.

70. (Jenczo de Pawlowicz Wichnam vxorem suam 1371.
de dotalicio quod in paruo Lowicz habuit transfert cum eius bona voluntate amicorumque eorum consensu super bona in Netczicz LXXX marcas super Curia arature pascuis siluis pratis et alijs pertinencijs adiacentibus nomine veri dotalicij prout antecedit possidendo.)

71. Zesama de Passchowicz Elscze vxori sue in villa Passowicz inponit XL marcas grossorum veri dotalicij racione Juris terre possidendas.

(F. LXVI. r. a.) 72. Lutka vxor Jenczonis de Wesek inponit primo sibimet Jenczoni marito suo ipsorum et heredibus insolidum in villa Netczicz totum quidquid habuit et ad eam spectare dinoscebatur hereditarie possidendum.

73. Machinco de Drahotusch Serenissimo principi Marchioni Morauie Johanni heredibusque suis quartam partem Castri Drahotusch in opido Drahotusch in villa Jezernicz id quod habuit in villa Slawicz id quod habuit in Welika totum quod habuit in Klokoczy, in Podhorzy totum quod habuit in Vhrzinowa Lhoty quod tenuit pleno Juris dominio Jurispatronatus cum omnibus pertinencijs vtilitatibus libertatibus prouentionibus singulis et vniuersis quocumque nomine seu vocabulo censeantur, nichil penitus Juris in bonis prefatis sibi nec heredibus reseruans, vendit et vendidit per ipsum dominum Marchionem et heredes perpetue et hereditarie possidenda.

74. (Medwiedko de Dubczan Elscze vxori sue super villa Hradiczne XXX marcas racione veri dotalicij ibidem in Hradiczna deputauit et si quid ibidem deperiret hoc in villa Durrenpach debet adimpleri ita quod prefata in predictis nullum habeat detrimentum.)

75. Jesek dictus Racowka congressionem quam habuit cum Fridussio de Stulbach sunt disgressi et vbicumque invenietur debet deleri.

76. Fridusschius de Stulbach Pecz dicto de Wart et suis heredibus in villa Tyrschaly vnam araturam cum omni Jure et dominio prout ipse tenuit et possedit vendidit hereditarie possidendam.

77. (Nicklik de Hraby Dorothee vxori sue ibidem XXX marcas grossorum super Curia et quidquid deperiret in curia hoc in hominibus ibidem racione veri dotalicij deputauit.) *Misch patruus ipsius dixit bonum fore ipsius.*

78. Jenik de Dobrotycz domino Wockoni de Crawar et suis heredibus Dirslao Laczconi fratribus suis villas Pareschowicze Racowe Walschowicze cum siluis pratis (F. LXVI. r. b.) pascuis etc. cum dominio proutmet tenuit nichil sibi reseruando et kali (sic) hereditarie possidendas.

79. (Dominus Bohusschius et Bernhardus Hecht dicti de Schuczendorf heredes et successores eorum Serenissimo domino Johanni Marchioni Morauie et heredibus suis de media villa Rzimycz et vno laneo plus censuali duobus ortis Curiam arature Siluis pratis medio Molendino pleno Jure et dominio nichil penitus ipsimet reseruantes racione permutacionis pro bonis ville Lasy minoris rite et racionabiliter

[1]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

1371. Jure hereditario tenendam assignarunt de prefatis bonis condescendentes.

80. (Johannes Marchio Morauie domino Bohusschio et Bernhardo dictis Hecht de Suczendorf . . . . . loco Rzymicz hereditarie condescendit possidenda.) [1])

81. (Dominus Wocko de Krawar Jesconi Hromade de Horka et suis heredibus Ofcze vxori sue dando bona pro bonis videlicet villam Pawlowicze et quidquid habet in villa Prossynky et in Tyczyn IIII laneos pro bonis Parischowicz Walschowicze et Racowe vendidit hereditarie possidenda cum dominio et Jurepatronatus nichil sibi reseruando.)

82. Domina Margaretha vxor Vlrici de Namisch si aliquod dotalicium habet super villa Racowe debet deleri.

83. Margaretha predicta publicauit quod in villa Racowe pro se jpsa et filia eius Anna vnum laneum reseruauit.

84. (Potha de Losschicz Elscze vxori sue super bona parte sua quidquid ibidem habet et super parte sua Dubrawicze et medio Paletina et parte sua Vbicztowa L. sexagenas census racione veri dotalicij deputauit exclusis tamen municione Molendinis aquarum decursibus Curijs Siluis et si quid deperiret hoc in bonis propinquioribus [2]) (F. LXVI. v. a.) debet impleri et hoc de consensu domini Benesschij de Busow patrui sui et ad manus fratris domine predicte.) *Hec delecio facta est de scitu domini Wokconis supremi Camerarij Olomucensis, qui fuit Nunccius ex parte Serenissimi Principis domini Jodoci Marchionis Morauie.* [3])

85. *Notificat Sdenco de Sternberg alias de Conopiscz patruus ipsius Elzcze, si quis abemerit, quod habet, empcio nullum debet habere vigorem et hoc anno domini M⁰ CCC⁰ LXXVII⁰ in Octaua Epiphanie.* [4])

86. Potha de Losschicz de consensu domini Benessij patrui sui de Busow Bohuschcze de Schuczendorf et suis heredibus et Gerhardo de Myrow et suis heredibus in villis videlicet in Trisczyn IIII laneos cum quartali IIII subsides in Bohuslawicz V laneos in Dubiczka II laneos, Siluam Dubiczkij Luh cum omnibus Grenicijs Ostrzow per medium cum omnibus pratis rubetis dictis Cruhy Hayek et in villa Sweyrow III quartalia II orti in vno allodio duas Sexagenas cum omnibus pratis Rubetis Curijs [5]) spectantibus ad eandem, In villa Sluhnow duas sexagenas veri census in Rosla XII laneos cum medio Jurepatronatus Judicium hereditarium cum omnibus Juribus rubetis siluis riuolis Silua Bradla nomine in villa Oleschne Curiam cum omnibus vtilitatibus et pratis V laneos et vna virga medium Judicium media Taberna Silua dicta Sczar cum omnibus vtilitatibus pratis pascuis rubetis siluis vendidit hereditarie possidenda.

87. Domina Elsca vxor Bulonis dotalicium quod habuit in villa Richlaw Jesconi de Weletyn et fratribus suis libere resignauit et vbi in libro reperietur debet deleri. 1371.

88. (Dominus Vlricus de Boscowicz Sbincze vxori sue L marcas census racione dotalicij in subscriptis villis deputauit et si quid deperiret hoc in prouincia Brvnnensi wlt adimplere primo in Lhota Rabote X marcas et XIIII grossos et VIII per census, In villa Clenow duas marcas grossorum et vnum grossum et VIII per census, In villa Borsutow V. marcas IIII grossos, In Jestrzeby septimamdimidiam marcas et VIII. grossos, In Zurnownik V. marcas et XX grossos minus vno, In Sdar septimamdimidiam marcas VII grossos et VIII paruos, In Lhota iuxta Przablincz (?) terciamdimidiam marcas et XIIII grossos IIII paruos pleno dominio prout ipse tenuit et possedit et (F. LXVI. v. b.) ad manus domini Styborij de Czynburk fratris sui.)

89. (Domina Anna filia Martini de Trubek hereditatem paternalem eius cum marito suo Wilhelmo de Cleczan est congressa.)

90. (Prothiwa de Sastrziel contradicit hanc congressionem.)

91. Czenco et Ondrzei fratres de Pulicz Jescon dicto Skrzitek de Tyrpenowicz et heredibus suis Curiam et araturam alterumdimidium laneos duos subsides cum prato et toto dominio nichil sibi reseruando vendidit hereditarie possidendam.

92. Herka de Czehowicz domino Skrzietkoni de Tyrpenowicz in villa Czehowi Curiam duos subsides pleno dominio vendidit hereditarie possidendos.

93. Anka de Passchowicz Zesame de Passchowicz dotalicium quod ibidem habuit hereditarie possidendum resignauit.

94. Dominus Czenko de Letowicz si ipsum viam vniuerse carnis inire contingerit tunc domino Stiborio de Thowaczow in verum gubernatorem suorum puerorum et bonorum que reliquerit elegit legittime statuendo.

95. Dominus Drslaus de Schelnberk domino Styborio de Thowaczow et suis heredibus medium opidum in Drzewohosczicz cum municione Juris pleno dominio prout ipsemet tenuit et libere possedit Jurispatronatus nichil sibi ibi reseruando vendidit hereditarie possidendo cum consensu heredum Sudkonis quondam de Drzewohosczicz.

96. Dominus Styborius prefatus dominam Ceciliam de Czinburk amittam suam suscepit super prefatis bonis ipsam in veram congressionem quod dicta domina Cecilia mobilia et immobilia nisi de consensu domini Styborij et suorum heredum non debet alienare et omnia bona que prius dominus Stiborius intabulaverat deleri debentur et ex nouo inponi sibi et heredibus suis hereditarie possidenda.

[1]) *Diese Einlage ist ganz mit einer schwärzeren Tinte verwischt, so dass die Mitte derselben unleserlich ist. Vergl. hiemit die Einlage n. 201. dieses Buches.*

[2]) *Am unteren Rande dieser Kolumne steht von anderer Hand „Hec delecio facta est de.“*

[3]) *Der Schlusssatz dieser Einlage steht am oberen Rande dieser Kolumne.*

[4]) *d. i. den 13. Jänner. Uebrigens muss bemerkt werden, dass diese Einlage im Orig. Ms. am rechten Rande der Kolumne unmittelbar unter Einlage n. 84. steht.*

[5]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden zwei Worte „ad eam“ sind durchstrichen.*

1371. (F. LXVII. r. a.) 97. Domina Cecilia de Czinburk omnia bona que emit apud dominum Jesconem Schissel et Herschonem de Turowicz fratres medium opidum Drzewohosticz cum omnibus pertinencijs et mediam villam Turowicz cum pleno dominio Siluis Molendino libertatibus etc. domino Stiborio de Czinburk et suis heredibus libere donat dat et assignat hereditarie possidenda nichil sibi Juris reseruando.

98. Raczlaus de Menyn heredes et successores sui Serenissimo principi domino Marchioni Morauie et heredibus villam Menyn totam Curiam arature cum siluis et Rubetis pleno Juris dominio eo Jure quo ipsemet tenuit nichil penitus Juris sibi reseruans vendit vendidit Jure hereditario possidendam.

99. Jacow Wlczek et Benesch fratres de Oppatowicz cum omnibus bonis eorum cum quibus fuerant congressi sunt disgressi.

100. Benesschius de Oppatowicz Obyesde vxori sue in villa Oppatowicz et Smolny uel vbicumque habent ducentas marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit et amicorum suorum propinquorum voluntate et consensu videlicet Jarochnywonis.

101. Domina Budislawa de Chudowyn et sui heredes Obyesde de Oppatowicz dotalicium quod habet super curia arature in Dubczan VII quartalibus et taberna quorum nouem fertones census conputauit cum Juribus et pertinencijs prout ipsa tenuit obligatorio nomine obligauit.

102. (Dominus Potha de Holnstayn resignat domine Elizabeth vxori sue L marcas Census annui in villa Hrubczicz et si census ibidem in villa deperiret memoratus extunc in opido Sdunka adimplere debebit in quingentis marcis grossorum racione veri dotalicij secundum Jus terre possidendas.)

(F. LXVII. r. b.) 103. (Alscho Jacuwko fratres de Lesnicz cum omnibus bonis que ibidem habent uel habebunt inuicem sunt congressi.)

104. Wissek de Studencze cum Wockone de Dluhomilow cum omnibus que ibidem in Studencze et Dluhomilow habent inuicem sunt congressi.

105. Wissek et Doman fratres de Zaworicz cum omnibus bonis que ibidem et in Tremescaw habent inuicem sunt congressi.

106. Doman de Zaworicz Margarete vxori sue super omnia bona sua que ibidem habet Centum et XL marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit et hoc de consensu Wisconis fratris sui.

107. Wisschek de Zaworicz Elzcze vxori sue super villa Studencze et Strzemescow Centum et L marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit et hoc de consensu fr trum ipsorum Domanni et Wockonis.

108. Dominus Matheus de Sternberk domine Bolcze conthorali sue hanc graciam specialem fecit quod Opidum suum Czesschyn vltra dotalicium quod habet eidem pro ipsius donat necessitate et hoc ad tempora vite sue solum specifice autem quam diu ipsam post mortem ipsius domini Mathei alium non contingat ducere maritum ipsa vero decedente Opidum prefatum ad heredes dicti domini Mathei debet reuerti.

109. Domina Eua vxor domini Vlrici de Herarticz Nicloni de Luczek et suis heredibus in Longavilla Municionem Curiam arature duo Molendina duas tabernas tres curticulas VI laneos censuales in villa Krziva quinque laneos censuales cum suis pertinencijs siluis pratis et pleno dominio prout ipse tenuit nichil sibi ibidem reseruando vendidit hereditarie possidenda. 1371.

(F. LXVII. v. a.) 110. Onscho de Kraschna domino Stiborio de Czinburk mediam villam Racodaw cum pleno dominio nichil sibi penitus reseruando ibidem vendidit sibi suis et heredibus hereditario Jure possidendam.

111. Obyesda vxor Dywonis de Sczekyny omne dotalicium quod habuit per Benesschium de Laschcow in villis Oppatowicz et Ludersow videlicet Centum et L marcas grossorum ipsi Dyewoni marito suo libere resignauit.

112. Busek de Drahonowicz Janconi de Lodienycz et suis heredibus in villa Bohuslawicz mediam araturam III laneos vnam curticulam et vnum Jugerum cum omnibus pertinencijs suis vendidit hereditarie possidenda.

113. Janek de Lodenicz Anne vxori sue in villa Lodenicz LV marcas grossorum racione veri dotalicij assignat et si quid deperiret in Lodenicz hoc in villa Bohuslawicz debet adimplere.

114. Alesch de Eywan cum Sweyscone filiastro suo cum omnibus bonis que habent vbicumque uel habere possunt inuicem sunt congressi.

115. Reuerendus in Christo pater dominus Albertus de Sternberk Archiepiscopus Magdeburgensis et Petrus de Sternberk ipsius domini Archiepiscopi filiaster fecerunt cambium et permutacionem dando bona pro Bonis, videlicet mediam villam Polkowicz cum pleno dominio prout ipse tenuit et possedit cum decano preposito totoque capitulo ecclesie kathedralis Olomucensis pro villa Wisschowicz parte ipsorum quam ibi habuerunt omni et pleno dominio nichil sibi ibidem reseruantes hereditario Jure possidendam.

(F. LXVII. v. b.) 116. Dyethochius de Drahanowicz Bartusschoni de Waliczowa et suis heredibus in villa Lhotta prope Czech Curiam cum omni Jure plenoque dominio hereditario Jure possidendam (resignavit?)

117. Jesco de Eywan Anne vxori sue super omnia bona sua vbicumque habet XLV marcas racione veri dotalicij resignauit et si ipse Jesco morieretur absque liberis tunc omnia bona que habet vbicumque ad ipsam Annam vxorem deuoluantur et hanc intabulacionem Jan frater ipsius domine suscepit suas ad manus.

118. Gedruta vxor Wycknany Artlewo de Sastrziel Patruo suo in villa videlicet in Mosczenicz prope Bysencz alterummedium laneos et vnam curticulam in Morawan villa prope Bisencz medium laneum in villa Liscach prope Chwalnow sibi et suis heredibus vendidit hereditarie possidendos.

119. Benesschius de Postupek Onschoni de Craschna et suis heredibus in villa Racodaw municionem mediam Curiam arature medium pomerium mediam tabernam medium Molendinum totum quidquid ibidem

1371. habuit nil sibi penitus Juris reseruando vendidit hereditarie possidendum.

120. Sdislaw de Lutenczicz Johannoni de Craschna et suis heredibus in villa Lutenczicz Curiam arature III laneos censuantes cum pleno Jure et dominio prout ipse tenuit vendidit hereditarie possidendam.

121. Johan de Wyczemirzicz Bohusschio de Kokor et suis heredibus in villa Wiczemrzicz omni Jure et dominio vnum laneum vendidit hereditarie possidendum.

(F. LXVIII. r. a.) **122.** (Bedrzich et Mikesch de Stikowicz Jesdoni de Stikowicz et suis heredibus ibidem in Stikowicz Curiam arature quinque laneos soluentes II curticulas duas tabernas vnum molendinum cum pleno dominio prout tenuit et possedit vendidit hereditarie possidenda.)

123. Ofca relicta Strziczconis Janoni et suis fratribus dotalicium quod habuit in villis Wurtowyem et in Wodihrad videlicet L marcas libere resignauit.

124. Margareta relicta Boliconis de Czechowki Jacobo de Zeluticz dotalicium quod habuit ibidem in Czechow exsoluere debet et libere resignauit.

125. Stach de Scherowa Byenne vxori sue super villam Vgiesd et ea que ibidem habet LX marcas racione veri dotalicij resignauit et hoc ad manus Sbinconis fratris eiusdem domine memorate.

126. Sbinco de Wrahowicz Stachoni de Scherow et suis heredibus mediam villam Sakrzow cum siluis pratis et pleno dominio prout ipse tenuit vendidit hereditarie possidendam.

127. (Hinco de Olomucz Heinrico aduocato de Nouaciuitate et suis heredibus in villa Pyrnyk Curiam arature V laneos Censuantes omni dominio et Jure prout ipse tenuit vendidit hereditarie possidendam.)

128. Henricus predictus aduocatus de Nouaciuitate Clare vxori sue super dictis bonis in Pyrnyk LXXX marcas racione veri dotalicij deputauit.

129. Wachen de Perne et Alscho de Perne cum omnibus bonis vbicumque habent inuicem sunt congressi.

(F. LXVIII. r. b.) **130.** Bohussche de Schuczendorf Sbynconi de Clenne et suis heredibus opidum Luke Jurepatronatus et pleno dominio et villam Ponykow cum Siluis que vocantur Sakowecz dicte Brzesina prout ipse tenuit nichil sibi reseruando vendidit hereditarie possidendum, Et vbicumque in libro invenietur debet deleri.

131. Sobyn de Kokor Matheo dicto Badiůra de Wynarz in villa Wynarz Curiam arature et duas curticulas cum suis pertinencijs prout ipse tenuit vendidit hereditarie possidendam.

132. Henslik de Cowalowicz Theodrico de Jaronowicz ibidem in villa Jaronowicz Curiam arature vnum quartale duas curticulas vnam tabernam cum pleno dominio nichil sibi Juris ibidem reseruando vendidit hereditarie possidendam.

133. Jursik de Domamislicz Margarethe vxori sue ibidem super Curiam minorem XLV marcas racione veri dotalicij resignauit.

134. Jacobus et Stephanus filius eius de Czelhowicz Onschoni et Jessiconi de Czelhowicz ipsorum et heredibus Curiam ibidem arature VII quartalia censualia III curticulas cum omni dominio prout tenuerunt vendiderunt hereditarie possidenda. 1371.

135. (Onscho de Czelhowicz Vrsule vxori sue super Curiam ibidem et vno laneo L marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit.)

136. Przibik de Nyetkowicz Paulo de Rasschowicz et suis heredibus in villa Jursanowicz II laneos cum pleno dominio prout ipse tenuit vendidit hereditario Jure possidendos.

137. (Daliborius de Trawnik Anne vxori sue super omni quod ibidem habet LXXX marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit. (F. LXVIII. v. a.) quia cum Pescone est congressa.)

138. (Adletha de Nesamislicz Jesconi dicto Squara vxori sue et heredibus suis VI laneos ibidem in Nesamislicz et vnam curticulam cum pleno dominio prout ipse tenuit vendidit hereditarie possidendos, Et si in libro inuenietur debet deleri.)

139. Przibico Perla de Rostan Wilhelmo de Kleczan suis et heredibus ibidem in Rostan Curiam arature X marcas census Molendinum cum omnibus pertinencijs suis prout ipse tenuit et possedit vendidit hereditarie possidendam.

140. Ottusch de Slesan Dorothee vxori filij sui ibidem in Slesan LX marcas racione dotalicij deputauit et hoc ad manus Lewiconis patris eiusdem.

141. Stach de Trubek Ottuschoni de Slesan et suis heredibus ibidem in Slesan III laneos cum omni Jure prout tenuit vendidit hereditarie possidendos.

142. Margaretha relicta Wolframi de Perne dotalicium quod habuit in Perne et in Crasna Pitroldo de Prusch generi suo LX marcas grossorum libere resignauit.

143. Vyt de Tupecz domino Cuniconi de Drahotusch et suis heredibus in villa Tvpecz Curiam arature septem quartalia censualia II curticulas cum omni Jure et dominio prout tenuit vendidit hereditarie possidendam.

144. Sbinek de Drzinowe Tyeschnye et heredibus suis vxori Czenconis de Pulicz in Wyczemirzicz terciumdimidium laneos cum suis pertinencijs prout ipse tenuit vendidit hereditario Jure possidendos.

145. Sbinca vxor domini Vlrici de Boscowicz dotalicium quod habuit in bonis videlicet in Postupek Boyanowicz et Mirotkach extabulauit, vbicumque in libro reperietur debet deleri.

(F. LXVIII. v. b.) **146.** (Domini Vlricus et Jesco fratres de Boscowicz Beneschio de Wyczcowa et heredibus suis villam Postupek totam cum pleno dominio villam Mirotky totam et in villa Boyanowicz VIII laneos III subsides mediam tabernam pleno dominio et omni Jure prout ipsi tenuerunt nichil ibidem penitus Juris reseruantes vendiderunt hereditarie possidendas.)

147. Margaretha quondam Lutoldi de Pawlowicz dotalicium quod habuit ibidem videlicet CXXX marcas grossorum mandauit deleri vbi reperiretur de quo dotalicio ex ipsius voluntate transducitur in villam Tupecz per dominum Cuniconem de Drahotusch super alio dotalicio videlicet Centum marcis grossorum de quibus assignauit Bohusschio maiori

1371. ipsius de Drahotusch LXXX marcas grossorum (et Kaczne filie sue XX marcas.) *Delecio facta est de consensu Janconis de Pawlouicz fratris ipsius eciam adiuncto quod Buhusius de Drahotus eidem det XX marcas in paratis.*

148. Vrsula et Kaczna de Chwalcowicz Sorores Anne vxori et heredibus suis vxori Mathei de Ratay in villa Chwalcowicz terciumdimidium laneos censuantes et Nywi totum quidquid ibidem habuit nichil sibi ibidem reseruantes cum pleno dominio vendiderunt hereditario Jure possidendos.

149. Jenecz de Pawlowicz Fridrico de Patersin et suis heredibus in villa Pawlowicz Curiam arature IIII laneos minus quartali tabernam duas partes Balnei cum omni Jure et dominio prout tenuit vendidit hereditarie possidendam.

150. Fridricus de Patterzin Anne vxori sue in villa Pawlowicz super Curia suis cum pertinencijs et super vno laneo ibidem LX marcas racione veri dotalicij deputauit.

151. Vlricus de Prossenicz Bohusschio de Drahotusch et suis heredibus in villis Tupczy et Chilcze III laneos minus quartali vnum ortum cum Juris pleno dominio vendidit hereditarie possidendos et hoc ad manus domini Cuniconis de Drahotusch.

(F. LXIX. r. a.) 152. Jesco de Heroltycz et Philippus de Swabenicz fuerant cum bonis eorum congressi hanc congressionem debet deleri et extabulari. (sic.)

153. Onscho de Swabenicz Smyloni de Leschnicz et heredibus suis omnia que habet vel vero habebit libere et hereditarie resignauit videlicet in Swabenicz XI et medium laneos VI curticulas maiores et IIII minores medium Balneum vnam vineam III curticulas maiores in plathea versus Sczeczin II curticulas minores vnum Molendinum ibidem IX tabernas IIII Maccella in Schebnicz sextumdimidium laneos (in Dyetkowicz Curiam duarum araturarum III laneos IIII curticulas, V curticulas minores II tabernas.) *Nota. Boczko Erhardus et Vlricus fratres de Lestnycz recongnoscunt quia in sex laneis in Swabenicz nullum Jus habent omnino.*

154. Heresch de Swabenicz contradicit hanc resignacionem dicens se partem habere ibidem.

155. (Vnka et Wickan filius eius dicti de Maietyn Medwietkoni de Tirsicz et suis heredibus et Wenczeslao de Doloplas auunculo suo in villa Swesedlicz omnia que ibidem habent exclusis III quartalibus cum omni Jure et dominio prout ipsi tenuerunt dando bona pro bonis videlicet prefata bona pro bonis in Tyrsicz hereditarie possidenda. *Terciam partem et in villa Byla eciam terciam partem pleno Jure et dominio et terciam partem Judicij.)*

156. Medwiedko de Tyrsicz Vncze et Wicknano de Maietyn omnia que ibidem habet nichil sibi Juris reseruando videlicet predicta bona pro bonis Swessedlicz hereditarie possidenda et villam Byela cum omnibus bonis in parte sua quam ibi habet nichil sibi reseruando hereditarie resignauit.

157. (Anka vxor Wlczconis de Ratay resignauit dotalicium quod habuit in Tyrsicz Medwietkoni filio suo ob hoc quod filius predictus paratas pecunias sibi dedit et assignauit.) 1371.

158. (Medwietko de Tyrsicz Wenczeslao et Alschoni de Doloplas in Swessedlicz villa quinque marcas census racione veri pignoris (F. LXIX. r. b.) in L marcis racione veri census obligauit.)

159. Luczek de Vgyesd domino Wockoni Drslao et Laczconi fratribus de Crawarn ipsorumque heredibus villam Domaselicz cum omni Jure et pleno dominio nichil sibi in eo reseruando vendidit hereditarie possidendam.

160. Swatusch de Paczlawicz omnia que ibidem habet cum pleno dominio et Jure Bohuscze de Kokor et suis heredibus libere resignauit dominus vero Stiborius de Czinburk huic resignacioni contradicit.

161. Dalibor de Eywan pueros suscepit super omnia sua bona et in omnia bona que habet in veram congressionem.

162. Magdalena relicta Sdenconis de Domaselicz domino Cuniconi de Drahotusch dotalicium quod habuit in Osschyeczka super Molendino et siluis vendidit Jure dotalicij possidendum.

163. Luczko de Vgiesd contradicit vendicioni dotalicij prefati eo quod non est ipsius domine sed filie eius.

164. Sdislaw de Lutenczicz Kvncze vxori sue ibidem in Lutenczicz super IIII laneis XXX marcas racione dotalicij secundum Jus terre deputauit.

165. Katherina vxor Martinconis de Bukowicz dotalicium quod habuit in Nyetkowicz videlicet Centum marcas grossorum vbi reperietur debet deleri quia supra alia bona est traducta in Brvnnensi districtu.

166. Eua relicta Dluhomilonis Woyczesconi et suis heredibus omnia que habuit et habet in villa Sobybrzuch Mvnicionem cum Jurepatronatus et pleno dominio prout ipsa tenuit vendidit hereditarie possidenda.

(F. LXIX. v. a.) 167. Dyethochius de Schonwald et filius suus Dyethochius cum omnibus que habent vbicumque inuicem sunt congressi.

168. (Dyethochius de Schonwald Ofcze vxori sue super media villa Passek LXXXX marcas racione veri dotalicij deputauit.)

169. Dyethochius filius Dyethochij de Schonwald Margarete vxori sue super mediam villam Passeka parte secunda super omnia que ibidem (habet?) ducentas L. marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit et hoc ad manus Jeniconis de Dobroticz.)

170. Ofca de Bolalucz dotalicium quod ibidem habuit Valentino de Przestawlk et suis heredibus videlicet XXX marcas racione veri dotalicij obligauit et vbi reperietur debet deleri.

171. (Budislaw de Racodaw pueros suos Jesconi Hromade tutorio nomine legittime commisit.)

172. Pawel dictus Jamka Gindrzihoni de Lesschowa et suis heredibus in villa Podhradi Curiam arature cum omni dominio Jure hereditario vendidit possidendam.

173. (Gyndrzich de Lesschowa Margarete vxori sue super omnia que in Podhradi habet XXX marcas racione veri dotalicij deputauit.)

1371. **174.** Sczepan de Honeticz Onschoni de Hulyn et suis heredibus ibidem in Honeticz curiam arature cum omnibus suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam.

(F. LXIX. v. b.) **175.** Margareta filia Swatusschij de Nesamislicz dotalicium quod habet in Paczlawicz videlicet Centum marcas Thobie de Paczlawicz de predictis Centum marcis LXX marcas indulsit.

176. (Adam de Luczky Anne vxori sue ibidem super VI laneis C. marcas racione veri dotalicij deputauit.)

177. Adam et Wolfram de Luczky et Beneschius de Schonwald cum omnibus que habebant erant congressi et iam sunt digressi et vbi illa congressio reperietur debet deleri.

178. Wanczek et Bodek fratres de Neleschowicz cum omnibus que habent uel habere poterint inuicem sunt congressi.

179. Ottan dictus Kosa Ofcze vxori sue in villa Tyeschicz super alterodimidio laneo XV marcas racione veri dotalicij deputauit.

180. Ofca relicta Mathei de Opprostowicz dotalicium quod ibidem habuit videlicet L marcas Ottankoni marito eius et sibimet suis et heredibus libere resignauit.

181. Dowesch de Paczlawicz domine Johancze et suis heredibus omnia que vbicumque habuit cum pleno dominio libere resignauit.

182. Rachut de Lodenycz Friczconi in Wischaw suis et heredibus in villa Tokkowicz Curiam cum pratis Rubetis omni Jure plenoque dominio proutmet tenuit vendidit hereditarie possidendam. Et vbicumque in libro inuenietur debet deleri.

(F. LXX. r. a.) **183.** Marouecz de Sdetyn [1]) Ottoslawoni de Sczetyn ibidem Curiam cum omni dominio prout ipse tenuit vendidit hereditarie possidendam et vbi in libro reperietur debet deleri.

184. Otthyslaw de Sczetyn Sdincze vxori super omnia que ibidem habet XX marcas racione veri dotalicij deputauit.

185. Onscho de Swabenicz publicauit super Suliconem de Paczlawicz quod si veniret vxori sue dotalicium inponere volens hoc contradicit quia X marcas minus fertone in ipso se dixit obtinuisse.

186. Johan de Dobroscowicz publicat super eundem Suliconem quia eo modo et Jure X marcas minus fertone se retulit obtinuisse.

187. Vyd de Tupecz Boyankoni et fratri suo de Waczenowicz in villa Opprostowicz Curiam arature et II curticulas vendidit hereditarie possidendam.

188. Moyses de Chilecz Vyto de Tupecz suis et heredibus in villa Lasnik Curiam arature cum omni Jure et dominio proutmet tenuit vendidit hereditarie possidendam.

189. Friczczek de Wysschaw Sudcze vxori sue in villa Dyetkowicz super Curia ibidem XL marcas grossorum racione veri dotalicij ibidem deputauit.

190. Mikesch dictus Quasschowecz de Lasnicz Vito de Tupecz et suis heredibus in villa Lasnyk Curiam arature et vnam curticulam prout tenuit vendidit hereditarie possidendam. Et dotalicium Mixiconis si inueniretur debet deleri. 1371.

(F. LXX. r. b.) **191.** Margareta relicta Wolvrami dotalicium quod habet in villa Perne debet deleri.

192. (Vlricus dictus Howora Anne vxori sue in villa Koslowecz et Prusch super omnia que habet LXXX marcas racione veri dotalicij deputauit. *Et intabulat Wenczeslao notario fratri vxoris et heredibus suis de Mladyeyow.)*

193. (Rusch de Kokor Dorothee vxori sue super Curia et omnia que habet in villa Wynarzi L marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit.)

194. Sbinek cum fratribus de Kokor Sdenkoni de Kokor et suis heredibus ibidem Curiam cum suis pertinencijs V quartalia censuancia II tabernas III curticulas I molendinum et ea que ibi habet excluso Jurepatronatus et vno orto vendidit hereditarie possidenda.

195. Herscho de Roketnicz notificat quod Medwyetko de Tyrnicz non habet tantum in villa Byele, sed dominus Herscho duas partes ibidem et medium laneum et locum molendini.

196. Sdenek de Kokor Mukarzsoni et patri sui (sic) et fratribus de Kockor in villa Lischkach vnum laneum cum omni Jure et dominio proutmet tenuit vendidit hereditarie possidendum.

197. (Rusch Doloplaz dotalicium quod habet in villa Schulichowicz super Curia que vocatur Mrakesch et Koschlik videlicet L marcas post obitum Johancze vxoris sue super quas pecunias pueros suos in veram partem porcionis omnium bonorum suscepit. *Nobilis dominus Benessius de Crawarn Camerarius vnacum Jaroschio Kuzel contradicunt.)* [2])

(F. LXX. v. a.) **198.** Woyetyeschek de Sobebrzuch contradicit hanc inposicionem in Schulichowicz quod idem Rusch minus iuste sibi inponit et intabulauit inponendo.

199. Cvniko de Drahotusch Anne vxori filij sui super villa Luboswar cum omnibus suis pertinencijs nichil sibi Juris reseruando ibidem Centum marcas grossorum racione veri dotalicij obligauit et hoc ad manus Peczonis dicti de Wart.

200. Petrus Hecht de Rossicz Religiosis Priori et conuentui ordinis fratrum Augustinensium in preurbio Brvnnensis Ciuitatis noue fundacionis Curiam in Brzesschowicz cum lignis et omnibus pertinencijs prout ipsemet tenuit et rexit libere et voluntarie resignauit.

201. Johannes Marchio Morauie dominis Bohusschio et Bernhardo dictis Hecht de Schuczendorff heredibusque ipsorum de uilla Lasy minus cum omnibus iuribus suis etc. nichil iuris sibi reseruans in eadem, racione permutacionis seu mutui loco Rzimicz condescendit hereditarie possidenda. [3])

[1]) *Das im Orig. Ms. vorstehende „Sczeschetina" ist unterpunktirt.*

[2]) *Am linken Rande des Schlusssatzes steht von derselben fremden Hand das Wort „Odpor."*

[3]) *Vergl. Einlage n. 80. d. B.*

1371. (Folia duo sequentia impaginata vacant, quæ sequitur Registrum domini Johannis de Crawarz alias de Tyczyn — i. e. libri I. Olomuc. Cudae. — ordine alphabetico confectum in XIV. foliis.)

Incipit liber domini Benessij de Straznicz, LXXIII°. [1])

1373. (F. I. r.) **202.** Anno domini M° CCC° LXXIII° Sabbato in Crastino Sancti Johannis Babtiste [2]) Colloquium Celebratum fuit per Nobiles dominos Benessium de Crawarn alias de Straznicz Supremum Camerarium Czude Olomucensis, Jaroslaum de Knyehnicz et Wenczeslaum prothonotarium Presentibus dominis Scztiborio de Thowaczow Wockone de Crawarn Pothone de Holstein Jescone et Sdencone de Zabrzich fratribus Zdencone et Smylone de Zabrzich etc.

203. Pessik de Welethin domino Johanni Marchioni et heredibns suis villam Bilewsko totam cum vniuersis pertinencijs Jure pleno et dominio vendidit nichil sibi reseruans hereditarie possidendam, Item villam Richlow integram et totam ut supra cum Jure.

204. Beneschius de Crawarn alias de Straznicz Camerarius Czude verus et legittimus commissarius et tutor Judoci et Zigismundi orphanorum Franconis olim de Cunouicz nomine et vice ipsorum Serenissimo domino Johanni Marchioni Morauie et heredibus suis villam Hlinska totam cum vniuersis Juribus pleno dominio nichil ipsis orphanis reseruans Juris ibidem vendidit hereditarie possidendam.

205. Walentinus de Prziestawilk Janaczoni de Traplicz in villa Olschan XL marcas Jure dotalicij post Sororem eius Rachnam in Curia arature et thaberna desolata libere assignauit.

206. (Janacz de Traplicz Rachne vxori sue in villa Paczlauicz Bonis quibus est possessa LX marcas grossorum iure veri dotalicij sex marcas census annui libere assignauit.)

207. Sulik de Conicz orphanos de Raycz cum bonis illis quibus habet in Obora Sczlup et Lchotha veram suscipit in coniunccionem quod spolek wlgariter dicitur.

208. Sulik de Chonicz Johannem Seniorem de Mezericz qui et de Namescz vocatur ipsum solummet, excipiendo et excludendo heredes ipsius Johannis in veram suscipit coniunccionem.

(F. I. v.) **209.** Jacobus de Seluticz filijs suis pro necessitatibus in Seluticz et in Klobvczek non Racione diuisionis sed racione necessitatis assignauit.

210. Hodka de Midlowar Margarethe sorori sue de Midlowar Curiam arature omni Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendam nichil sibi Juris reseruans ibidem in villa Midlowarz. 1373.

211. Raczek de Wessele et Pessek de Wessele cum omnibus bonis que in Vessel habent invicem sunt congressi.

212. (Pablico de Eulenburg Kaczne vxori sue in villa Passeka decimamterciam dimidiam marcas grossorum census annui in Centum et XXV marcis grossorum Jure veri dotalicij libere demonstrans assignauit ad manus fideles Nobilis Styborij de Czinburg alias de Thowaczaw est promissus.)

Ex isto dotalicio mediam partem domina Kaczna Paulo filio suo resingnauit, et aliam medietatem pro se reseruauit. Item idem Paulus aliam medietatem ipsius dotalicij ab ipsa domina Kaczna redemit sic quod Kaczna non habet hic dotalicium aliquod. [3])

213. Blisek de Domamaslicz Herhardo de Cunstat nobili et heredibus ipsius in villa Sdetyn laneum censualem eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendum.

214. Marehss de Wladyecho Vgesda heredes suos in et cum bonis suis in veram suscipit coniunccionem que dicitur wlgariter Spolek.

215. Vnka de Magetyn Miles Wylemowy de Ohniczan et heredibus suis in villa Zakrzowicz omnia spectancia ad Czudam Olomucensem spectancia (sic) que habet, pheodo dumtaxat excepto, eo Jure quo tenuit nichil sibi in eisdem Juris reseruans vendidit hereditarie possidenda.

216. (Petrzik de Peterzwald Cecilie vxori sue in villa Buk VIII marcas grossorum census annui veri dotalicij pro LXXX marcis grossorum libere assignauit.)

217. Elzka de Turowicz Dythrzhoni de Prussinowicz in villa Prussinowicz VI marcas grossorum census annui Jure dotalicij eo Jure quo tenuit vendidit possidendas.

218. Dyetrzch de Prussinowicz Valentino de Przestawlk et vxori sue in villa Jaroslawicz III marcas census annui racione dotalicij Jure quo tenuit libere assignauit.

219. (Vlricus de Prosenicz Barzowi de Czichowicz in villa Olbramicz heredibus suis et vxori sue totam villam nichil sibi in eadem reseruans hereditarie vendidit possidendam.)

220. (Valentinus de Przestawlk Elscze vxori sue super CL marcis grossorum racione et Jure veri dotalicij in villa Bystricze terciumdimidium quartale in Tirsicz villa VII laneos et in Byela villa X marcas grossorum annui census in Lchotha dicta Rziwynow [4])

[1]) *Hier beginnet der II. grössere Theil des mit dem Krawařischen Wappen gezierten II. Olmützer Quaternes, welcher auf dem Pergament-Umschlage oberhalb des erwähnten Wappenschildes folgende von einer etwas späteren Hand herrührende Aufschrift führet: „Secundus Liber domini Benessij de Crawar domini de Straznycz et Plumnow Camerarij supremi Czude Olomucensis sed primus liber ipsius Incipit in libro domini Johannis de Crawar,“ wobei bemerkt werden muss, dass das Wort „Secundus“ von einer anderen Hand und mit einer blasseren Tinte geschrieben ist. Nach einem leeren Zwischenblatte steht am oberen Rande (Fol. I. r.) der obangeführte Titel, welcher von derselben Hand herrühret, wie jene des I. Olm. und Brünner Quaternes.*

[2]) *d. i. den 25. Juni.*

[3]) *Die ganze Schlussbemerkung steht am rechten Rande der Einlage n. 212.*

[4]) *Diese zwei Worte stehen am linken Rande der Einlage bei einem Kommente.*

1373. tota et III marcas annui census in villa Jaroslawicz libere resignauit.)

221. Margaretha de Midlowar cum marito suo dicto Srp et heredibus suis cum bonis habitis in Midlowar sunt inuicem congressi.

(F. II. r.) 222. Nos Johannes dei gracia Marchio Morauie Vniuersis et singulis Tenore presencium volumus fore notum, Quod cum Reuerendissimus in Christo pater et dominus, dominus Albertus Magdeburgensis Archiepiscopus, Germanie primas, amicus noster karissimus, perpendens naturam humanam esse fragilem transitoriam, et presentis vite terminum breuem, Ex consincero deuocionis affectu, felici et Sancto proposito inductus Monasterium Canonicorum regularium ordinis Sancti Augustini in Opido suo Sternberk in remedium anime sue de nouo fundauerit, erexeritque, illud in Titulum et inscripcionem sancte Marie, et Anunciacionis dominice, pro inhabitacione Quatuordecim Canonicorum cum preposito, Sed considerans, quod Canonici in eodem Monasterio existentes et spiritualia in simplicitate cordis ministrantes continue, diu stare non possunt, temporalium nisi adiuuante suffragio nobis cum instancia debita supplicauit, Quatenus vt prefatum suum Monasterium de sua propria hereditate et bonis patrimonialibus dotare posset, nostrum inpartire vellemus consensum, Nos igitur considerantes, quod bone rei dando consensum et presentis vite comodum et eterne beatitudinis premium expectamus, Intuentes eciam fidelissima et grata seruicia suorum Progenitorum nobis et antecessoribus nostris exhibita, ac ipsius domini Archiepiscopi fidem constantem quantum ad nos semper habuit, habet, et habere poterit, domino propicio infuturum, Ipsius peticionibus inclinati, ipsas iustas reputantes, concedimus, vt ipse de sua propria hereditate seu de bonis suis patrimonialibus in Terra nostra Morauie existentibus, Illi suo Monasterio nouo et Canonicis in eodem pro tempore domino famulantibus donare valeat in perpetuum, vsque ad Centum marcarum inclusiue grossorum Pragensium Morauici pagamenti annui veri census, talique Jure, omne Jus in ipsos Monasterium et Canonicos transferre, prout ipse tenuit illa bona et possedit, Et Promcius vt jllud Monasterium dotare possit cum Centum marcis annui Census premissorum, et de certa nostra sciencia indulgemus generose, Mandamus eapropter seriose Camerario et vniuersis et singulis Officialibus Czude Marchionatus nostri Morauie, vt ipse et quilibet ipsorum, dum et quando prefatum dominum Archiepiscopum requisiti fuerint dicta bona Centum marcarum census citra data et donata, per ipsum Monasterio et Canonicis predictis fideliter intabulent et ad acta Terre nostre pro hereditate perpetua dicto monasterio imponant gracie nostre sub obtentu, In cuius rei testimonium sempiternum presentes nostras literas damus desuper sub Sigilli nostri appensione. Datum Brvnne Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimoprimo die quinta Mensis Julij.

Virtute cuius gracie et admissione speciali Nos Albertus episcopus Luthumuslensis dominus in Sternberk honorabilibus preposito et Canonicis venera- 1373.
bilibus domusque nostre Conuentui Monasterij in Sternberk in Wysschowicz villa nostra XXXI et mediam marcas grossorum annui census in Stadilcze VIII marcas grossorum Census cum Molendino in Stadlcze ibidem Curiam cum duobus Laneis duas marcas soluentibus quarum Summa XL et alteradimidia marce se extendunt hereditarie et perpetue dantes assignamus.

223. Woyslaua de Tupcze Rychwino de Vgezd in Vgezd Wladiczie vnum laneum cum siluis et suis pertinencijs eo Jure quo ipsa tenuit nichil sibi penitus reseruans. Ipsa Woyslawa Jus suum dotalicij et Dluhomil cum Nicolao fratres et filij ipsius hereditarie vendiderunt possidendum.

(F. II. v.) 224. Ich Sdenko von Sternberg wergich etc. das mir mein lieben Sweger, di Erbern herren her Wernher von Meissaw, Obristr Marschalch in Oestreich, her Cunrad von Meissaw sein prudr, her Hannrich von Meissaw, obristr Schenk, vnd czu den czeiten Lantmarschalch in Oestereich, Her Vlreich, vnd herre hans von Meissaw, desselben herren Heidenreichs prûdr, gegeben habn czu meiner hausfrawen frawen Kathrein irer Mumen, herren Otten seligen Tochtr von Meissaw, Acht hundrt phunt braitr Wyenner phenning czu rechtr Heimsteur, nach dem landes recht czu Oesterreich. Wann ich diselben Phenning czu meinem nucz emphangen vnd anglegt han, darvmb so han ich si den egenanten frawen Kathrein, meiner hausfrawe, meynen Swegern von Meissaw vnd iren Erben widrlegt vnd in dofûr ausgeczaigt vnd gesaczet in dem rechten, als hernach geschriben stet, mit aller meyner Erben guetem willen vnd gunst, mit frdachtem mut, vnd nach rat meyner nechsten freunde, czu der czeit do ich es wol getûn mochte, drei vnd fumfczig March grosser Prager phennig, Merherischer czal geltes, gelegn auf dem gût czu Dubicz vnd alles das, das darczu geheret, Maierhôf, Wald, Wismad, czu Weld vnd czu dorfe, es sei gestifft, odr vngestifft, wersucht, odr vmfersucht wie so das genant ist mit allen nûczsen, eren vnd rechten, als ich es herprocht han, also mit ausgenomener rede. Ist das die forgenant frawe Kathrein meyn hawsfraw khind mit mîr gewinnet, dorauf schol denn, noch vnserer paider tode, das forgenant gût, erben vnd gefallen, Wer abr das ich obgenanter Sdenco abgieng, mit dem tode, e denn di forgenant mein hausfraw vnd das wîr mit einandr nicht Chind gewinnen des got nicht welle, adr ab wir mit einandr Chind gewinnen vnd das di auch abgiengn e, wenn diselb mein hausfraw so schullen denn, mein nechst Erbn das forgenant gût, von ir losen, noch meinem tode, inner Jars frist, vmb Acht Hundrt Phunt Wyenner Phenning, vnd schol si di weil dasselbe gût genyesen, vnd nuczsen, an allen abslage, Gyeng abr diselbe mein hausfrawe ab mit dem tode, e denne ich, vnd das si mit mir nicht chind geuunne oder ob si chind geuunne, vnd daz di ouch obgiengen, e denn ich, dennoch so schol ich daz vorgenant gût in nucz vnd in gewer ynnhaben vnuorchummert vncz an meynen tod,

1373. alz haymsteur recht ist, vnd dez lanndes recht czu Oesterreich vnd noch meynem tode, so schullen denne mein nechst erben dasselbe gůt von den egenanten meinen Swegern, von Meissaw, vnd von iren Erben losen, Abr noch meynem tode ynner Jarz friscz Acht hundrt Phunt Wyenner Phenning vnd schullen auch, weil diselben mein Sweger, vnd ir Erben, das forgenant gůt nisen vud nuczsen an allen abslag, Wer abr, das mein nechst Erben, das forgenant gůt von der egenanten meyner hausfrawen, adr ab si nicht wer, von den obgenanten meynen Swegern von Meissaw, vnd von iren Erben nicht losten noch meinem tod, ynner Jars frist, ab es czu schulden kumt, als worbeschaiden ist, So habent denn diselben mein hausfraw mein Sweger, vnd ir Erben wollen gewalt vnd recht, das forgenant gůt, czu forchaufen, vnd ferseczen wem si welnt, vnd allen iren frumen domit czu schaffen an allen irrsal als ferre, das si di forgenante acht Hundrt Phunt Phenning gancz vnd gor do fon ferrichtet, vnd gewert werden, Vnd also lůb ich obgenanter Sdenko von Sternberg den worgenanten meyner hausurown, meynen Swegern, vnd irn erben, das ich in (F. III. r.) das egenant gůt ze Dubicz in allen den Půnden, vnd rechten so vor an dem prief geschriben stet, legen schol, in di lanttaueln zu Merhern, als desselben landes recht, vnd gewanhait ist, von dem heutigen tag als der Prieff gegeben ist, inner Jars vrist, an alle verziechnusse, vnd gewerd, vnd durch merer sicherhait, han Ich in darvmb ze Purgeln gesaczt, di erbern herren, meinen Pruder herren Smilo von Sternberg, meynen feter, herren Mathesen von Sternberg, herren Beneschen von Crawarn, hern Hansen von Luchtenburg, herren zu Fettaw, herren Czenken von Lethowicz, vnd herren Vlreichen von Bozkowicz vnuerscheidnlich mit zusambt mir, was in, an vnser einem abget, das schullen si haben an dem andern, mit der beschaidenhait, were das de oftgenante vrowen Katherein irn fetern von Meissaw, vnd iren erben, das egenant gůt in di landtaueln zu Merhern nicht gelegt wrd, in der czeit, vnd in dem rechten so wor geschriben stet, so habnt si gewalt, vns obgenanten Siben, dar vmb zemonen, vnd welich si denn vnder vns menent vnd vodernt, der schol iegleicher einen erbern chnecht, selbandern, mit czwein pherten, des nechstn tags dornach zu Egenbůrch in ein erber gasthaus senden vnd in legen, wo si vns hin zaigent, vnd schulln di da innligen, vnd laistn, als innligens, vnd laistens recht ist, vnd da nimmer auschomen, vncz das in das vorgenante gůt, in di egenanten lanttaueln geleget werd, in dem rechten so vor, an dem brief verschriben ist, das luben wir, in vnuerschaidenlich stet, czu haben, vnd ze uolfůren an alle widerred, vnd geuerd, mit vnsern trewen, vnd wenne in das also volfůrt wirt, So bin ich egenannter Sdenko, von Sternberg mit sambt den obgenanten Purgeln, vmb di vorgeschriben gelube vnd sache, genczlich von in ledig, vnd los, vnd schullen Si vns denn, 1373. den gegenburtigen Brieff widergeben, vann der ist den tot, vnd zenichte, vnd hat fůrbas chain chraft, vnd dorvber geben wir obgenante, ich Sdenko, ich Smilo, ich Mathes von Sternberg, ich Benesch von Crawarn, ich Hans von Vettaw, ich Czenk von Lethowicz, vnd ich Vlreich von Bozkowicz den brief ze einer waren vrkunde der sache versigilten mit vnsern angehangen Insigiln, Datum . . .

225. Wseborius de Namyescz Haynussio et Scheflino fratribus de Vstyn heredibusque eorum in villa Smrznicz Curiam tria quartalia medium laneum mediam tabernam eo Jure quo tenuit nichil sibi reseruans hereditarie vendidit possidendum.

226. Sdenek de Sczekyna et Dywa de Sczekyn cum omnibus suis in Czekyn vbi habent seu habere potuerunt inuicem sunt congressi.

227. Mukarz de Kokor et Schach de Kokor cum omnibus suis in villa Prossenicz et vbicumque habent seu habere potuerunt invicem sunt congressi.

228. Wseborius de Namyesczecz Petro Thenk de Costel et Mixikoni fratri suo de Smrznicz de villa Smyrznicz Curiam tria quartalia (medium laneum) medium balneum mediam tabernam eo Jure quo tenuit nichil sibi reseruans hereditarie vendit possidendum.

(F. III. v.) **229.** (Potha de Losczicz Agnescze Machinconi Marito [1]) ipsorum et heredibus quos habet et habebit cum Machincone in villis Drahonowicz in Lubenicz quidquid ibi habet eo Jure etiam quo tenuit nichil sibi reseruans libere et hereditarie resignans condescendit), *presentibus Wancone de Luchtenburch et Pothone filio ipsius.*

230. (Martha de Charwat vxor Andree Boemi de Olomucz eidem Andree ibidem in Charwat Curiam arature IIII marcas census cum siluis pratis omni et pleno Jure quo tenuit et heredibus suis habitis et habendis cum Andrea resignauit hereditarie possidenda.) [2])

231. Fridussius de Stulbach duos laneos in Dobrczicz quos inthabulatos habuit excipiens de tabulis Sudkoni Byelacze de Bylawsk vxori et heredibus eosdem II laneos in Dobrczicz vendidit hereditarie possidendos resignauit.

232. Fridussius predictus Katherine alias Kaczcze vxori sue in villis Wlkoss Wesky et medio Kokor et Bohorcz que pars sua est cum Jure omni prout dotalicium Jus habet terre Excepta solum silua dicta Weseczky quingentas marcas pro ipsius dotalicio deputauit tenendum eo Jure vt prefertur et libere assignauit.

233. (Vnka de Mayczin Tyessoltoni de Rakodaw vxori et heredibus Curiam in Olsan arature et subsidem cum pratis et eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendam.)

234. Gyndrzih et Prothiwecz fratres de Sastrzihel cum omnibus suis habitis et habendis in presenti et futuro invicem sunt congressi.

[1]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von einer anderen Hand geschrieben.*

[2]) *Am Schlusse dieser Einlage steht von derselben Hand jedoch durchstrichen „Querendum est in Registro.“*

1373. 235. Raczko et [1]) Theodricus presbiteri fratres de Thirssicz Valentino de Przestawlk septem laneos censuales omni Jure et dominio quo tenuerunt in villa Thirssicz hereditarie vendiderunt.

236. Kaczena de Chwalkowycz Marquardo de Rathay marito suo et heredibus in Chwalkowicz villa Curiam arature vnum laneum censualem cum pratis siluis et suis pertinencijs eo Jure quo tenuit condescendens resignauit hereditarie possidendam.

(F. IV. r.) 237. Zewissius de Tessow Wlkoni de Slussowicz villam Tesschow totam cum omnibus suis pertinencijs et pleno dominio quo ipsemet tenuit nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam.

238. Ondsrey Woyczech et Wlk fratres de Sarow cum omnibus bonis eorum habitis et habendis in futurum invicem sunt congressi.

239. Hincziko de Naklz Anne vxori sue LXXV marcas grossorum in villa Domaselicz tota, exceptis municione Curia arature piscinis siluis pratis Juxta Jus et consuetudinem dotalicij libere resignauit.

240. Bohussius de Opatowicz Bedsrichoni de Oppatowicz in villa Rudka medium laneum et vnam curticulam vendidit hereditarie possidendam.

241. Bohuska de Kokor Jesconi Squarcze de Nesamisslicz in villa Wiczemylicz vnum laneum cum Jure quomet tenuit hereditarie vendidit possidendum.

242. Adliczka de Wiscowicz Relicta Kawachy veniens coram beneficiarijs publicauit si aliquod Jus haberet in villa Necicz dotalicij sui hoc exponi debetur et nullum Jus in eodem habere. [2])

243. (Vlricus Hecht de Rossicz Katherine vxori sue ducentas et L marcas grossorum in villa Rybnyk tota et integra, si defectus fuerit, qui de Pruz parua [3]) deperiret in villa Ribnik extunc in villa Serawicz in parte sua, quam ibi habet supplens in uero Jure dotalicij et more terre dothalicij libere resignauit.)

244. Petrus Hecht de Rossicz Vlrico Hecht de Rossicz fratri suo villam Hrussowicz totam et partem ville Zerawicz cum pleno Jure vsibus prouentibus vniuersis prout ipsemet tenuit et habet in tabulis terre vendidit hereditarie possidendam.

245. (Czirnyn de Lesnicz Dorothee vxori sue in Curia Lesnicz XIII marcas dotalicij veri libere assignauit.)

246. Margaretha de Husowa Reuerendo domino Albertho Episcopo Luthomislensi et domino de Sternberg in villa Husowa vnam marcam census eo Jure quo tenuit et libere assignauit.

247. (Martinus de Tworowicz Rudyhoyo filiastro suo et Dobcze sorori sue de Coyetin in villa Tvorowicz et in villa Czelczicze omnia que ibidem habuit omni Jure quo tenuit libere et hereditarie assignauit.)

248. Bohuska de Kocor Pesconi Holohlaw dicto Slamani in villa Paczslawicz municionem Curiam arature duas araturas, duas piscinas siluas et omnia que ibidem habuit mediam collacionem ecclesie cum Jure et dominio quo ipse tenuit nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidenda. 1373.

249. Ditsrich de Prusenowicz Hersoni de Rocketnicz commitit veram tuicionem puerorum suorum et orphanorum fratris sui Mladothe post decessum ipsius decessum (sic) sicut vero et legittimo commissario ad tuendum.

(F. IV. v.) 250. Herez de Swabenicz Jesconi dicto Kralik de Turowicz in villa Dytkowicz Curiam II laneos habentem cum omni Jure et prouentibus proutmet tenuit Sibi et vxori sue ac heredibus vendidit hereditarie possidendam.

251. Przibek de Rubani Buckoni de Borotin militi in villa Rubanina totum quidquid habuit pleno Jure quo tenuit eidem assignans extabulauit. [4])

252. Zasema de Dirslawicz Schachoni de Zsarowa Curiam arature pratis pascuis cum omnibus Juribus nichil sibi reseruans vendidit et libere resignauit.

253. Czirch de Kocor cum Sdencone de Kokor cum omnibus bonis suis que ipse Czirch habet et ipse Sdenco viceuersa cum orto solum vno sito prope ecclesiam in Kocor inuicem sunt congressi.

254. Zrechorz Masanecz miles Alzoni de Sdanicz in villa Poczenicz Curiam cum araturis VI, subsides duos, IIII laneos censuales, Molendinum, III tabernas, mediam piscinam cum rubetis et pertinencijs vniuersis pleno dominio quo tenet Jure hereditarie vendidit possidenda. [5])

255. Alsik de Sdanicz Agnescze vxori sue Centum marcas grossorum veri dotalicij in Poczenicz Curiam quam emit assignans demonstrauit.

256. Pessiko de Branowicz Bolico de Rudka cum omnibus suis que habent et habebunt invicem sunt congressi.

257. (Jacobus de Pruz dictus Konczek Domankoni de Hulina in villa Zirbczich Curiam arature, mediam villam cum Rubetis pleno Jure et dominio quo tenet hereditarie vendidit possidendas.)

258. (Domanko de Hulina Margarethe vxori sue LXX marcas veri dotalicij in villa prefata Sirbczy libere assignauit.) *Nunccius Geblinus et Deuczen.*

259. Stybor dictus Wlnak Ditrzichoni fratri suo de Prussenowicz et heredibus suis in villa Prussenowicz Curiam arature et omnia bona, que habuit nichil sibi nec heredibus suis reseruans vendidit hereditarie possidendam.

260. Ondrzei Zsarowecz Swochoni de Miloticz in villa Bodalicz (Przibcze vxori sue et heredibus suis) [6]) Curiam cum II araturis, II laneos censuales subsidem collacionem ecclesie totam cum omni Jure quo ipse tenuit et dominio nichil penitus sibi reseruans vendidit hereditarie possidenda.

261. Woytho de Wassan et Czasta de Wasan cum omnibus bonis eorum habitis et habendis inuicem sunt congressi, dominus Benessius Supremus camerarius fuit nuncius.

[1]) *Das im Orig. Ms. nachfolgende Wort „presbiteri“ ist durchstrichen.*

[2]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von anderer Hand „Nota extabulacio.“*

[3]) *Diese drei Worte sind im Orig. Ms. durchstrichen.*

[4]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von anderer Hand „Nota.“*

[5]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht: „Nota extabulari debet.“*

[6]) *Steht oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

1373. 262. (Woytho de Wasan Jacobo de Pruz Koneczkoni in villa Buskowicz V marcas annui census siluas et prata eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidenda.)

(F. V. r.) 263. Jacobus Konczek de Prus Wachne vxori sue in Buscowicz villa V marcas annui census Jure dotalicij ibidem assignauit.

264. Jacobus Konczek de Pruz Woythechoni de Wassan ibidem in villa Wasan vnum laneum V fertones censuantem cum Rubetis et pratis et II prata specialiter eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidenda.

265. (Pessik de Pteny Dorothee vxori sue XXXIIII marcas ueri dotalicij in villa Domisslicz super Curia arature et taberna libere assignauit.)

266. Sdinka Relicta Alzonis de Eywan domino Styborio de Czynburg dicto de Thawazaw et heredibus suis in villa Ywani omne Jus quod ibidem racione dotalicij habuit hoc ibidem libere resignans condescendit nichil sibi penitus reseruans.

267. (Herdon de Klopina et Budslawa vxor eius de Chudobin Johanni plebano de Odra Wygnando dicto Knab LXX marcas grossorum in Curia Duban quod Jure dotalicij tenuerunt cum omnibus suis pertinencijs Ipse Herdon et Budslawa eo Jure dotalicij vendiderunt habenda assignarunt.) [1])

268. Kaczena de Jablenan Swochoni de Miloticz dotalicium quod habuit in villa Bochdalicz totum nichil Juris sibi reseruans ibidem extabulauit Ludwico fratri dicte Kaczne dictis de Vbiecyn ex parte ipsius Kaczne cum ipsius consensu asserens eam infirmam dominus Benessius extabulare Jussit. [2])

269. Jurzik et Ondzrey fratres de Turowicz domino Sdenkoni et heredibus suis et domino Johanni fratri suo de Sterenberg alias de Luckaw in villa Cossrow Curiam arature IX fertones censuantem omnia et vniuersa que ipsi antiquitus tenuerunt, nichil eis penitus reseruantes cum omni Jure hereditario vendiderunt possidenda.

270. Bohuslab de Lascowa Margarethe filie sue vidue in villa Lascow Curiam minorem VII quartalia censuancia II curticulas et rubeta ad cremandum et sepiendum in L marcis grossorum dotalicij veri assignauit.

271. Bohuslaw de Lascow cum Margaretha et filijs heredibus dicti Bohusslai cum eadem [3]) Curia minori et ibi quidquid habet in Lascow et de Roh cum residua parte ibidem in Lascowa invicem sunt congressi.

272. Anna Relicta olym Katholdi de Zelathowicz Hersoni de Roketnicz militi et heredibus suis LXXX marcas grossorum quas racione sui dotalicij receperat super villa Zelathowicz has huiusmodi LXXX marcas verisimiliter in villa Zeletowicz eo Jure quo tenuit libere assignauit.

(F. V. v.) 273. (Dalebor de Trabnik Dythsrich de Jarochnowicz cum bonis que habet Daliborius cum Trabwnik villa et ipse Dytsrich viceuersa cum bonis Jarochnowy vna cum heredibus ipsorum invicem sunt congressi.) 1373.

274. Mikes et Michal filius cum patre de Midlowar cum omnibus quidquid habent in villa Midlowar invicem sunt congressi cum filijs Michahelis.

275. Ofka de Stralek Margaretha de Dobrotycz Pabliconi de Eulenburg et heredibus suis in villa Passeka omne Jus dothalicij quod ibi habere dinoscitur eo Jure quo tenuerunt libere assignauerunt.

276. Dythoch de Sonwald et Dythossek filius suus Pabliconi de Eulenburg et heredibus suis in villa Passeka que dudum ecclesie fuit Olomucensis et idem Dythoch et filius suus Dythossek loco istius ville cum Przikas rite et racionabiliter cum consensu Serenissimi principis Johannis Marchionis Morawie cum canonicis prefate ecclesie Olomucensis mutuum fecerunt cambientes villam pro villa bona pro bonis hereditatem pro hereditate ita quod ipse Dythoch et Dythussek Passekam pro Przikas et Canonici Przikas pro Passeka dantes cambierunt ad quod constituti honorabiles domini Magister Jaroslaus cum Henrico vicario perpetuo ecclesie Olomucensis cum ad hoc requisiti fuissent uerum ipsorum et ipsius tocius capitulli Olomucensis fuerit consensus et voluntas dicere habuerunt, et fassi sunt omnium fore voluntatem sic tunc [4]) Dithoch et Dythossek filius ante dicto Pabliconi de Eulenburg heredibus suis in dicta villa Passeka omnia que ibi habent uel habere dinoscebantur cum omnibus Juribus et prouentibus vtilitatibus plenoque dominio et Jure quo ipsimet vnquam tenuerunt nichil penitus sibi Juris reseruantes vendiderunt hereditarie possidenda Ita videlicet quod ipsi Canonici in Passeka et ipsi Dythochij in Przikas nichil penitus sibi Juris reseruantur.

277. Petrzik de Sedlicze Adlicze vxori sue XX marcas grossorum racione veri dotalicij in villa Sedlicze super Curiam libere assignauit.

278. Onscho de Pollichna Adlicze vxori sue in villa Pollichna V marcas census annui census (sic) racione veri dotalicij libere assignauit.

279. (Jesco Hromada de Sussicz Petrziko de Babicz Thymoni de Oppawicz et Jenczoni de Serpcz cum omnibus bonis habitis et in futurum habendis inuicem sunt congressi.) [5])

280. Anna de Othaslawicz vxor Jesconis Puscze de Rychwald [6]) sua omnia bona sua (sic) et heredibus suis omnia et singula que habuit cum Juribus et prouentibus voluntarie et libere resignauit hereditarie possidenda.

281. Odpor. [7]) (Domini Benessius de Crawar Supremus camerarius et Styborius de Czynburg huiusmodi resignacioni contradixerunt ex eo quia ipsa Racione

[1]) *u.* [2]) *Am rechten Rande dieser Einlagen steht von derselben Hand „Nota extabulacio.“*

[3]) *Dieses Wort ist im Orig. Ms. durchstrichen.*

[4]) *Diese zwei Worte stehen am rechten Rande und sind von derselben Hand geschrieben.*

[5]) *Am rechten Rande der Einlage steht von einer anderen Hand: „Nota, excepta est villa Bistricz de congressu presenti, et vendita ex consensu omnium speciali.“*

[6]) *Das im Orig. Ms. nachfolgende Wort „vxori“ ist durchstrichen.*

[7]) *Steht am Rande.*

1373. coniugij existens in captiuitate quasi mariti sui existens facere iuste non potuit et hoc esset in ipsius detrimentum et dederunt otpor racione consanguinitatis.)

282. Otpor. [1]) (Bohussius de Drachotus inposicioni quam Anna Jesconi Puscze marito eius resignans intabulauit huic contradicit tali contradiccione quod otpor wlgariter dicitur et vocatur.)

(F. VI. r.) 283. Czenko de Pulicz existens presens hanc huiusmodi inhibet resignacionem et wlgariter otpor dicens dicta bona sua fore in Chwalkowicz hereditatem.

284. Bedrzih de Rosczin Johanconi Marquardo fratribus de Rosczin ibidem Curiam in Rosczin arature, III laneos censuales duos subsides tabernam eo Jure quo tenuit nichil sibi reseruans hereditarie condescendens libere resignauit.

285. Dominus Potha de Holstan nunccius ex parte domini Marchionis veniens retulit ipsius domini Marchionis hec ipsa resignacio iussu sit pariter et consensu.

286. (Scendko et Smylo fratres de Sternberk alias de Sabrzeh cum omnibus bonis ipsorum que habent invicem sunt congressi.)

287. Benessius [2]) de Crawar alias de Crumnaw Fridussio de Stholbach in villa Wlkos cum omni Jure pleno dominio prout ipsemet tenuit nichil sibi reseruans in eadem vendidit hereditarie possidendam.

288. (Offka de Sdysslawycz cum Przedota et Jankone fratribus et heredibus de Skyrben cum omnibus bonis eorum habitis et habendis in futurum invicem sunt congressi.)

289. (Vanyk de Muchnycz Johancze Conthorali sue dotalicium in villa Muchnicz et Comosaw octavamdimidiam marcas annui census et si ibidem deperiret tunc in pratis et siluis spectantibus ad easdem villas ita quod iste VII et media marce integre in censu LXXV marcarum Jure dotalicij libere assignauit.)

290. Rynhart de Brankowicz Petro Hechtoni de Rossicz sibi et heredibus in villa Brankowicz quintumdimidium laneos curticulam vnam tabernam quintam partem siluarum quintam partem in pratis quintam partem collacionis Ecclesie cum Jure pleno et dominio sicut ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidenda.

(F. VI. v.) 291. (Magister Vlricus magister Astronomie Anne vxori sue in Rzewnowicz villa dotalicium in centum quinquaginta marcis totam cum omnibus Juribus et pertinencijs ad ipsam villam vero Jure dotalicij secundum Jus terre libere assignauit ad manus Haynussij militi de Pirzna comisit.) *Nunccius dominus Hanussius de Pirsna miles.*

292. Johanka de Cirmsyn et Johan et Jacob fratres de Cirmsyn heredes ipsius Johancze ipsa cum dotalicio suo quadraginta marcas grossorum ibidem in Cirmsyn quas habet et ipsi cum omnibus bonis que habent et habere poterant invicem sunt congressi. 1373.

293. Clara Myhalkowa de Wrahowicz Jarossius filius ipsius et Bedrzich frater ipsius de Sehowicz et Martinus de Sehowicz ipsa cum LXXX marcis dotalicij sui et Jarossius cum alijs fratribus cum XXXV marcis in villa Wrahowicz quam in obligacione habent invicem sunt congressi. Odpor domini Marchionis si in thabulis invenietur.

Feria IIII post Johannis Babtiste [3]) in colloquio anno LXXVI fassi sunt fore hereditatem domini Marchionis.

294. Katrusse de Lypnan filia Pitroldi in villa Dluhomyl dotalicium suum quod habuit XVI marcas census a Vokone de Dluhomylow quas a Ganzero integre recepit pecunias pro eisdem ita Jus quod habuit in tabulis eadem Wokoni extabulare iussit Wyczen de Lypnan frater eius carnalis recognouit eius bonum esse. [4])

295. Machna de Byelina Tassonis de Boskowicz nobilis de sexingentis sexagenis quas in villa Dubyezko et medio Trzest et medio Bohusslawicz et octo laneos in Swebohow racione dotalicij sui habuit quadringentas dumtaxat extabulat sexagenas grossorum adhuc retinens ducentas sexagenas in quibus ducentis sexagenis viginti sexagenas census annui ad sue vite tempora debet habere in villis videlicet Swebohow in Judicio vbi viginti sexagene minus media sexagena est census in villa Rowensky quindecim grossos census in villa Syedly quindecim grossos ita quod hic census viginti sexagenarum est completus et hoc racione dotalicij sui secundum Jus terre ad manus Nobilium Sdenkonis et Smylonis fratrum de Zabrezh est promissum ipsius prewingnorum.

296. (Nahrad de Ostrawan Jesko de Nietkouicz Jesco de Riczicze Ipse Nahrad cum Ostrawan et Sobolky quidquid ibi habet ipsi Jescones cum Nietkouicz et Riczicze quidquid habent cum parte ipsorum Welislawam matrem Nahradi ad tempora uite sue dumtaxat suscipientes inuicem sunt congressi.)

(F. VII. r.) 297. Jutka vxor Wlzkonis olym de Costelecz Sdenkoni de Czekyna triginta marcas grossorum quas in willa Costelecz videlicet vna Curia arature et vno subside Jure dotalicij sui tenuit eo Jure eidem libere resignauit. Odpor. Disslav de Costelecz huic contradicit resignacioni dicens suam et heredum suorum ac filiastri sue Byetsye fore hereditatem.

298. Swoyan de Honetycz Elscze marthere (sic) sue in Vystkowicz vbi Luczko residet terciumdimidium laneum omni Jure prout tenuit libere resignauit. [5])

299. (Troyan de Czessow Elscze vxori sue in villa Cyessan decem marcas grossorum in quibus vna marca census est annui racione dotalicij Jure terre assignauit.)

[1]) *Steht am Rande.*
[2]) *Steht oberhalb des durchstrichenen Bohussius.*
[3]) *d. i. den 25. Juni.*
[4]) *Am rechten Rande steht von einer anderen Hand: „Nota extabulauit Jacobus Zissma.“*
[5]) *Am Schlusse dieser Einlage stand „Troyan de C.“ was aber theilweise ausgekratzt ist.*

1373. **300.** (Elska vxor Troiani de Honyetycz eidem Troyano in villa Vyskowicz decem marcas grossorum super terciodimidio laneo ibidem racione dotalicij sui Jure terre assignauit.)

301. (Jesko Puska de Ryhwadl (sic) Anna vxor sua de Othoslawicz Nobiles nobilibus Sdenkoni et Jeskoni fratribus de Sternberk alias de Lukaw et eorum heredibus in villa Czethuhovicz id quod habuerunt in Lyska villa id quod habuerunt et in paruo Hlumcze id quod habuerunt cum omni Jure dominio pleno vtilitatibus vniuersis nichilmet ipsis in hijs Juris reseruantes vendiderunt hereditarie possidenda.)

302. Rynhart de Brankouicz Woyslao de Zarussicz et Magdalene ipsius vxori in villa Brankouicz duos laneos censuales eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendos.

303. Pecz de Warth Sbincam et pueros suos in uille Tyrsal partem quam habet cum vniuersis in veram suscipit coniunccionem.

304. Proczco de Richwald dictus iuuenis Puska alias de Cunstath Jesconi de Richwald seniori Puscze fratri suo vxori et heredibus in Maiori Senicz villa totam partem quam habuit ex porcione patris cum omnibus suis pertinencijs Juribus et prouentibus ac pleno dominio nichil Juris in eisdem sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam.

305. Hinco de Buzaw alias de Seranouicz Arclebo de Starzechouicz et heredibus suis in uilla Pthen Curiam arature cum suis pertinencijs Juribus et proprietatibus nichil sibi omnino reseruando hereditarie vendidit possidendam.

(F. VII. v.) **306.** Hermannus et Wseborius fratres de Raicz Ertlino Ciui Brunnensi et heredibus suis in uilla Sbissaw uillam totam et integram villam Gedla partem quam suam habet hereditariam excluso feodo episcopi Olomucensis totam cum pleno Jure pertinencijs et prouentibus integro dominio nichil Juris in eisdem sibi reseruando vendidit hereditarie eidem possidendam. Eciam si in tabullis presentibus dotalicium Margarethe vxoris Wsseborij alicubi inuenietur Regestratum uel inpositum, idem Wsseborius promisit coram Czudarijs supremis eandem intabulacionem et dotalicium ad alia sua bona transferre.

307. Cum olim Nobilis dominus Boczco de Cunstath existens adhuc in carne humana sanus et compos Serenissimo principi et domino domino Johanni Marchioni Morauie Montem Obrzan eo Jure quo umquam tenuit opidum Bistricz integrum, villam Dobroczicz totam et integram uillam Jenicouicz integram, uillam Slawcow integram, (uillam Hlynsko totam et integram quam Benessius de Strasnicz ex parte orphanorum olim Franconis de Cunouicz tenuit,) [1] uillam nouam totam et integram, uillam superius Myrlyn dictam totam, partem uille in Lukow quam tenuit Boczco, uillam Lhotam totam cum omnibus Juribus prouentibus prouencionibus pertinencijs Jurepatronatus nichil penitus sibi Juris reseruans et vendicans vendidit hereditarie possiden- 1373.
dum montibus granicijs uilliculis videlicet Yestrziebye uilla deserta Wysokalhota, uilla deserta Antiqualhota desertis et Gencze uilla deserta et prefata bona omnia et singula nichil penitus excipiendo domino Marchioni prefato, in proximo Colloquio Baronum cum fuisset intabulare promiserat, et infra tabularum reseruacione et conclaui viam vniuerse carnis inijt et ingressus est, Relinquens autem loco et nomine tutoriam et commissariam orphanorum [2] quos dimisit absque etate legittima, specialem videlicet Nobilem Sazemam de Dobruska qui vice et nomine suo tamquam verus et legittimus tutor et commissarius orphanorum nomine et vice prius expressata literam suam appertam papieream nigro subappresso sigillo Beneficiarijs Czude Olomucensis direxit in hec uerba. Nos Sazema dictus de Dobruska tenore presencium publice recognoscimus vniuersis, quod ad bona videlicet Obrzany et ad hec spectancia sibi domino Serenissimo principi et domino domino Marchioni Morauie per dominum Boczconem bone memorie vendita nostrum omnem consensum ac voluntatem plenariam concedimus ac damus veri nomine intabulandi, quorum orphanorum ac bonorum prefati domini Boczconis veri commissarij existimus, In cuius rei testimonium de certa nostra sciencia huic litere est appressum. Datum et actum Opoczen die dominico infra octauas sancti Johannis Baptiste. [3] Anno domini M° CCC° LXXIII.° Quiquidem ea virtute qua fungitur, videlicet Sazema de Opoczna prius dicto domino Marchioni et heredibus suis omnia et singula et expressata prius bona cum omnibus siluis limitibus granicijs montibus uallibus collibus pleno dominio et Jure ut dictum est penitus nichil sibi nec [4] orphanis Boczconis antedicti reseruans presencialiter intabulans vendit et vendidit hereditarie possidenda.

(F. VIII. r.) **308.** Margaretha de Wlachowicz Hersoni de Sprestawlk et Dywe de Czekyn in villa Dobrochow III laneos cum omnibus suis pertinencijs prout ipsamet tenuit nichil sibi reseruans libere resignauit et non quod Wraczka virgo monialis in Tusnowicz ibidem portionem dinoscebatur ad hoc suum prebuit consensum et literam super hoc antedicto confectam.

309. Sbinco Herso et Marquardus fratres de Wrachowicz publicant quod in villa Cyrthorey sit ipsorum uera hereditas.

310. (Raczko de Sborouicz resignauit Clare vxori sue Centum et L marcas ibidem in Sborowicz racione veri dotalicij secundum Jus terre quas dominus Mathias de Sebrzeni ad manus suas suscepit.)

311. (Bonus de Lchothe Margarethe Swathossoni de Paczslauicz in villa Lchotha municionem Curiam et V. laneos et III subsides cum suis pertinencijs et vna Curticula vendidit hereditarie possidenda.)

312. Onscho de Crasna Zisnam vxorem suam in villa Pablowicz sunt inuicem congressi vna cum

[1] *Dieser Theil der Einlage ist ganz durchstrichen.*

[2] *Die im Orig. Ms. nachfolgenden zwei Worte „et trium“ sind als hieher nicht gehörig durchstrichen.*

[3] *d. i. den 26. Juni.*

[4] *Das im Orig. Ms. nachfolgende Wort „orphanus“ ist durchstrichen.*

1373. heredibus suis cum omnibus bonis que habent in Pablowicz.

313. (Margaretha de Midlowar cum marito suo Syp et heredibus suis in Midlowar bonis habitis invicem sunt congressi.)

314. Sbynco de Lucky et Wanka de Borzeticz Curia arature laneo censuali vineis in Crawichor dictis et Paskow vinea siluis pratis lacubus et vniuersis Juribus supra quibus ipsa Wanka Centum et octuagintha marcas grossorum racione dotalicij sui habet et ipse Sbinco cum villa Ponikwy villa et suis pertinencijs quibus possedit invicem sunt congressi.

(F. VIII. v.) 315. (Jarohnew de Buhlowicz Offcze vxori sue Centum marcas grossorum in villa Thopolan super Curia in qua decem marce grossorum census annui esse deberent, et si in eadem Curia deperiret, Extunc in eadem villa Thopolan debet adimpleri prefata summa decem marcarum census Jure veri dotalicij assignauit.)

316. (Ones de Hwalkowycz Jarosko de Buhlowycz cum bonis suis ipse Jarosko cum parte sua in Hwalkowicz et Nemohowicz et Jarohnew cum Topolan villa excluso dotalicio vxoris sue inuicem sunt congressi.)

317. (Czenek de Orzehoveho Dorothee matri sue Stahoni vitrico in villa Horzehow quidquid ibi habet et eciam alibi vsque ad tempora dumtaxat quo ad heredum peruenerit generacionem condescendens resignauit.)

318. (Woycyesek de Jezowa Dorothee vxori sue in villa Jezowa Centum et quinquaginta marcas racione veri dotalicij sui Jure terre et in hijs quindecim marcas census libere assignauit.)

319. Ludoldus de Mosczenicz Dyemote vxori sue vigintiquinque marcas grossorum veri dotalicij in villa Mosczenicz super Curia arature ita quod terciadimidia marca grossorum annui census habere debet et si in Curia deficeret extunc in villa suppleri debet ita quod censum plenum habeat libere assignauit.

320. Mikes de Celczicz Bylowye de Celczicz medium laneum eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendum.

321. Jenecz de Neczsicz Katherine Marczikoni de Dytkowicz triginta marcas grossorum in villa Neczsicz super vno laneo tribus subsidibus et taberna racione veri dotalicij eidem assignauit.

322. Braczsik de Kelczicz Barthussoni Genero suo in villa de Babycz et villa Celczicz Curia arature medio laneo ortum omni Jure et dominio quo tenuit eidem libere assignauit.

323. (Barton de Babycz Elscze vxori sue in villa Czelczicz quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij in Curia arature medio laneo et orto quinque marcas grossorum census annui libere assignauit.)

324. Dyetrzich de Senycz Kuncze vxori sue XXX marcas grossorum in villa Senicz in duobus laneis tres marcas grossorum census Jure veri dotalicij libere assignauit.

(F. IX. r.) 325. (Sulik de Konicze Jarconi de Hluchowa in villa Pteni in Sdekin et Bernow quidquid habuit pro parte sua in pascuis illis que in Hluchow pascua habent pascendi consuetudinem cum omnibus pertinencijs Jure pleno dominio prout tenuit nichil penitus Juris sibi reseruando vendidit hereditarie possidendum.) [1] 1373.

326. Katrusse et Bolka de Trubek Petrziconi de Trubek in villa Trubek quinque laneos censuales, totum quidquid habuerunt cum omnibus pertinencijs Juribus et prouencionibus libere et hereditarie resignauit.

327. Petrzik de Trubek Bolcze sorori sue in villa Trubek in alteromedio laneis duas marcas annui census racione veri dotalicij dedit et libere assignauit.

328. Petrzik de Trubek Lybsce vxori sue quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij in villa Trubek in quartodimidio laneis libere assignauit.

329. Cunico de Drahotusch Abbatisse et conuentui Monasterij Sanctimonialium Sancti Jacobi Olomucij villam Lipnan totam municionem Curiam cum duabus araturis pratis siluis pascuis cum vniuersis Juribus et pertinencijs pleno dominio quo ipse tenuit nichil penitus sibi Juris ibidem reseruans vendidit hereditarie possidendam. Et Nota quod litera domini Marchionis aperta scripta octaua die mensis Nouembris data Anno domini M° CCC° LXXI° presentata per Abbatissam prefatam in qua litera villa Dypnan continetur, Sed dominus Cunico fassus est, villam poni debuisse Lipnan et hec litera reposita est in cista.

330. Stach et Sczepan fratres de Trubek Jarosschio Kusel in villa Trubek vxori filie Margarethe Curiam arature duas marcas grossorum IIII grossos censuales vnum laneum III subsides cum omnibus pertinencijs proprietatibus medium molendinum quod modo est desertum pleno Jure et dominio quo ipse tenuit nichil penitus sibi reseruantes vendiderunt hereditarie possidenda.

331. Stach de Trubek Margarethe vxori sue in villa Clobuczek Sex marcas grossorum census racione veri dotalicij in Sexaginta marcis libere assignauit.

332. Budlaw de Rosczeny Stiborio de Czinburk alias de Thowaczow heredibus suis in villa Lippaw tres laneos minus quartali censuales et in alterodimidio laneo Jus hereditarium cum omnibus prouentibus et vtilitatibus pleno Jure et dominio prout ipse tenuit nichil Juris sibi reseruans vendidit hereditarie possidendos.

(F. IX. v.) 333. (Vnka de Maietin Nobili Stiborio de Czinburk alias de Thowaczow et heredibus suis in villa Lippow VI laneos, Jus dotalicij quod habuit vendidit eo Jure dotalicij quo tenuit nichil sibi reseruans ibidem et hoc in XLVIII marcis grossorum, quas persoluit vendidit possidendum.)

334. Fridlik de Chylcz Micoloni de Paulowicz in villa Chilecz Curiam arature medium laneum subsidem et quartale cum siluis pratis pascuis et vni-

[1] *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht im Orig. Ms. „Petrzik de Trubek Katrusse de Trubek," was aber unterpunktirt ist.*

1373. uersis pertinencijs nichil Juris sibi reseruans vendidit hereditarie possidendum.

335. (Sdenko et Johannes fratres de Sternberk alias de Lucow nobiles cum omnibus bonis habitis et habendis in futurum inuicem sunt congressi) *sed solum Castrum Lucow cum Monte Passieka Lucowecz et Wilczkaw villis stant in congressu et suis pertinencijs vniuersis.*

336. Johannes de Sternberk alias de Lucow nobilis Reuerendo domino Alberto episcopo Luthlumislensi et domino de Sternberk et Petro fratrueli suo in villa Lechoticz partem suam totam, quam habuit cum omnibus Juribus et pertinencijs prout tenuit nichil Juris sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam.

337. (Johannes de Sternberk alias dictus de Lukow nobilis Bohuschcze de Zazowicz Villam eandem Zazowicz integram et totam cum omnibus Juribus et pertinencijs et dominio nichil sibi et suis Juris reseruans in eadem vendidit hereditarie possidendam.)

338. (Bohuschco de Zazowicz Anne vxori sue Centum marcas grossorum racione veri dotalicij in villa Zazowicz integra et tota libere habendas assignauit, Et ad manus Sbinconi de Drzynoweho hanc huiusmodi assignacionem conpromisit.)

339. (Pitroldus de Prussi Clare vxori sue in villa Prussi XXX marcas super Curia tribus laneis Molendino vno et II marcis grossorum Census Juris vel dotalicij assignauit.) *Ex consensu Czihuowczonis fratris ipsius.*

340. Adamek de Przestawilk Bohunek de Laznik et Bohusschek de Olschan omnibus eorum bonis que habent inuicem sunt congressi.

341. (Vlricus Howora Anna vxor sua de Czech Wenczeslao de Mladyeyow supremo notario terre Morauie Cristine vxori sue heredibus et successoribus suis octoaginta marcas grossorum quas ijdem Jure dotalicij in villa Coslowicz habere dinoscebantur eo Jure eciam dotalicij eidem vendentes assignauerunt.)

342. Matheyek de Orzechoweho Raczconi de Sekirsicz in villa Orzechoweho XXXII marcas grossorum in terciodimidio laneis cum censibus et tribus curticulis Jure dotalicij assignauit.

343. Raczek de Skirsicz Margarethe vxori sue in villa Skirsicz XXXII marcas media curia Sedliscze in tribus Campis qui wlgariter Vgesd dicuntur et cum pomerio et prato Jure veri dotalicij libere assignauit.

(F. X. r.) 344. Raczco presbiter de Kokor Stahoni fratri suo de Kokor in villa Prosseniczy partem suam et omne Jus quidquid ibi habuit nichil sibi reseruans ibidem hereditarie resignauit.

345. Margaretha de Lascow extabulauit dotalicium suum habitum in Witczicze pro quo pecunias asseruit se percepisse loco cuius aliud dotalicium in villa Lascow Curia minori et suis pertinencijs vt in tabulis habet et Bohuslao patre eius pecunijs receptis habet intabulata.

346. Bohuslaw de Lascow Bohusschio de Schu- 1373.
czendorf militi heredibus suis in villa Lascow in IIII laneis quinque marcas censuales eo Jure pleno quomet tenuit vendidit hereditarie possidendas.

347. Anka vxor Wlczconis de Rathay Wenczeslao Doloplazz L marcas grossorum dotalicij sui in villa Swessedlicz libere assignauit.

348. (Sdenko [1]) et Johannes domini de Sternberk alias de Lucow, Benesschius Budisschius orphani domini Milothe de Quassicz nondum habentes etatem legittimam ijdem orphani cum omnibus bonis suis que habent ex vna et prefati domini Sdenco et Johannes de Sternberk loco ipsorum bonorum cum omnibus bonis ipsorum, que ex ista parte aque Moraue partibus ad Czudam Olomucensem spectant altera ex parte inuicem sunt congressi tali tamen condicione interiecta, quod quandocumque prefati orphani tabulas terre accederent extabulacionem habere optantes, extunc vnio et congressus exponi et exintabulari debetur mox omni contradiccione semota. Nuncij huius cause sunt domini Stiborius de Czinburk alias de Thowaczow et Vlricus de Boscowicz domini Marchionis fore cum consensu asseruerunt, Et Nota, quod prefati domini Sdenko et Johannes fratres in presencia existentes beneficiariorum, hanc huiusmodi recongnicionem ad extabulandum cum predicti orphani pecierint facere conpromiserunt fideliter et valde libenter, Eciam si prefati domini Sdenco et Johannes ipsis extabulare nollent congressum et vnionem quam fecerunt, Extunc prefati orphani habent et habere debent solimet hanc huiusmodi congressionem extabulare posse plenum, quam extabulacionem beneficiarij facere debent et tenentur occasione qualibet semota.)

349. (Paulus de Sobyenecz alias de Eulnburk miles, Gerhardo Purckman Castri Myrow villam Sudkaw totam in Sluhonow villa partem suam quam tenuit in Studencze villa partem suam, in villa Krzywcz quidquid habuit cum omnibus prouentibus vsibus seu Censibus pleno Jure et dominio prout tenuit nichil penitus in hijs sibi reseruans vendidit hereditarie possidenda.)

350. (Gerhardus Purkman castri Myrow Margarethe vxori sue legittime CCC marcas grossorum et XXII marcas grossorum veri dotalicij causa in Sudkow Sluhonow Studencze et villa Krziwcz ad tenendum et possidendum Jure dotalicij assignauit.)

351. Heresch de Turowicz Ofcze de Sacowicz et Barschoni de Czyhowicz LXVII marcas in villa Olbramicz, que bona ipsamet tenet veri dotalicij causa libere habenda et tenenda assignauit.

(F. X. v.) 352. Ondrzei et Woyczech et Wlk fratres de Sherow Nobili Jesconi de Sternberk alias de Lucow Sluschowicz Swêmina villam totam Neubuz villam totam Decznam villam totam pleno Jure et dominio prout tenuerunt cum prouentibus et vtilitatibus nichil in eisdem ipsis reseruantes vendiderunt hereditarie possidenda.

[1]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden zwei Worte „de Sternberk" sind durchstrichen, da solche nach dem zweiten Namen wieder vorkommen.*

1373. 353. Paulus de Eulnburk et Nicolaus de Luczka cum omnibus bonis suis habitis et habendis videlicet que nunc Nicolaus habet et habere poterit ex vna, et prefatus Paulus cum Subside in Brodka parte ex altera inuicem sunt congressi.

354. Kaczka de Tlustomastil Sczepanconi Beneschio fratribus filijs suis in villa Tlustomastil dotalicium omne quod habuit ibidem in Tlustomassil libere condescendit et voluntarie resignauit.

355. Sdenko et Johannes fratres nobiles de Sternberk alias de Lukow Stiborio de Czimburk alias de Thowaczow et heredibus suis villam Radkow totam in villa Lippowa tres laneos et quartale in se continente cum omni Jure et pleno dominio prout ipsimet tenuerunt nichil penitus Juris sibi reseruantes vendiderunt hereditario Jure possidendum.

356. Onesch Jan et Matusch fratres de Nesamislicz Stiborio de Czinburk alias de Thowaczow nobili, et heredibus suis, in villa Nesamislicz Curiam arature predialem cum araturis Sex laneos censuales quatuor Subsides mediam collacionem Ecclesie, duas tabernas, cum siluis pratis fluminibus Juribus et pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio prout ipsimet tenuerunt nichil sibi penitus Juris ibidem reseruantes vendiderunt hereditarie possidenda.

357. Wilem de Cleczan Onschoni de Crasna in villa Pawlowicz Curiam arature cum omni Jurepatronatus terciammediam marcam census cum siluis pratis vniuersis pertinencijs prout ipse tenuit nichil penitus reseruando vendidit hereditarie possidendam, Et Anna vxor sua addidit suam voluntatem et Artleb frater eius de Sastrzihil requisitus asseruit melius suum esse.

358. Busek de Bohuslawicz Sdiucze de Sanpach heredibus suis ac eciam fratri suo Golde de Sanpach in villa Bohuslawicz Curiam arature decimummedium laneos censuales pratis pascuis Siluis [1]) pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit, nichil penitus Juris sibi in eisdem reseruans vendidit hereditario Jure possidendam.

359. (Baresch de Czihowicz miles Dorothee vxori sue Centum marcas grossorum in villa Zirowicz tota excepto plebano (sic) quidquid ibi habet cum Siluis Molendino pratis pascuis et vniuersis pertinencijs racione veri dotalicij assignauit.)

(F. XI. r.) 360. . . . grossos census annui in villa Jaroslawicz libere resignauit. [2])

361. Stanek de Costelcze Ofcze vxori sue in villa Costelecz in Curia arature quam ibi tenet XXV marcas Jure dotalicij libere resignauit.

362. Margaretha de Racussek Jesco Sbinco et Welich fratres Margarethe cum dotalicio habito in Rakussek et ipsi fratres cum omnibus bonis suis habitis in Racussek invicem sunt congressi.

363. (Clara Relicta Raczkonis de Sborowicz Jaroslao de Knychnicz supremo Czudario Olomucensi [3]) et heredibus suis Centum Quinquaginta marcas quas in Sborowicz villa racione et Jure dotalicij sui habere dinoscitur easdem libere dat et assignauit.) 1373.

364. Anna vxor Howore et ipse Howora in villa Kosslowic L marcas grossorum sui dotalicij extabulat et Wenczeslao notario supremo terre Morauie conthorali sue et heredibus predictis L marcas intabulare eo Jure dotalicij conmisit, sola non interfuit eo quod jacuit in puerperio et hoc est ostensum et debet hoc producere testimonio in minoribus tabulis terre in Prerowia inponere testimonio ueritatis.

365. (Jessek de Sonwald Adam de Luczky cum omnibus bonis habitis inuicem sunt congressi.)

366. (Pessik de Podhay Onesch de Czelechowicz cum Curia subside in villa Podhai et omnibus quibus ibi habet et ipse Onscho cum vna Curticula in villa Czechowicz invicem sunt congressi.)

367. (Jenczo de Spranek Lobconi de maiori Senicz in villa Schisma minorem Curiam cum duabus [4]) araturis cum omnibus et singulis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil penitus Juris sibi reseruans vendidit hereditarie possidenda.)

368. (Jenczo de Spranek Anne vxori sue in villa Resvchwi LXXV marcas grossorum octauamdimidiam marcas grossorum census annui racione et Jure veri dotalicij Transducens illam de Schisma in villam Resvchw tenendam libere assignauit, Mikul de Paulowicz frater eius carnalis presens fuit, ipsius esse melius resignauit.)

369. (Bernhardus de Spranek Ondrzeyowi et Prothybconi fratribus de Zastrzil in villa Rosczudki vnum laneum et duas areas molendinarias libere vendidit hereditarie possidenda resignauit.)

370. Jenczo patruus suus interfuit presens cum eius consensu factum est.

371. Zdislaus de Lchotka Perchtholdo de Jessowa medium laneum in Jessaw prope Lulcich cum Juribus suis vniuersis prout tenuit vendidit hereditarie possidenda.

372. Lobek de Sysma Anne vxori sue in villa Sysma in L marcis grossorum V marcas grossorum census annui Jure dotalicij libere assignauit.

(F. XI. v.) 373. Benessius de Busaw alias de Wildenberg donacioni Pothe de Loscicz, quam fecit matri sue Agnescze et Machinconi de Drahotus filijsque suis contradicit. [5])

374. Czirch de Kokor Sbinconi de Kocor Katherine vxori sue et heredibus suis in villa Veschek alterumdimidium laneos et in villa Midlowar quartale cum omni Jure quo tenuit et dominio nichil sibi reseruans ibidem vendidit hereditarie possidenda.

375. Czirch de Kokor Mukarsoni de Kokor in villa Veskach medium laneum et in villa Mydlowar vnum quartale cum omnibus Juribus et pertinencijs vendidit hereditarie possidenda.

[1]) *Das im Orig. Ms. nachfolgende Wort „pratis“ ist durchstrichen.*

[2]) *Der Anfang dieser Einlage fehlt; ja es scheinen, wenn gleich die ursprüngliche Paginirung auf keinen Abgang hindeutet, doch ein oder mehrere der vorhergehenden Blätter abzugehen.*

[3]) *Die Worte „Supremo Czudario Olomuczensi“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

[4]) *Das im Orig. Ms. nachfolgende „Curijs“ ist durchstrichen.*

[5]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand „Otpor.“*

1373. 376. (Arnust de Poczenicz Scochoni de Poczenicz in villa Poczenicz duos laneos arabiles cum Jure [1]) quo tenuit vendidit hereditarie possidendos.)

377. (Sckossek de Poczenicz Juczcze vxori sue XX marcas grossorum veri dotalicij sui in villa Poczenicz [2]) super II laneis libere dans assignauit.)

378. Lewik de Poczenicz Kaczne vxori sue in parte quam habet a Lewa patruo suo in villa Poczenicz XXX marcas veri dotalicij libere assignauit, ad manus Sbynconis fratris sui de Kosoged est promissum.

379. (Alesch de Wistricz Agnescze vxori sue XXX marcas grossorum in villis Bistricz Murklescich et in Strzielne racione veri dotalicij libere in parte sua quam ibi habet assignauit transferendo de Swabenicz vbi prius habuit.)

380. Sbinek de Nyetkowicz et Anka mater eius de Nyetkowicz Curiam arature cum omnibus Juribus et pertinencijs vniuersis Gilge inposite debet extabulare.

381. Sbinek de Nietkowicz et Ana mater eius Lexoni de Wessek et heredibus suis in villa Weskach Curiam arature cum omnibus pertinencijs suis Jure et dominio nichil sibi reseruans hereditarie vendidit possidendam.

382. (Gindsrich de Zadlowicz et Andreas frater eius ac sororum ipsorum Nobili Benessio de Busaw dicto de Wildenberg et heredibus suis in villa Zadlowicz Curiam superiorem Molendinum duas Curticulas cum omnibus Juribus ac pertinencijs vniuersis prout ipse hec ibidem tenuit vendiderunt hereditarie possidenda.)

383. Jarossek de Nyetkowicz Jesconi Dubkoni et Hercze matri sue de Nyedkowicz Curiam arature medium laneum tabernam duabus curijs pratis et vniuersis Juribus et pertinencijs prout ipse cum fratribus tenuit nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidenda, dominus Benessius camerarius dimisit propter absenciam ipsius.

384. Arnest de Poczenykz Stochoni de Poczenycz duos laneos aratiles omni Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendos.

(F. XII. r.) 385. (Jesco Puska de Reychwald Anne de Othoslawicz vxori sue omnia bona sua et heredum suorum post mortem tamen ipsius si eum prius mori contigerit in veram committit tuicionem vna cum heredibus suis et in veram commissariam tamdiu quousque suam non immutaret viduitatem, post mortem autem ipsius Anne predicta bona ad heredes debent pertinere, ducentas autem marcas grossorum cuicumque deputauerit post obitum dari possunt et debentur, et idem Jesco maritus eius huiusmodi ducentas marcas, quibus uel cui deputauerit omnibus modis dare promisit omni occasione procul motha.)

386. Bedzrich de Lulcze Woyczechoni de Wasan heredesque eorum cum omnibus bonis que habent inuicem sunt congressi, Bedrzich dimittit Woyczechonem de Wazan liberum de congressione. 1373.

387. (Benessius de Crawar nobilis Supremus Camerarius Olomucensis Katherine consorti sue Centum et V marcas census annui in Septingentis et L sexagenis racione dotalicij sui super villa Auercicz tota et si aliquid in eadem villa aliquid (sic) superflui fuerit illud non debet esse eius sed solum ut nudi census centum et quinquaginta marcas recipiat secundum Jus terre libere assignauit.)

388. (Wenczeslaus de Crawar alias de Strassnicz nobilis Elyzabethe vxori sue nobili Centum et L marcas annui census in Septingentis et quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij sui super villam Smorsnicz et si quid in eadem villa deperiret in villa Cechowicz supleatur et si aduc ad plenum nudi census non fuerit, ex tunc villa Crassicz suppleatur et sic quod in illis bonis census centum et quinque marcarum nudi census percipiendi libere assignauit.) *Ista extabulacio facta est taliter quod Vlricus Bozkowecz Nunccius fuit coram domino Marchione dixit et promisit quod eadem vxor sua super meliori est inducta.*

389. Arcleb [3]) de Sastryl Dorothee in villa Wasan III marcas grossorum annui census et ipsa Dorothea in villa Curowicz hereditatem pro hereditate inuicem eis dederunt seu permutarunt.

390. Vnka de Magethyn Gerdrudi glori sue vxori Viknani in villa Tirsicz Centum marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit ita tamen quod loco dotalicij sui quod prius in villa Buc habuit in tabulis hoc extabulare debetur et hoc taliter quod in villa Tirsicz prefata in qua habuit obligacionem dotalicij prefatus Wnka videlicet Curiam et sex marcas census eidem assignauit libere tenenda ad manus Archlebi de Sazcrel est promissum.

(F. XII. v.) 391. (Margaretha Relicta Lobconis de Crumsin Gyndsrich et Sbinco *et Bonka* cum glori ipsius vxore Henrici de Crumsyn cum omnibus bonis que habent uel habere poterint in futuro invicem sunt congressi.)

392. Margaretha Relicta Lobconis de Crumsin Gyndrzich et Sbynco et Bonka cum glori ipsius vxore ipsius Henrici de Crumsin cum omnibus bonis que habent uel habere potuerint in futuro inuicem sunt congressi.

393. Margaretha Relicta Jursiconis de Domamislicz Boncze vxori Henrici de Crumsin in villa Domamisslicz XL marcas et V marcas grossorum in minori Curia libere resignauit tenendas cum congressoribus suis.

394. (Anka de Crumsin Gesdon Pesco et Wenczeslaus fratres de Sczychowicz cum duobus laneis in villa Crumsin quod dotalicium ipsius Ancze est in Curticula et in Sczychowicz villa sita prope Bohussin invicem sunt congressi.)

395. Anna de Selucicz filia Skrziskonis de Selucicz olym promulgauit super hereditate in Seluticz aut

[1]) *Die Worte von „Poczenicz duos — cum Jure“ sind durchstrichen.*

[2]) *Die Worte von „grossorum — Poczenicz“ sind durchstrichen.*

[3]) *Steht oberhalb des im Original-Msc. durchstrichenen „Albrecht.“*

1373. vbicumque prefatus Skrizko habuit quod sit heres bonorum ipsorum.

396. Otpor. [1]) Jacobus de Selucicz patruus ipsius Anne est verus commissarius quia ei est commissa.

397. Pochla de Holenstain Sbynconi de Dubczan in Cwalkowicz villa Curiam cum vna aratura V laneos censuales duos subsides Tabernam cum omnibus suis pertinencijs proutmet tenuit Jure hereditario vendidit possidendum.

398. Ofka de Oppatowicz Janowi et Schochowi de Pornicz in villa Pornicz vnum laneum liberum cum suis pertinencijs et suo dominio pleno libere resignauit.

(F. XIII. r.) 399. Zdinka de Zanpach Jacobo marito eius de Zeluticz in villa Bohuslawicz in octo laneis censuantibus XX marcas grossorum Jure dotalicij quo habuit de quibus octo laneis due marce grossorum censuantur libere assignauit.

400. Jacob de Schebeticz Sdincze vxori sue de Zanpach in villa Pyenczin duas marcas grossorum annui census Jure dotalicij secundum Jus terre assignauit.

401. Tyesna de Wiczemiricz Janoni Mixoni fratribus de Wyczemiricz Curiam tres marcas grossorum census annui eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendum.

402. Andreas de Turowicz Margarethe vxori sue super villa Turowicz XXX marcas grossorum veri dotalicij Jure terre assignauit.

403. Gindrzich Opule Religiosis Priori et fratribus Heremitarum ordinis Sancti Augustini Monasterij in Gewiczka in villa Rudka parua quartamdimidiam marcas grossorum census annui pro XL marcis grossorum Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendas, Domini Marchionis ad hoc voluntas est et consensus per literam suam que in cista habetur.

404. Goyanek de Oprostowicz Agnescze vxori sue in villa Oprostowicz mediam Curiam XXX marcas grossorum Jure dotalicij libere assignauit.

405. (Wratislawa de Prussi Pitroldo de Prussi cuius hereditas fuerit hereditaria et est, dotalicium suum quod ibi habet extabulauit.) [2])

406. Anna Dyethochowa relicta Henricus filius ipsius Dyetkonis Boczconi de Dywicz in villa Muschnicz Curiam arature tabernam rubetum pratum cum pertinencijs vniuersis que ante tenuerunt et habere dinoscebantur nichil penitus eis Juris in premissis reseruantes vendiderunt hereditarie possidendum. Nobilis dominus Benesschius de Crawar pro tunc Supremus camerarius inponi mandauit.

407. Anna de Widczicz Gindrzichoni de Dyetkowicz in villa Dyetkowicz prope Swabenicz Curiam arature cum omnibus Juribus vtilitatibus et pertinencijs eo Jure quo tenuit paterno vendidit hereditarie possidendam.

(F. XIII. v.) 408. Mikesch Przicas Jenczoni de Spranek villam Besuchow totam cum omnibus Juribus vtilitatibus et pertinencijs pleno Jure et dominio nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam. 1373.

409. Wenczeslaus aduocatus de Olomucz Ciuis ex consensu et speciali mandato Illustris Principis et domini domini Johannis Morauie Marchionis et hoc per literam suam Sigillo pendenti pro altari beatorum Stephani martyris et Procopij confessoris in castro Olomucensi cathedralis Ecclesie pro vicario perpetuo rectore illius altaris in villa Przicas X marcas grossorum census nudi que ipse habuit nil penitus Juris sibi ibidem reseruans vendidit hereditarie possidendas . Et litera prefati domini Marchionis de hoc est in cista.

410. Bohuska de Kokor Wlczconi de Przestawilk in villa Dobroticz VI laneos minus vno quartali duas curticulas piscinam cum omnibus Juribus et pertinencijs prout tenuit nichil Juris sibi reseruans ibidem vendidit hereditarie possidendum.

411. Tyessna de Vyczemilicz Czenconissa Janoni de Viczemilicz in villa Viczemilicz Curiam arature et tres marcas census annui cum omnibus Juribus et pertinencijs spectantibus ad eandem eo Jure prout tenuit vendidit hereditarie possidendam. Czenek maritus eius legittimus fassus est eius esse hereditatem.

412. (Janek de Thurowicz Jacobus Konczek frater eius de Thurowicz Miksik de Sthurowicz fratres Myedwykonis filij de Thurowicz cum omnibus bonis que habent inuicem sunt congressi.)

413. Dyetrzich de Tussicz Dyrslaus de Bohusslawicz in villa Thussicz Curiam cum duobus laneis siluis pratis et eorum pertinencijs vniuersis eo Jure prout ipse tenuit vendidit hereditarie possidendos.

414. Jacobus de Leznicz Sconcze glori sue vxori Vaczlaw duodecim marcas dotalicij in villa Leznicz supra media Curia et vno quartali Jure dotalicij assignauit.

415. Voyczech de Brodek Janoni de Branowicz in villa Doloplas Curiam arature cum omnibus suis Juribus et pertinencijs prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendam.

416. Vichna de Knyhnyczek Dyewe de Czekyn et vxori sue Obyesdye in villa Knyhnyczek Curiam arature cum agris pratis piscinis rubetis in omnibus pertinencijs prout tenuit omni Jure nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidenda. [3])

(F. XIV. r.) 417. (Mathyek de Orzechoweho Janaczoni et Jaroniwoni de Traplicz fratribus et heredibus ipsorum in villa Paczlawicz Curiam arature sextumdimidium laneos, Molendinum Taberna (sic) et vnum subsidem et tribus rubetis in Lhota omni Jure libertatibus et pertinencijs vniuersis qua tenuit nichil penitus Juris sibi reseruans vendidit hereditarie possidendos.)

418. (Pitroldus de Prussi Katherine vxori Sbilutonis de Perna XLII marcas grossorum in villa Perna in parte sua quam habet racione veri dotalicij libere resignauit.) *Dominus Voko supremus camerarius*

[1]) *Steht am Rande.*

[2]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand „Nota extabulacio.“*

[3]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand „extabulacio.“*

1373. *promisit eandem Katherinam inducere in dotalicium consimile.*

419. Janek de Lodenicz Adamowi de Racowich et heredibus in villa Bohuslawicz III laneos censuales curticulam pratis et duobus campis et vniuersis pertinencijs eo Jure quo habuit nichil sibi reseruans ibidem vendidit hereditarie possidendos.

420. Budslaw de Rosczeny Blasey de Stychowicz cum omnibus bonis habitis et habendis inuicem sunt congressi.

421. Sbinek de Wilkos et Jan Pomyn de Wilkoz cum omnibus bonis habitis et habendis infuturum inuicem sunt congressi.

422. (Johan de Eywany et Philippus de Sczitowicz omnibus bonis eorum habitis et habendis inuicem sunt congressi.)

423. (Jan de Chudobyn Budislawe de Chudowyn et heredibus suis filie Sobihirdonis in villa Nasschiborek Curiam arature Sexagenam grossorum census cum omnibus suis pertinencijs nichil sibi Juris reseruans ibidem vendidit hereditarie possidendam. *Et hec bona debent deleri vbi reperientur.)*

424. Bohunek Sak de Koyschowa et Anna vxor eius Vncze de Maietyn et heredibus suis in villa Tirschicz Curiam arature VI. marcas census annui cum omnibus suis pertinencijs in tabernis Jus dotalicij quod habuit ibidem in Tirschicz pro Centum marcis grossorum vendidit eo Jure quo tenuit possidenda.

425. Sdenco de Kokor frater dicte Anne requisitus dixit melius suum esse.

426. Brzenek de Waleczowa Bartossio Puklice militi in villa Czech mediam municionem Curiam arature cum piscinis pratis pascuis in villis Slusyn et Penczin cum censibus prouentibus vtilitatibus vniuersis ad ea bona spectantibus pleno Jure et dominio prout ipse tenuit nichil penitus Juris sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam.

427. (Jan de Lesczan [1]) Lewisschio de Lesczan ibidem in Lesczan curiam arature alterumdimidium laneos habentem cum omnibus suis Juribus et pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendam nichil sibi reseruans Juris ibidem.)

428. Sbinek presbiter de Sdalesczin Budkoni de Lucowa villam Ztrzisschow integram et totam cum omnibus Juribus et pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio prout ipse tenuit nichil penitus Sibi Juris reseruans vendidit hereditarie possidendam.

(F. XIV. v.) 429. Budko de Lucowa Anne vxori sue LX marcas grossorum racione veri dotalicij in villa Strzesschow habendas libere assignauit.

430. (Bohunek de Kozorzinelhota Agnescze vxori sue in villa Kozorzinalhota super Curia arature alterodimidio laneis censualibus cum omnibus suis pertinencijs XL marcas grossorum racione veri dotalicij sui libere resignauit.)

431. Benessch de Busaw Margarethe vxori sue in villa Wasan X marcas census annui racione veri dotalicij sui voluntarie assignauit exclusa municione.

432. (Drachnik de Lasnik magno Przibconi de Cladnik in villa Lasnik Curiam arature cum vniuersis pertinencijs suis prout ipse tenuit nichil sibi reseruans ibidem vendidit hereditarie possidendam.) 1373.

433. Pokoy de Nynkowicz Dorothee vxori sue villam Nynkowicz et Curiam in Schonhof exclusis vineis racione veri dotalicij assignauit.

434. Nykell de Luczky Pawliconi de Eůlnburk villam Krziwa totam et integram cum omnibus suis pertinencijs et Juribus pleno dominio sicut ipse tenuit nichil Juris sibi in eadem reseruans vendidit hereditarie possidendam.

435. Pesschik de Zlamani Anne vxori sue LXXX marcas grossorum racione veri dotalicij sui in villa Paczlawicz duabus araturis et quartadimidia marcis grossorum census annui libere assignauit cum omnibus Juribus et vtilitatibus vniuersis.

436. Mathei de Orzechoweho Margarethe Sorori sue XXXII marcas racione veri dotalicij in villa Orzechow super terciodimidio laneis censualibus et tribus curticulis libere assignauit.

437. (Jan de Nezamislicz Margarethe conthorali sue dotalicium in villa Coslan tres marcas grossorum census annui in XXX marcis grossorum veri dotalicij sui Jure terre assignauit.)

438. Jesschik Pesschik Zewissche fratres de Welethina cum omnibus bonis eorum inuicem sunt congressi.

439. Henricus aduocatus Noueciuitatis Perchtoldo Kaczene vxori sue in Yesschaw alterumdimidium laneos IIII marcas grossorum censuantes eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendos.

440. (Cunico de Rychwald dictus de Liss Theodrico de Senicz et heredibus suis in uilla Senicz maiori septimumdimidium laneos II subsides mediam tabernam cum pleno Jure et dominio nichil sibi Juris inibi reseruans vendidit hereditarie possidenda.)

(F. XV. r.) 441. (Dywisch de Popowicz et Jaroslaus de Knyehnicz ipse Dywisch cum omnibus ex vna que habet uel habere poterit et ipse Jaroslaus vno laneo in Kuroslep inuicem sunt congressi.)

(F. XV. v. et duo sequentia inpaginata vacant.)

(F. XVI. r.) 442. Anno domini Millesimo CCC^{o} Septuagesimoquarto Sabbato post Epiphaniam domini proximo [2]) Concilium est celebratum per Nobiles dominos Benesschium de Crawar supremum camerarium, Jaroslaum de Knyehnicz, Czudarium, Wenczeslaum Prothonotarium principalem, de mandato et Jussu Serenissimi Principis domini domini Johannis Marchionis Morauie, Presentibus Nobilibus dominis Woccone de Crawar, Stiborio de Czimburg, Vlrico de Bozcouicz, Sdencone, Johanne et Petro fratribus de Sternberg, Herhardo de Cunstat, Benesschio de Buzaw, Potha de Holenstayn, Potha de Losczicz, Cunicone 1374.

[1]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „Leschtan.“*

[2]) *d. i. den 7. Jänner.*

1374. de Drahothus, Laczcone de Krawar, et alijs quam pluribus fidedignis ad premissum etc.

443. (Woko de Crawar dictus de Giczin Anne sue vxori in et super bonis et specialiter in Ciuitate Giczin sua super sexingentis Sexagenis grossorum Pragensium octuoaginta Sexagenas Census annui in verum dotalicium, aut racione ipsius dotalicij secundum Jus terre Morauie assignauit et intabulauit presentibus.)

444. Laczco de Crawar dictus Holenstayn Margarethe suę vxori in et super bonis videlicet Ossek uilla Vgezd uilla Buk [1]) uilla Luczca uilla Horka cum Curia arature in parte sua quam habet in uillis predictis super Septingentis et quinquaginta marcis grossorum Pragensium Septuagintaquinque marcas grossorum annui Census nudi in verum dotalicium et ipsius racione dotalicij, secundum Jus terre Morauie assignauit in predictis libere intabulauit, Eciam si in supradictis bonis eidem vxori sue aliquid deficeret, extunc in proximioribus suis bonis adiacentibus debet implere.

445. Laczco predictus committit heredes suos, in casu si ipsum premori contingerit, Vokoni de Crawar fratri suo in ueram et legittimam tuicionem.

446. Idem Laczco cum omnibus bonis suis hereditarijs cum Wocone Benesschio et Dyrslao fratribus suis habitis presentibus est congressus seu veram fecit vnionem.

447. Wocco de Crawar committit heredes suos, in casu si ipsum premori contingerit, Laczconi de Crawar fratri suo in veram et legittimam tuicionem.

448. Idem Woko cum omnibus bonis presentibus [2]) suis hereditarijs inuicem cum Laczcone est congressus.

(F. XVI. v.) 449. (Cunsscho de Bielouicz Anne consorti sue in uilla Bielouicz in parte sua dumtaxat hereditaria excluso omnimode feudo domini Marchionis Morauie in CCC marcis grossorum Pragensium XXX marcas census annui Jure terre Morauie racione ipsius dotalicij libere assignauit.)

450. Laczco de Crawar Valentino de Prziestawlk uillam Mageczin totam uillam Lhottam cum siluis molendinis aquis vniuersisque pertinencijs et Juribus pleno dominio nichil sibi Juris reseruans in dictis bonis pro Quadringentis et quinquaginta marcis Jure hereditario vendidit possidendas.

451. Johannes et Cunsscho fratres de Bielouicz Dorothee coniugi Cirnconis de Czelouicz in bonis uille Sczetrap videlicet sextomedio laneis tribus subsidibus et media decima antiqui et noui montis [3]) in Septuagintaquinque marcis grossorum racione obligacionis dotalicij octauamdimidiam marcas census assignauit, Ita videlicet quod quandocumque dictas LXX quinque marcas eidem dederint, tunc bona libera debent esse et soluta.

452. Dorothea predicta Cirnconi marito suo in predictis bonis videlicet Sczetrap et vineis ut expressatur dictas Septuagintaquinque marcas ubi octauadimidia marce census racione dotalicij sui presentibus dat et assignat. 1374.

453. Petrman de Janouicz Agnescze coniugi sue in uilla Lhota dicta Jancowa tota quinquaginta marcas grossorum quinque marcas annui census racione veri dotalicij sui Jure terre Morauie assignauit condescendens cum siluis et omnibus suis pertinencijs ad manus Onssonis et Dubconis de Trziebouicz fratrum.

454. Cunico de Richwald Proczconi de Richwald fratri suo in uilla Lis parte sua, quam ibi habet sedecim marcas grossorum annui census in laneis et tabernis dedit libere et assignauit Jure hereditario possidendas.

455. Cunico de Richwald Erhardo de Cunstat et heredibus suis octo marcas grossorum annui census in uilla Lis Cunicz uilla et Lhota Jure hereditario libere dedit et assignauit.

456. Cunico de Richwald Arclebo de Starziechouicz et heredibus suis octo marcas grossorum annui census in uilla Lis Cunicz uilla et Lhota Jure hereditario libere dedit et assignauit.

457. (Jarosschius de Czimburg [4]) Albertum de Czimburg fratrem suum cum omnibus bonis presentibus in veram suscepit coniunccionem, Et notificat quod pecunias videlicet Mille marcas grossorum inparato habeat et hereditatem quam emerit pro eisdem, hanc eidem Alberto vna secum reseruans assignauit.)

(F. XVII. r.) 458. Jacobus de Oppatouicz Bedrzichoni de Oppatouicz quinque quartalia in inferiori parte in uilla Oppatouicz pro viginti marcis grossorum vendidit hereditarie possidenda dans hereditatem pro hereditate Jure terre Morauie.

459. (Jacobus de Oppatouicz Offcze vxori sue in bonis Malonyn et Smolna uilla videlicet VII laneos in uilla Malonyn et duobus molendinis ibidem quartumdimidium laneos in uilla Smolna et pratum in uilla Oppatouicz VIII subsides et tabernam et tres laneos et laneum liberum de aratura quem a matre sua habet in Centum quinquaginta sexagenis grossorum, quintamdecimam marcas grossorum annui census nudi, nichil habens cum hominibus seu aliquo Jure disponere, racione dotalicij sui dedit et assignauit.)

460. Bedrzich de Oppatouicz Margarethe coniugi Wilczonis filij sui in uilla Oppatouicz in parte in inferiori parte uille predicte in Curia arature et alijs agris ad id pertinentibus in uilla Rudca tribus laneis in quinquaginta marcis grossorum racione dotalicij Jure terre Morauie dedit et assignauit.

461. (Eua relicta olim Janconis de Conicz Johanni et Nicolao de Staricz dictis de Holubkow fratribus dotalicium, quod habuit ex parte mariti sui Janconis antedicti, videlicet in uilla Cholina et Przemislouicz uilla Quinquaginta marcas grossorum redditus in Quingentis marcis grossorum Jure Morauie eisdem

[1]) *Diese zwei Worte sind im Orig. Ms. durchstrichen, und am linken Rande steht von anderer Hand die Note „Ista abolicio non viciat.“*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[3]) *Das im Orig. Ms. nachfolgende Wort „quinquaginta“ ist durchstrichen.*

[4]) *Das im Orig. Ms. nachstehende „cum“ ist unterpunktirt.*

1374. voluntarie resignans assignauit et quod in tabulis habent, sine ipsorum tamen preiudicio Jussit extabulari.) [1])

462. Jan de Passouicz Marssiconi de Rzipcze in uilla Passouicz, totum quidquid ibi habuit, excluso dumtaxat vno laneo quem sibi reseruat cum omni Jure et dominio nichil sibi in eisdem reseruans pro Centum quinquaginta marcis grossorum Pragensium Jure hereditario vendidit et assignauit.

463. Henricus de Newogicz fecit odpor seu contradicit dicens pinquius (sic) Jus habere quam Jan cum orphanis.

464. Proczco de Richwald Elscze vxori sue in parte castri sua Richwald in uilla Lissicz [2]) Cuniczcah in parte Lhotata (sic) minori totam partem quam habet cum pleno dominio siluis succidendis ac alijs vsifructibus, censibus, in Quingentis marcis grossorum racione veri dotalicij Jure terre Morauie assignauit ad manus Dobesschij de Crotenfol fratris sui.

465. (Proczco de Richwald Erhardo de Cunstath bona sua omnia hereditaria que in presenti habet et dinostitur habere hereditarie libere dat et assignat.)

466. (Marquardus de Dobromilicz heredes Ade de Dobromilicz fratris sui Orphanos Lowconi de Pruss dicto Dirssouicz et Woyslao de Crzizancow in veram et legittimam committit tuicionem.)

(F XVII. v.) 467. Cunca de Dobromilicz cum Przibicone filio suo de Dobromilicz ipsa cum dotalicio suo et ipse cum bonis hereditatis suis sunt inuicem congressi.

468. Jesco de Holenstayn dictus Cropacz Nicoloni de Luczca in uilla Ruda partem quam habuit totam in uilla Marcow omnia que habuit [3]) cum siluis aquis cum omnibus pertinencijs suis pleno dominio omni Jure sicut habuit nichil sibi reseruans pro nonaginta marcis grossorum hereditarie vendidit et assignauit sibi et suis heredibus.

469. Vnka de Mageczin Sulconi de Tuorouicz quinque quartalia in Tuorouicz sibi et suis heredibus pro XXX marcis minus II hereditarie possidenda vendidit et assignauit.

470. Marquardus de Chwalcouicz Kaczne vxori sue in uilla Chwalcouicz in Curia arature et duas marcas grossorum redditus cum omnibus pertinencijs suis Quadraginta marcas grossorum racione dotalicij assignauit possidendas.

471. (Anna de Ottoslauicz vxori Jesconis dicti Puska de Richwald omnia bona hereditaria sua que habuit et in presenti habere dinoscitur, Eciam Jus quod Bohusca de Drahotus in tabulis habuit eidem Jesconi Pusconi marito suo et heredibus suis libere dat hereditarie possidenda.) [4])

472. (Dominus Benesschius supremus Camerarius huic resignacioni contradicit.)

473. (Erhardus de Cunstat Jutcze vxori sue Castrum Cunstat cum Opido duas Curias sub castro arature VI molendina sub castro, Rudcam uillam, 1374. uillam Sulicow, uillam Petrow, uillam Macow, in minori Rosiczcze, Vstupow uillam, Sbraslauecz uillam, excepto vno cliente ibidem qui habet XXX marcas desuper Martini uillam, excluso vno cliente qui habet in vna Curia emphiotesim (sic) quod purchrecht dicitur in uilla Toborz, in uilla Swichoczin in magna uilla Rosieczca cum omnibus pertinencijs piscinis et pleno dominio in Mille Quadringentis sexagenis grossorum racione veri dotalicij Jure terre assignauit libere possidenda, tali interiecta condicione quod si ipsum Erhardum prius quam ipsam Jutcam mori contingerit, extunc quandocumque tutores puerorum ipsius qui fuerint, aut ipsi pueri sepedicte Jutcze dictas Mille Quadringentas sexagenas grossorum (darent?) extunc dicta bona libere ad dictos pueros suos dicta bona reuerti debentur.)

474. (Erhardus de Cunstat Jesconem dictum Puskam de Richwald in veram et legittimam suscipit coniunccionem super bona sua.)

(F. XVIII. r.) 475. Bedrzich de Dirnouicz Offcze vxori sue in Dirnouicz uilla in sua parte quam tenet Centum et XXV marcas grossorum Pragensium racione dotalicij libere assignauit. [5])

476. (Andreas de Bistricz Elscze vxori sue in Curia et in bonis que habet in uilla Bistricz XL marcas grossorum Pragensium racione dotalicij libere assignauit.

477. (Maczco dictus Canyouecz de Canyouicz Margarethe vxori sue in uilla Canoyuicz Quinquaginta marcas grossorum quinque marcas grossorum redditus racione dotalicij assignauit ad manus Pardusschij de Zeranouicz.) [6])

478. Bohunco de Lhota Ade de Nahosouicz terciumdimidium quartalia cum Molendino in Lhota Mieseczna pro XVII marcis grossorum vendidit Jure hereditario assignauit possidenda.

479. Adam et Bohunco fratres de Racowe Serenissimo Principi et domino domino Marchioni Morauie coniunccionem videlicet quam cum Andrea patruo de Cracowcze habuerunt, videlicet in Cracowcze et Racowe theuthunico et medio Racowe Morauicali, Curiam arature cum omnibus suis pertinencijs et pleno dominio nichil sibi in eisdem reseruantes libere et hereditarie condescendentes assignarunt, et hec huiusmodi vnio de tabulis est deleta.

480. Onsscho de Nezdenicz Anne vxori sue in uilla Nezdenicz in Curia ibidem arature cum suis pertinencijs Quadraginta marcas grossorum racione ueri dotalicij Jure terre Morauie assignauit.

481. Przibico de Borzutaw Sdencze vxori sue in duobus laneis in uilla Borzutaw XL marcas grossorum in eisdem racione veri dotalicij Jure terre assignauit possidendas.

[1]) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht „Jenczo I," was aber durchstrichen ist.*

[2]) *Das im Orig. Ms. vorstehende „Lissiczicz" ist unterpunktirt.*

[3]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden Worte „et in uilla" sind unterpunktirt.*

[4]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von derselben Hand „odpor," welches aber durchstrichen ist.*

[5]) *Am Schlusse dieser Einlage stehen noch die durchstrichenen Worte „Ita tamen."*

[6]) *Der Schluss dieser Einlage von „ad manus" bis zu Ende ist durchstrichen.*

1374. 482. Nicolaus de Malenouicz et Agnesca filia ipsius Nobili Sdenconi de Sternberg dicto de Lucow in uilla Lesschna Curiam arature et totam uillam cum siluis et medium laneum in uilla Cosral cum suis pertinencijs pleno dominio et Jure nichil sibi reseruantes pisçinis etc. Jure hereditarie vendiderunt possidendam.

483. (Jenczo de Nieczicz Jarosschius dictus Kuzel [1]) de Bielouicz cum omnibus bonis suis ipse Jenczo quidquid habet in Nieczicz et ipse Jarosschius quidquid habet in Trubka cum illis bonis sunt invicem congressi et vniti.)

(F. XVIII. v.) 484. (Czesoldus de Racodaw Ancze virgini dicte Oppawka Curiam in Olsan arature cum subside pratis et eo omni Jure quo tenuit nichil sibi reseruans hereditarie vendidit possidendam pro LXII marcis grossorum denariorum Pragensium et ad manus domini Benesschij de Crawar supremi Camerarij)

485. Bartholomeus de Prosinek Woyslawe vxori sue Curiam suam [2]) in uilla Prosinek cum omnibus pertinencijs suis et dominio hereditarie possidendam in quinquaginta marcis grossorum denariorum Pragensium racione veri dotalicij Jure terre Morauie possidendam assignauit.

486. Herscho de Rokytnicz Nicolao de Malenouicz heredes seu pueros legittimos in casu si ipsum prius mori contingerit in veram et legittimam committit tuicionem seniori domino Nicolao ad fideles manus.

487. Janco de Curouicz veniens coram beneficiarijs publicat quod dotalicium Mancze matertere [3]) sue dotalicium in uilla Drazouicz voluit intabulare sed propter absenciam mariti sui dicti Ronowecz et Wznate fratris sui ommisit. [4])

488. (Benesschius de Strallek Anne vxori Dirslai matri sue in uilla Lhota Cozerzina Curiam arature ibidem duobus laneis et Molendino Centum quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij cum pleno dominio et pertinencijs suis assignauit, et quidquid ibidem deperiret, extunc in uilla Krzthomil debet adimpleri.)

489. Janacz de Brzizolup et Witco de Vgezd ipse Janacz quidquid habet in Brzizolup et Lhota prope Raczouicz, et Witco in Vgezd et Zacrzow omnibus bonis que ibi habent sunt invicem congressi et vniti.

490. Sbinco de Krzelouicz Katirle vxori sue in uilla Krzelouicz sex marcas redditus in Sexaginta marcis grossorum racione veri dotalicij Jure terre assignauit.

491. (Bedrzich de Coyzow Nobili Hinczoni de Lippa in uilla Olesschna quintamdimidiam marcas grossorum redditus et in uilla Sluchonyow mediam marcam redditus omni Jure et pertinencijs, quo tenuit, nichil sibi reseruans, pro Sexaginta marcis grossorum vendidit hereditarie possidendas, Dyethmarus frater suus dedit assensum in presencia beneficiariorum.) 1374.

492. Sawisschius de Lessczna Feue vxori sue in uilla Lesczna parte sua quidquid ibi habet tota in Quinquaginta marcis grossorum quinque marcas grossorum census racione veri dotalicij Jure terre dedit et assignauit, *adiungit insuper eidem vxori sue Quinquaginta marcas in bonis predictis racione dotalicij ut supra.*

493. Valentinus de Przіestawlk Elscze vxori sue in uilla Bistricz terciumdimidium quartalia in uilla Tirssicz VII laneos in uilla Billa X marcas census annui, villam totam Rziwinow, et in uilla Lhota, (F. XIX. r.) et in uilla Przіestawlk, tota parte sua quidquid habet, nichil excipiendo, Centum LXXX marcas grossorum racione veri dotalicij sui Jure terre dedit et assignauit.

494. Valentinus de Przіestawlk Nobili Sdenconi de Sternberg alias de Lucaw in uilla Jaroslauicz Jus dotalicij suum quod habuit pro Triginta marcis grossorum Tres marcas redditus vendidit et assignauit.

495. Stacho de Trubek Sobyen et Skoch fratres ibidem cum bonis que habent in Trubek in Czessan, vnum laneum et medio molendino in uilla Sborouicz laneum et medio Jurepatronatus inuicem sunt congressi.

496. Sulca de Wazan Benesschio ipsius filio in Curia Wazan, quam habet, Quinquaginta marcas grossorum dotalicij sui libere resignauit.

497. (Cunca de Cozusan relicta olim Hinczonis nunc vxor Sdenconis de Czekyn eidem in villa Cozusan Curiam arature cum suis pertinencijs taberna vniuersisque pertinencijs prout ipsa tenuit in Centum marcis grossorum quas racione dotalicij habuit sui, libere dedit et assignauit.)

498. Sdenco de Czekyn Cuncze vxori sue in uilla Costelecz Curia arature et vno subside et uilla Czekyna in hominibus censuantibus sex marcas grossorum ibidem in parte sua tota Centum marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit. [5])

499. Niclik de Hrabye et Dorothea ipsius vxor Mechoni de Lhota et heredibus suis in uilla Hrabye Curiam arature et III laneos censuales pro decem et octo marcis grossorum hereditarie vendiderunt et assignauerunt.

500. (Johan de Eywan Sweyslaw vxori sue in uilla Eywan in Curia arature proutmet tenuit in Triginta marcis grossorum racione dotalicij dedit et assignauit.)

501. Procziuecz de Czekina Sdenconi de Czekyna fratri suo in uilla Stanimiericz partem suam et uilla Neplachow partem suam totam cum suis pertinencijs nichil sibi reseruans pro vigintiquatuor marcis grossorum hereditarie vendidit et assignauit.

[1]) *Die zwei Worte „dictus Kuzel“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[3]) *Das im Orig. Ms. vorstehende Wort „matris“ ist unterpunktirt.*

[4]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von derselben Hand „Nota.“*

[5]) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht „Mecho de Lhota,“ welches aber unterpunktirt ist.*

1374. **502.** Jesco de Hwiezdlicz Martino de Naczessicz in uilla Hwiezdlicz Curiam arature quinque laneos vnum subsidem cum siluis et Jurepatronatus et pleno dominio proutmet tenuit nichil sibi reseruans pro Centum et triginta marcis grossorum vendidit et Jure hereditario possidendam.

503. Martinus de Naczessicz Elscze vxori sue in uilla Hwiezdlicz Curiam arature in quinque laneis vno subside ibidem Nonaginta marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit Jure terre possidendam ad manus Jesconis de Hwiezdlicz fratris ipsius.

(F. XIX. v.) **504.** Arclebus de Cuncouicz Anne vxori sue in uilla Cuncouicz Curiam arature mediam uillam ibidem in parte qua residet cum siluis nomine Bukowina usque Strabischowska Dubrawa vniuersis suis pertinencijs in Centum vigintiquinque marcis grossorum racione veri dotalicij Jure terre assignauit.

505. Miloslaw de Kalouicz cum Sdislao de Kalouicz suo filiastro cum Curia arature in uilla Lesnicz Jurepatronatus quarta parte quam habet idem Miloslaw ex vna et Sdislaw cum XL marcis grossorum et bonis vbi habet parte ab alia invicem sunt congressi.

506. Budislawa de Studenecz cum Jancone de Sczitouicz suo marito cum Curia arature et III subsidibus cum suis pertinencijs et ipse Curiam in uilla Sczitouicz cum omni dominio sunt invicem congressi.

507. Janco de Wirbatek Philippo de Sczitouicz tria quartalia in uilla Wirbatek pro viginti marcis grossorum Jure hereditario vendidit et assignauit.

508. Welislaus de Laznik Offcze vxori sue in uilla Laznik in media Curia arature et in hominibus quos pater suus tenet, mediam partem, vigintiquatuor marcas grossorum racione dotalicij dedit et assignauit.

509. Hersso de Turouicz nobili Sdenconi de Sternberg alias de Lucaw in uilla Cozrale saluas (sic) piscinas et in uilla Lesczna siluas cum vniuersis et dominio pleno proutmet tenuit nichil sibi reseruans pro viginti minus vna marcis grossorum vendidit et Jure hereditario assignauit.

510. Micul de Petrouicz Dorothee vxori sue in uilla Petrouicz duas [1]) partes in Curia arature II laneos et in uilla Wsschusouecz vnum laneum cum pleno dominio in triginta marcis grossorum racione veri dotalicij Jure terre assignauit.

511. Lupus de Slussouicz Raczconi de Odunecz in uilla Oppatouicz totam nichil sibi reseruans cum pleno dominio pro XXIII [2]) marcis grossorum Jure hereditario vendidit possidendam.

512. Richuinus de Vgezd Kaczne vxori sue in uilla Vgezd in Curia arature cum subside cum siluis pratis et vniuersis suis pertinencijs in trigintatribus marcis grossorum racione dotalicij iuxta consuetudinem terre assignauit.

513. Otanko de Sczessicz cum Johanne fratre ibidem suo, Otanco duobus laneis et quartali et vno subside in Sczessicz parte sua quam habet et Johannes IX quartalibus et subside ibidem eciam parte sua invicem sunt congressi. 1374.

514. Vnka de Mageczin Arnusto de Czech et suis heredibus in uilla Eywan VII quartalia arancia et III quartalia censuancia pro Septuaginta marcis grossorum Jure hereditario vendidit et assignat.

(F. XX. r.) **515.** Arnestus de Czech Margarethe vxori sue in uilla Eywan in VII quartalibus arantibus in Quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dedit et assignauit.

516. Quietko de Oprostouicz Offcze vxori sue in uilla Oprostouicz super alteromedio laneis quos Jure dotalicij tenuit XV marcas grossorum easdem XV marcas grossorum racione dotalicij dedit et assignauit, Valentinus de Prziestawlk fecit odpor, dicens ipsum omnino nichil habere ibidem, Sudco presbiter plebanus in Giczin contradicit ipsum Quietconem penitus nichil ibidem habere sed dicit suam hereditatem. [3])

517. Wenczeslaus de Tirnawaka Elscze vxori sue in uilla Tirnawaka in Curia arature in Triginta marcis grossorum racione veri dotalicij dedit et assignauit.

518. Wilhelmus de Olomuczan Citatus de discussione in uilla Oppatouicz Primo Secundo comparuit Colloquio volens suam recipere pecuniam, Anna et Offka germane que ipsum citauerant non conparuerunt, Ita Beneficiarius supremus commisit ad inquirendum, quoto et quibus temporibus ipse Wilhelmus suas deberet expectare pecunias, ad recipiendum. Adinuentum per Barrones, ter, sex septimanarum spacio deberi expectare, que sorores nec infra illo nec vltra dimidio anno vsque ad proximum terre colloquium seu ad presens dare neglexerunt, vltra quo idem Wilhelmus presencia Baronum omnium qui interfuerunt motu proprio, et hoc post adinuencionem Baronum qui sibi Jus hereditatis adinuenerunt ipsis ad voluntatem ipsorum et specialiter Mixoni de Pornicz marito Offcze, qui Actor ex parte ipsarum extiterat terminum X septimanarum ad recipiendam dictam assignauit pecuniam quod non fecit nec fecerunt, propter quod adinuentum est Jure hereditario possidendam. [4])

519. Idem Wilhelmus Agnescze vxori sue in uilla Oppatouicz [5]) quam obtinuit quinque marcas census in Quinquaginta marcis grossorum et si ibi deficeret quibus obtinet, extunc in Curia arature propria supplere debet racione veri dotalicij Jure terre assignauit.

520. Erhardus de Cunstat nobili Stiborio de Czimburg alias de Thowaczow heredibus et successoribus suis Castrum Krzidlo in monte quo situatum est libere vendidit et assignauit in verum feudum Serenissimi principis domini domini Johannis Mar-

[1]) *Das im Orig. Ms. vorstehende Wort „quintam“ ist unterpunktirt.*

[2]) *Diese Zahl steht oberhalb der ursprünglich im Texte gestandenen und unterpunktirten „triginta.“*

[3]) *Bei dieser Einlage steht am rechten und linken Rande von anderer Hand „odpor.“*

[4]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht „Nota.“*

[5]) *Das im Orig. Ms. vorstehende „Olomuczan“ ist unterpunktirt.*

1374. chionis et quid idem Stiborius cum heredibus suis, hoc idem a predicto domino Marchione suscipit in feudum, et hec vendicio facta est ex consensu heredum Nobilis olim domini Wilhelmi de Cunstat quorum ipse legittimus est et fuit tutor et commissarius specialis promittens idem Herhardus ab omni homine impetente disbrigare Jure feudali et specialiter a heredibus prefati domini Wilhelmi.

521. Gerhardus predictus predicto Stiborio uillam Rzimicz partem suam totam cum Jurepatronatus vniuersis pertinencijs, nichil sibi ibidem reseruans, uillam Bruzna totam, uillam Chlumeczne totam, uillam Chomicz, totum quidquid ibidem habuit, siluis pratis Molendinis cum pleno dominio et Jure prout ipse et orphani domini Wilhelmi tenuit et tenuerunt, nichil sibi in eisdem reseruans, nec orphanis predictis, eidem Stiborio et heredibus suis et successoribus Jure hereditario libere vendidit et assignauit.

(F. XX. v.) 522. Quod extabulacio Hirzconis de Cladnik per omnia tam ab vxore quam heredibus suis quibuscumque nominibus nuncupantur, fieri debet et est facta ita videlicet si in Regestro terre reperiri possit, nullum hec intabulacio vigorem habet nec habebit. *Et hoc est feudum Marchionis.* [1])

523. Przіedotha de Skirben Bistricze de Swoynicz uillam Mislouicz Jus dotalicij sui quod habuit ex parte vxoris sue pro et in Centum marcis grossorum eo Jure quo tenuit vendidit et assignauit, Eciam si alicubi in tabulis reperiretur deleri debet.

524. Bistricze de Swoynicz Jesconi de Holenstain dicto Kropacz in uilla Mislouicz hoc Jus emptum in eisdem Centum marcis grossorum eo Jure quo tenuit vendidit possidendum cum suis vniuersis pertinencijs.

525. (Stiborius de Czimburg alias de Thowaczow Margarethe vxori sue in uilla Rzimicz partem suam totam, uillam Radcow, uillam Racodaw, in Quingentis marcis grossorum Quinquaginta marcas redditus, et si quid ibi depériret, extunc suppleri debet in bonis melioribus [2]) propinquioribus racione veri dotalicij Jure terre dedit et assignauit et hoc ad manus et suscepit nobilis domini Johannis de Sternberg alias de Lucaw, Et ipse Stiborius seducit ipsam dominam vxorem suam de dotalicio de Malhostouicz ad dotalicium nunc signatum et notatum.)

526. (Vlricus de Prozenicz et Petrus frater suus Nikolao dicto Naklao et Hincziconi fratri suo uillam Prozenicz cum molendinis siluis pratis pascuis cum pleno dominio proutmet tenuit nichil sibi ibidem reseruans pro ducentis Sexagintaquatuor marcis grossorum et ipsorum heredibus Jure hereditario vendidit et assignauit possidendam. Et Curiam arature et quartale in uilla Podolse, que tenuit, libere resignauit et promisit ab omni impetente exbrigare.) [3]) *Delecioni ipsimet interfuerunt.* [4])

527. Nicolaus dictus Naklo Offcze vxori sue in uilla Prozenicz tota sex marcas census in Sexaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dedit et assignauit. 1374.

528. Jesco de Weleczin veniens Coram Beneficiarijs publicauit et notificauit quod uillam Wirbka, quam olim dominus Franco tenuit et possedit datam per dominum Marchionem habet cum suis fratribus in tabulis terre. [5])

529. Otussch de Zlezan Margarethe de Wieczemiericz filie Donati uillam in uilla Wiscouicz Curiam arature cum omnibus et singulis Juribus proprietatibus pleno dominio nichil sibi reseruans ibidem dicte Margarethe et ad manus Barssonis dicti Czihouecz libere assignauit prout in tenore literarum desuper clarius est confectum, que litere mutuum pro mutuo factum sonant et idem Otussch existens verus heres hoc licite facere potuit et fecit.

530. (Libus et Dirslaus fratres de Senicz cum bonis in uilla Senicz IX marcarum redditus et in Polom mediam marcam grossorum redditus invicem sunt congressi.)

(F. XXI. r.) 531. Jurzico de Domamislicz Hercze vxori sue et sorori in Curia arature ibidem in Domamislicz in triginta marcis grossorum racione veri dotalicij dedit et assignauit.

532. Arclebus de Starzechowicz existens verus et legittimus tutor et Commissarius Orphanorum olim domini Boczkonis de Chunstat dicti de Podyebrad specialisque Nunccius a Serenissimo Principe et domino domino Johanne Marchione Morauie missus ad Tabulas terre Morauie presentes Nobili domino Beneschio de Crawar dicto de Straznicz protunc supremo camerario Olomucensis Zude, heredibus et successoribus suis Medietatem opidi Prostyegow, medietatem Jurispatronatus ibidem, Municionem totam, mediam Curiam ante Municionem, Molendinum, cum vniuersis pertinencijs et Juribus singulis pleno dominio et potestate, nichil penitus Juris sibi nec dictis domini Boczkonis orphanis reseruans ibidem sed omnimode cum omnibus vtilitatibus et prouentibus sicut ipsimet tenuerunt pro Mille et Centum Marcis grossorum Pragensium Morauici numeri, libere ac hereditarie duxit vendendam assignauit que hereditarie et perpetue possidendam.

533. Procziwecz de Paczlawicz et Mladota de Paczlawicz fratres, ipse Procziwecz quidquid habet in Lhota ex sua parte, et ipse Mladota quidquid habet in Paczlawicz villa inuicem sunt congressi.

534. Jaroschius dictus Cuschel de Byelowicz huic contradicit congressioni dicens quod frater suus Janaczo de Traplicz sit heres bonorum eorundem. [6])

535. Pesco de Kowalouicz Bolcze vxori sue in villa Koualouicz duos laneos racione veri dotalicij assignauit.

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von derselben Hand das Wort „Nota.“*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[3]) *Der Schluss dieser Einlage von „Et Curiam“ bis zu Ende ist durchstrichen.*

[4]) *Diese von anderer Hand beigefügte Note steht unterhalb der Einlage.*

[5]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von derselben Hand das Wort „Nota.“*

[6]) *Bei dieser Einlage steht am rechten Rande von derselben Hand „Odpor.“*

1374. 536. Anna de Stichouicz vxor Mesconis dotalicium, quod Bedrzich de Stichouicz intabulauerat, ipsa pecijt extabulari.

537. Margaretha filia Swatussij de Nezamislicz dotalicium suum in Paczlauicz ex parte mariti sui Dobessij in presencia fratrum extabulat.

538. Bratrzik de Czelczicz Barthuchoni genero suo de Barwicz in villa Czelczicz Curiam arature medium laneum ortum omni Jure et dominio quo tenuit vendidit hereditarie possidendam.

539. Barton de Bauicz Elscze vxori sue in villa Czelczicze pro L marcis grossorum super Curia medio laneo et orto quinque marcas annui census racione veri dotalicij assignauit.

(F. XXI. v.) 540. Dietrzich de Czenicze Kuncze vxori sue pro XXX marcis in villa Senicze super II laneis tres marcas grossorum annui census racione veri dotalicij assignauit.

541. (Wsebor de Namisch Hanuschio et Sumplino fratribus de Vstinow et heredibus eorum in villa Smirzicz Curiam arature III quartalia Balneum mediam tabernam cum omnibus suis pertinencijs eo Jure quo ipsemet tenuit, nichil sibi penitus Juris in hijs reseruans hereditarie vendidit et assignauit.)

542. Sdeniek de Stiekinye et Dywa de Cziekyn cum omnibus bonis habitis uel habendis inuicem sunt congressi.

543. Mukarz de Kokor et Stach de Kokor cum omnibus bonis suis in Prussinouicz uel vbique habitis uel habendis inuicem sunt congressi.

544. Wsebor de Namiesch Petro Tenk de Kostelcze Mixoni filio suo in villa Smirzicz Curiam arature III quartalia medium balneum cum omnibus pertinencijs eo Jure quo ipsemet tenuit nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidenda.

545. Ludwik de Vbossina Jacubo Koneczkoni de Pruss in villa Vittczicz quidquid habuit eo Jure quo ipsemet tenuit cum omnibus suis pertinencijs nichil sibi Juris reseruans vendidit hereditarie possidendum.

546. (Alsik de Bistrzicz Valentino de Prziestawilk in villa Bistrzicze magno terciumdimidium quartalia omni Jure quomet tenuit vendidit hereditarie possidenda.)

547. Laczko de Crauar Hinczikoni et Nicolao dicto Nakl fratribus ac heredibus ipsorum villam Domazelicz totam cum Municione vniuersis et singulis pertinencijs vtilitatibus et libertatibus pleno Jure et dominio et Jurepatronatus Ecclesie, nichil penitus sibi reseruans in eadem Juris aut proprietatis (vendidit?) extabulacio debet fieri illius ville quam idem Laczko habuit.

548. Benessius de Crauar alias de Crumnow Sbinconi et Pomyen fratribus de Wilkoss et ipsorum heredibus in villa Kyssielouicz Curiam arature VII laneos minus vno quartali quatuor curticulas III tabernas (et mediam partem ville Zarzieczie) [1]) cum Siluis Pratis et alijs pertinencijs pleno iure et dominio quo olim Nobilis Johannes Patruus suus tenuit nichil sibi Juris penitus reseruans vendidit hereditarie possidenda. 1374.

(F. XXII. r.) 549. (Anna de Stichowicz vxor Mesco.) [2])

550. Kaczca de Tlustomast cum congressione, quam Offca de Paczlaw habuit, illa vnio debet deleri.

551. Mathias de Orzechow in villa Paczlauicz Jus suum quod Dobesius de Paczlauicz intabulauerat debet deleri.

552. Pitroldus de Prus omne Jus quod habuit in villa Perna parua cum Margaretha de Perna debet deleri.

553. Janec et Margaretha hoc quod Buzco de Drahanouicz intabulauerat debet deleri.

554. Gindrzich et Procyuecz fratres de Zatrzel cum omnibus bonis inuicem sunt congressi.

555. Sdenco de Sternberg alias de Lucow Cuncze vxori sue in villis videlicet Czetechouicz Lyscach et paruo Chlumcze in ducentis quinquaginta marcis vigintiquinque marcas annui census et nudi racione veri dotalicij dat et assignat.

556. Bonus de Paczlauicz Bolcze Relicte olim Mathussij de Sternberg et heredibus prefati domini Mathusij masculis in villa Paczlauicz decimamdimidiam marcas grossorum annui census cum omnibus proprietatibus pleno Jure et dominio, nichil proprietatis sibi dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

557. Ofca vxor Bonusij de Paczlauicz dotalicium suum quod in Paczlauicz villa habuit extabulat vbicumque inueniretur, Vnca de Magetin consanguineus ipsius consensit.

558. (Jesco Pusca de Richuald publicat, quod si ipsum prius, qam Annam vxorem suam et heredes suos mori contingerit, extunc dicta Anna et heredes sui simultatem que spolek dicitur debet habere et hoc de gracia et fauore speciali.)

559. *Sdenco de Sternberg alias de Lukow Cuncze vxori sue in villis Czetochouicze, Liskach et paruo Chlumczie in ducentis quinquaginta marcis vigintiquinque marcas annui census et nudi racione veri dotalicij dat et assignat.*

(F. XXII. r.) 560. Ewca de Honeticz Ondrzeyconi filio eius in villa Honeticz XX marcas grossorum super alterodimidio laneis quos in dotalicio habuit hoc ipsum dotalicium libere resignauit.

561. Milotha de Eywanye Stiborio de Czinburg et suis heredibus in villa Eywanye alterumdimidium laneos cum omnibus Juribus et pertinencijs pleno Jure et dominio proutmet tenuit vendidit hereditarie possidendos.

562. (Vnca de Magetyn Petrziconi de Ziranouicz in villa Buc nouem marcas quatuor grossos annui census cum vniuersis pertinencijs, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendas et ad manus Sbynconis de Cokor heredibus et fratribus.)

563. Herso de Olsan Religiosis Abbatisse et Conuentui sancte Katherine in Olomucz ordinis Pre-

[1]) *Am unteren Rande dieser Blattseite steht von anderer Hand „Nota, quod media pars ville Zarzieczie que superius est extabulata, Jesconi Puscze est intabulata.“*

[2]) *Der Schluss dieser Einlage fehlt.*

1374. dicatorum in villa Olsan vnum laneum eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie ex consensu domini Marchionis quem dedit litera sua. (sic.)

564. Anna de Wrahouicz Onsoni de Drzouicz dotalicium quod in Polichna habuit pecijt extabulari. Jan frater eius interfuit.

565. Also de Bistricz et Agnesca vxor eius in villa Swabenicz duos laneos censuales quos in Tabulis habuit fecit extabulari cum consensu Cuniconis 1374. de Drahothus.

566. Beneschius de Buzow pecijt extabulari Curiam in inferiori Sadlouicz prout tenuit omni Jure.

567. Brzenyez de Czech villas videlicet Czech Sluzin et Penczin quas pater ipsorum habuit fecit extabulari.

(Sex folia sequentia sunt excissa et ultimum vacat.)

Liber domini Wenceslai de Straznicz.[1]

1376. (F. I. v.) **1.** Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo sexto Sabbato post Epyphaniam domini [2]) Olomucense celebratum est Colloquium generale dominorum ex speciali mandato et Jussu Serenissimi Principis domini domini Jodoci Marchionis Morauie qui pro tunc temporis fuit extra Terram Morauie [3]) Per Nobiles dominos Wenczeslaum de Straznicz Supremum Camerarium, Jaroslaum de Knyehnicz Czudarium, Wenczeslaum Notarium Terre, Et Presentibus Nobilibus dominis Johanne de Mezerzicz Seniore eiusdem domini Marchionis locum tenente, Reuerendo in Christo patre domino Albertho Episcopo Lythomislensi alias de Sternberg, Vlrico de Bozkouicz, Jescone de Lucow, Stiborio de Czimburg alias de Touaczow, Sdenkone et Smilone de Zabrzieh fratribus, Petro de Sternberg, Laczkone de Crauar, Petro de Plumnaw, Benessio de Buzaw, Potha de Losticz, Smilone de Lesnycz Sulikone de Konycz et alijs quam pluribus fidedignis ad premissa.

2. Et Nota. [4]) Quod omnes extabulaciones circa imposicionem tabularum quamlibet circa nomen suum et locum suum specificauimus et notauimus taliter ut vbicumque in tabulis antecedentibus reperirentur, debent deleri, Nam propter magnam neccessitatem et occupacionem temporis non poterant queri protunc et deleri et maxime racione Principis necessitatis.

(F. II. r.) **3.** Nos Petrus de Sternberg Notumfacimus vniuersis presentes literas inspecturis, Quod ad magne peticionis instanciam per nos factam Reuerendus in Christo pater et dominus dominus Albertus Luthomislensis Episcopus dominus et patruus noster Karissimus super assignandis nobis bonis paternis pro neccessitate nostra corporea ad 1376.
uite sue tempora duntaxat Nobiles viros amicos nostros karissimos dominos Sezemam de Vssk prepositum Tynensem Johannem de Sternberg dictum de Lukow, Benessium de Krawar dictum de Chrumnaw Smylonem de Sternberg dictum de Holicz, Wenczeslaum de Crawar dictum de Straznicz, Sdenkonem de Sternberg dictum de Zabrieh, Albertum de Sternberg dictum de Swyetlaw et Petrum de Crawar dictum de Plumlaw, compromisit et nos similiter prehabito consilio cum amicis et fidelibus nostris diligenti conpromissimus in eosdem quorum pronuncciacionem siue arbitrium fide nostra bona sine fraude et dolo ipsi domino Episcopo, Et ipse nobis inviolabiliter promissimus in omnibus clausulis dictis articulis et sentencijs obseruare, Qui quidem domini compromissarij nostri supradicti huiusmodi conpromissum siue arbitrium ad peticionem nostram voluntarie assumentes diuersis tractatibus et matura deliberacione cum sapientibus prehabitis eiusdem conpromissi siue arbitrij vigore inter nos et prefatum dominum Episcopum patruum nostrum pronuncciauerunt dixerunt et ordinauerunt arbitratique sunt in hunc modum, Primo quod prefatus dominus Episcopus nobis pro neccessitate nostra corporea dare tenetur infrascripta bona videlicet Castrum Bechinam cum opidis villis araturis siluis piscinis vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis in quibuscumque rebus consistant ac pleno dominio prout ipsemet tenuit et possedit, Et eciam cum illis censibus quos in bonis Benesow dinoscitur habere, Item omnia bona relicte quondam domini Wilhelmi de Straconicz preter illa videlicet Byelczicz que ipsa domina actu possidet, Item Castrum Radsicz cum uilla eidem castro subiacenti et uillis subscriptis videlicet Drnouicz Pyeskouicz Socole Gyescowiczie Nossalouicz cum araturis siluis piscinis molendinis et omnibus alijs vtilitatibus ad ipsum castrum pertinentibus, ac pleno dominio prout ipsemet tenuit

[1]) *Der III. Olmützer Quatern hat keinen besonderen Umschlag. Auf der Vorderseite des I. Blattes steht am oberen Rande von einer anderen jedoch gleichzeitigen Hand die nachstehende Bemerkung: „Iste totus liber usque ad finem est liber domini Wenceslai de Straznicz incepit anno domini M.° CCC LXX sexto Et finitus anno domini M° CCC° LXX nono," und etwas tiefer links oberhalb des blos mit einer Feder und mit Tinte gezeichneten Krawařischen Wappens liest man die wieder von einer anderen Hand geschriebenen Worte „Liber Tercius" und endlich an der linken Seite des Wappenschildes die arabische Jahreszahl 1376. — Uebereinstimmend mit der eben erwähnten Aufschrift behandelt dieser Quatern die Zeit des drei König-Landrechtes 1376 bis inclusive dahin 1379.*

[2]) *d. i. den 12. Jänner.*

[3]) *War damals zur Schlichtung des mit seinem jüngsten Bruder Johann Soběslaw gehabten Streites zu Prag. Darauf deutet wenigstens der daselbst am Sonnabend vor dem 8. Tage des Obersten (12. Jänner) 1376. vom Johann, Burggrafen von Magdeburg und Grafen von Hardegg, gefällte Schiedsspruch, so wie auch die dort am folgenden Tage (Prag an dem 8. Tage des Obersten — 13. Jänner) vom Markgrafen Johann Soběslaw erfolgte Bestätigung desselben Schiedsspruches. Siehe meine Abhandlung über das III. und letzte Testament des mähr. Markgrafen Johann in den Schriften der histor. statist. Section, II. Hft. Beil. XV. u. XVI. Brünn 1852.*

[4]) *Steht am Rande von einer anderen Hand geschrieben.*

1376. et possedit, Item pronuncciauerunt et arbitrati sunt, quod decedente domina Anna matre nostra omnia bona ipsi matri nostre in dotalicio assignata et obligata ad nos pertinebunt, de piscinis autem in bonis Bechinensibus situatis pronuncciauerunt et sunt arbitrati quod prefatus dominus Episcopus ipsas emittere et depiscari omnes debet et potest per suos officiales sine nostro et nostrorum quocumque inpedimento, Et hoc a natiuitate Christi proxime venturo vsque ad natiuitatem Christi anno reuoluto; Et idem dominus Episcopus omnia debita sua et specialiter dampna seruitorum Bechinensium cum eisdem pecunijs tenere soluere et expedire, Item pronuncciauerunt ac disposuerunt, Quod de supradictis bonis nos contenti esse debemus ad tempora vite prefati domini Episcopi et vltra illa non debemus eundem dominum episcopum nec de iure nec de facto impetere nec eciam sibi aliquas molestias inferre, nec de ulteriori porcione ammodo inquietare ammonere aut ab ipso requirere verbo uel facto in parte uel in toto nec vmquam pro bonis alijs ulterioribus quantumcumque magnis uel paruis in Bohemia et in Morauia situatis eundem dominum episcopum patruum nostrum ad quodcumque iudicium citare trahere aut euocare de iure uel de facto directe uel indirecte quocumque quesito colore per nos aut alias interpositas personas omnibus diebus uite nostre, Item pronuncciauerunt et arbitrati sunt quod sepefatus dominus Episcopus patruus noster omne aliud dominium in Morauia cum omnibus castris opidis uillis piscinis siluis allodijs araturis montibus vineis omni libertate pleno dominio, et cum omnibus et singulis suis pertinencijs In quibuscumque rebus et vtilitatibus consistant quibuscumque nominibus censeantur nichil excipiendo per omnia et in omnibus integraliter et ex toto tenere habere et possidere debet pacifice et quiete absque inpedimentis et contradiccionibus nostris quibuscumque, Item pronuncciauerunt arbitrati sunt et disposuerunt, Quod idem dominus Episcopus omnia bona ultra illa que nobis sunt assignata patrimonialia non debet nec potest a nobis et a pueris nostris si quos habuerimus dare vendere aut obligare nec quocumque modo alienare sine consensu nostro preter tria milia marcarum quas in bonis Odrensibus et Koliczin in parte vel in toto potest dare legare et obligare cuicumque et quantumque in vita uel in morte sibi placuerit uel uidebitur expedire, Et quandocumque hoc facere uoluerit et nos requisitos habuerit statim a die monicionis nobis facte infra dies quatuordecim prefatam donacionem legacionem et obligacionem sigillo nostro roborare firmare et approbare debemus et tenemur cum testimonio trium uel quatuor amicorum nostrorum, Nos etiam suprascripta bona nobis assignata non debemus nec possumus a prefato domino Episcopo quamdiu vixerit dare obligare aut quocumque modo alienare preter tria milia marcarum, quas similiter in bonis nobis deputatis in parte uel in toto possumus dare legare et obligare in uita et in morte cuicumque nobis placuerit et uidebitur 1376
expedire, Et quandocumque hoc facere uoluerimus et ipsum dominum Episcopum requisitum habuerimus statim a die monicionis infra dies quatuordecim prefatus dominus Episcopus prefatam donacionem legacionem et obligacionem cum literis suis roborare firmare et approbare debet et tenebitur cum testimonio trium uel quatuor suorum amicorum, Item pronuncciauerunt (F. II. v.) et arbitrati sunt, Quod omnia bona cuiuscumque fuerint valoris que dominus Episcopus patruus noster ultra paterna bona que nunc possidet per suam industriam ademet uel acquiret quod illa dare potest cuicumque voluerit, et de illis eciam disponere pro sue libito voluntatis in vita sua et in morte eciam cum pecunijs omnibus paratis quas adiuuante altissimo acquiret tamquam sua propria et non nostra disponere potest sine quocumque nostro impedimento, Item pronuncciauerunt quod omnia clenodia siue Jocalia aurea et argentea gemmata et non gemmata ac eciam uestes et pannos sericeos et omnia ornamenta qualiacumque fuerint que actu habet uel in futurum habere poterit dare donare legare et obligare vel quocumque modo alienare possit pro sue libito voluntatis sine nostra contradiccione, Et similiter nos si que bona cuiuscumque fuerint valoris per nostram industriam ademerimus uel acquireremus quod illa dare possumus cuicumque voluerimus, Et de illis eciam disponere pro nostre libito voluntatis in vita et in morte eciam cum pecunijs omnibus paratis et clenodijs et alijs vt prefertur quas adiuuante domino acquiremus tamquam nostra propria et non domini episcopi sine quocumque ipsius impedimento, Item pronuncciauerunt quod hanc pronuncciacionem debemus in primo colloquio dominorum in Bohemia et in Morauia de verbo ad verbum intabulare et ad terre tabulas inponere, Nos igitur Petrus de Sternberg predictus suprascriptam pronuncciacionem arbitracionem de maturo consilio amicorum et fidelium nostrorum laudamus approbamus firmam et ratam tenemus et habere uolumus ac ipsam pronuncciacionem bona et sincera et inviolabili fide nostra ac irreuocabiliter de certa nostra sciencia tenore presencium promittimus atque spondemus omnibus diebus uite nostre firmiter obseruare nec vmquam contra premissam pronuncciacionem aut partem ipsius et contenta superius hijs in literis nostris uolumus contraire aliqua racione directe [1]) uel indirecte quocumque quesito colore de iure uel de facto tacite uel expresse et ut omnia et singula per nos promissa que superius describuntur inuiolabiliter et firmius obseruentur et teneantur pro hijs omnibus et singulis ut premittitur ad cautelam maiorem damus et constituimus pro nobis [2]) ac vna nobiscum fideiussores et conpromissores nobiles viros dominos amicos nostros carissimos Wenczeslaum de Crawar dictum de Straznicz, Albertum de Sternberg dictum de Swietlow, Sdenkonem de Sternberg dictum de Lucow, Wilhelmum de Sternberg dictum de Zlina, Laczconem de Crawar dic-

[1]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden zwei Worte „ac vna“ sind durchstrichen.*

1376. tum de Helphsteyn et Petrum de Crawar dictum de Plumlaw, Et nos Wenczeslaus de Crawar dictus de Straznicz Albertus de Sternberg dictus de Swyetlow Sdenco de Sternberg dictus de Lucow Wilhelmus de Sternberg dictus de Zlina Laczco de Crawar dictus de Helphsteyn, Et Petrus de Crawar dictus de Plumlaw iam dicti fideiussores promittimus et fideiubemus ipsi domino episcopo prememorato Petro de Sternberg amico nostro dilecto, Et pro ipso et vnacum ipso insolidum et manu coniuncta in hunc modum quod ipse Petrus arbitrium et pronuncciacionem prefatorum conpromissariorum dominorum in omnibus suis clausulis sentencijs articulis dictis et toto eius tenore de verbo ad verbum necnon omnia et singula hijs in literis superius descripta rata grata et firma tenebit et obseruabit omnibus diebus uite sue, Si autem contra pronuncciacionem huiusmodi aut partem ipsius contrauenerit vt est premissum quod absit, Ex tunc quicumque sex ex nobis fideiussoribus ad id moniti fuerimus per dominum Episcopum predictum Illi omnes vnus alium non exspectando nec se per absenciam alterius excusando quilibet pro se per vnum militem in obstagium ad opidum Sternberg Olomucensis diocesis ad honesti viri hospicium quod nobis per predictum dominum Episcopum fuerit ostensum et deputatum fideliter intrare tenebimur vt est premissum promittimus et debemus quilibet [1]) cum quatuor equis et tribus famulis ibidem verum et debitum obstagium prestaturi, Et ab eo non recessuri tam diu donec prefata omnia et singula ut premittitur fuerint integraliter adimpleta Petrum prenominatum necnon omnia et singula dampna que suprascriptus dominus Episcopus rite et racionabiliter perceperit occasione premissorum eidem per Petrum superius nominatum fuerint refusa et integraliter restaurata premissa eciam omnia et singula in omnibus suis condicionibus clausulis et articulis vt prefertur ad manus invictissimi principis et domini domini Karoli Romanorum imperatori (sic) semper augusti, Et Bohemie regis domini nostri metuendissimi dominorum Petri et Johannis fratrum de Rosemberg Johannis de Sternberg dicti de Lucow et Benessij de Crawar dicti de Chrumlaw, amicorum nostrorum Nos Petrus de Sternberg principalis, Et nos omnes et singuli fideiussores sui supra memorati promittimus bona et inviolabili nostra fide omnes insolidum et manu coniuncta fideliter adimplere sub nostre fidei puritate, In quorum omnium testimonium et euidenciam pleniorem Sigilla nostra de certa nostra sciencia presentibus sunt appensa, Datum et actum Luthomislij anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo quinto die beate Lucie virginis et martiris gloriose. [2])

(F. III. r.) 4. Albertus dei gracia Luthomislensis Episcopus, Notum facimus vniuersis presentes literas inspecturis ad ad (sic) magne peticionis Nobilis Petri de Sternberg fratruelis nostri amantissimi instanciam super assignandis eidem bonis paternis pro necessitate sua corporea, ad vite nostre tempora dumtaxat, In nobiles viros, amicos 1376. nostros carissimos, dominos Sezemam de Vsk prepositum, Johannem de Sternberg dictum de Lucow, Beneschium de Crawar dictum de Crumnow, Smylonem de Sternberg dictum de Holicz, Wenczeslaum de Crawar dictum de Straznicz, Sdenkonem de Sternberg dictum de Zabrziech, Albertum de Sternberg dictum de Swyetlow, et Petrum de Krawar dictum de Plumlow conpromisimus et ipse similiter prehabito consilio diligenti cum amicis et fidelibus suis in eosdem conpromisit, quorum pronuncciacionem siue arbitrium fide nostra bona ipsi fratrueli nostro, et ipse nobis inviolabiliter promisimus, in omnibus clausulis dictis articulis et sentencijs obseruare, Qui quidem domini Conpromissarij nostri supradicti huiusmodi conpromissum seu arbitrium ad peticionem nostram voluntarie assumentes, diuersis tractatibus et matura deliberacione cum sapientibus prehabitis, eiusdem conpromissij siue arbitrij vigore inter nos et prenominatum Petrum fratruelem nostrum pronuncciauerunt dixerunt et ordinauerunt arbitratique sunt in hunc modum, Primo quod eidem nostro fratrueli pro necessitate sua corporea dare tenemur infrascripta bona, videlicet Castrum Bechinam cum Opidis villis araturis Siluis piscinis vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis in quibuscumque rebus consistunt, ac pleno dominio, prout nos tenuimus et possedimus, et eciam cum illis Censibus, quos in Bonis Beneschaw habere dinoscimur, Item omnia bona Relicte quondam domini Wilhelmi de Straconicz, preter illa Bona videlicet Bielczicz, que ipsa domina actu possidet Item Castrum Ratczicz cum villa eidem Castro subiacente et villis subscriptis videlicet Drnowicz Prescowicz Sokole Giezkowicz Nossalowicz cum araturis siluis piscinis Molendinis et omnibus alijs vtilitatibus, ad ipsum Castrum pertinentibus, ac pleno dominio prout nos tenuimus et possedimus, Item pronuncciauerunt et arbitrati sunt, quod decedente domina Anna matre dicti nostri fratruelis, omnia bona ipsi domine in dotalicio obligata, ad dictum fratruelem nostrum pertinebunt, De piscinis autem in Bonis Bechinensibus situatis pronunciauerunt arbitrati sunt et disposuerunt, quod nos easdem piscinas emittere et expiscare in toto debemus et possumus per Officiales nostros sine dicti fratruelis omni et suorum quorumcumque impedimento, et hoc a natiuitate Christi proxime nunc venturo, vsque ad nativitatem Christi anno reuoluto, cum quibus omnia debita nostra, et specialiter dampna seruitorum Bechinensium tenemur soluere et expedire, Item pronuncciauerunt ac disposuerunt, quod de supradictis Bonis prefatus Petrus fratruelis noster, contentus esse debeat ad tempora vite nostre, et ultra illa non debet nos de Jure uel de facto omnino impetere, nec nobis aliquas molestias inferre, nec de vlteriori porcione amplius inquietare, ammonere aut a nobis requirere uerbo uel facto in parte uel in toto, nec vmquam pro bonis vlterioribus, quamcumque magnis uel paruis in Boemia uel Morauia situatis nos ad

[1]) *Dieses Wort steht von derselben Hand oberhalb der Zeile geschrieben.*

[2]) *d. i. den 13. December.*

1376. quodcumque Judicium de Jure uel de facto directe uel indirecte (F. III. v.) quocumque quesito colore per se aut alias personas interpositas omnibus diebus vite sue non poterit neque potest citare trahere, aut quouis modo euocare, Item pronuncciauerunt et arbitrati sunt, quod nos omne aliud dominium in Marchionatu Morauie situatum, cum omnibus Castris Opidis villis Siluis piscinis Curiarum araturis allodijs montibus vineis omni libertate et pleno dominio cum omnibus et singulis suis pertinencijs in quibuscumque rebus et vtilitatibus consistant, quibuscumque nominibus censeantur, nichil excipiendo per omnia et in omnibus integraliter et ex toto tenere habere et possidere debemus pacifice et quiete, absque impedimentis et contradiccionibus ipsius fratruelis nostri quibuscumque, Item pronuncciauerunt et disposuerunt, quod nos omnia bona nostra, vltra illa eidem fratrueli nostro per nos assignata patrimonialia non debemus neque possumus ab eodem Petro et a pueris suis si quos habuerit dare uendere uel obligare aut quocumque modo alienare sine suo consensu, preter tria milia marcarum, quas in Bonis Odrensibus et Coliczin, in parte uel in toto possumus dare legare et obligare cuicumque et quandocumque in vita et in morte nobis placuerit et videbitur expedire, Et quandocumque hoc facere voluerimus et ipsum Petrum requisitum habuerimus, statim a die monicionis sibi per nos facte infra quatuordecim dies prefatam nostram donacionem legacionem et obligacionem sigillo suo roborare firmare et approbare debet et tenetur cum testimonio bono trium uel quatuor amicorum nostrorum, Ipse eciam suprascripta bona sibi per nos assignata non debet neque potest a nobis, quamdiu vixerimus dare et donare obligare aut quocumque modo a nobis alienare preter tria milia marcarum, quas similiter in Bonis sibi assignatis in parte uel in toto potest dare legare et obligare in vita uel in morte cuicumque sibi placuerit et videbitur expedire, et quandocumque hoc facere voluerit, et nos requisitos habuerit, statim a die monicionis infra quatuordecim dies, prefatam donacionem legacionem et obligacionem cum literis nostris roborare firmare et approbare cum testimonio trium uel quatuor amicorum nostrorum tenebimur et debemus, Item pronuncciauerunt et disposuerunt, quod omnia bona cuiuscumque fuerint valoris, que nos ultra paterna bona, que nunc possidemus per nostram industriam adememus uel aquiremus, dare possumus et donare cuicumque voluerimus, et de illis eciam disponere pro nostre libito voluntatis in vita nostra uel in morte, Eciam cum pecunijs omnibus paratis, quas adiuuante altissimo aquiremus, tamquam nostra propria et non fratruelis nostri disponere possumus sine quocumque suo impedimento, Item pronuncciauerunt, quod omnia clenodia siue Jocalia aurea et argentea gemmata et non gemmata, ac eciam vestes pannos sericeos et omnia ornamenta qualiacumque fuerint et sint, que actu habemus uel in futurum habere poterimus, dare donare legare et (F. IV. r.) obligare uel quocumque modo alienare possumus pro nostro libito voluntatis sine ipsius fratruelis nostri quauis contradiccione, Et similiter prefatus Petrus si que bona cuiuscumque fuerint valoris per suam industriam ademerit uel aquiesierit, quod illa bona dare poterit cuicumque voluerit, et de illis eciam disponere pro sue libito voluntatis in vita uel in morte, eciam cum pecunijs omnibus paratis Clenodijs et omnibus alijs ut prefertur, quas adiuuante altissimo aquiret tamquam sua propria et non nostra disponere potest sine quocumque nostro impedimento, Item pronuncciauerunt, quod hanc pronuncciacionem debemus in primo Colloquio dominorum in Boemia et in Morauia de uerbo ad uerbum intabulare et ad terre tabulas inponere, Nos igitur Albertus Episcopus supranominatus supranotatam pronucciacionem et arbitracionem de maturo consilio amicorum et fidelium nostrorum laudamus, approbamus, firmam et ratam tenere et habere volumus, ac ipsam pronuncciacionem bona fide nostra de certa nostra sciencia tenore presencium promittimus et spondemus omnibus diebus vite nostre obseruare, Et ut omnia et singula per nos promissa, que superius describuntur inviolabiliter et firmius obseruentur et teneantur, pro hijs omnibus et singulis ut premittitur, ad cautelam maiorem damus et constituimus pro nobis et vnanobiscum fideiussores et conpromissores infrascriptos Nobiles viros dominos amicos nostros carissimos, Johannem seniorem de Mezirziecz, Johannem de Sternberg dictum de Lukow, Vokonem de Crawar dictum de Giczin, Beneschium de Crawar dictum de Crumnow, Sdenconem et Smilonem fratres de Sternberg, dictos de Zabrzieh, Et nos Johannes senior de Mezirziecz, Johannes de Sternberg dictus de Lukow Wokko de Crawar dictus de Giczin, Beneschius de Crawar dictus de Crumnow, Sdenco et Smylo fratres de Sternberg dicti de Zabrzieh prenominati, fideiubemus et promittimus ipsi domino Petro prememorato domino Episcopo, domino nostro carissimo, pro ipso ac cum ipso, omnes in solidum, et manu coniuncta in hunc modum, quod prefatus dominus Episcopus arbitrium et pronuncciacionem predictorum dominorum conpromissariorum seu arbitratorum in omnibus suis clausulis Sentencijs articulis dictis, et toto eius tenore de uerbo ad uerbum necnon omnia et singula superius descripta rata et firma tenebit et obseruabit, Si autem contra pronuncciacionem huiusmodi contrauenerit aut partem ipsius, quod absit, quicumque sex ex nobis fideiussoribus ad id moniti fuerimus, per dictum dominum Petrum, vnus alium non expectando, nec se per alterius absenciam excusando, quilibet pro se per vnum Militem in obstagium ad Opidum Sternberg diocesis Olomucensis, ad honesti viri hospicium, quod nobis per dictum dominum Petrum fuerit ostensum et deputatum, quilibet cum quatuor Equis et tribus famulis fideliter intrare promittimus et debemus, ad prestandum obstagium verum et consuetum, et ab eodem non exituri tamdiu, donec prefata omnia et singula ut premittitur fuerint integraliter adimpleta per nominatum dominum Episcopum necnon omnia et singula dampna, que supradictus dominus Petrus rite et racionabiliter perceperit occasione premissorum eidem domino Petro per dominum Episcopum predictum fuerint 1376.

1376. refusa et integraliter restaurata, premissa autem omnia et singula in omnibus (F. IV. v.) suis clausulis et articulis vt prefertur ad manus Serenissimi principis domini Karoli Romanorum Imperatoris domini nostri gloriosi necnon nobilium virorum dominorum amicorum nostrorum Jaroslai de Sternberg, Alberti de Sternberg alias de Swyetlow, Nos Albertus Luthomislensis Episcopus prenominatus principalis, Et nos omnes et singuli fideiussores sui supramemorati promittimus bona nostra fide omnes in solidum manu coniuncta fideliter adimplere, In quorum omnium testimonium et euidenciam pleniorem Sigilla nostra de certa nostra sciencia presentibus sunt appensa. Datum et actum Luthomusli Anno domini Millesimo CCC⁰ LXX⁰ quinto die sancte Lucie virginis et martiris. [1])

5. Hanuschius et Cunscho fratres de Bielowicz Nobili domine Katherine Relicte quondam Nobilis domini Nicolai dicti Konye de Rabensteyn Bani Maritimi de Vngaria, heredibus et Successoribus ac posteris ipsius villam Bielowicz cum Municione totam et integram cum Curijs predialibus vineis et earum decimis agris cultis et incultis pratis pascuis pomerijs Siluis pleno Jure et [2]) dominio.

6. Hanuschius et Cunscho fratres de Bielowicz Nobili domine Katherine Relicte quondam Nobilis domini Nicolai dicti Konye de Rabensteyn Bani Maritimi de Vngaria heredibus et Successoribus ac posteris ipsius villam Bielowicz cum municione totam et integram cum Curijs predialibus vineis et earum decimis, agris cultis et incultis pratis pascuis pomerijs Siluis, Juribus proprietatibus, pleno dominio, vniuersis libertatibus et pertinencijs suis, nichil penitus Juris uel proprietatis sibi reseruantes in Bonis iam dictis pro duobus Milibus Marcarum grossorum denariorum Pragensium, quam pecuniam ab ipsa domina plenarie et integre receperunt, vendiderunt rite et legittime hereditarie possidendam.

(F. V. r.) 7. Reuerendus in Christo pater et dominus, dominus Albertus Luthomuslensis Episcopus, dominus in Sternberg, et nobilis Petrus fratruelis suus de Sternberg, Bona et villam Rempersdorff integram cum Municione omnibusque pertinencijs Juribus libertatibus proprietatibus plenoque dominio nichil Juris proprietatis et dominij in hijs sibi reseruantes, Nobili domine Katherine Relicte quondam nobilis domini Nicolai dicti Konye de Rabenstein Bani Maritimi de Vngaria heredibus et successoribus ipsius pro quingentis marcis grossorum Pragensium Morauici numeri vendiderunt hereditarie possidenda, quas ab ipsa domina plenarie perceperunt.

8. Bohusska de Sazowicz villam Sazowicz cum Curia arature pleno Jure et dominio, piscina, Siluis et alijs vniuersis et singulis pertinencijs suis Reuerendissimo in Christo patri domino Alberto Luthomuslensi Episcopo, domino in Sternberg, et Nobili domino Petro de Sternberg heredibus et successoribus suis pro Centum septuaginta quinque Marcis grossorum Pragensium vendidit hereditarie possidendam, quas pecunias ab ipsis dominis plenarie percepit. 1376.

(F. V. v.) 9. Reuerendus pater dominus Albertus Luthomuslensis Episcopus dominus in Sternberg et Petrus de Sternberg nepos suus . . preposito Canonicis et Conuentui Monasterii Sancte Marie Canonicorum regularium in Sternberg Olomucensis diocesis, villas videlicet Rosczenye Cladrub incluso, Curiam predialem integram et totam, Tworowicz villam totam et integram cum Curia arature in villa Hostkowicz, terciamdimidiam marcam annui census agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis Rubetis aquarumue decursibus cum Judicijs et suis pertinencijs vniuersis cum pleno Jure et dominio prout ipsimet tenuerunt, nichil penitus Juris dominij, aut proprietatis sibi in eisdem reseruantes, hereditarie possidenda dant et assignant.

(F. VI. r.) 10. Wenczeslaus de Crauar alias de Straznicz Supremus Camerarius Czude Olomucensis et Petrus de Crauar alias de Plumnaw fratres cum omnibus et singulis Bonis habitis uel habendis in presenti et futuro invicem sunt congressi et vniti absque dolo.

(F. VI. v. vacat.)

(F. VII. r.) 11. Adliczka cum Jescone dicto Helm et pueris suis si quos habuerint uel habent cum Bonis suis dotalicij, quod habent in villa Vyskouicz et ut in tabulis Terre continetur plenius inuicem sunt congressi et insimul sunt vniti.

12. Hyzla Conthoralis Jankonis de Holubek cum ipso Jankone marito suo cum villa Skoronycz et suis vniuersis pertinencijs invicem sunt congressi sicut ipsamet tenuit et possedit.

13. Vlricus de Bozkouicz Sbyncze Conthorali sue Quingentas marcas veri dotalicij de quibus quinquaginta marcas annui census super villis et bonis videlicet Pywyn Eywanouicz Lessany Wyczow Skyrow Ohrozym [3]) in tribus suis partibus ipsum tangentibus, quas exsoluit a Benessio de Crauar alias de Straznicz in Quingentis quinquaginta marcis grossorum dedit et assignauit.

14. (Kaczna de Komarow Heduicze de Komarow Jus suum in villa Komarow videlicet in Curia prediali et Siluis quod habet dotalicij videlicet Quinquaginta marcas vendidit et condescendit et heredibus ipsius Hedwicze.)

15. Hedwika de Komarow Wilczkoni de Swabenicz Jus dotalicij totum in villa Swabenicz quod habuit per Herssonem maritum suum pro Septuaginta marcis grossorum vendidit et condescendit.

16. Kaczna Coniunx Sprynczonis in villa Tworouicz Quinque quartalia et duos subsides terciamdimidiam marcam et XIV grossos census in ipsis continentes

[1]) *den 13. December.*

[2]) *Diese zwei Worte sind durchstrichen.*

[3]) *Die vier Namen „Lessany—Ohrozym“ sind durchstrichen und unmittelbar unter der Einlage steht von anderer Hand: „Que Cancellacio et delecio in superiori intabulacione facta non debet nocere sed ipsa domina Sbynka absque dampno et suspicione habet suum dotalicium in Pywyn et Eywanouicz ita et eodem modo sicut ei per Vlricum de Bozkowicz est intabulatum,“ und am rechten Rande der Einlage steht von derselben fremden Hand das Wort „Nota.“*

1376. Reuerendo Patri domino Albertho Episcopo Lythomislensi et Petro de Sternberg ipsius fratrueli cum pleno dominio sicutmet habuit vendidit hereditarie possidenda.

(F. VII. v.) 17. Vnka de Magetyn Benessio de Stralek et heredibus suis villam Olbramycz totam cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil penitus Juris sibi reseruans in eadem vendidit hereditarie possidendam.

18. (Benessius de Stralek Anne Conthorali Dirslai de Stralek villam Olbramicz totam cum vniuersis suis pertinencijs in Centum marcis grossorum pro vero dotalicio tenendam assignauit.)

19. (Hermannus et Seborius fratres de Raycz Bunkony de Mostiscz heredibus et Successoribus suis Castrum alcius in Raycz cum Curia prediali *tribus araturis* Quinque fertones census cum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio sicut ipsimet possiderunt nichil Juris uel proprietatis in hijs sibi reseruantes pro Trecentis et XXX marcis grossorum vendiderunt hereditarie possidendum.)

20. Bunko de Mostiscz Elzcze vxori sue in omnibus Bonis suis que habet in Raycz ducentas marcas veri dotalicij assignans condescendit ad manus fideles Johannis de Raycz.

(F. VIII. r.) 21. (Janka de Nemochouicz Jarossio de Czimburg heredibus et fratri suo Alsoni in villa Nemochouicz totum quidquid ibi habuit nichil Juris uel proprietatis sibi reseruans vendidit hereditarie possidendum videlicet partem Wilhelmi patris sui et quod ademit Sulco.)

22. Jaroslaus de Knyehnicz Supremus Czudarius Olomucensis et Janko de Holubek consangwinei ipsius protestati ipsius Jancze fore bonum et melius et hec ville porcio debet per eandem extabulari.

23. (Petrzik de Petrwald Jarossio de Czimburg et heredibus suis in villa Nemochouicz partem suam videlicet duas marcas census annui eo Jure quo tenuit dat et assignat.)

24. (Andrzieg de Herrolticz Jarossio de Czimburg et heredibus suis Curiam arature in villa Komorow cum vniuersis pertinencijs suis sicut tenuit nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam, Et hec Curia debet eidem per Ondrzey extabulari vbi scripta posset reperiri.)

25. (Ondrzey Mladecz Ludmilla filia ipsius Jarossio de Czimburg et heredibus suis in villa Komorow totum quidquid habuerunt ibidem videlicet Quatuor marcas et vnum fertonem census annui hereditarie vendiderunt possidendum, Et extabulacio per ipsam Ludmillam fieri debet.)

26. (Wilhelm Marsiconem Patruum suum super bonis suis quibus habet in Koysicz et obligacione quam habet in villa Brancouicz in veram suscipit vnionem et heredes ipsius similiter.)

27. Petr de Rostienie et Budslaw de Rostienie cum toto quidquid habent in villa Rostienie invicem sunt congressi.

28. (Lewik de Poczenicz cum Lewicone filiastro Przibiconi de Malotyn heredibus in villa Tetieczicz Curiam arature et vnum subsidem cum pleno Jure sicutmet tenuerunt hereditarie vendiderunt possidenda.)

1376 29. Sdenko de Lucaw Stiborio de Czimburg et heredibus suis in villa Chomicz terciam partem ipsius ville terciam partem Siluarum pleno Jure et dominio sicutmet tenuit nichil Juris uel proprietatis sibi et fratri ipsius Johanni in eadem reseruans hereditarie vendidit possidenda.

(F. VIII. v.) 30. Lewik de Poczenicz Lewikoni de Poczenicz heredibus suis in villa Poczenicz dimidium laneum cum suis pertinencijs siluis et ceteris vendidit hereditarie possidendum.

31. (Sdenko de Lucaw Jakxe de Snellwald villam Syrnow totam cum pertinencijs suis vniuersis pleno Jure et dominio nichil sibi in hijs reseruans vendidit hereditarie possidendam per heredes suos tenendam, et habendam, Et extabulari debet de tabulis Terre.)

32. Sdenko de Lucaw Waczlawoui de Paulouicz et heredibus suis in villa Lhotka terciumdimidium laneum cum suis pertinencijs nichil sibi Juris in hijs reseruans vendidit hereditarie possidendum, Et debet deleri de tabulis terre.

33. Cristek de Tworowicz Sulkoni de Tworowicz et heredibus suis in villa Tworowicz Curiam arature alteramdimidiam marcam Census annui cum vniuersis suis pertinencijs pleno dominio Jure nichil sibi proprietatis Juris in eisdem reseruans vendidit hereditarie possidendam.

34. Petr de Rostienie Budslauowy de Rosczeynie in villa Rosczenie duas partes Curie arature cum suis pertinencijs et pleno Jure hereditarie vendidit possidendas.

35. (Dywa de Paulouicz Duchonio de Opprostouicz in villa Paulouicz Curiam arature vnum subsidem pleno Jure dominio sicutmet tenuit sibi et heredibus vendidit hereditarie possidendam.)

36. Machna de Prvssouicz uel de Prussynouicz cum heredibus suis quos habet cum vniuersis et singulis bonis ipsius invicem est congressa pariter et vnita.

37. (Janacz de Brziezoluk Pardussio de Zeranouicz et heredibus suis villam Lhotka cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil sibi reseruans Juris in eadem vendidit hereditarie possidendam, debet deleri ex tabulis terre.)

(F. IX. r.) 38. Dirzek de Wydczicz Janconi de Kurouicz et fratribus suis in villa Wydczicz vnum laneum cum suis pertinencijs pleno Jure hereditarie vendidit possidendum.

39. Oness de Nezdenicz Johanni de Nezdenicz Marglete vxori sue et heredibus ipsorum in villa Nezdenicz Curiam arature cum vniuersis pertinencijs sicutmet tenuit vendidit hereditarie possidendam.

40. (Dirslaw de Kostelecz Jesconi de Kostelecz et heredibus suis in villa Kostelecz quinque quartalia tres subsides et vnam tabernam Curiam arature cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio sicutmet tenuit nichil sibi reseruans hereditarie vendidit possidenda.)

41. Bohuska cum Jankone de Laznik cum vniuersis bonis que habent invicem sunt congressi et vniti.

42. Sbyniek de Dubczan Anne vxori sue in bonis Dubczan tres marcas reddituum et in Chualkouicz

1376. villa Octauamdimidiam marcam veri sui dotalicij dat et assignat.

43. Marquardus de Dobromielicz Ecclesie Olomucensi in Summo vnum laneum cum pleno Jure et dominio in villa Dobromielicz in parte Canonicorum illa quam possident in qua pronunc residet Rusticus Hrachouecz congnomine hereditarie condescendens dat et assignat.

(F. IX. v.) 44. Mech de Lhotka Madczie vxori sue Sexaginta sexagenas grossorum in omnibus bonis ville Kowarzow toto quidquid habuit racione veri dotalicij dat et assignat.

45. Mikes de Zyrotyn Marglete vxori sue XXX marcas in [1]) Curia arature ibidem in Zyrotyn et eius pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat.

46. (Anka de Olsan Hanuss Czihowka ipsa Anka cum Curia arature in Olsan cum suis pertinencijs et ipse Czihowka cum laneo in Wylkossoualhota invicem sunt congressi et vniti.)

47. (Pokoy de Nynkouicz Andree de Nechualyn et heredibus suis villam Nynkouicz totam cum vineis et pertinencijs quibuslibet singulis et vniuersis duas araturas in villa Sonhoff cum pertinencijs suis, duas piscinas in Campis Drazeyouicz sitas, que pertinent ad Nynkouicz, cum omnibus proprietatibus Juribus pleno dominio, nichil Juris sibi reseruando in eisdem bonis vendidit hereditarie possidenda.)

48. Johannes Senior de Mezerzicz Suliconi de Konycze bona partis sue per ipsum Suliconem intabulata si inuenta fuerint extabulari debent et deleri.

49. Stepan de Morawan Paulikoni de Skoronicz et heredibus suis in villa Morawan sex laneos censuales Molendinum et tabernam cum subside pleno Jure et dominio sicutmet tenuit, nichil Juris sibi reseruans in dictis bonis, vendidit hereditarie possidendos.

50. Woyslaw de Zarussek Petro Hecht de Rossicz et heredibus suis in villa Brancouicz duos laneos eo Jure quo tenuit, nichil in hijs sibi reseruans Juris, vendidit hereditarie possidendos.

51. Vnio siue congressus facta per Diethrzich et Stephanum debet deleri vbicumque fuerit inuenta.

52. Eciam vxoris Pokoy dotalicium debet deleri de tabulis terre vbicumque fuerit.

(F. X. r.) 53. (Mathey de Ratay Jan filiaster suus Agnezcze vxori sue Centum L marcas in villa Medlow, et si ibidem defecerit, tunc in villa Honieticz adimplere debet, racione veri dotalicij libere dat et assignat.)

54. (Diethrzich de Chilecz Welislao de Laznik Curiam arature in villa Laznyk Chylecz vnam Curticulam eo Jure quo tenuit hereditarie dat et assignat.)

55. Sbynyek de Kyssielouicz Katrly vxori sue XL marcas in villa Kyssielouicz parte sua, quam habet ibidem racione veri dotalicij, in qua quatuor marce census sunt dat et assignat.

56. (Jacob de Zdietyn Anne vxori sue Quatuor marcas census annui et in villa Zdietyn vnam marcam census in Quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

57. (Mukarz de Kokorr Dorothee vxori sue Curiam arature in villa Lyskach, Et in Midliwar et in Lyskach tres marcas census et laneum in Radwanycz villa in Centum marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat. *Auget de gracia speciali super illa inposicione Siluas pascua pro Edificijs vero siluas et cremacione tantum ex consensu Stachonis fratris sui, qui est congressor solum autem pro pecoribus et pecudibus ipsiusmet.)* 1376.

58. Jurzik presbiter de Turouicz Stiborio de Czimburg et heredibus suis in villa Lyppoua vnum laneum IIII subsides eo Jure, quo ipsemet tenuit, nichil Juris sibi reseruans vendidit hereditarie possidenda.

59. (Lyczek de Wyskouicz Clare vxori sue in villa Viskouicz parte sua quam tenet Sexaginta marcas racione veri dotalicij dat et assignat.)

60. (Willem de Paulouicz Sdenconi de Kokor et heredibus suis in villa Tuczyn Curiam arature duos subsides cum omnibus pertinencijs et dominio sicut solus tenuit, nichil sibi Juris in hijs reseruans, hereditarie vendidit possidendam.)

61. (Sdenko de Kokor Elzcze vxori sue Centum marcas in villa Tuczyn et Centum marcas in villa Kokor racione veri dotalicij dat et assignat.)

(F. X. v.) 62. Sbyniek de Drzienoweho Rychczi vxori sue Sexaginta marcas in sex laneis ibidem in Drzienow racione veri dotalicij dat et assignat.

63. Waczlaw de Doloplaz cum Alsone fratre suo et Russone fratre eciam suo de Doloplaz cum omnibus bonis, que habent, invicem sunt congressi.

64. (Waczlaw de Doloplaz Anne vxori sue Quinquaginta marcas in villa Swesedlicz in quinque marcis census racione veri dotalicij dat et assignat.)

65. Johan de Lytienczicz Marglete vxori sue Quadraginta marcas grossorum in tribus laneis censualibus in Lytienczicz, et si in hijs deficeret, tunc in Curia arature suppleri debet racione dotalicij dat et assignat. *Et in alio Colloquio addidit eidem Margarethe XX marcas in dotalicio, Summa erit dotalicij LX marce in quibus pecunijs habebit Curiam totam arature pro dotalicio cum omni iure et pleno dominio.*

66. (Bohuslaw de Laskow Johanni de Lytienczicz in villa Laskow tres laneos et vnum subsidem racione veri dotalicij in XL marcis dat et assignat.)

67. Benessius de Crauar alias de Crumnaw Barthossio de Slezan et heredibus suis vnum laneum ibidem, prout ipsemet tenuit, hereditarie vendidit possidendum.

68. Beness de Wazan Buzconi et Nycolao fratribus de Wazan in villa Wazan Curiam cum duobus laneis cum suis pertinencijs IIII Prata et eciam eo omni Jure quo ipse tenuit nichil Juris sibi reseruans in eisdem vendidit hereditarie possidendam.

69. Mixik de Sardicz Machne vxori sue Quindecem marcas in Curia arature ibidem in Sardiczek et eius pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat.

70. (Mikess de Smyrzicz Bithcze vxori sue viginti marcas grossorum in omni parte, quam habet ibidem

[1]) *Das im Original nachfolgende Wort „omnibus“ ist durchstrichen.*

1376. in Smyirzicz, racione veri dotalicij dat et assignat.) *Bietka suprascripta consensit delecionem cum voluntate Maynussij sui fautoris.*

71. Maress de Czihowicz Marssoni Patruo suo villam Zerawicz totam cum suis pertinencijs Juribus et proprietatibus pleno Jure et dominio sicut ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendam.

(F. XI. r.) **72.** (Skoch de Pornycz et Jan frater suus de Swab, ipse Skoch cum villa Pornycz et ipse Jan cum Swab villis sunt congressi et vniti. *Notificant insuper quod quandocumque congressus ipsis non placuerit, tunc vnus sine requisicione alterius poterit extabulare ad capiendum suam porcionem.)*

73. (Hanuss de Birdicz Wirbicz (sic) Kaczne vxori sue Centum marcas grossorum in eadem villa Wirbicz in Curia duas araturas in se continentes XX laneis sex subsidibus vinea in Kobyle cum pertinencijs suis vniuersis racione veri dotalicij dat et assignat.)

74. (Jan Heress et Beness fratres de Lyderzow Dyuie de Czekynye totum quidquid in villa Lyderzow et villa Opatouicz habent cum pleno Jure et dominio sicut ipsi tenuerunt nichil Juris ipsis reseruando hereditarie dant et assignant possidendum.)

75. Ondrziey de Turouicz Sdenconi de Sternberg alias de Lucaw in villa Turouicz quinque laneos censuales cum suis pertinencijs et pleno Jure sicut ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendos.

Dotalicium Margarethe vxoris ipsius Andree debet extabulari ex consensu patris eius.

76. (Kobecz de Rymicz et Budslaw de Rakodaw ipse Kobecz cum parte sua quam habet in Rymicz et ipse Budslaw cum quartali in Czelczicz sunt simul congressi.)

77. (Sulek de Tworouicz Anne vxori sue Quadraginta marcas super Curia arature in Tworouicz et eius pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat.)

(F. XI. v.) **78.** Offka relicta Diethochonis olym de Drahonouicz dotalicium suum, quod habuit in Lhota, videlicet Quinquaginta marcas Przienconi qui ab ea exsoluit cum pecunia parata resignat condescendens et debet extabulare.

79. (Przienko de Valeczow Petro Judici in Kostelecz et heredibus suis totam villam Lhota prope Drahonouicz omnibus cum suis pertinencijs Juribus et libertatibus pleno Jure et dominio sicut ipsemet tenuit nichil sibi in hijs penitus reseruans hereditarie vendidit possidendam, extabulacio fieri debet, que facta est per Diethochium Barthossio de Valeczow et vxori sue.)

80. Bohusie de Oppatouicz Czenconi de Lethouicz et heredibus suis in villa Lhotka terciumdimidium laneos minus medio quartali censuales, Et in secunda Lhotka alterumdimidium laneum cum pertinencijs et eo Jure sicutmet tenuit vendidit hereditarie possidendos.

81. (Dyua de Czekynie Petro Judici de Kostelecz vxori et heredibus suis in villa Knyehniczkah Curiam arature cum vniuersis et singulis suis pertinencijs pleno Jure et dominio sicut ipsemet tenuit hereditarie vendidit possidendam.) *Extabulacio fieri debet vbi inuenictur.*

82. (Mylicz de Dobromielicz Zdislao de Kniehnicz in villa Viskouicz Curiam arature in se tres laneos continentem cum suis pertinencijs et eo Jure quo ipsemet tenuit hereditarie vendidit possidendam.) 1376.

83. (Offka de Pornicz Dirskoni de Wydczicz in villa Pornicz vnum laneum et duas partes arature ibidem et mediam partem Silue cum omni eo Jure, quo ipsamet tenuit et dominio, vendidit hereditarie possidenda.)

84. (Dirsek de Pornicz Agnezcze vxori sue Triginta quatuor marcas in bonis que emit in villa Pornicz parte sua racione veri dotalicij dat et assignat.) *Deletum ex consensu fratris ipsorum Sbinconis de Drzienow.*

(F. XII. r.) **85.** Dyua de Czekynie Wilczkoni de Oppatouicz et heredibus suis in villa Oppatouicz Curiam arature dimidium laneum duos subsides cum vniuersis pertinencijs suis pleno Jure et dominio quomet tenuit nichil sibi in hijs reseruans, Et in villa Lhota dicta Drahomila alterumdimidium laneos censuales eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidenda.

Nunc enim feodum est Serenissimi Principis domini Marchionis.

86. Wilczko de Oppatouicz Bedrzichoni de Oppatouicz et heredibus suis Curiam arature in Oppatouicz inferiori cum pertinencijs suis eo Jure quo ipsemet tenuit hereditarie vendidit possidendam.

87. (Bedrzich de Oppatouicz Margarethe vxori Wilczkonis Curiam arature in inferiori Oppatouicz sine Pratis et siluis in Quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

88. (Mikess de Chudobyna Offcze vxori sue tres marcas census in villis Chudobyn duas marcas et terciam in Sabyn in Triginta marcis racione veri dotalicij dat et assignat. *Ex consensu Jurziconis de Racussek que alibi est transducta.)*

89. Naklo et Hinczik fratres de Naklo honorabilem Hermannum fratrem ipsorum super bonis Domazelicz in veram suscipiunt coniunccionem.

90. Naklo extabulat Jus, quod habuit in Charuath, sicut habere dinoscitur.

91. (Waczlaw Tyrnawka Bohussio de Drahotuss et heredibus suis in villa Tyrnawka Curiam arature duos laneos et quartale vnum subsidem censuantem cum omnibus suis pertinencijs Jure et dominio quo ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidenda.)

92. Elzka vxor Tyrnawcze extabulare debet in Tyrnawka dotalicium, quod habuit patris ipsius ex consensu.

(F. XII. v.) **93.** Przibka de Senycz congressionem quam habuit cum Kunsone in Senycz magno pecijt extabulari.

94. Przibka de Senycz Kunsoni de Senycz et heredibus suis in villa magno Senycz totum quidquid habuit eo Jure et dominio quo ipsa tenuit nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam.

95. (Lowek de Sysma et Kunso, ipse Louek cum bonis que habet in Sysma et ipse Kunso cum Curia in Senycz magno invicem sunt congressi.)

1376. 96. Pabyan de Wazan Martino de Sudicz in villa Wazan III quartalia lanei sicut ipse tenuit vendidit hereditarie possidenda.

97. (Erath de Lesnycz Margarethe vxori sue ducentas viginti V. marcas grossorum in villa Senycz quidquid habet et si ibi deficeret tunc in villa Luczan debet adimpleri ita quod ipsa Margaretha debet habere viginti terciamdimidiam marcam census annui racione veri dotalicij dat et assignat.)

98. Sulyk de Konicz Bohussy de Syczendorff villam Cholyna totam cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil sibi in hijs reseruans vendidit hereditarie possidendam, Et extabulare debet villam eandem.

99. (Sulik de Konicz Clare vxori sue Quingentas marcas grossorum in toto suo dominio quidquid habet excluso dotalicio Errhardo de Lesnicz quod habet post Margaretham Sororem ipsius et quibusdam Seruitoribus racione veri dotalicij dat et assignat.)

100. Herborth de Paulouicz Onsoni de Paulouicz et heredibus suis dimidium laneum ibidem in Paulouicz eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendum.

(F. XIII. r.) 101. Jacob de Tuczyn Wratislaue vxori sue Triginta marcas super Curia arature in Tuczyn et quinque quartalibus lanei et suis pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat.

102. Janek de Kokor, congressum quem habuit cum Sbyncone, pecijt extabulari.

103. Buhussie de Drahotuss cum Jescone de Drahotuss cum omnibus bonis que habere dinoscuntur invicem sunt congressi.

104. Czernyn de Dalenouicz Dorothee vxori sue vigintiquatuor marcas grossorum in villa Dalenouicz tota racione dotalicij dat et assignat.

105. (Jesco de Kozusicz Marglethe vxori sue Quinquaginta marcas in tota parte, quam habet in Kozusicz, et super laneis in Rostyn racione veri dotalicij dat et assignat.) *Stach frater ipsius consensit extabulacioni dicens ipsius Margletie melius esse.*

106. Machnik de Drahotuss Petro Judici de Kostelecz et heredibus suis Molendinum in villa Smyrzicz cum thelonio ollerum (?) eo Jure quo ipsemet tenuit aut Seborius de Namiest vendidit hereditarie possidenda.

107. Mnyss de Kalonicz Jacobo de Leznicz Curiam in villa Leznicz de aratura IIII ortos cum suis pertinencijs eo Jure quo ipse tenuit et dominio vendidit hereditarie possidendam et fratri suo similiter. *Debet extabulari* [1]) *Per Philomenam impositum.*

108. Elzka vxor Myssonis petit extabulari dotalicium suum de tabulis terre ex fratris sui Hanconis consensu.

109. Jan de Dirnouicz Kaczne vxori sue Septuaginta quinque marcas in villa Dirnouicz super quartodimidio laneo duobus subsidibus et Curiam arature cum suis pertinencijs racione dotalicij dat et assignat ad manus Woyslai fratris sui. 1376.

110. Wernuss de Kanzperg Heinrico de Neuogicz et heredibus suis in villa Swathoborzicz totum quidquid habuit excluso alterodimidio laneo pleno dominio et Jure nichil sibi penitus reseruans vendidit hereditarie possidendum.

(F. XIII. v.) 111. Skonka de Leznicz Alsoni de Leznicz Soror ipsius partem suam totam quam habuit in villa Leznik pleno Jure et dominio quo tenuit nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam vna cum fratribus suis.

112. Margletha de Birzcouicz Janconi de Diedicz et heredibus suis vnum laneum in villa Diedicz, sicut sola ipsa tenuit, eo Jure vendidit hereditarie possidendum.

113. Protyuecz de Padslauicz Cziethe vxori sue Quadraginta marcas super Curia arature in Lhotha et toto quidquid in ea habet racione dotalicij dat et assignat ad manus Woyslai de Krzizanko.

114. (Bedrich de Krumsyn alias de Girmsyn cum Jesdonio de Tichouicz Pescone Wenczeslao fratres (sic) cum omnibus bonis invicem sunt congressi.)

115. (Mixik de Przierow Barsiconi de Przierow heredibus suis in Opido foris Opidum ex alia parte Beczwe Curiam arature medium Pontem cum thelonio duo Prata pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidenda.)

116. (Troyan de Tiessan Elzcze vxori sue decem marcas grossorum in Curia Tyessan cum suis pertinencijs racione dotalicij dat et assignat.)

Elzka de Tiessan dotalicium, quod habuit ex parte Onsonis olym mariti sui in Wyskouicz, debet extabulari ex consensu fratris sui Koreczkonis. [2])

Ibidemque Jus proprietatis, quod ab eo in tabulis habere dinoscitur deleri debet. [3])

Ibidemque in Wyskouicz dotalicium quod Troyan maritus ipsius Elzcze ex parte sua habuit debet extabulari. [4])

117. Sdenko de Czeknye dotalicium quod in villa Kozusan ex parte vxoris sue habet debet extabulari.

118. Kunka vxor Sdenkonis de Czekynie Pesconi dicto Vrawthothar Ciui Olomucensi et heredibus suis Curiam arature in villa Kozisan cum pleno Jure et dominio sicut ipsa tenuit nichil sibi in eadem Juris reseruans hereditarie vendidit possidenda vna cum taberna.

(F. XIV. r.) 119. Sdenko de Czekynie dotalicium quod habuit ex parte sororis sue in villa Kostelecz pecijt extabulari.

Kunka vxor ipsius dotalicium quod ibidem habuit debet deleri de tabulis terre.

120. Also presbiter de Tworouicz cum fratre Sbyncone Hothunoui de Mostkouicz et heredibus suis in villa Tworouicz tria quartalia lanei hereditarie dat et assignat.

121. Mixik de Kozusan [5]) Swathoborio de Zaworzicz et Sdenconi de Czekynie vna cum Patruelibus suis

[1]) *Unterhalb dieser zwei Worte steht von derselben Hand geschrieben „Factum est."*

[2]. [3]. [4]) *Am rechten Rande dieser Absätze ist von einer anderen Hand zugeschrieben „factum."*

[5]) *Das im Orig. Ms. nachfolgende „se et fratres" ist durchstrichen.*

1376. in ipsorum se committit tuicionem uel commissionem cum rebus et bonis ipsorum.

122. (Margleta de Muchnicz Jezdonio de Tychouicz in villa Muchnicz et in Komosow totum quidquid habet pleno Jure dat et assignat hereditarie possidendum ex consensu auunculi ipsius Jesconis.)

123. Jesdon de Tichouicz Marglethe vxori sue Centum XXV marcas grossorum in parte sua tercia, quam habet in Stichouicz, et parte sua quam eidem Maretha vxor sua donauit tota racione veri dotalicij dat et assignat.

124. Bithka de Rostyn cum Bolka de Rostyn cum dotalicijs que ibi habent in Rostyn mater cum filia invicem sunt congresse.

125. Parduss de Ziranouicz Sbyncze vxori sue Centum marcas grossorum in villa Lhotka tota et eius pertinencijs racione dotalicij dat et assignat.

126. Elzka de Dubu alias de Wirbatek dotalicium quod habet in villa Dobromilicz ex ex (sic) parte Moraue Jacobi mariti sui petit extabulari ex consensu fratris sui Wenczeslai.

127. Anna de Paczlauicz dotalicium quod habet in Paczlauicz ex parte Pessiconis mariti ipsius petit extabulari ex consensu Bernhardi de Syczendorff patrui ipsius.

(F. XIV. v.) **128.** Pessik de Holohlaw hereditatem quam in Paczlauicz villa totam cum omnibus pertinencijs sicut Bohuska sibi intabulauerat petit extabulari nichil reseruando.

129. Pessik de Holohlaw Woyslao de Krzizankow heredibus suis in villa Paczlauicz Municionem Curiam cum aratura terciumdimidium laneos V subsides censuales Molendinum duas piscinas medium Jus Jurispatronatus cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio sicut ipsemet tenuit nichil sibi Juris reseruans hereditarie vendidit possidendam.

130. Kaczna de Jesowa extabulat hereditatem quam habuit in Jessow.

131. (Kaczna de Jessow Nicolao dicto Puklicze in villa Jessow alterumdimidium laneum censuantem eo Jure et dominio quo ipsa tenuit sibi fratri Augustino et heredibus suis vendidit hereditarie possidendos.)

132. Odpor. [1]) Jesco Chussa frater ipsius indiuisus dicunt, quod sit ipsorum hereditas et quod habeant in tabulis terre et trahunt se ad tabulas.

133. Waniek de Laznik Johanni de Laznik alterumdimidium laneum in villa Laznik cum suis pertinencijs eo Jure quo ipse tenuit vendidit possidendos hereditarie.

134. Jenczek de Wiezek congressum quem Ondrzeyk de Wyczicz cum Andrea de Neczicz in tabulis habuit, eundem congressum ipse Jenczo pro Sexaginta marcis grossorum emit ab eodem hereditarie possidendum pro se et heredibus suis et debet extabulari per Andream antedictum. [2])

135. (Ondrzey Pehem Ciuis Olomucensis et Martha vxor ipsius bona in Charuath que ipsa Martha per Andream olym maritum suum in tabulis habuit pro dotalicio et ipse Andreas ex parte Marthe vicissim extabulari petunt et deleri.) 1376

136. (Andreas Ciuis Olomucensis et Martha vxor ipsius in villa Charuath Russoni de Doloplaz ibidem in Charuat IIII marcas census et totum quidquid ibidem habuit uel habere dinoscitur pleno Jure et dominio nichil sibi reseruans ibi et heredibus suis vendidit hereditarie possidenda.)

(F. XV. r.) **137.** (Gyndrzich de Nahossouicz Kaczne vxori sue legittime Quadraginta marcas grossorum super Curia arature sue ibidem racione dotalicij dat et assignat.) *Cancellacio facta est ex consensu Przibiconis Germani ipsius et eiusmet Kaczne.*

138. Ex mandato olym Serenissimi Principis Johannis Marchionis et litera sua speciali hereditas deuolucionis facta ad ipsum in villa Podole et data Czirhoni de Nyemczicz hereditarie possidenda, idem Czirho de Nyemczicz Herssoni de Rokitnycz heredibus suis dictam villam Podole totam cum suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam, hanc huiusmodi intabulacionem fecimus et consensu (sic.)

139. (Russo de Doloplaz Kaczne vxori sue Quinquaginta marcas grossorum in villa Charuat in hominibus censualibus racione dotalicij dat et assignat.)

140. (Jarohnyw de Buchlouicz Offcze vxori sue Centum marcas grossorum in parte sua ville Topolan et si quid ibi deficeret tunc in Milesouicz impleatur racione dotalicij dat et assignat.)

141. Radslaw de Holsan Scientifico Magistro Vlrico Astronomo et heredibus suis villam totam Nemoticz cum Jurepatronatus et cum suis vniuersis et singulis pertinencijs quibuscumque censeantur nominibus eo Jure quo ipse Radslaus tenuit, pleno Jure et dominio nichil Juris et proprietatis sibi reseruans sed totum ibidem in Nemoticz in ipsum Magistrum Vlricum transferendo vendidit hereditarie possidendam, Et debet fieri extabulacio que facta est per Benessium Huss eidem Radslao.

142. Stiepan de Lucauicze publicat seu notificat, quod in villa Luczka habeat Quinque marcas grossorum reddituum post matrem Dobcze filius ipsius Martyn dictus.

143. Odpor. [3]) Clara filia eiusdem Dobcze sit propinquior ad hereditatem supradictam, quam ipse Martinus.

(F. XV. v.) **144.** Jesco Kuzel de Bielouicz Johanni dicto Kropacz de Holenstain in villa Gyzczanouicz totum quidquid ibi habet nichil sibi Juris reseruans cum omnibus pertinencijs et vtilitatibus pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum sibi et heredibus suis per eodem (sic) tenendum.

145. Odpor. [4]) Jarohnyw de Buchlouicz contradicit empcioni quam fecit Ertlinus Ciuis Brvnnensis

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[2]) *Bei dieser Einlage steht am rechten Rande von einer anderen Hand „factum.“*
[3]. [4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1376. videlicet villam Spysow ex eo, quod Soror sua Margaretha Centum marcas grossorum dotalicij habeat in eadem.

146. (Sudek presbiter de Opprostouicz plebanus in antiquo Tyczin Walentino de Prziestawilk in villa Opprostouicz totum quidquid habet cum pleno Jure et pertinencijs nichil sibi reseruans Juris hereditarie dat et assignat possidendum per ipsum et suos heredes.)

147. Koza de Opprostouicz Jus dotalicij quod habuit post vxorem suam Offkam extabulans Walentino de Prziestawilk et suis heredibus resignauit.

148. Pessek de Prossinicz Mukarzoni de Kokor in villa Radwanicz vnum laneum censualem cum omnibus suis pertinencijs videlicet Siluis et alijs pleno Jure et dominio nichil Juris sibi reseruans sibi et heredibus suis vendidit hereditarie possidendos.

149. Adam de Prziestawlk Elzce vxori sue Quinquaginta marcas grossorum in villa Prziestawlk partis sue quam habet cum suis pertinencijs racione dotalicij dat et assignat.

150. Valentinus de Prziestawlk Elzce vxori sue Centum Octuaginta marcas grossorum in villa Magetyn et in Mastnyk exclusis siluis, si autem in bonis deficeret, tunc in siluis suppleatur cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio racione dotalicij veri dat et assignat de consensu fratrum ipsius Elzce.

(F. XVI. r.) 151. Valentinus de Prziestawilk domino Marchioni Morauie in villa Tyrsicz Septem laneos censuales cum suis pertinencijs eo Jure quo habuit nichil Juris sibi reseruans hereditarie vendidit possidendos iuxta tenorem litere sue incluso, si non disbrigauerit, quod LXXXX marcas reddere debet. [1])

152. Idem Marchio hos laneos dat Vncze de Magetyn et suis heredibus masculini sexus in verum contulit feodum, Et Idem recongnouit ab ipso se dictum feodum suscepisse.

153. Congressum, quem Heinricus de Neuogicz cum Clara Sorore sua habere dinoscitur, debent delere prout parte ab utraque pecierunt.

154. Woythiechius Canonicus Ecclesie Olomucensis, Michacius et Gymramus fratres de Ottaslauicz, Paulo de Ewlburg alias de Rassouicz et heredibus suis Opidum Brodek totum cum omnibus pertinencijs proprietatibus pleno Jure et dominio nichil Juris uel proprietatis sibi reseruando, excluso solum illo quod Ecclesia Olomucensis et plebanus de Ottaslauicz preter hoc Alia omnia eidem hereditarie vendiderunt possidenda, Notificat eciam quod dictam empcionem fecerit ante VII annos.

155. Bolek de Penczicz Stiborio de Czimburg in villa Ewanye vnum laneum censualem cum suis pertinencijs eo Jure quo ipsemet tenuit, nichil sibi Juris reseruando vendidit per ipsum et heredes suos possidendum.

156. Paulus de Ewlburg alias de Rassouicz et Pauliko de Ewlburg cum omnibus bonis habitis uel habendis exclusa tamen porcione Jesconis [2]) iusta porcione ipsum concernente invicem sunt congressi et vniti, Committit eciam Pauliko Paulo heredes suos alios sicut vero et legittimo Tutori ad tenendum et tuendum eosdem. *Ex consensu Pawliconis de Eylburg opidum Brodek totum et duas partes Gurzanouicz de congressione antedicta quam cum Paulo de Rassouicz habuit dimisit liberum.* 1376.

157. Odpor. [3]) Jan filius Pauliconis contradicit quamdiu sibi Id quod suum non cederet uel alia ipsum concernencia.

(F. XVI. v.) 158. Hedwika de Paczlauicz Jarohniwo de Buchlouicz in villa Mylossouiczich totum quidquid ibidem habet cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil sibi Juris et proprietatis reseruans vendidit hereditarie per ipsum et suos heredes possidendum.

159. Congressus Jaroslai de Knyehnicz cum Diuissio de Popowicz parte ab vtraque pecierunt, quod extabuletur.

160. Congressus Wilczconis de Dalenouicz cum Czernyn de Dalenouicz debet extabulari, vbi repereriretur.

161. Baress [4]) Czihowka dotalicium quod in Wiskouicz per Hedwikam consangwineam suam habet debet deleri.

162. Hedwika de Paczlauicz Relicta Jesconis de Dobroczkouicz dotalicium suum quod per Maritum suum Jesconem habet debet deleri. [5])

163. Heinricus de Neuogicz Comissarius ipsius Hedwicze legittimus protestatus est quod de dotalicio supradicto suo videlicet Hedwigis debet et licite potest pro Centum nonaginta marcis grossorum hereditatem emere hereditariam et hanc debet possidere absque impedimentis ad tempora vite sue, duas eciam vineas que modo sunt, eodem modo debet possidere cum peccoribus et alijs suppelectilibus vniuersis, Post mortem vero ipsius heredes illud totum habebunt.

164. Heinricus de Neuogicz Comissarius puerorum Hedwigis legittimus de bonis ipsorum possessor existens propter debita patris ipsorum concreta legittime de consensu et voluntate amicorum propinquorum Wilhelmo de Kobericz et suis heredibus villam Dobroskouicz totam cum vniuersis ipsius pertinencijs pleno Jure et dominio nichil penitus sibi Juris in hijs reseruans vendidit hereditarie possidendam.

(F. XVII. r.) 165. Congressus Prziech de Rakusek cum Jurzikone de Rakusek ad eorum amborum peticionem debet extabulari vbi reperiretur.

166. Watussco de Nezamislicz renuncciat vnioni, quam habuit in villa Lhota cum Margaretha filia Swatussij de Nezamislicz et petit extabulari, et quod nichil sibi reseruat in dicta vnione Juris uel proprietatis.

[1]) *Der Schluss von „si non“ bis zu Ende steht am linken Rande.*

[2]) *Dieser Name steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[4]) *Das diesem Namen vorstehende Wort „Congressus“ ist durchstrichen.*

[5]) *Am Rande steht von einer andern Hand „factum.“*

1376. 167. (Wilhelmus de Kobericz Bolcze vxori sue Centum quinquaginta marcas grossorum in villa Dobroskouicz in qua debet habere XV marcas census annui racione veri dotalicij dat et assignat et ad manus Pauli patris eius.

Feria V^a^ post Epyphaniam domini infra colloquio prefatus Wilhelmus dicte Bolcze vxori sue in dicta villa Dobroscowicz tota cum suis pertinencijs, Iterum Centum quinquaginta marcas ut prefertur racione eciam dotalicij dat et assignat ad manus Pawliconis de Eylburg patrui sui transferens ipsam de Jaworicz villa sui dothalicij huc ut est scriptum.) [1])

168. Katherina de Bukouicz Jenczoni Seniori de Neczicz Jus suum dotalicij, quod in villa Neczicz habere dinoscitur et per ipsum intabulatum fuit, nunc extabulat et petit deleri de consensu Jaroskonis fratris sui.

169. (Jenczo de Paulouicz Wilczkoni et Sudkoni fratribus de Podole et eorum heredibus in villa Neczicz tres marcas et sex grossos census annui cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio sicut ipsemet tenuit nichil sibi in hijs reseruans vendidit hereditarie possidendas.)

170. Budslaw de Rakodaw Jankoni et Benessio de Wirbatek et heredibus eorum in villa Skalicz terciumdimidium laneos censuales pleno Jure sicutmet tenuit nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendos.

171. Marsik de Rakodaw Philippo de Gelczicz et heredibus in villa Czelczicz medium laneum census cum omni eo Jure sicut ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendum.

(F. XVII. v.) 172. Elzka de Czelczicz cum Wiskone de Wiezek ipsa Elzka cum suo dotalicio quod in Czelczicz in Curia habet, Et ipse Wysko cum omnibus bonis que habet sunt invicem congressi et vniti vna cum heredibus eorum.

173. Ondrzey de Bistricz [2]) dotalicium quod habuit post Elzkam vxorem suam in villa Dirnouicz debet deleri vbi reperiretur exclusis LIIII (grossis?) census quas sibi reseruat in parte Smylonis.

174. Raczek de Leznycz Marglethe vxori sue in villa Leznycz quatuordecim marcas grossorum census in toto, quidquid ibi habere dinoscitur, racione veri dotalicij dat et assignat secundum Jus terre Morauie.

175. (Pardus de Kozogied Jesconi de Kozogied et heredibus suis ibidem in Kozogied tria quartalia censuantia cum suis pertinencijs nichil sibi reseruans eo Jure quomet tenuit vendidit hereditarie possidenda.)

176. Skonka de Leznicz Jus suum dotalicij quod habuit in villa Leznycz ex parte Jacobi impositum deleri debet.

177. Elzka Pakoslai Soror de Straznicz Jus suum dotalicij quod Sazemka de Passouicz eidem intabulauerat, pecijt extabulari et deleri, et hoc de consensu Pakoslai fratris sui, quia Jan frater Sazemcze dicti dedit pecunias ei paratas. 1376.

178. Diethmar de Koyzusaw Zdincze vxori sue in villa Ollesnem in duobus laneis censualibus cum suis pertinencijs duas marcas grossorum census in viginti marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Eciam bona mobilia omnia post vitam suam dat eidem de bona sua voluntate.

179. Smyllo de Lesnycz et Erhardus de Lesnycz fratres ipse Smillo cum bonis ville Diedcouicz toto quidquid habet uel habere poterit ibidem, Et ipse Erhardus cum bonis ville Luczan quidquid uel habere poterit ibidem vnacum heredibus invicem sunt congressi et vniti.

(F. XVIII. r.) 180. (Wenczeslaus de Mladieyow Notarius Terre Morauie Anne vxori sue Quadraginta Septem marcas grossorum in parte hereditaria, quam emit a Howora in villa Kozlouycz racione veri dotalicij dat et assignat, Cum hoc ad fideles manus Pauliconis de Ewlburg et Ade de Luczka, Committit eciam Pueros suos Cristano fratri et eidem Pauliconi [3]) tamquam veris et legittimis Commissarijs cum rebus mobilibus et immobilibus vniuersis. *Eciam Jaroslao Burgrauio in Sternberch dicto de Odlochouicz alias de Kurowicz Nunc de Curouicz Jaroslao.)*

181. (Jesko Hromada de Sussycz Anne vxori sue ducentas Quinquaginta marcas grossorum in villis Paulouicz et Prossynki suisque vniuersis pertinencijs et Juribus racione veri dotalicij dat et assignat ad manus fideles Paulikonis de Ewlburg.)

182. (Nota. [4]) Quod Anna veniens eadem coram Beneficiarijs intabulacionem dotalicij, quod prius in tabulis habuit petit deleri et extabulari de consensu Pauliconis patris sui.)

183. Jessek Kralik de Diedcouicz Smyloni de Lesnicz et suis heredibus in villa Diedkouicz Curiam arature cum suis omnibus pertinencijs eo Jure quo tenuit nichil sibi reseruans in eadem vendidit hereditarie possidendam.

184. Odpor. [5]) Raczek presbiter et Dietrzich Presbiter fratres de Tirsicz dicunt et publicant quod Lyban de Tirsicz nichil Juris habeat ibidem in Tirsouicz.

185. Smyll de Lesnycz Jus suum quod habet in Curia ville magne Sennycz Dietrzichoni de magno Sennycz reddit nichil sibi reseruans in eodem.

186. (Odpor. [6]) Janacz et Hasko fratres de Traplicz contradicunt vnioni quam Dalibor de Trawnik cum pueris Dietrzichonis de Jarohnieuicz (inivit?)

187. Valentin de Prziestawilk Philippo de Penczicz in villa Zatiess quidquid ibidem habere dinoscitur eo Jure quo tenuit ipsemet nichil sibi Juris reseruans in hijs vendidit hereditarie possidendum.

(F. XVIII. v. vacat.)

[1]) *Dieser von einer anderen nicht viel späteren Hand (das Jahr selbst ist nicht zu errathen), herrührende Schluss ist mit einer sehr kleinen und gedrängten Schrift unmittelbar der ursprünglichen Einlage angefügt, und wegen Mangel an Raum zum Theile, und zwar von „transferens — est scriptum“ am linken Rande angebracht.*

[2]) *Der im Orig. Ms. nachfolgende Name „Bedrichony“ ist durchstrichen.*

[3]) *Die drei Worte „et eidem Pauliconi“ sind durchstrichen.*

[4. 5. 6]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand geschrieben.*

1376. (F. XIX. r.) 188. Anno domini Millesimo Tricentesimo Septuagesimosexto feria quarta proxima post Octauas Johannis Baptiste [1]) Celebratum est Colloquium terre generale per Nobiles Dominos Venceslaum de Crawar alias de Straznicz Supremum Camerarium, Jaroslaum de Longberg alias de Knienicz Czudarium Supremum, Wenceslaum de Radyczow (sic) Notarium Supremum Czude Olomucensis, presentibus Nobilibus dominis, Alberto de Sternberg Episcopo Luthomislensi, Johanne de Sternberg alias de Lucaw, supremo Camerario Czude Brvnnensis, Petro de Sternberg, Vokcone et Laczcone fratrum de Crawar, Petro de Crawar, Styborio de Czimburg alias de Towaczow, Pothone de Losczicz, Pothone de Wildenberg, Oldrzichone, Vancone, Tassone fratrum de Bozcouicz, Arclebo de Starzechouicz, Jescone, Proczcone fratrum de Richuald, Cunicone de Drahothus, Pothone de Holnstayn, Sdencone, Alsicone de Sternberg, et Vncone, supremo Purchrauio Olomucensi.

189. Vitco de Scychouicz Nobili domino Venceslao supremo Camerario Czude Olomucensis et eius heredibus, duas Curias arature Tres laneos Censuales Tabernam cum quartali arature, Molendinum, Tres subsides soluentes, siluas aquas cum omnibus pertinencijs ac Juribus, de Consensu fratris sui Jesconis, nichil penitus sibi reseruans Juris aut proprietatis in eisdem, vendidit Jure hereditario possidenda.

190. Pessico Gicha de Drzouicz, Anne vxori sue in Drzouicz super sua hereditate Quinquaginta marcas grossorum Pragensium, racione veri dotalicij dat et asignat, mediante consensu Nobilium Dominorum Venceslai de Crawar alias de Straznicz et Petro fratre eius tituli memorati.

191. Domanco de Hulin, Jacubconi Wawrzinconi et heredibus suis in villa Srbecz Curiam arature duos laneos Censuales, duos subsides cum pratis et siluis ac vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, sicut ipsemet tenuit, nichil sibi penitus Juris et proprietatis ibidem reseruans vendidit hereditarie possidendam.

(F. XIX. v.) 192. Ortwin de Srbecz Jacubconi Wawrzinconi de Jestrzebie et heredibus suis Curiam in villa Srbecz arature duos laneos censuales duos subsides cum siluis pratis vniuersis pertinencijs et Juribus pleno dominio nichil sibi proprij et dominij reseruans vendidit hereditarie possidendam.

Nota: extabulacio debet fieri vbi reperiretur.

193. Johannes de Sternberg residens in Lucow inponit domine Hizle sue conthorali totam villam Ludslauicz, totamque villam Drazeyouicz Curiam colonariam Probicz vocatam [2]) piscinas ibidem sitas, nouem quartalia in uilla Dyetcouicz et omne quod in villa Tetedicz habere dinoscitur, racione veri et legittimi dotalicij sui cum vniuersis et singulis prouentibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis eorundem bonorum ac generaliter cum pleno Jure et dominio toto prout ipsemet tenuit in Mille sexagenis grossorum denariorum Pragensium libere dat et assignat, et si quid eidem conthorali sue in suo dotalicio defecerit hoc in bonis nostris antiquo videlicet et nouo adempto Slussouicz Nevbus Deschzna et Wsemyna sibi debet suppleri ita quod ipsa domina de suo prenominato dotalicio certa reddatur et secura, si vero quid vltra idem dotalicium in dictis bonis omnibus residuum fuerit hoc ad pueros et heredes suos debet pertinere secundum Jus terre Morauie. 1376.

194. Vanco de Bozcouicz Nobili Vychne Relicte quondam Buzconis de Drahanouicz et heredibus suis necnon honorabili Henrico de Drnouicz Custodi Ecclesie Olomucensis in villa Borzitow Curiam arature cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil proprietatis sibi in eadem reseruans omni eo modo sicut ipsemet tenuit et possedit hereditarie vendidit possidendam.

195. Nota dotalicium quod Hersso Smethana Anne vxori sue in villa Topolan intabulauerat debet deleri vbi reperiretur, Nunccius Henslinus de Schensteyn frater ipsius interfuit et consensit.

(F. XX. r.) 196. Bedrzich de Podole domino Tassoni et suis heredibus villam totam [3]) Hysly Curiam cum suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil Juris aut proprietatis sibi penitus reseruans vendidit hereditarie per eos possidendam et si in Tabulis terre inueniretur debet extabulari.

197. (Nicolaus de Labuth, Vlrico de Bozcouicz et eius heredibus villam Labuth integram et totam cum omnibus Juribus vtilitatibus prouentibus vsufructibus pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit, nichil penitus Juris proprietatis vel dominij in hijs sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam eciam si in Tabulis inueniretur, debet extabulari.)

198. Vlricus Magister Astronomie et Henzlico filius eius, Jenczoni de Srbecz et heredibus suis villam Rzewnouicz totam et Nemoticz villam integram cum omnibus suis pertinencijs Juribus proprietatibus pleno Jure et dominio eo modo sicut tenuit nichil Juris dominij vel proprietatis in hijs sibi reseruans vendidit hereditarie possidendas eciam Stephano suo sororino cum Juribus ut supra.

199. (Jenczo de Srbecz Clare vxori sue ducentas marcas in et super villa Rzewnouicz tota racione dotalicij sui Jure terre dat et assignat.)

200. (Jenczo de Srbecz et Sczepanco de Bieharzouicz cum omnibus bonis vbicumque habitis inuicem sunt congressi.)

(F. XX. v.) 201. (Bedrzich de Morawan Nobili domino Sdenconi de Lucow et suis heredibus omnia que ibidem in Morauan habet nichil sibi reseruans pleno Jure et dominio dat et resignat libere et per eos hereditarie possidenda.)

[1]) *d. i. den 25. Juni.*

[2]) *Das im Orig. Ms. nachfolgende „duas“ ist durchstrichen.*

[3]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1376. **202.** Cyechoslaua de Domamyslicz Jesconi et suis heredibus de Domamyslicz medium laneum ibidem pleno Jure et dominio sicut ipsamet tenuit libere pecijt intabulari per eos hereditarie possidendum.

203. Janco de Curouicz Jahannj Puklicze et suis heredibus villam Drazouicz totam et integram et eciam cum omnibus suis Juribus proprietatibus vtilitatibus pleno Jure dominij eo modo sicut ipsemet tenuit nichil Juris proprietatis vel dominij in illis reseruans vendidit hereditarie possidendam. *Extabulacio debet fieri si inueniretur.*

204. Jensco Dubrauiczca de Dubrauicz Nobili Ingramo de Prnsteyn pueros suos post obitum suum in veram committit tuicionem.

205. Dominus Wenceslaus in Crawar supremus Czude Olomucensis Camerarius volens se et suos successores a Jure feodi et solucione X. marcarum Census, quibus decano et decanatui Olomucensi de villa Hossczicz in Oppauiensi districtu sita erat astrictus, liberare et esse solutos Nouem laneos cum medio in villa Czechouicz prope Prostyeiow quorum duo lanei maiorem Censum soluunt, Molendinum minus, Tabernam minorem cum sua area, duas Curticulas soluentes minores, Honorabili viro domino Bedrico decano et decanatui Olomucensi et suis inperpetuum successoribus cum vniuersis suis pertinencijs Jure hereditario et pleno dominio, sibi et suis successoribus nichil penitus ibidem Juris aut proprietatis reseruando fecit intabulari, eadem bona in Jus dominium et proprietatem Olomucensis Ecclesie inperpetuum transferendo.

(F. XXI. r.) **206.** (Venceslaus in Crawar supremus Czude Olomucensis Camerarius Nobili Smiloni de Lesnicz alias de Cunstat et suis heredibus ac honorabili domino Bedrico decano Olomucensi vendidit iusto titulo vendicionis Curiam in villa Czechouicz prope Prostayns cum sua municione, et tres laneos ad eandem Curiam spectantes cum agris dictis Prayti, duos laneos censuales et duos ortos minores, cum siluis et vtilitatibus et eorum vniuersis pertinencijs quibuscumque nominibus censeantur cum pleno Jure et dominio, prout hactenus ipsemet tenuit et possedit, sibi et suis heredibus ac successoribus nichil Juris aut proprietatis ibidem penitus reseruando Jure hereditario per eos possidenda.)

207. Hersso et Dywa de Czekin Jesconi dicto Puska et heredibus suis in villa Dobrochow Tres laneos Censuales cum vniuersis eorum pertinencijs ac Jure dominij sicut ipsemet (sic) tenuerunt nichil sibi reseruantes hereditarie vendiderunt possidendos, eciam vbi in Tabulis inueniretur debet extabulari.

208. Vnca et Vyknanus filius eius de Magetyn Jesconi dicto Pusca de Cunstat et heredibus duos laneos Censuales cum omni Jure et dominio prout ipsimet tenuerunt, nichil penitus sibi ibidem Juris et proprietatis reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendos in Dobrochow villa.

209. Philippus Hlaua de Swatoborzicz, Henrico de Neuogicz et suis heredibus in villa Swatoborzicz totum quidquid ibi habuit et habet, nichil penitus sibi ibidem reseruans vendidit hereditarie possidendum. 1376.

(F. XXI. v.) **210.** Vernus et Vilhelmus de Gansperg Henrico de Neuogicz et heredibus suis in villa Swatoborzicz totam partem quam ibi habuit cum omni Jure proprietate et dominio, alterodimidio laneis dumtaxat exclusis, nichil penitus sibi reseruantes in illa vendiderunt hereditarie possidendam.

211. Henricus de Neuogicz, Kaczne vxori sue in villa Swatoborzicz XX. cum alteradimidia marca annui Census in villis Haluzicz et Brzezowca XXV marcas eciam Census annui cum siluis vniuersisque pertinencijs et Juribus pleno Jure sicut ipse tenet et tenuit, in villa Gestrzebicz IIII marcas census annui, racione veri dotalicij dat et assignat, eciam ad manus Jesconis de Wildnberg fratris ipsius.

212. (Cunico de Drahothus Pessiconi dicto Zlamanj et heredibus suis villam Lyboswar totam cum siluis et ceteris vtilitatibus pleno Jure et dominio ac proprietatibus, sicut ipsemet tenuit, nichil penitus Juris uel proprietatis aut dominij sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam.)

213. Gherhardus de Mirau Bohussio de Siczndorf et heredibus suis partem quam in villis videlicet Rohle, Swinaw, Dubicz, Bohuslauicz, Trescyna Oleschne, Sluhonyow, quam ibidem habet, habuit et habere dinoscitur, cum pleno Jure et dominio vniuersisque suis pertinencijs Jure eciam patronatus Ecclesie, nichil ibidem proprietatis et dominij ibidem (sic) sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam. *Extabulacio fieri debet partis illius.*

214. Dyetrzich de Jarohnyeuicz, Margarethe vxori sue, LXXX marcas in Curia arature ville Jarohnyeuicz, quam emit aput Henzliconem ibidem, eciam in et super vno quartali, Taberna, et duobus subsidibus, siluis et pratis, ac vniuersis suis pertinencijs, racione veri dotalicij dat et asignat.

(F. XXII. r.) **215.** Albertus et Smilo de Viczow Sbincze matri ipsorum Quingentas marcas grossorum in bonis et villis videlicet in Viczow, Sczenav et Lessenye, Ptenye et Bernow cum suis vniuersis pertinencijs Jure dotalicij libere dant et assignant.

216. (Sbynca de Wiczow cum [1]) filio suo Smilone bonis suis, que habet et habere dinoscitur, inuicem est congressa, et Smilo predictus verisimiliter cum eadem viceuersa.)

217. (Jesco Dupnyk Anne vxori sue Sexaginta vnam marcam grossorum Pragensium in et super Curia arature, que fuit Onsiconis, alterodimidio laneis tribus subsidibus pratis siluis omnibusque pertinencijs eo Jure sicut Onsico tenuit, racione dotalicij dat et asignat.)

218. Jan de Vodyerad Margarethe vxori sue Trigintaocto marcas in et super media Curia in villa Vodyerad, et suis pertinencijs siluis et pratis racione dotalicij dat et assignat.

219. (Jesco Hromada de Sussicz Sdenconi de Cokor et heredibus suis in villa Tuczin V marcas Census annui cum suis pertinencijs eo Jure ut

[1]) *Der im Orig. Ms. nachfolgende Name „Onsone“ ist durchstrichen.*

1376. ipsemet tenuit, nichil sibi Juris proprietatis vel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendas et hoc de consensu congressorum Petrziconis Cyeme, cuius litera est ad presens et Jenczonis, sicut habetur in tabulis terre.)

220. (Jacubco de Leznicz Anne vxori sue Quinquaginta sexagenas grossorum in et super Curia arature vno quartali Censuali in villa Leznicz, quam emit a Mysse cum omnibus pertinencijs et vtilitatibus racione veri dotalicij dat et asignat et hoc de consensu Sheborij fratris sui.)

221. (Dyetmar et Bedrzich de Cozisow et Bolico de Olsan fratres cum omnibus bonis habitis et habendis inuicem sunt congressi.)

(F. XXII. v.) 222. (Vernus et Vilhelmus de Gansperg Philippo dicto Hlaua et suis heredibus in villa Swatoborzicz alterumdimidium laneum Censualem cum suis vniuersis pertinencijs et pleno dominio, sicut ipsimet tenuerunt, nichil sibi reseruantes vendiderunt Jure hereditario possidendum.)

223. Dyetoch de Cladna Nobili Alberto et heredibus suis in villa Cladna VI laneos Censuales et Molendino cum omni Jure et dominio, sicut ipsemet tenuit, nichil proprietatis vel Juris sibi reseruans vendidit Jure hereditario possidendos.

224. (Skocho de Trubec, Venceslao de Doloplaz et Alsiconi priuigno eius et eorum heredibus in villa Cyesan VI laneos et duas Tabernas et duos subsides Molendinum medium cum pratis ac alijs vniuersis pertinencijs, nichil sibi reseruans proprietatis vel dominij, vendidit hereditarie possidendos.)

225. Sbynco de Wrahouicz Anne vxori sue, LXX marcas grossorum Pragensium in et super villa Wrahouicz videlicet Quintodimidio laneis et duobus subsidibus, in quibus VII marce Census annui continentur, cum Juribus suis racione veri dotalicij dat et asignat et cetera.

226. Sulco de Tworouicz preposito et Conuentui Monasterij Sancte Marie in Sternberg Canonicorum Regularium ibidem in Tworouicz Curiam arature IIII marcas census annui cum omnibus suis pertinencijs Jure et dominio pleno, prout ipsemet tenuit, nichil penitus Juris dominij aut proprietatis in hijs sibi reseruans vendidit hereditarie possidenda.

227. Odpor. [1]) Crzistek dicit quia Reuerendus dominus Albertus Episcopus Luthomislensis emit a Sulcone in Dworouicz pro CXX marcis Bona eadem, cum quibus Bonis ipse Crzistko cum Sulcone sunt congressi, coram domino Marchione produxit testem dominum Potham de Holenstain. [2])

(F. XXIII. r.) 228. Vokco de Holnsteyn et Wilhelmus de Tinecz dictus de Holnsteyn cum omnibus et singulis bonis habitis vel habendis in presenti et futuro inuicem voluntarie sunt congressi.

229. Vilhelmus de Tinecz alias de Holnsteyn Jesconi et Smiloni fratribus de Lulcz in villa Cuniczcach Curiam arature cum siluis pratis et vniuersis pertinencijs in [3]) 1376.

230. Cunca de Senicz vxor Theodrici extabulat quod in Senicz habet et habuit videlicet XXX marcas grossorum Pragensium, vbi tres marce redditus existunt et vbi inveniretur debet deleri.

231. Idem Theodricus Cuncze vxori sue easdem XXX marcas in villa Senicz eadem, in Curia sua cum omnibus eius pertinencijs ad eandem Curiam racione dotalicij dat et asignat.

232. (Stephanus de Holnstayn dictus de Wartnow cum Jescone dicto Cropacz cum omnibus bonis habitis vbilibet et habendis voluntarie inuicem sunt congressi, Ex consensu amborum fratrum villa Hrubczicz excluditur cum omnibus et singulis suis pertinencijs et pleno dominio, que Sulikoni inferius intabulatur ex legittima permutacione.)

233. *Veniens Stephanus de Wartnow bona voluntate sua, vnionem superius annotatam, sub Anno domini M°CCC°LXXXVI°, In illo colloquio, quod sit post Epiphaniam coram domino Wokone de Crawar Camerario, Vnkone Czudario, Andrea Notario, presentibus domino Cztiborio de Czimburg, Johanne de Sternberg, Benessio de Buzaw, et alijs pluribus mandauit exponi de tabulis et deleri.* [4])

234. Potha de Holnsteyn Stephano de Wartnaw et Johanni Cropacz omnia bona que habet dat et committit.

235. (Potha de Holnstayn Agneti vxori sue Sexingentas sexagenas grossorum in et super Oppido Wzdunek cum eius pertinencijs videlicet ad dictum Oppidum vniuersis et, si quid ibi defecerit, extunc in propinquioribus bonis ad dictum Oppidum spectantibus debet adimpleri, racione veri dotalicij dat et asignat.)

236. Potha de Holnstayn Jesconi de Holnstayn dicto Cropacz fratri villam Hrubcicz integram et totam et hoc porcionis sue cum omnibus Juribus et pertinencijs pleno dominio et proprietatibus, nichil penitus Juris proprietatis aut dominij sibi aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXIII. v.) 237. Bohuse de Oppatouicz Nobili Czenconi de Letouicz et suis heredibus in villa Branysow vnum laneum Censualem, montes et siluas cum vniuersis pertinencijs, sibi nichil penitus Juris et proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

238. Anna conthoralis Sulconis de Tworouicz Quadraginta marcas grossorum, quas racione dotalicij in villa Tworouicz habere dinoscitur, cum consensu Budslai de Racodaw fratris sui extabulat vbicumque inueniretur.

239. Potha de Holnstayn Jacobo et heredibus [5]) dicto Bistrice de Voynicz in villa Huhrzecz partem suam, quam ibi habuit et habere dinoscitur totam, cum vniuersis et singulis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil penitus sibi

[1]) *Steht am rechten Rande.*

[2]) *Unter dieser Einlage steht fast in der Mitte des unteren Randes von derselben Hand das Wort „Sequitur.“*

[3]) *Der Schluss dieser Einlage ist ausgekratzt.*

[4]) *Diese ganze Einlage ist von einer späteren Hand zugeschrieben, und steht zum grossen Theile am linken Rande dieser Blattseite. Vergl. n. 1055 des I. Olm. Quat. (Lib. dom. Johannis de Kravař.)*

[5]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1376. reseruans, vendidit hereditarie possidendam, eciam extabulacio fieri debet vbicumque inueniretur. [1])

240. Machne in paruo Senicz dotalicium, quod habuit ibidem, vbicumque in Tabulis inueniretur debet deleri.

241. Bohuse de Drahothus Sdenconi et eius heredibus de Czekin in villa Trnawca Curiam arature, terciamdimidiam marcam annui census cum vniuersis pertinencijs et vtilitatibus, nichil sibi proprij vel dominij reseruans, vendidit Jure hereditario possidendam.

242. Janacz Kuzel de Bielouicz Katherine vxori sue Septuagintaquinque marcas grossorum Pragensium in villa Mistricz in Curia arature pratis et siluis incolis vniuersis pertinencijs, sicut antiqus Kuzel tenuit et in media villa Jauornyc racione veri dotalicij dat et asignat de consensu antiqui Kuzelonis.

243. Janacz Kuzel de Bielouicz cum Katherina vxore sua, ipse Janacz cum bonis, que habet in Mistricz et Jauornyc aut vbi habere poterit, et ipsa Katherina cum bonis, que habet in Osseczan et Coualouicz aut quid habere poterit, invicem sunt congressi.

(F. XXIV. r.) 244. Onso et Jesico de Zelesouicz Janaczoni dicto Skrzietek et eius heredibus [2]) in villa Czechouicz Curiam arature cum vniuersis pertinencijs vtilitatibus Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil penitus Juris proprietatis vel dominij sibi penitus reseruans, vendidit Jure hereditario possidendam.

245. Nota. Jacubecz de Dobrcicz exemit a Katrusche vxore Martinconis de Lucyn dotalicium, quod in villa Tucyn videlicet Curia arature et quinque quartalia in Triginta marcis grossorum exemit ipsamet fassa est in presenti, eciam Bohunco frater eius fecit idem.

246. Margaretha vxor Gindrzichonis de Podhagie dotalicium quod in Podhagie villa habuit, videlicet XXX marcas grossorum et hoc in Curia arature petit extabulari, Petrus Tenk dixit, melius ipsius fuisse.

247. Sweyslaua de Eywanye dotalicium, quod ibidem habuit, Triginta marcas grossorum petit extabulari. [3])

248. Vnka de Magetyn Philippo de Nenakonicz et heredibus suis in villa Czrtorige, quidquid ibi habere dinoscitur, cum omnibus Juribus vtilitatibus prouentibus vniuersis, nichil penitus sibi reseruans, Jure hereditario vendidit possidenda, *et si predicta inuenirentur intabulata debent extabulari.*

249. (Vnka de Magetyn Barsiconi de Czihouicz et eius heredibus villam Czakowicz [4]) totam et integram cum omnj Jure et dominio ac vtilitatibus prouentibusque vniuersis, nichil penitus sibi Juris vel proprietatis reseruans, vendidit Jure hereditario possidenda, eciam vnam Tabernam in Syemrze Jure supradicto.)

250. (Barsico de Cihouicz vxori sue Offcze in Curia Zacouicz Centum marcas cum omnj Jure dominij racione veri dotalicij dat et assignat et matri sue Triginta marcas post obitum suum ibidem in Zacouicz.) 1376.

(F. XXIV. v.) 251. Janco de Scitouicz et Budislaua de Studenecz congressionem, quam fecerant ibidem in Studenecz, petunt extabulari.

252. Janco de Scytouicz cum Budislaua vxore sua Pessiconi de Podhagie et eius heredibus [5]) Curiam et tres subsides cum singulis vtilitatibus et prouentibus, quitquid ibi habent, nichil penitus sibi iuris uel proprietatis reseruantes, vendiderunt Jure hereditario possidenda, Stephanus et Philippus dicunt, ipsius Budislaue melius esse.

253. Bohunco et Adam fratres de Racowych Juhanoni de Eywanye et eius heredibus Curiam arature in Duban cum omnibus prouentibus singulisque vtilitatibus, prout ipsimet tenuerunt, nichil proprij uel dominij reseruantes, Jure hereditario vendiderunt possidenda.

254. (Juhan de Eywanye Sweyslaue vxori sue in Duban Quinquaginta marcas racione veri dotalicij asignat in Curia Duban antedicta cum pertinencijs vniuersis et vna marca ibidem annui Census.)

255. (Idem Juhan de Eywanye resignat omnia bona sua hereditaria, que possidet ibidem Vlrico de Naklo, nichil sibi et heredibus suis reseruando.)

256. (Voyslaus de Mezicz Vlricus de Naklo Andreas de Mezicz cum bonis, que in bonis Eywanye emerunt, voluntarie sunt congressi.)

257. Also de Wrahouicz Janaczoni dicto Skrzietek de Trpenouicz et eius heredibus in villa Wrahouicz Curiam arature cum siluis pratis et pertinencijs vniuersis ac annuis censibus, que ibidem cum fratribus suis possedit, cum omni Jure et dominio, nichil sibi ac fratribus suis predictis reseruans, Jure hereditario possidendam, que per eum empta fuit pro Centumuiginti marcis grossorum.

(F. XXV. r.) 258. Philippus de Nenaconicz Janusse vxori sue Quinquaginta marcas grossorum in bonis suis, que possidet in Czrtorige, et super Czrtorige hereditarie racione dotalicij dat et asignat.

259. (Philippus de Nenacunicz, Vitco de Kelcicz, Martinus de Hradczan cum bonis habitis et habendis voluntarie ac beniuole sunt congressi.)

260. Clara de Wrahouicz Sbynconi et fratribus eius atque heredibus de Wrahouicz Octoginta marcas grossorum, quas habuit ibidem in bonis Wrahouicz nomine dotalicij cum omni Jure, sicut ipsa tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit Jure hereditario possidendas.

261. Johannes et Wygandus de Odra Curiam arature in Duban cum vniuersis pertinencijs suis, prout ipsi Jure dotalicij ementes possiderunt, Janconi de Scitouicz vxori et heredibus suis vendiderunt pro Septuaginta marcis grossorum, omne Jus quod habebant transferentes in emptores memoratos, in hereditate domini Mienynonis nomine prelibate vxoris Budislaua.

[1]) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht von derselben Hand: „Bohuse de Drahothus.“*

[2]) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[3]) *Zwischen dieser und der folgenden Einlage steht von derselben Hand: „Philippus de Scytouicz.“*

[4]) *Steht oberhalb der Zeile von einer anderen Hand.*

[5]) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1376. 262. Jesco de Holnstayn dictus Cropacz honorabilibus dominis decano et Capitulo Ecclesie Olomucensis in villa dicta Luczca siue Langhendorf Curiam cum duobus laneis cum tercia parte Jurepatronatus parrochialis Ecclesie ibidem, quatuor laneos cum medio censuantes, Molendinum et Tabernam, cum siluis pratis ac pertinencijs vniuersis plenoque dominio, prout ipsemet possedit, ni chil sibi Juris uel proprietatis reseruans, aut heredibus suis pro ducentis et viginti marcis vendidit hereditarie possidenda.

263. Jost de Oppatouicz Czenconi de Letouicz et eius heredibus vnum laneum ibidem in Oppatouicz cum omnibus et singulis Juribus, prout ipsemet tenuit, nichil sibi reseruans, dat et asignat libere ac hereditarie possidendum.

264. Vaneczco de Nelesouicz Sudcze vxori sue in villa Nelesouicz predicta Quindecim marcas grossorum super vno laneo vel Curia cum omni Jure, nichil sibi reseruans, racione dotalicij dat et asignat Jure hereditario possidendas.

(F. XXV. v.) 265. Jan et Onso fratres de Nezamislicz Religioso Priori et Conuentui Monasterij sancti Thome in preurbio Brunnensi ordinis sancti Augustini in villa Cozlan nouem laneos Octo subsides Censuales, Tabernam, medium Balneum cum siluis pratis pascuis et ceteris pleno Jure et dominio, prout ipsi tenuerunt, nichil sibi proprij aut dominij reseruantes, vendunt hereditarie possidenda et hec ex consensu domini Marchionis speciali.

266. Odpor. [1]) Honorabilis Theodricus ex parte Canonicorum et Capituli Cremsiriensium contradicit predictus Theodricus ex eo, quod habeant in dictis bonis vnam marcam annui census.

267. Litoldus de Mosczenycz Dyemothe vxori sue Quinquaginta marcas grossorum Pragensium in villa Mosczenycz super Curia arature et vno laneo ac duobus subsidibus atque Taberna item vno subside cum siluis pratis et vniuersis pertinencijs racione veri dotalicij dat et asignat.

268. Nobilis Stiborius de Czimburg Nobili Czenconi de Letouicz pueros suos in veram committit tuicionem sub confidencia quam gerit speciali.

269. Mixo de Scychouicz Pukliczoni Mixoni de Kelczicz et eius heredibus in villa Snychoticz Curiam arature cum duabus Curticulis pratis pascuis et ceteris pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil sibi Juris aut proprietatis reseruans, Jure hereditario vendidit possidendam, addendo vnum hinnulatorium.

270. Bolco de Crmsin Jesco de Crmsin Pesconi Bycowczoni et eius heredibus in villa Malcouicz Curiam et septem laneos Tabernam Balneum, tres subsides piscinam, ortos siluas pascua et cetera cum omni Jure dominij, sibi nichil reseruantes, Jure hereditario vendiderunt possidendam.

271. Pesco Bycouecz Dorothee vxori sue in villa Malcouicz Septuagintaquinque sexagenas super Curia ibidem in Malcouicz arature et duobus laneis super Balneo Taberna Tribus subsidibus duabus piscinis retro Curiam predictam super siluis et ortis racione veri dotalicij dat et asignat. 1376.

(F. XXVI. r.) 272. Pesco Bycouecz Benessio de Bycouicz pueros suos in veram committit tuicionem suaque omnia bona.

273. Bedrzich de Mezicz Oldrichoni filiastro suo in Mezicz Sobaczow et Paterzin intabulacionem, quam habuit, extabulando reddit libere possidenda.

274. Bedrzich de Mezicz Maczconi de Mezicz ibidem tres ortos, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendos.

275. Doman de Cokor et Vlricus de Paterzin, ipse Doman cum dimidio laneo ibidem in Cokor et Vlricus cum omnibus bonis habitis uel habendis inuicem sunt congressi.

276. (Buscho de Doloplaz Jesconi dicto Kuzel de Bielouicz et eius heredibus in villa Schulesouicz super Curia ibidem Quinquaginta marcas grossorum in dotalicio asignatas Jure eo, quo tenuit, nichil sibi reseruando, sed totum Jus suum, vendidit possidendas pro ipsorum vtilitate.)

277. (Jezdon de Oppatouicz Domcze vxori sue in villa Branosow super Curia laneo et tribus subsidibus siluis et alijs vniuersis pertinencijs pro Sexaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et asignat inclusis peccoribus et pecudibus nichil sibi reseruando.) [2])

278. Jurzico de Laznycz Heduicze vxori sue in villa minori Laznicz super Curia cum suis pertinencijs omnibus et singulis pro Octo marcis grossorum racione veri dotalicij dat et asignat.

279. (Bolico de Oppatouicz Bietcze vxori sue in villa Rudca super parte sua et porcione Curie ibidem cum omnibus prouentibus ac vtilitatibus vniuersis, nichil sibi penitus reseruans, pro Quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij inclusis pecoribus et pecudibus dat et asignat ex consensu Johannis presbiteri fratris ipsius.)

280. Vitco de Czichouicz Jesconi et Sbynconi de Rakuss ac eorum heredibus vnam Curiam in villa Domamyslicz cum Taberna et agris in Clobuc ad Curiam spectantibus cum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil sibi penitus reseruans, vendidit hereditarie per eos possidendam.

(F. XXVI. v.) 281. (Pesek Zlamanj Anne vxori sue in villa Liboswar super Curia hominibus Censuantibus siluis pratis et vniuersis eorum pertinencijs, quitquid in eadem villa habere dinoscitur, pleno Jure et dominio racione veri dotalicij pro Octuaginta marcis grossorum dat et asignat.)

282. Clara dicta Skwaroua Jurziconi de Domamyslicz et suis heredibus vnum laneum, qui (sic) emit a Domaslao dedit ad hoc suum consensum.

283. (Domaslaus de Wzdunek Jurziconi de Domamyslicz vnum laneum in Vicemierzicz cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit per eum possidendum.)

284. (Philippus et Janco fratres de Stytouicz et

[1]) *Steht am rechten Rande.*

[2]) *Am linken Rande steht von anderer Hand: „Ista abolicio facta est ex consensu fratris Domcze nichilominus eciam ipsa constituta dixit esse bonum suum.“*

1376. Johanco de Eywanye cum omnibus bonis [1]) habitis vel habendis vbicumque voluntarie inuicem sunt congressi.)

285. Jan de Przeczcouicz Mixoni de Nezdenicz et suis heredibus eandem villam Przeczcouicz integram cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil penitus Juris aut proprietatis sibi reseruans, cum consensu fratris sui Petri vendidit hereditarie per eos possidendam Excluso vno laneo ibidem, quem pro se reseruauit.

286. Kaczna de Canyouicz Maczconi suo patruo mediam villam ibidem in Canouicz cum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsamet tenuit, nichil Juris aut proprietatis sibi reseruans, vendidit ipsi Maczconi ac eius heredibus per eos hereditarie possidendam.

287. (Gindrzich de Podhagie Petro Carnifici rustico [2]) de Neuotyn Elzcze vxori eius ac eorum heredibus vnam Curiam in Podhagie cum agris pratis pascuis et vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi Juris penitus reseruans, vendidit per eos hereditarie possidendam.)

(F. XXVII. r.) 288. Pesico de Podhagie Gindrzichoni et suis heredibus vnam Curiam ibidem cum omnibus pertinencijs Juribus et vtilitatibus hominibus ac prouentibus vniuersis pleno Jure et dominio, sibi penitus nichil Juris aut proprietatis reseruans, vendidit per eos hereditarie possidendam.

289. (Gindrzich de Podhagie Margarethe vxori sue Triginta marcas in Curia et super Curia in villa Podhagie cum omni Jure racione veri dotalicij dat et asignat.)

290. Mathias de Studenecz Pesiconi de Studenecz medium laneum ibidem in Studenecz cum omni Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil sibi penitus reseruans, vendidit eidem Pesiconi cum heredibus ipsius hereditarie possidendum.

291. Reuerendus pater dominus Albertus de Sternberg Luthomislensis Episcopus et Petrus de Sternberg nepos suus Janaczoni dicto Skrzietek de Trpenowicz militi et heredibus suis in villa Wrbatek vnum laneum et in villa Vrahowicz duos subsides pleno Jure et dominio, sicut ipsimet tenuerunt, nichil Juris aut proprietatis sibi reseruantes in talibus, hereditarie dant et assignant possidenda.

292. (Reuerendus pater dominus Albertus de Sternberg Luthomislensis Episcopus et Petrus de Sternberg nepos suus Boczkoni de Dywicz et heredibus suis in villa Muchnicz Quinque laneos cum Rubetis et siluis cum pleno Jure et dominio, prout ipsimet tenuerunt, nichil Juris sibi reseruantes pro Quinquaginta duabus marcis vendiderunt hereditarie possidendos.)

293. Boczko de Dywicz Anne vxori sue vigintiquinque Marcas in Bonis suis in Muchnicz videlicet in quinque laneis Jure dotalicij et in dotalicium dat et assignat.

294. *Herzmanecz de Bielouicz Nobili Wenceslao in Crauar Supremo Czude Olomucensis Camerario omnia bona sua et suos Pueros committit sicut tutori legittimo et vero. Si vero Przibik filius eiusdem Herzmanczonis grauis et Bonorum dilapidator esse videtur eidem domino Wenceslao, extunc assignare debet dominus Wenceslaus sibi suam veram porcionem et hoc auctoritate sui patris et consensu, quem ad hoc dedit et hoc facto alia Bona et alios pueros teneat regat et defendat.* 1376.

(F. XXVII. v.) 295. Congressus Jenczonis de Vezek cum Lydna de Netczicz in bonis, quem fecerant simul, debet de Tabulis deleri vbicumque reperiretur de consensu Aui ipsius Lydne Jesconis Kuzel de Bielouicz inueterati.

296. Jenecz de Wiezek et Ludna de Neczicz vxor eius Radslao de Cracowcze alias de Olsan [3]) et suis heredibus in villa Neczicz Municionem duas araturas Curie seu duas Curias, et homines ibidem censuales cum agris pratis pascuis et vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio vtilitatibus et prouentibus omnibus et singulis, nichil sibi ibidem penitus Juris aut proprietatis reseruans, vendidit per eos hereditarie possidendas.

297. Smilo de Lesnicz et Bedricus decanus Olomucensis Wilhelmo de Olomuczan et suis heredibus in villa Oppatouiczky Municionem et integram illam villam cum vniuersis suis pertinencijs vtilitatibus censibus prouentibus Pleno Jure et dominio, nichil penitus Juris aut proprietatis ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidenda. Et vbicumque eadem Bona ipse Smilo aut dominus Bedricus frater eius in tabulis terre habuerint, debent deleri cassari, quia nullum habent vigorem.

298. Kaczna de Zessav vxor Bedrici de Rziczan dotalicium, quod in alterodimidio laneo habuit in Zessav, cui Pertoldus intabulauerat, pecijt extabulari.

299. Mixo Puklicze de Kelczicz et Alsico Haluscyn de Zessow cum omnibus bonis habitis et habendis in inuicem sunt congressi. [4])

(Fol. sequens excissum est, et F. XXVIII. r. vacat.)

(F. XXVIII. v.) Anno domini M^{o}CCC^{o} LXXVII° aliud Colloquium.

300. Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo septimo Sabbato infra Octauas Epiphanie [5]) Celebratum est Colloquium generale per Beneficiarios huius Czude, Venceslaum de Crawar supremum Camerarium, Jaroslaum dė Knienicz supremum Czudarium et Wenceslaum prothonotarium, Presentibus Nobilibus viris dominis, domino Johanne de Sternberg alias de Lucow supremo Camerario Brunnensi, Sdencone de Conopiscz, Arclebo de Starechouicz, Ptaczcone de Polne, Vockone et Laczcone de Crawar, Boczcone de Podye- 1377.

1. 2) *Steht oberhalb der Zeile von einer anderen Hand.*

3) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

4) *Hier ist im Orig. das nächstfolgende Blatt herausgeschnitten, was gleich ursprünglich geschehen zu seyn scheint.*

5) *d. i. den 10. Jänner.*

1377. brad supremo Camerario terre Bohemie, Petro de Crawar alias de Plumnaw, Jescone Pusca de Cunstat, Benesio de Buzow, Potha de Holnsteyn, Jescone Cropacz, Potha de Losczicz, Pawlicone de Eulnburg et ceteris, et eciam presentibus Subnotarijs Jescone et Johanne Seloua. Et hoc factum est ex consensu domini Marchionis et eius mandato speciali per literam, quam recepimus cum reuerencia et executi sumus mandatum, facientes Justiciam omnibus indifferenter.

301. Wocko de Crawar alias de Gicyn Anne vxori sue Septingentas et Quinquaginta sexagenas grossorum denariorum Pragensium, de quibus debet habere Census annui Centumtredecimamdimidiam sexagenam in et super Ciuitate Gicyn sua, et quitquid in eadem deperierit Ciuitate, extunc in propinquioribus bonis ad dictam adiacentibus Ciuitatem debet habere, in verum dotalicium secundum Jus Bohemie terre racionabiliter dat et asignat ex consensu Laczconis fratris sui ad manus Sdenconis de Sternberg patris ipsius et Petri patrui ipsius eciam de Sternberg in diocesi Olomucensi.

302. Boczco de Cunstat dictus de Podyebrad Elzcze vxori sue omnia bona Potstatensia Municionem Ciuitatem cum murata dicta Potstat cum villis adiacentibus singulis et vniuersis omnibusque pertinencijs pleno Jure et dominio et proprietatibus, prout pater ipsius vnquam tenuit et nunc idem Boczco tenuit et tenet, in Septingentis quinquaginta sexagenis grossorum Pragensium racione veri dotalicij dat et asignat nichil sibi in eisdem reseruando.

(F. XXVIII. r.) 303. Jan dictus Ptaczec de Pierknsteyn dominus in Polna, Anne vxori sue pueros et omnia bona sua legittime committit ad tenendos et regendos quousque statum suum non mutauerit, et si mutuauerit hec comissio nullum habebit vigorem.

304. (Benesius de Postupec dictus de Crir et Viczcow Anne Relicte Hartlini de Niclspurc et Bolcze Relicte Mathusij de Lucow matri ipsius [1]) Postupki totam villam et Mirotki integram villam, cum omnibus pertinencijs aquis piscinis et vniuersis vtilitatibus pleno Jure et dominio nichil sibi proprietatis ibidem reseruans vendidit hereditarie possidenda et in Boianouicz VIII laneos minus vno quartali tres Curticulas et Taberna et siluis inclusis Arclebus et Johannes Pusca [2]) Arclebus de Starzechouicz et Johann[es] Pusca de Cunstat fatentur, quod vxor predicti Benesij nichil proprietatis habet in eisdem bonis ad peticionem Benesij sepedicti.) [3])

305. (Jesco Pusca de Cunstat Anne de Otoslauicz vxori sue in villa Otoslauicz Castrum et duo Allodia cum alijs bonis, que ibi habet, Dobrochow villam cum vno allodio in villa Wranouicz quitquid habet et habuit, villam Bylnyc villa Lhota cum omnibus suis pertinencijs vineis siluis piscinis Molendinis pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, vsque ad tempora vite ipsius dumtaxat dat et asignat post obitum vero ipsius ad liberos suos debent reuerti vel heredes.) 1377.

306. Margaretha de Philnstayn Laczconi de Crawar alias de Helfnstayn in villa Racoua Curiam arature cum omnibus suis pertinencijs Juribus ac proprietatibus nichil sibi in eadem reseruans vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXVIII. v.) 307. Hersic Smetana Religiose Abbatisse et Conuentui Monasterij in Pustmir in villa dicta Topolan septimumdimidium laneum et VII Curticulas mediam tabernam Molendinum Rubetum adiacens ville cum pratis siluis et vniuersis pertinencijs libertatibus vsufructibus pleno Jure et dominio nichil sibi proprietatis ibidem reseruans vendidit libere et perpetue possidenda et hoc factum est de mandato per literam domini Marchionis.

308. Wilhelmus de Holnsteyn Cristine vxori sue in villa Hrusca integra cum omnibus suis pertinencijs pro Centumseptuagintaquinque marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

309. Henricus de Nahosouicz Martino de Prerouia ipsius sororio Curiam ibidem in Nahosouicz cum omnibus suis pertinencijs, et omne Jus quod habere dinoscitur in eadem dat et resignat, dotalicio vxoris sue excluso, et illud dando, residuum pro se habebit.

(F. XXIX. r.) 310. Budslaw de Rosczenye Katherine vxori sue Curiam in Rosczenye in viginti-quinque marcis racione veri dotalicij cum omnibus suis pertinencijs dat et assignat.

311. (Vitco de Prus Margarethe vxori sue in media Curia et quitquid ibi habet in Quinquaginta marcis racione veri dotalicij cum omnibus pertinencijs dat et assignat.) *Deletum ex consensu Johannis de Crumsin Germanj ipsius.*

312. Stanca de Lodyeynicz Juhanoni de Rosczin Curiam in Ludyeynicz, laneum cum quartali, medium laneum, quartam partem Taberne, tres Curticulas, medium Molendinum cum omnibus pertinencijs vtilitatibus ac vsufructibus vniuersis cum pleno Jure et dominio nichil sibi reseruans hereditarie dat et assignat.

313. (Bohuslaus de Lascow Miculawsoni de Mezericz Curiam in Oppatouicz in Drahomiloualhota duos laneos cum omni Jure et dominio sibi in eisdem nichil reseruando vendidit hereditarie possidenda.)

(F. XXIX. v.) 314. Dywa de Czekin Barsoni de Czihouicz dicto Czihowca Gircow mediam villam, Rubetis et alijs pertinencijs vniuersis cum omni Jure et dominio ac singulis proprietatibus, nichil penitus sibi reseruans vendidit Jure hereditario possidendam.

315. Nota, quod Dobren in presenti Colloquio venerat cum suis amicis volens extabulare dotalicium, quod in Trubca et Wdislauicz habuit, videlicet cum Erasmo Bohusio et Sauisio fratribus de Bistricz, et volens maritum suum liberare a debitoribus videlicet Herardo de Drahotus et coniugi sue qui suscipere noluerunt.

[1]) *Diese Stelle: „et Bolcze — matri ipsius“ ist durchstrichen, und am Schlusse der Einlage steht von einer anderen Hand: „Bolcze Relicte Mathussij de Lucow delecio, de consensu ipsius est facta et bona voluntate.“*

[2]) *Diese zwei Namen „Arclebus et Johannes Pusca“ sind durchstrichen.*

[3]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von anderer Hand das Wort „Nota.“*

1377. 316. Lya Judea de Olomucz et Franczlinus de ibidem Vnce de Magecin et eius heredibus bona in Trsicz villa, que Jure terrestri obtinuit, et per Beneficiarios assignata donabiliter tenuit et possedit, videlicet municionem, Molendinum, piscinam, siluas cum vniuersis suis pertinencijs, pleno Jure et dominio, nichil proprietatis sibi in eisdem reseruantes, prout ipsimet tenuerunt, hereditarie vendiderunt possidenda, silue vero que ad dictam villam Trsicz pertinent et ut Beneficiarij adiudicarunt et non plus debent esse.

317. Ofca et Agnes de Pornicz Wlczconi de Dobroczcouicz in villa Pornicz Curiam arature III laneos Censuales cum siluis et omni Jure et dominio, prout ipsemet tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidenda.

318. Wlczco de Dobroczcouicz Domce vxori sue Octuagintaquinque marcas in supradictis bonis videlicet Pornicz racione dotalicij dat et assignat.

(F. XXX. r.) 319. (Venceslaus de Hlusouicz Marquarto de Dobromilicz in villa Dobromilicz quartumdimidium laneos soluentes II Curticulas cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio sicut ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidenda, eciam fratrueli ipsius Marquardi et Lowconi de Drzouicz.)

320. Petrus de Plumaw alias de Crawar in villa Ohrosim et in Lesan duodecim sexagenas grossorum in XXIII grossis nudi Census annui pro remedio anime olim domini Benesij patrui sui Ecclesie Pragensi specialiter ministro Capelle Beate Agathe pertuis temporibus dat et assignat, dominium vero et Juspatronatus sibi et heredibus suis reseruando incluso eciam et adiecto, quod idem dominus Petrus de Crauar singulis annis quousque alibi in hereditate conpleuerit III sexagenas minus XXIII grossis dicto ministro dare debet et assignare.

321. (Venceslaus de Hlusouicz et Adam de Przestawlc idem Venceslaus cum bonis, que habet in Hlusouicz, et vno laneo in Wrbatec, et Adam cum omnibus que habet in Przestawlc inuicem sunt congressi.)

322. Machocz Judeus de Cremsir Herartoui de Budczouicz in villa Poczenicz in porcione Alsiconis viginti minus dimidia marca, quas Jure terrestri obtinuit et per Beneficiarios assignatas sicut ipsemet tenuit, eodem Jure vendidit hereditarie possidendas.

323. Barthos de Slezan eidem Herardo ibidem in Poczenicz Jus suum, quod obtinuit, videlicet decem marcas minus fertone resignans dat et assignat.

(F. XXX. v.) 324. (Laurencius de Srbecz Biethe vxori sue ibidem in Srbecz Septuaginta VII marcas in VI laneis et vno quartali et Taberna et subside in quibus octauamdimidia marca Census annui debent esse, cum suis pertinencijs racione dotalicij dat et assignat.)

325. Valentinus de Przestawlc Sbinconi de Czekin Cuncze vxori sue Dywe et eorum heredibus villam Lhotcam Rziuinoua integram cum Molendino siluis vniuersisque suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil proprietatis sibi in eadem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

326. Benesius de Crawar alias de Crumnaw Nobili Stiborio et heredibus suis in villa Nezamislicz duas araturas dimidiam partem Jurispatronatus Ecclesie, Molendinum LX laneos cum quartali V subsides III Tabernas, siluas omnibus et singulis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil proprietatis aut Juris uel dominij in hijs sibi reseruans vendidit hereditarie possidenda, extabulacio debet fieri vbi inueniretur. 1377.

327. Procyuecz de Sastrzihl Arclebo de Rziczan III marcas Census annui in villa Vgezdecz Jure dotalicij obligat, et hoc in V laneis possidendas.

328. Jan de Wlciedol Sbinconi de Drzienow ibidem in Wlczidol quinque quartalia Censualia cum suis pertinencijs sicut ipse tenuit vendidit hereditarie possidenda.

(F. XXXI. r.) 329. (Jesco de Cunstat dictus Pusca Anne vxori sue de Ottoslauicz committit suos pueros sub vera commissione, quamdiu statum suum non mutauerit, si vero mutauerit, ex tunc loco ipsius Erharto de Cunstat fratri suo committit.)

330. Wlc de Sarow Anne vxori sue Centumquinquaginta marcas grossorum in Quindecim marcis annui Census in bonis Cziessow racione veri dotalicij dat et assignat.

331. (Petrzic de Bzoue Przibe vxori sue Octingentas marcas ibidem in Bzoue racione veri dotalicij dat et assignat, sibi nichil penitus reseruando.)

332. Czihowca de Czihouicz Dorothee vxori sue CC marcas in bonis, in villa Zerauicz tota, et in media villa Gircow racione veri dotalicij dat et assignat.

333. Jurzic de Racusec Petrziconem fratrem ad sua bona hereditaria ibidem assumit cum eisdem bonis secum congrediendo taliter vero, quod illa omnia habita et habenda post mortem ipsius Jurziconis ad ipsum Petrziconem deberent deuolui.

334. Jan de Nezamyslicz Wlczconi de Dobroczcouicz villam Swaby cum duobus Molendinis pratis aquis Rubetis cum omni Jure et dominio, prout tenuit, idem Jan vendidit assignando nichil penitus sibi reseruando.

(F. XXXI. v.) 335. Girzic de Domamislicz Sczepanconi de Vieczemirzicz vnum laneum ibidem cum omnibus suis pertinencijs cum pleno Jure dominij nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendum.

336. (Sczepanco de Wiczemirzicz et Kaczna vxor ipsius ipse cum laneo et ipsa cum tribus quartalibus ibidem in Viczemirzicz vera vnione sunt congressi.) *Kaczna predicta afirmauit suum bonum esse quod est deletum.*

337. Bohuse de Drahotus Leoni de Nelesouicz V quartalia in villa Chilcz cum omnibus suis pertinencijs et pleno Jure ac dominio, nichil sibi reseruans, sibi et suis heredibus vendidit perpetue possidenda et vxori Leuiconis Vachne.

338. (Wlczco de Dobroczcouicz Domcze vxori sue in primo Molendino sub villa Swab in duobus laneis ibidem cum omnibus suis pertinencijs, in Quindecim marcis racione veri dotalicij dat assignando, pro alteradimidia marca annui census.)

1377. 339. Pawlico de Borow et Jeneczco de Vezec Sbincony de Cocor et vxori eius Kaczne eorumque heredibus Curiam in Chilecz, tria quartalia soluencia, duas Curticulas, Schidlochow mediam villam cum siluis, pratis et alijs pertinencijs singulis ac vniuersis, que obtinuerunt Jure terrestri in Miculone de Pawlouicz, super que bona per Beneficiarios sunt inducti et decretum est, quod illa bona debeant per ipsos hereditarie possideri, dant et resignant hereditarie per eos possidenda.

340. Jan Cobecz de Rimicz Budislao de Racodaw Curiam in Rimicz medium laneum et Curticulam cum vniuersis pertinencijs ac Jure et pleno dominio nichil penitus sibi in eisdem reseruans vendidit Jure hereditario perpetue tenenda cum duobus pratis.

(F. XXXII. r.) 341. (Zauisius de Morcouicz Lyde et eius heredibus de Comoraw Curiam in Strabenicz cum pratis Rubetis et alijs pertinencijs ac Jure et dominio pleno, nichil sibi in eadem reseruans, vendidit hereditarie possidendam, et si alibi reperiretur debet deleri.)

342. Jesco de Veletyn notificat super hereditate in villa Wrbca, que inuenta est in tabulis terre, que resignata est patri ipsius Pesconi de Veletyn per Hertlinum ibidem de Wrbca.

343. (Gindrzich Opalenecz de Dyedcouicz Agne de Oppatouicz Curiam in Dyedcouicz cum pratis aquis Rubetis et pertinencijs vniuersis prout ipsemet tenuit pleno Jure et dominio nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam, et si alibi reperiretur debet deleri.)

344. Venceslaus Crabicze de Wrahouicz plebanus in Strazca contradicit extabulacioni, que facta est in Tabulis, vbi Mixic de Wrahouicz filijs Crabice et Venuse ac eorum pueris vendiderat et cetera.

345. *Johannes Czert presbiter de Rosczutka Dietrico Viernonis de inferiori Dubna et suis heredibus Curiam arature cum omnibus suis pertinencijs et sicut ipsemet tenuit pleno Jure et dominio nichil sibi penitus Juris reseruans vendidit hereditarie possidenda.*

346. *Dietricus Viernonis de inferiori Dubna Skoncze vxori sue Curiam cum tribus laneis cum curticula Molendino taberna Siluis rubetis et vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio in omnibus bonis sicut solus habuit in Quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat et intabulat.*

(F. XXXII. v. vacat, fol. proxime sequens excissum est, et fol. XXXIII. r. iterum vacat.)

(F. XXXIII. v.) 347. Anno domini Millesimo Tricentesimo Septuagesimo septimo in die sancti Petri et Pauli apostolorum [1]) Colloquium celebratum est per Nobiles dominos, Venceslaum de Straznicz supremum Camerarium, Jaroslaum de Knienicz Czudarium supremum, Venceslaum Tabularum terre notarium Morauie supremum, ceterosque Barones subscriptos, videlicet Vlricum et Tassonem de Bozcouicz, Johannem et Sdenconem fratres de Lucow alias de Sternberg, Sdenconem et Smilonem de Sternberg alias de Zabreh, Stiborium et Jaroschium de Czinburg, Beneschium et Potham de Wyldnberg, Potham et Jesconem de Holnsteyn, Jesconem et Proczconem de Richwald, Pawliconem de Evlnberg, Smilonem et Herardum de Lesnicz etc. 1377.

348. Potha de Holnsteyn alias de Donca Mathie de Zelenicz et heredibus suis Laznyc et Lhotam [2]) villam cum vniuersis Juribus et pertinencijs pleno Jure et dominio nichil penitus sibi in eisdem reseruans, eo modo quo tenuit vendidit hereditarie possidendas (sic.)

349. Anna relicta Budyconis de Strzizow Pothe de Holnsteyn et heredibus suis in villa Strziezow totum et omne Jus suum, quod habuit dotalicij, nichil penitus sibi reseruans vendidit hereditarie possidendum presente Mixicone germano ipsius commissarij puerorum. [3])

350. (Barsico Junior de Czihouicz Nobili domino Sdenconi et suis heredibus de Lucow alias de Sternberg villam Zacouicze cum curia, cum vniuersis Juribus et pertinencijs Molendinum et vnam tabernam in villa Symrze, nichil penitus sibi in eisdem reseruans, cum Jure et dominio vendidit hereditarie possidenda.)

(F. XXXIV. r.) 351. (Vilhelmus de Bolehradicz alias de Cunstat Stiborio de Czimburg alias de Touaczow et heredibus suis Castrum Krzidlo cum monte quo structum est solo in pheodum feudum (sic) Ibidem vero sub Castro villam Brusna totam villam Shomicz totam villam Chlumecznam totam, in villa Rzimicz tres araturas cum parte quam ibi habuit tota Jurepatronatus Ecclesiarum, Molendinis siluis, pratis pleno dominio et Jure proprietatibus vsufructibus prouentibus nichil penitus sibi et fratribus suis videlicet Smiloni et Czenconi proprietatis Juris vel dominij in eisdem reseruans eo omni Jure prout ipsimet tenuerunt vendidit hereditarie possidendum Ita intelligendo, quod solum Castrum cum monte est feudum, sed ville cum siluis et ceteris supranotatis hereditarie per ipsum Stiborium et eius heredes possidende.)

352. (Przibico de Malotyn Andree de Nemczicz et eius heredibus Curiam arature in Teteticz curticulam pomerium cum vniuersis et singulis pertinencijs pleno Jure, prout ipsemet tenuit, nichil penitus sibi in eisdem reseruans, vendidit hereditarie possidenda.)

353. Anna de Trubec Jesconi de Zirotyn marito ipsius in villa Trubca et villa Sdislauicz et villa Cziesanj et super ipsorum pertinencijs Centumquinquaginta marcas racione veri dotalicij dat et assi-

[1]) *d. i. den 29. Juni.*

[2]) *Diese zwei Worte sind durchstrichen.*

[3]) *Am unteren Rande dieser Einlage steht von anderer Hand: „Nota, extabulacio fieri debet vbi Budyco Anne in eadem villa Strziezow imposuit.“*

1377. gnat, residuam vero in ipsis villis partem sibi et heredibus suis reseruat.

354. Jesco de Zirotyn Anne vxori sue in et super villa Zyrotyn tota parte sua, quam ibi habet, cum suis pertinencijs Centumquinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

355. Vanca de Borzeticz Dywisio de Chleuicz germano et suis heredibus terciam partem dotalicij sui Quinquaginta marcas grossorum, quas in villa Borzeticz per maritum suum olim Przibyslaum super bonis, prout in Tabulis expressantur eodem Jure libere dat et assignat de consensu Sbynconis de Ponyque germani et tutoris ipsius.

356. Vitco de Prus Hersoni de Rokitnicz et heredibus suis in villa Prus Curiam cum alteradimidia aratura tres laneos curticulam vnam, ortum cum pomerijs pratis et vniuersis ac singulis Juribus et proprietatibus pleno dominio et Jure, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidenda, nichil sibi in eisdem reseruans cum aquis et alijs.

(F. XXXIV. v.) 357. Kaczna de Pawlouicz Bohusio de Drahothus et eius heredibus in villa Tupecz viginti marcas dotalicij sui quod habuit libere assignauit.

358. Memoria debiti quod Benesius de Senwald Ghedrude vxori Vycnani et Ance sorori racione dotalicij Quinquaginta marcas racionabiliter persoluit.

359. Wlczco de Dobroczcouicz Abbatisse nomine Hylarie et Conuentui Monasterij in Pustmir in villa Swabenicz Septem laneos Quinque Curticulas maiores et vndecim curticulas minores Censuales et vnam vineam paruam inferiorem cum monticulo suisque vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil penitus sibi suisque heredibus in hijs proprietatis reseruans aut dominij vendidit hereditarie possidenda et hoc ad literam domini Marchionis et eius consensu speciali, eciam in casu si alicubi in Tabulis inueniretur debet deleri et nullius est momenti.

360. Nicl de Luczca Pawliconi de Souinecz et heredibus suis in villa Luczca octo laneos censuales cum duobus Molendinis et duabus tabernis [1]) tres curticulas minores cum siluis pratis Municione et Balneo pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil penitus Juris vel dominij aut proprietatis in hijs sibi reseruans vendidit hereditarie possidendos.

Nota extabulacio fieri debet vbi Vlricissa de Luczca eidem Nicl inposuit.

361. Mathinco de Drahothus et Agnesca conthoralis ipsius Dywe de Czekin [2]) Janoni Hersoni Beneschio [3]) de Luderzow, villam Lybenicz totam et integram cum omnibus pertinencijs videlicet aquis pratis paludibus vtilitatibus pleno Jure et dominio sicut ipsimet tenuerunt nichil penitus sibi Juris proprietatis aut dominij in eadem reseruantes, excepta Curia domini Marchionis, quam Potha de Donca tenet, alia vero omnia ad dictam villam pertinencia vendiderunt hereditarie possidenda.

362. (Dluhomil de Tupecz Anne vxori sue in media Curia ibidem in villa Tupecz et in parte media ortorum viginti cum terciamedia marca grossorum racione veri dotalicij assignauit.) 1377.

(F. XXXV. r.) 363. (Skonca de Rosczytec Hanusio Czihowcze Marito suo in villa Rosczitec, in Curia et in quatuor laneis soluentibus et siluis ac suis pertinencijs Quinquaginta marcas racione veri dotalicij dat et assignat.)

364. Michacz et Gimram fratres de Ottoslauicz et Nicolaus Moraua de Brnyeczca ipsi Michacz et Gimram cum Ottoslauicz et alijs omnibus bonis ex vna et Nicolaus cum Brnyeczco et omnibus alijs suis bonis habitis et habendis parte ex alia inuicem sunt congressi.

365. Margaretha Relicta Johan de Swabenicz Smiloni de Lesnicz et heredibus suis in villa Swabenicz totum quitquid ibi habuit racione dotalicij nil sib Juris reseruans, pro Centum marcis grossorum vendidit possidendum ex consensu Hanconis filij ipsius et si in Tabulis terre habuerit deleri debet.

366. Margaretha de Nezamyslicz Petronelle filie ipsius in villa eadem super sex laneis censualibus quos possidet hereditarie Quinquaginta marcas grossorum pro dotalicio eidem dat et assignat ad tenendum.

367. Hanco de Swabenicz Smiloni de Lesnicz et suis heredibus in villa Swabenicz totum quitquid habuit et habet ibidem nichil penitus sibi Juris [4]) reseruans hereditarie vendidit possidendum.

368. (Pesco de Czichouicz cum Margaretha de Nezamyslicz ipse Pesco cum vno laneo in Scychouicz et ipsa Margaretha cum VI laneis in Nezamyslicz et suis pertinencijs inclusa municione inuicem sunt congressi.)

369. (Jesco Pusca de Cunstat Herardo de Lesnicz et heredibus suis in villa Senicz maiori Curiam predialem tredecim marcas grossorum minus XVIII grossis annui census vna cum propugnaculo pleno Jure et dominio suisque pertinencijs singulis et vniuersis eo modo, quo ipsemet tenuit, nichil proprietatis vel dominij aut Juris sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

Reseruauit sibi prefatus Erhardus ibidem in Senycz maiori Curiam allodialem et quatuor marcas cum XX grossis annui census.

(F. XXXV. v.) 370. (Raczco de Prosinec Martino Cabath de Napagedl Pawliconi generi suo et heredibus suis villam Prosinecz prope Napagedl totam et integram cum vniuersis suis pertinencijs et dominio nil penitus sibi Juris aut proprietatis reseruans vendidit hereditarie possidendam.)

371. Stach et Mixo et Vyknan [5]) de Mysleiouicz Jesconi Cropacz de Holnsteyn et suis heredibus villam Mysleiouicz totam cum vniuersis et singulis suis pertinencijs, nichil Juris aut proprietatis sibi in

1. 2) *Steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

3) *Diese drei Namen sind durchstrichen, und unterhalb der Einlage steht von anderer Hand zugeschrieben: „Jan Herechs et Beneschius abrenuncciant Juri prout supra ita quod Dywa plenum jus habet ut prefertur.“*

4) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

5) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1377. eadem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendam, *extabulacio predictorum fieri debet.*

372. Budec de Borotyn Baranoni de Geuiczca et eius heredibus Molendinum dictum Laueczski eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendum.

373. Dorothea vxor Czihowconis Janconi de Vitczicz et heredibus suis in villa Vazan octauumdimidium laneos, duas Tabernas, Quinque Curticulas magnas, siluas prata cum omni Jure et dominio prout ipsa tenuit vendidit hereditarie possidenda.

374. (Anna de Cozoged Jesconi de Crumsin et eius heredibus in villa Cozoged Curiam predialem cum siluis et pratis ac vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsa tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

375. Beneschius de Viczcow Gitcze vxori sue in villa Ptenye ducentas marcas grossorum in villa predicta tota et integra, racione veri dotalicij dat et assignat.

376. (Beneschius de Viczcow Anne Hertlini matri eius [1]) et eius heredibus villam Postupec Mirotky villam et villam Voianouicz cum omnibus et singulis Juribus ac vniuersis pertinencijs quibuscumque nominentur nominibus, nichil sibi penitus et heredibus suis reseruans, pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendas.)

377. Wlczco de Dobroczcouicz cum Johan patre suo cum vniuersis et singulis bonis suis habitis et habendis in inuicem sunt congressi.

378. Sdynca de Dyedcouicz Ofcze filie Jenczonis alterumdimidium Quartale ibidem in Dyedcouicz nil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendum.

(F. XXXVI. r.) 379. Katherina de Neuogicz vxor Henrici ibidem recognoscit, quod in villa Lypow nichil penitus habet.

380. (Jenczo de Pawlouicz Sudconi et Wlczconi perpetuo vicario Ecclesie Olomucensis fratri eiusdem Sudconis [2]) de Podole Curiam in villa Netczicz cum agris cultis et incultis siluis pratis pascuis riuis cum omni Jure et dominio ac vniuersis et singulis pertinencijs ipsi Sudconi et eius heredibus nichil penitus sibi in eadem reseruans vendidit hereditarie possidendam.)

381. (Jarohnyew de Buchlouicz Ofcze vxori sue in villa Milesouicz Quinque marcas census annui in Quinquaginta marcis grossorum racione implecionis dotalicij, vbi prius habuit in Topolan, eodem Jure dat et assignat, et si non plene habuerit debet adimplere in villa supradicta.)

382. Beneschius de Vazan Nobili Czenconi et eius heredibus de Lethouicz in villa Wazan totum, quidquid ibi habuit, pleno Jure et dominio seu proprietatibus nichil sibi penitus reseruans Juris proprietatis vel dominij in eisdem vendidit hereditarie possidendum.

383. Sbynco de Cocor Petrziconi et eius heredibus de Ziranouicz in villa Buc Municionem Curiam cum duabus araturis aliudque totum quitquid ibi habuit exclusa solum silua Vwozi dicta, quam sibi retinet, aliudque totum cum suis pertinencijs Juribus proprietatibus pleno dominio sicut ipsemet tenuit, nichil penitus sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam. 1377.

384. (Petrzico de Ziranouicz Cecilie vxori sue in villa Buc viginti marcas grossorum racione implecionis dotalicij vbi prius ibidem habuit dat et assignat.)

385. Jesco de Sonwald vxori sue Anne in villa Schenwald parte sua, Centum et Quinquaginta marcas grossorum racione dotalicij dat assignando.

386. (Onscho de Chwalcouicz Margarethe vxori sue in Nemochouicz villa sex marcas grossorum annui census racione dotalicij dat et assignat.)

387. (Frenczlinus et Lazarus Judei Olomucenses Busconi et eius heredibus de Crasna in villa Lhotca prope Paczlauicz omne Jus ipsorum racione vendicionis dant et assignant hereditarie possidendum.)

(F. XXXVI. v.) 388. Jarosius de Bielouicz Pesconi de Czrnczin et eius heredibus in villa Clobuc septem laneos et IIII subsides, Molendinum et totum, quidquid ibi habuit nichil penitus Juris proprietatis vel dominij sibi reseruans, vendidit eo Jure sicut tenuit, hereditarie possidendum, si alias inueniretur debet extabulari, facta per Jesconem Kuzel Margarethe conthorali ipsius Jaroschij in villa supradicta. [3])

389. Pesec de Czrnczina Biethe vxori sue in villa Clobuc Nonaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

390. Meduiedco de Paczow filio suo Sdyslao et eius heredibus in villa Paczow Curiam tres [4]) siluas dictas Polulesie eo omni Jure proutmet tenuit, nichil sibi proprietatis vel dominij in eadem reseruans, libere dat et assignat hereditarie possidendas.

391. (Meduiedco de Paczow Kaczne vxori sue et eius nomine ad fideles manus Jaroslai de Kniehnicz in villa Paczow Curiam arature, duos laneos, Quintummedium fertonem annui census, cum omnibus pertinencijs racione dotalicij dat et assignat in Triginta marcis grossorum.) [5])

392. (Bohuse de Laznyc Ludne vxori sue in Laznyc minori XV marcas racione dotalicij dat et assignat.)

393. Jaroslaus de Nedachlebicz Wenceslao et Busconi fratribus de Doloplas in villa Mrskles et villa Bystricz Jus dotalicij, quod ibidem habet et habuit in XX marcis grossorum nichil sibi penitus in eodem reseruans eo Jure quo ipse tenuit vendidit possidendum et heredibus suis.

394. (Kaczna de Chwalcouicz Voyslao de Crzizancow et Nobili Smiloni de Zabrzeh in villa Chwalcouicz omnem suam hereditatem quam habet ad

[1]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[2]) *Die Stelle von „et Wlczconis — Sudconis“ ist durchstrichen, und am linken Rande der Einlage steht von anderer Hand: „Odpor. Jenecz iunior de Vezec contradicit, Jenczonem seniorem nil penitus ibidem habere.“*

[3]) *Bei dem Schlusse dieser Einlage steht am rechten Rande von derselben Hand: „Nota extabulatum.“*

[4]) *Dieses Wort ist durchstrichen.*

[5]) *Unter dieser Einlage steht von einer anderen Hand: „Delecio facta est de consensu Mariti et Bozzite fratris ipsius.“*

1377. fideles manus [1]) dat et assignat.) *Taliter Woyslaus de Tabulis emisit quia Kaczna promisit ipsum Woyslaum et suos pueros non impetere occasione illorum bonorum que habuit in tabulis.*

395. (Jesco de Clobukich Elzcze vxori sue ibidem Quinquaginta marcas racione veri dotalicij dat et assignat. [2])

396. Jan de Brancouicz Wilhelmo et eius heredibus de Tinecz villam Stranisow cum omni Jure et dominio prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXXVII. r.) 397. Jaroslaus de Nedachlebicz Margarethe vxori sue ibidem in Nedachlebicz super vndecim et medio laneo et in Clobuciech tribus laneis et in Nedachlebicz quatuor curticulis Centumquinquaginta marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat. [3])

398. Odpor. Dominus Wenceslaus de Straznicz alias de Plumnow supremus Camerarius Olomucensis contradicit, dicens quod ipsa Margaretha in eisdem bonis dotalicium habet.

399. Woyslaus et Andreas de Mezicz dicti Zahon Swochoni et eius heredibus de Miloticz Curiam arature in villa Eywanye medium laneum soluentem duas Curticulas prata et alia pertinencia cum omni Jure et dominio nichil penitus sibi reseruantes vendiderunt Jure hereditario possidendam.

400. Nicolaus de Vazan domino Czenconi et eius heredibus in villa Vazan vnum laneum et mediam Curiam eo Jure, quo ipse tenuit, vendidit hereditarie possidendum et extabulacio debet fieri quam Benesch sibi intabulauit.

401. Andreas de Nemczicz vxori sue Bietcze in villa Teteticz triginta marcas grossorum videlicet in Curia et in omnibus alijs que ibidem habet racione veri dotalicij dat et assignat.

402. (Andreas de Nemcicz et Lekes de Wezek cum ipsorum heredibus cum omnibus bonis que in Teteticz idem Andreas habet in inuicem sunt congressi.)

403. Janacz Kuzel de Bielouicz Voyslao de Krzizancow et eius heredibus in villa Paczlauicz Quinque laneos Tabernam Molendinum Curiam siluis Rubetis Curticulam prata cum omni Jure et dominio nichil penitus sibi reseruans vendidit hereditarie possidendos.

404. Kaczna de Chwalcouicz Hanusconi de Ptenye marito mediam partem bonorum ibidem in Chwalcouicz que habet dat et assignat hereditarie possidendam racione dotalicij verj.

(F. XXXVII. v.) 405. (Raczco de Vesele Nicolao de Bycouicz et eius heredibus villam Vesele cum omni Jure et dominio nichil penitus sibi in eadem reseruans vendidit hereditarie possidendam.)

Nota vbi idem Raczco intabulatam habuit vel eius pater debet extabulari.

(F. XXXVIII. r.) 406. Anno domini 1378. Millesimo Trecentesimo Septuagesimo octavo in purificacione sancte Marie [4]) celebratum est Colloquium per Nobiles dominos Wenceslaum de Straznicz Camerarium, Jaroslaum de Knienicz Czudarium, et Wenceslaum Notarium, harum tabularum Beneficiarios supremos, presentibus Nobilibus subscriptis Baronibus, Arclebum de Starzechouicz, Oldrzichonem et Tassonem de Bozcouicz, Styborium de Czimburg, Jesconem et Sdenconem fratres de Sternberg Albertum de Swietlow, Sdenconem et Smilonem fratres de Zabrzeh, Benesium de Buzow, Laczconem de Crawar, Potham et Jesconem fratres de Holnsteyn, Pawliconem de Souinecz, Smilonem de Lesnicz Proczconem de Cunstat et alijs quam pluribus etc.

407. Albertus de Sternberg dictus de Swietlow Agnesce conthorali sue villam Borsicz totam cum Municione villam Luca totam, villam Spinec totam et villam Vnyrouy totam cum omnibus et singulis pertinencijs pleno Jure et dominio nil sibi reseruans, prout ipsemet tenuit, excepto solum Collacione Ecclesie seu Jurepatronatus in villa Wnorouy in Mille Sexagenis grossorum Pragensium racione veri et legittimi dotalicij eidem dat et assignat, ad manus Nobilis Sdenconis de Sternberg alias de Lucaw.

408. (Jesco de Dubrauiczca de Dubrauicz Vlrico de Bozcouicz et heredibus ac successoribus suis bona Dubrauicz videlicet Oppidum ibidem et Castrum dictum Dubrauicze cum villa Nyemcycz totam, villam Kunyczky totam, villam Walcimow integram, villam Przibyschin integram, cum Curijs predialibus Molendinis Jurepatronatus Ecclesiarum pleno Jure et dominio Siluis cunctis paruis et magnis prouentibus et pertinencijs vniuersis nichil penitus Juris vel dominij in dictis bonis sibi nec heredibus seu successoribus reseruans sed prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidenda.)

409. *Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo primo in colloquio dominorum post beati Johannis Baptiste.* [5]) *Wanko de Bozkouicz veniens dictus de Czrnahora et personaliter constitutus recognouit, suam partem, quam habuit in opido Dubrawicze et super toto Castro hominibus pratis pascuis siluis et alijs pertinencijs se vendidisse Jesconi Puscze de Cunstat et suis heredibus et petiuit eadem bona pro parte sua extabulari, quam renucciauit eisdem petendo dicto Jesconi Puscze et suis heredibus intabulari.*

(F. XXXVIII. v.) 410. Arclebus de Starzechouicz Benesio de Wiczcow et Johanni filio ipsius in villa Ptenye Municionem cum Curia prediali, villam eandem totam Ptenye exclusis solum laneis Lau-

[1]) *Die zwei Stellen: „et Nobili Smiloni de Zabrzeh," dann „ad fideles manus" sind durchstrichen.*

[2]) *Am linken Rande steht von derselben Hand: „extabulacio debet fieri vbi Elzca habet dotalicium," was aber eben so wie die Einlage selbst gelöscht ist.*

[3]) *Am linken Rande steht von einer gleichzeitigen Hand: „Extabulacio debet fieri quod Ofca Wycnani dotalicium habuit."*

[4]) *d. i. den 2. Februar.*

[5]) *d. i. nach dem 24. Juni.*

1378. rencij et Janconis et duabus Curticulis Laurencij cum vniuersis piscinis suisque pertinencijs, In villa Bernow Quinque cum medio laneo et Molendino et duobus subsidibus, vniuersisque suis Juribus et pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil Juris proprietatis vel dominij sibi in eisdem reseruans vendidit hereditarie possidenda.

411. Welislawa et Nahrad de Ostrowan Tassoni de Bozcouicz et heredibus suis in villa Sobolca Curiam arature duas Curticulas cum siluis et omnibus pertinencijs, nichil penitus sibi reseruantes, prout ipsimet tenuerunt vendiderunt hereditarie possidendam.

412. Welislawa cum Nahradone filio suo cum omnibus bonis in Ostrowan sunt congressi, et alijs bonis habitis et habendis.

413. (Vnca de Magetyn Wilhelmo de Rohatecz et eius heredibus in villa Petrouicz Curiam arature III laneos Censuales, Tabernam censualem, ortis pratis pomerijs vniuersisque suis pertinencijs, In villa Podole IIII laneos censuales, in villa Wawrzencze duos laneos censuales piscinas pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidenda, Eciam Elzce vxori ipsius Wilhelmi et Vitconi de Rorbach id ius conpetit ut supra.) *Vitco de Rorbach consensit delecionem personaliter constitutus.*

414. Wocko de Crawar Kaczne [1]) Conthorali Johannis de Przna in villa Palaczow sua ad bona Ticzin pertinente tota L marcas grossorum racione veri et legittimi dotalicij libere legittime et voluntarie dat et assignat.

415. Sbynco et Pomyn fratres de Wlcos honorabili Sandero Archidiacono Prerouiensi Officiali Episcopalis Curie Olomucensis et Capitulo eiusdem Ecclesie in villa Kisselouicz sex laneos minus vno quartali Censuales Curiam predialem Tres Tabernas IIII Curticulas cum Molendino, cum vniuersis Juribus prouentibus vsufructibus, pleno dominio et potestate, sicut ipsimet tenuerunt nichil proprietatis Juris vel dominij sibi in eisdem reseruantes vendiderunt hereditarie possidendos et hoc ad speciales literas Mandati serenissimi principis domini Jodoci Marchionis Morauie cum pendenti sigillo, et alia clausa papirea, que ambe in Cisticula sunt posite.

Nota extabulacio fieri debet vbi de Wlcos vxori sue Sbynco tempore domini Beneschij racione dotalicij intabulauit.

(F. XXXIX. r.) 416. Sbinco de Wlcos Catrle vxori sue in villa Zarzieczie totum quidquid habet cum siluis pratis vniuersisque suis pertinencijs, prout ipsemet tenuit, racione veri et legittimi dotalicij dat et assignat.

417. (Janec de Witczicz Margarethe vxori sue in villa Vitczicz ducentas marcas grossorum in parte sua tota prout possedit et tenuit cum pleno Jure et dominio racione veri dotalicij dat et assignat ex consensu Nicolai fratris sui eciam ad manus Henrici de Sonuald.)

418. Nota quod Colda de Zampach bona in villa Bohuslauicz, que Sdynca soror sua sibi intabulauerat, petit extabulari. 1378.

419. Margaretha de Wyldenberg professa Monasterij sancte Katherine in Olomucz XXX marcas grossorum, quas super Oppido Losczicz habere dinoscitur, easdem post obitum suum Monasterio predicto et Conuentui voluntarie dat et assignat.

420. Arclebus de Starzechouicz Priori et Conuentui Monasterij in Geuiczca ordinis Heremitarum sancti Augustini in villa Stetyn Quinque cum medio laneo censuali cum vniuersis suis pertinencijs Juribus et proprietatibus pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil penitus sibi in eisdem reseruans, vendidit hereditarie possidendum et hoc ad literam domini Marchionis, Nunccius dominus Stiborius de Czimburg.

421. Stanyslawa de Viczemilicz in villa Viczemilicz cum Centum marcis, et Czenco et Hartmannus cum omnibus bonis ibidem in Viczemirzicz que habent in invicem sunt congressi.

422. Adliczca priorissa sancte Katherine Eva et Ludmilla professe et germane in et super villa Budyetin Stiborium de Czimburg alias de Towaczow et heredes suos in coniunccionem suscipiunt, eciam super siluis ad Rachow metas et alijs pertinencijs singulis et vniuersis.

423. Sdenco de Lucow Stiborio de Czimburg in villa Rzimicz Curiam predialem quinque fertones annui census, duas Curticulas siluas et prata cum vniuersis et singulis pertinencijs nichil penitus Juris vel proprietatis sibi in eisdem reseruans, vendidit sibi et heredibus suis hereditarie pertinenda, et hoc de consensu domini Jesconis de Lucow, eciam idem Jesco cum heredibus suis dedit consensum super omni empcione, quam cum eodem Sdencone contraxit.

(F. XXXIX. v.) 424. Gindrzich de Nasouicz Stiborio de Czimburg et eius heredibus Curiam predialem Curticulam pomerium prata siluas paruas et magnas, nichil penitus Juris vel proprietatis sibi et heredibus suis in eadem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

425. Henricus de Nasouicz congressionem suam quam fecerat cum Martino de Prerow vbicumque inueniretur delere fecerunt, ex eo quia Stiborio de Czimburg intabularunt.

426. Nota. [2]) Sdena de Rosczitec Leonardo de Borzitow priuigno suo duos laneos ibidem in Borzitow, quos habuit in dotalicio suo legittimo extabulat, quod Przibico maritus eius intabulauerat.

427. Nota. Wychna de Pawlouicz Relicta Jenczonis de Netczicz fassa est se dotalicium quod habuit ab eodem Jenczone ibidem in Netczicz videlicet LXXX marcas grossorum percepisse sine omnibus dampnis.

428. Nota. [3]) Kaczna de Malcouicz Bolconi XL marcas grossorum, quas habuit racione dotalicij in bonis Malcouicz extabulat, vbi Przibico Maritus eius de Nyetcouicz intabulauit.

429. Woyciech de Sarow Kaczne vxori sue Centum quinque marcas in et super villa Otmanowolhota

[1]) *Der im Orig. Ms. vorstehende Name „Jaroslae“ ist durchstrichen.*

[2. 3]) *Steht am rechten Rande.*

1378. prope Sarow tota et integra, prout ipse tenuit, pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit, videlicet Curia prediali et alijs suis pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat.

430. Bietca de Rochcyn coniunccionem quam habuit cum Bolca filia vt in alijs locis continetur hanc huiusmodi congressionem eidem resignat, taliter quod de bonis dictis facere poterit, quitquid ei placuerit, et ipsa Bieta resignat eandem et potest extabulari.

431. Bolca de Rochcyn et Marquardus maritus eius, ipsa Bolca cum Curia prediali et vno laneo censuali, et Taberna sine agris, et ipse Marquardus cum Curia prediali et vno laneo censuali, ambo ibidem in Rochczin cum omnibus suis pertinencijs inuicem sunt congressi.

432. Margaretha Relicta Vocconis de Zelechouicz recognoscit et notificat coram beneficiarijs, quod sit per Swatoborium de Zauorzicz pagata cum paratis pecunijs receptis ab ipso integre, videlicet Centum XXV marcas dotalicij sui, et peramplius non debet impetere nec repetere quidquid ab ipsis et hoc presente Henrico de Sonwald fratre ipsius.

(F. XL. r.) 433. Nota quod Congressus qui factus est inter Sdenconem et Smilonem fratres de Zabrzeh tempore domini Benesij, quem inuenire non poterant, nullius esse debet vigoris et debet deleri ex consensu fratrum predictorum, vbi et si vnquam inueniretur.

434. Smilo de Zabrzeh Sdenconi de Zabrzeh et heredibus suis Castrum Hohnstayn cum Oppidis et villis et omnia bona sua quitquid habet et habere dinoscitur libere et voluntarie dat et assignat.

435. Stiborius de Dluhomilow Martino ibidem et eius heredibus in villa Dluhomilow duo quartalia cum medio censuancia cum omni Jure prout ipsemet tenuit voluntarie libere dat et assignat.

436. Pawlico de Souinecz Jesconi dicto Cropacz de Holnstayn pueros suos et bona habita et habenda singula et vniuersa committit ad fideles manus.

437. Sdislaus de Paczow Ance vxori sue in et super Curia prediali ville Paczow cum suis pertinencijs, vnam marcam annui census, Nonaginta marcas grossorum Pragensium racione veri dotalicij dat et assignat, ad manus fideles Wenceslai de Popicz.

438. (Pessico de Studenecz Margarethe vxori sue XXX marcas grossorum super Curia [1]) ville Studenecz prediali tantummodo vnius arature [2]) cum suis pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat.)

439. (Czrnco de Wsetrap [3]) pueris suis in villa Wsetrap LXXV marcas grossorum, quas ab vxore habuit sua, eisdem dat voluntarie et assignat.)

440. Jacobus de Seluticz Sdyncze de Zampach vxori sue in villa Pienczin XX marcas grossorum in et super duabus marcis census annui racione veri dotalicij dat et assignat.

441. (Benessius de Oppatouicz Nuzconi Ciui de Geuiczca in villa Oppatouicz Campos tres qui dicuntur wlgariter Nywy (sic.) 1378.

442. Gindrzich de Zadlouicz Pesconi de Stawenicz et heredibus Curiam ibidem in Zadlouicz predialem cum suis pertinencijs, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendam, eciam Veliconi presbitero conpetit id ius prout supra.

(F. XL. v.) 443. Sudco de Dobroczcouicz filius Jesconis ibidem existens legittime etatis fassus est plenum prebens consensum vendicioni facte olim per tutorem ipsius Henricum de Neuogicz in villa Dobroczcouicz Wilhelmo de Coberzicz et heredibus suis vt hec vendicio eciam ex consensu amicorum suorum firma sit et certa.

444. Johan de Rosczin Stancze vxori sue in villa Rosczin super Curia prediali et duobus laneis censualibus, Taberna et tribus curticulis Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat de eius hereditate in Lodenicz, quam ipsa ibidem habuit, et Rachut de Lodyeynicz dicit, quod sit melius ipsius Stancze, patruus eius.

445. Martinus de Sardicz Agnesce vxori sue in villa Sardyczcach super Curia prediali decem marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

446. Herardus de Budczouicz Wlczconi de Dobroczcouicz in villa Poczenycz quartumdimidium laneos censuales VII curticulas videlicet III maiores et IIII minores, Tabernas III, Molendinum, tria prata, VII agros wlgariter purchrechtnycze nominatos tres Montes cum siluis, videlicet Przihagec, Oskorusche, Nebrzindol cum suis pertinencijs et Juribus, prout ipsemet tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum, Et nota quod extabulacio debet fieri vbi inueniretur.

447. (Wlczco de Dobroczcouicz Domcze vxori sue in villa Poczenicz super quartodimidio laneo ibidem, tribus Tabernis VII praytis dictis purchrechtnycze, VII curticulis, Molendino Nonaginta marcas racione veri dotalicij dat et assignat.)

448. Johan de Roscin Rachutoni de Lodenycz septimumdimidium quartalia censualia ibidem in Lodenicz et vnam tabernam, que censuat sicut vnum quartale et duas curticulas minores et medium molendinum de Rubetis medietatem cum omni Jure et dominio pleno prout ipsemet tenuit nichil sibi Juris reseruans vendidit hereditarie possidenda, hoc Rachutoni predicto et suis heredibus.

(F. XLI. r.) 449. (Wilczko de Dobroczkouicz Przibiconi de Bielouicz et Mabcze vxori [4]) ac eorum heredibus In villa Pornicz Curiam predialem tres laneos censuales siluis pratis et suis singulis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil sibi proprietatis ibidem reseruans vendidit hereditarie possidenda.)

450. (Mabka vxor Przibiczkonis de consensu eiusdem sui mariti post mortem predicti Przibiczkonis committit se Nobili domino Wenczeslao de Crauar

[1]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden Worte: „ville Studenecz prediali“ sind, weil selbe gleich wieder vorkommen, durchstrichen.*

[2]) *Diese drei Worte stehen bei einem Kommente am linken Rande von derselben Hand geschrieben.*

[3]) *Der im Orig. Ms. vorstehende Name „Vtrap“ ist gestrichen.*

[4]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile.*

1378. dicto de Straznicz, et ipsum elegit in verum tutorem et gubernatorem.)

451. (Dywis de Popouicz Bohuscze de Ewancze et heredibus suis omnia et singula sua bona habita et habenda vbilibet hereditarie dat et resignat.)

452. (Friduss de Drahotuss cum Machnicone de Drahotuss et cum Kunicone ipsius Machnikonis filio, Ipse Friduss cum omnibus et singulis bonis suis vbilibet habitis et ipsi Machnico et Kunico cum vno laneo in Dywicz in inuicem sunt congressi.)

453. (Wilczko de Dobroczkouicz Dietrzichoni de Nietkouicz et suis heredibus villam Swaby totam excepto vno laneo Ecclesie, duo Molendina cum Pratis Pascuis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil sibi proprietatis ibidem reseruans vendidit hereditarie possidenda.)

454. (Pauel de Strussouicz Woyslao et Andree eius fratri de Mezicz ac heredibus ipsorum in villa Strussouicz Curiam predialem quinque ortulanos cum siluis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil sibi ibidem proprietatis reseruans vendidit hereditarie possidenda.)

455. (Woyslaw de Mezicz Kaczne vxori sue in villa Strussouicz super Curia prediali et quinque ortulanis cum suis pertinencijs prout ipsemet tenuit Triginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

456. Wenceslaus Biell de Klynouicz Zyzne vxori sue in villa Czelczicz super medio laneo quem colit quindecim marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

(F. XLI. v.) **457.** Jan de Nezamislicz filius Ortwini Skochoni fratri suo de Nezamislicz in villa Pornicz duo Molendina et sub villa eadem tercium molendinum cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio in omnibus et siluis nichil sibi proprietatis ibidem reseruans vendidit hereditarie possidenda.

458. Jan Skrzietek de Tirpienouicz Mladotie dicto Swietlik et suis heredibus in villa Rakussek laneum liberum cum suis singulis pertinencijs pleno Jure sicut ipsemet Skrzietek tenuit nichil sibi proprietatis reseruans ibidem vendidit hereditarie possidenda. *Si in tabulis alicubi alias inuenietur debet deleri, Et non habere debet vigorem nisi in hoc loco.* [1])

459. (Hawranek de Podole Puzliconi de Czetkouicz et suis heredibus in villa Podole Curiam predialem tabernam cum dimidio laneo censualem tres curticulas cum suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil sibi proprietatis reseruans vendidit hereditarie possidenda.)

460. Nota. Extabulacio debet fieri vbi Jesco Dubrauiczca Margarethe vxori sue in bonis Dubrauice dotalicium inposuit et hoc ex speciali consensu patris et fratris ipsius Margarethe videlicet Ingram de Pernsteyn. [2])

461. (Johannes Fraunteterij filius Ciuis Olomucensis Henzlino de Zalar ciui Olomucensi [3]) Curiam in Cozisan, Tabernam, Curticulam soluentem, prata cum riuis aquarum cum Municione et piscinis cum omni Jure dominij nichil penitus sibi in eadem reseruans vxori eius Margarethe [4]) et eorum heredibus vendidit hereditarie possidendam.) 1378.

462. Nota vbi Pesconi Fraunteterio Curiam in Cozisan Sdenco de Czekina cum vxore sua Kuna intabulauerat debet deleri.

463. (Przibico de Borzitow Leonardo filio suo ibidem in Borzitow Quinque laneos cum quartali et Collacione Ecclesie et villam Lhotcam cum Curia prediali totam, cum omni Jure et dominio cum siluis pratis ac alijs pertinencijs nichil penitus sibi in eisdem reseruans, voluntarie et libere dat hereditarie possidenda.)

(F. XLII. r.) **464.** (Leonardus de Borzitow Anne vxori sue in villa et super villa Lhotca tota LX marcas grossorum racione veri dotalicij [5]) cum vniuersis et singulis suis pertinencijs prout ipsemet tenuit libere dat et assignat.)

465. Wenceslaus de Hlusouicz Elzcam sororem suam et Johannem congnatum suum assumit eos ad bona sua habita et habenda adinuicem. *Excipitur laneus de congressu facto in villa Wirbatki qui est venditus ecclesie Olomucensi.*

466. Benesius de Buzow alias de Wildenberg [6]) Margarethe de Paterzin et heredibus ipsius in villa Sowaczow Curiam predialem tres fertones census annui, cum suis pertinencijs singulis et vniuersis prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendam.

467. Nota. [7]) Extabulacio fieri debet vbi Pesco Mutnicze Benesio de Buzow dicta bona vendidit.

468. Petrus de Nezdenicz Ofcze vxori sue in Curia ibidem in Nezdenicz absolute in XX marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

469. Gindrzich de Sobiebrzych Pesconi de Turzan et eius heredibus in villa Strabenicz Curiam predialem V curticulas cum siluis pratis et alijs pertinencijs singulis et vniuersis nichil penitus sibi in eadem reseruans vendidit hereditarie possidendam.

470. Otanco de Penczicz Bohunce vxori sue in villa Penczicz super Curia et parte sua quam habere dinoscitur tercia XV marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

471. Sbynco de Lukich Kaczne vxori sue in villa Lukich XXX marcas grossorum in et super tribus marcis census annui et hoc in VI laneis racione veri dotalicij dat et assignat.

472. Sdinca de Zampach Stephano de Chudobin et eius heredibus in villa Bohuslauicz Curiam predialem IX laneos, Collacionem Ecclesie, cum vniuersis et singulis pertinencijs, prout a paterna tenuit possessione pleno Jure et dominio nichil penitus sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam, *ad quod*

[1]) *Am rechten Rande des Schlusssatzes steht von anderer Hand das Wort „Nota.“*

[2]) *Von dieser Einlage angefangen erscheint bis inclusive n. 476 eine andere Handschrift.*

[3]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[4]) *Dieses Wort steht unterhalb der Zeile von derselben Hand.*

[5]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden Worte „dat et assignat“ sind, als hieher nicht gehörig, durchstrichen.*

[6]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden zwei Worte „Gindrzichoni de“ sind durchstrichen.*

[7]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1378. *Colda consensit frater ipsius. Extabulacio vbi alias inueniretur debet deleri.*

473. Iterum eadem Sdynca Marito ipsius dotalicium in villa Bohuslauicz intabulauit, vbi inueniretur debet deleri.

(F. XLII. v.) 474. (Dyetrzich de Senicz vxori sue Kuncze in Magno Senicz super Curia prediali XX marcas grossorum de Triginta marcis quas antea in libro racione dotalicij habere dinoscitur easdem viginti marcas addidit eo Jure dotalicij ut prefertur.)

475. Hannus de Czihouicz Skoncze vxori sue in villa Olsan super Curia prediali et vna Curticula cum suis pertinencijs Quinquaginta marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat.

476. Jan Skrzietec de Trpenouicz Kaczne vxori sue in villa Wrahouicz super Curia Nouem fertones annui census in LXXXV marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, et alias vbi inueniretur debet deleri.

(F. XLIII. r. vacat.)

1379. (F. XLIII. v.) 477. Anno domini Millesimo Tricentesimo Septuagesimonono Sabbato post Epyphaniam domini [1]) Colloquium est Celebratum per Nobiles dominos Wenczeslaum de Straznicz Supremum Camerarium Czude Olomucensis, Jaroslaum de Knyenicz alias de Langberg Czudarium Supremum, Wenczeslaum tabularum terre Notarium, necnon per alios Nobiles dominos videlicet, Johannem Seniorem de Mezricz Camerarium, Johannem de Lukow Supremum Camerarium Brvnnensem, Vlricum de Bozcouicz, Arclebum de Starzechouicz, Sdenkonem de Sternberg alias in Lukaw, Albertum de Sternberg alias de Swietlow, Beneschium de Buzow, Tassonem de Bozcowicz, Petrum de Sternberg, Petrum de Crawar alias in Plumlaw, Laczconem de Crawar alias de Helfsteyn, Smylonem de Zabrzieh, Smylonem de Lestnicz, Pothonem de Holstein alias de Donka, Wokonem de Holstein, Croppaczonem de Holsteyn, Pawliconem de Eylenburg, illis omnibus Nobilibus presentibus qui interfuerunt, Et eciam presente domino Herhardo de Cunstath.

(F. XLIV. r.) 478. (Clara de Luczky vxor Rudolthi Camerarij domini Marchionis Eidem Rudoltho et heredibus suis cum ipsa habitis uel habendis in villa ibidem Luczka quinque marcas redditus quas habet ibidem hereditarie dat perpetue et resignat possidendas.)

479. (Adam de Luczka Rudolthoni Camerario domini Marchionis decem marcas census annui in et super incolis residentibus in parte tercia cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit sibi et heredibus vendidit hereditarie possidendas.)

480. (Rudoltho Camerarius domini Marchionis Clare vxori sue Centum vigintiquinque marcas grossorum in villa Luczka in parte sua et porcione quam tenet ad verum dotalicium dat et assignat ad manus Ade de Luczka auunculi ipsius et Kropaczonis sic dicti de Konycz.) 1379.

481. (Johannes de Sternberg alias de Lucaw Alberto Episcopo Luthomislensi patruo suo et Vlrico de Bozcouicz fratri suo committit et ipsos facit veros et legittimos Tutores puerorum et omnium Bonorum habitorum suorum uel habendorum, Excluso medio Castro et cum medio monte dicto Passieka et villa Wlczkow cum suis pertinencijs.)

482. (Sdenco de Sternberg alias de Lucaw Alberto de Sternberg alias de Swietlow committit pueros suos cum omnibus Bonis suis habitis uel habendis, Excluso solum medio Castro et medio monte Passieka et villa Lukouecz cum suis pertinencijs in veram Tuicionem ad tempora legittima etatis ipsorum perueniencia, et si ipsum premori contingeret et sui pueri eciam decederent, Extunc Bona super prefatum Albertum et ad suos pueros masculini dumtaxat sexus deuolui debeant, Idemque Albertus infra dictam Tuicionem alium Tutorem eligere poterit fidelem, qui dictis pueris preesse debebit.)

483. Elzka dicta Morawca et frater ipsius Mixiko Ondrzeikoni de Nechwalin V laneos in Morawan quorum quatuor sunt obligati et vnus laneus hereditarius vendidit cum omnibus suis pertinencijs nichil penitus ibidem sibi Juris aut proprietatis reseruando eidem Ondrzeiconi et suis heredibus hereditarie possidendos, et si alicubi in tabulis reperiretur debet extabulari.

484. Johannes de Holenstain dictus Kropacz Ondrzeikoni de Nechwalin tres laneos et vnum subsidem in Magershoff cum omnibus suis pertinencijs sibi et suis heredibus vendidit hereditarie possidendos, nichil penitus sibi ibidem reseruando, Et si alicubi in tabulis prius reperiretur debet extabulari.

485. Wenceslaus de Crauar alias de Straznicz Tassoni de Bozcouicz et suis heredibus villam Borssow cum vna aratura et molendino et alijs omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil sibi Juris aut proprietatis ibidem reseruando vendidit hereditarie possidendam, Et specialiter de consensu fratris sui Petri de Crawar alias de Plumnaw, Et vbi in tabulis inuenietur prius extabuletur.

(F. XLIV. v.) 486. (Tasso de Bozcouicz Machne vxori sue in villa tota Borssow cum omnibus suis pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat.) *Hec delecio facta est per promissum domini Vlrici Bozcouecz eo quod ipsa non interfuit et statim super meliori eidem est inpositum.*

487. (Hartleb et Herarth filius eius de Cunstat dicti de Starzechouicz Marglethe vxori sue videlicet Herarthi alias et olim Schaczlerij de Willenberg in villa Willemow vigintiquatuor laneos censuales et vnam Curiam cum quinque laneis et vna Taberna et duas Curticulas desertas cum omnibus suis per-

[1]) *d. i. den 8. Jänner.*

1379. tinencijs racione veri dotalicij dat et assignat ad manus Vlrici de Bozcouicz, Jenczonis et Proczkonis de Deblin et Stiborij de Czimburg alias de Towaczaw.)

488. (Benessius de Buzaw Alberto Episcopo Luthomislensi et domino Petro de Rosemberg et domino Sazeme de Vsk preposito Tinensi villas Dolan et Towirz cum Curijs et araturis montibus et siluis pratis pascuis et singulis alijs pertinencijs pleno Jure et dominio Jurepatronatus incluso, nichil ibidem nobis aut nostris heredibus ibidem (sic) Juris et proprietatis reseruantes vendidit pro octingentis marcis grossorum hereditarie possidendas.)

489. Odpor. Abbas et Conuentus Monasterij Gradicensis dicunt, quod habeant Jus plenum super media villa in Towirz et in Dolan habeant vnam tabernam et vnam Curticulam.

490. Alberthus Episcopus Luthomislensis cum consensu Petri de Stermberg Nepotis sui preposito et Conuentui Monasterij Sternbergensis villam totam Wsetuly cum aratura et alijs singulis pertinencijs pleno et Jure et dominio nichil ibidem Juris aut proprietatis reseruando dedit et donauit hereditarie possidendam.

491. Albertus Episcopus Luthomislensis cum consensu Petri de Sternberg Nepotis sui Janconi de Wiczicz quatuor marcas cum dimidia redditus et annui census ibidem in villa Wiczicz cum vna aratura et alijs omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil ipsis reseruando vendidit pro Centum marcis grossorum hereditarie possidendam sibi Janconi et heredibus suis, et vbi inuenietur in tabulis debet extabulari.

(F. XLV. r.) 492. Katherina filia Jacubczonis de Huzowa preposito et Conuentui Monasterij Sternbergensis quatuor marcas redditus annui census vendidit pro LX marcis cum omnibus suis pertinencijs hereditarie possidendas et hoc ibidem in Huzowa illas quatuor marcas annui census vendidit cum consensu Skrzieckonis, qui dicit quod sit ipsius bonum.

493. Hizla filia Henrici de Ossow vxor Johannis de Holubek et ipse Johannes de Holubek Bolcze quondam Relicte Mathei de Stermberg villam totam Skoronicze cum molendino et omnibus alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

494. Bolca quondam Relicta domini Mathei de Stermberg Margarethe filie sue, vxori Stiborij de Czimburg Anne filie sue Relicte olim Hertlini [1]) de Lychentenstein et Agnezcze filie et vxori Benessij de Crumnaw septem cum dimidio laneos in parte illa a Wlkossie ibidem in Skoronicz de speciali gracia dat et dedit hereditarie possidendos.

495. Bolca olim Relicta Mathei de Stermberg Monialibus videlicet Abbatisse et conuentui Monasterij sancte Clare in Prevrbio Olomucensi in villa Skoronicz tres laneos in parte illa de Wlkoss quatuor marcas redditus in eisdem laneis minus vno grosso dedit perpetue et hereditarie possidendos.

496. Bolca olim relicta Mathei de Stermberg Mixiconi de Milczan duos laneos in villa Skoronicz in parte illa de Wlkoss, et quidquid ibi defecerit in alia parte supleatur, dedit tali condicione, quod Johannes de Stermberg filius ipsius Bolcze post mortem dicte Bolcze dederit viginti cum septimadimidia marca IIII grossos aut ipsa Bolca tempore suo tunc ipse Mixiko debet eisdem duobus laneis condescendere. 1379.

497. Bolca olim Relicta Mathuschij de Sternberg Johanni de Sternberg filio suo et heredibus eius in villa Skoronicz residuam partem laneorum cum Curticulis et molendino et cum omnibus alijs pertinencijs hereditarie dat sibi et heredibus suis hereditarie possidendam.

498. Skrzietko de Tirpenouicz Philippo de Stitouicz in villa Wirbatek vnum laneum quem dominus Albertus Luthomislensis Episcopus dederit eidem Philippo et suis heredibus loco quatuor marcarum annui census venditarum dat resignat hereditarie possidendum.

499. Philippus de Stitouicz Katherine vxori sue in Curia et super ibidem in Stitouicz et quidquid ibidem habet racione quinquaginta marcarum pro vero dotalicio dat et assignat.

500. (Bolca olim Relicta Pesconis de Kowalouicz pueris Pesconis fratribus indiuisis extabulat ipsius dotalicium omne, quod habuit ibidem in villa Kowalouicz, et vbi prius fuerit non habet vigorem.)

(F. XLV. v.) 501. Stepan et Jan fratres de Holenstain Sulikoni et suis heredibus villam Hrubczicz totam cum Curia prediali vniuersisque pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ipsis Juris aut proprietatis ibidem penitus reseruando, ex legittima et vera permutacione Bonorum pro bonis videlicet Konycz et Strasicztie etc. hereditarie dat et assignat.)

502. (Suliko de Konycz Clare vxori sue in et super villa Hrubczicz tota cum suis omnibus pertinencijs Quingentas marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat ad manus Petri Stietyn patris eius de Sdanycz.)

503. (Czirh de Cokor Margarete vxori sue in villa Kokor Centum quadraginta marcas grossorum in parte sua quam habet tota racione veri dothalicij dat et assignat.)

504. Nota. [2]) Extabulacio debet fieri vbi Sdenco de Kokor cum dicto Czirhone congressum habent.

505. Nicolaus de Malenouicz cum Nicolao de Malenowicz ipse Nicolaus cum bonis Podhradie et Oldrzichouicz et Penkow Swoyssiczie Ohorzeliczie et suis pertinencijs et Nicolaus Miles cum tribus laneis in Ohorzelicz invicem sunt congressi.

506. Pawlico de Aÿlburg Bolka et Katherina germane filie olim Pauli de Rassowicz Michaczony de Othoslauicz et filijs olym Gymbramy de Othaslauicz Opidum Brodek cum vniuersis Incolis Tabernis pertinencijs vsibus fructibus Jure et dominio sicut ipsemet tenuerunt nichil penitus iuris proprietatis vel dominij ipsis in dictis bonis reseruantes vendiderunt hereditarie possidendum.

[1]) *Der im Orig. Ms. vorstehende Name „Harthnoni“ ist unterstrichen.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1379. **507.** Sancta Relicta olym Gymbramonis pueros suos quos cum dicto habet Gymbramone de Othaslauicz super dotalicio quod in Brodek habere dinoscitur et ceteris in veram suscipit coniunccionem.

508. Bolka de Rassowicz Wilhelmo marito suo de Cobericz dicto partem hereditariam suam terciam, quam habere in Gyrzanowicz dinoscitur hereditarie dat et assignat, reseruat enim eadem Bolka.

509. Katherina de Rassowicz Vlrico dicto Hecht marito suo de Rossicz partem hereditariam suam terciam, quam habere in Gyrzanouicz habere (sic) dinoscitur hereditarie dat et assignat.

510. Jesko dictus Kropacz de Holenstain contradicit huic imposicioni dicens quod propter metum mariti talem assignacionem et donacionem facere oportebat volens mariti sui indignacionem euitare.[1])

(F. XLVI. r.) **511.** Konczek Jacobus de Pruss consentit ad hoc quod Janco frater suus Margarete Conthorali sue dotalicium in Widczicz inponit et specialiter ex congressione facta ibidem.

512. (Jesco et Witko fratres de Zyrotyn cum omnibus bonis habitis uel habendis ad presens et futurum inuicem sunt congressi.)

513. Smylo de Sternberg alias de Zabrzieh Johanni et Wanconi fratribus de Luchtenburg Curiam arature in villa Budischow cum vniuersis suis pertinencijs et utilitatibus prout ipsemet tenuit nichil proprietatis dominij uel Juris in eadem sibi reseruans hereditarie dat condescendens de eadem et assignat.

514. (Wilhelmus et Bolka vxor sua de Cobericz Jance et Sulikoni marito ipsius de Radcow in villa Zaworzicz et in Chromczie dotalicium quod a Buzcone) (sic.)

515. (Smylo de Sternberg alias de Zabrzieh Stephanus eciam de Zabrzieh ex vna, excluso tamen feudo domini Marchionis quod idem tenet Stephanus, Johannes et Wanko dictus Arnest nomine proprio de Luchenburg[2]) parte ex altera cum omnibus bonis habitis et habendis inuicem sunt congressi ita videlicet quod ipse Smylo et Stefan cum bonis Hohenstein vniuersis ad id pertinentibus, Et ipsi Johannes et Ernest cum Curia tantum Budischow.)

516. Congressus factus per Ankam de Crumsyn ex vna, Gezdon, Pesco et Jenczo de Stychouicz debet deleri et sunt ab invicem segregati.

517. (Wisko et Maczko fratres de Wezek Sczepankoni germano de Wezek porcionem in villa Wezek quam habuerunt cum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio sicutmeth tenuerunt nichil sibi proprietatis Juris uel dominij reseruantes hereditarie vendiderunt possidendam.)

(F. XLVI. v.) **518.** (Sczepan de Wezek Bolcze vxori sue Septuaginta marcas grossorum in villa Wiezek in et super parte sua ibidem quam habet racione veri dotalicij dat et assignat.)

519. (Herarth de Lestnycz Margarethe conthorali sue quadraginta quartamdimidiam marcam annui Census et in villis Luczan Senycz et Vgyezd et hoc in parte sua quam possidet eo Jure quo tenet racione tamen veri dotalicij dat et assignat ad manus Suliconis de Conicz.) 1379.

520. Pessek de Stychouicz Jesdonony germano in villa Stychouicz partem suam totam quam ibidem habuit habet uel habere dinoscitur excluso solum vno laneo contra Curiam situato vendidit hereditarie possidendam.

521. Jezdon de Stychowicz Margarete vxori sue Centum marcas grossorum in villa Stychowicz in tota parte sua exclusa porcione Jenczonis fratris sui quam habet racione veri dotalicij dat et assignat.

522. Margaretha de Stychowicz Boczconi de Dywicz et heredibus suis partem suam totam quam habere dinoscitur videlicet in villis Muchnicz et Comosowie cum vniuersis suis pertinencijs siluis et ceteris pleno Jure et dominio nichil sibi reseruans in hijs bonis dominij Juris et proprietatis vendidit hereditarie possidendam.

523. (Gindrzich de Newogicz Tassoni de Tassow et suis heredibus in villa Sardiczkach duos laneos cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendos.)

524. (Machnik de Drahotusch Bedrzichoni et ipsius heredibus de Oppatouicz et Janconi de Ryczan genero suo in villa Drahanouicz et Municionem cum Curia prediali sextumdimidium laneum censualem duas (F. XLVII. r.) Curticulas Siluis Pratis et ceteris vniuersis et singulis pertinencijs pleno iure et dominio duas partes collacionis Ecclesie nichil Juris proprietatis dominij reseruans sibi in eisdem vendidit hereditarie possidendum.)

525. (Sulico de Conicz Jesconi dicto Kropacz et heredibus suis de Holsteyn Castrum Grumberg, Conicz opidum et villas Jessenecz, Stebl, Brziscze, Klussyn, Ochozie, Vlreychsdorf, Hluchow exclusa Naprawa Jarconis seruitoris sicut tenuit[3]) Reskow, Suchdol, Deschna, Knyezielhotka, Runarzow Krzemenecz, Nestlgrund exclusis monte Bylawska Atcziskalky cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio eciam collacione ecclesiarum, Ipse tamen Sulco collacionem ecclesie in Conicz debet habere ad tempora vite sue duntaxat, sed si presentare contingerit tercium, tunc ex consensu Croppacionis debet conferre, alia vero omnia et singula pertinencia Jus et dominium proprietatis ad dicta bona pertinencia, nichil penitus Juris proprietatis libertatis et dominij sibi et heredibus suis in dictis bonis reseruans, vera et legittima permutacione dans bona pro bonis hereditarie condescendens libere dat et assignat.)

526. Odpor.[4]) Adliczka priorissa monasterij sancte Katherine in Olomucz Ewa et Ludmilla Sorores ipsius et Sbinka monialis quod a Rohoweho Zlebu Molendinum omnia prata pascua ex illa parte usque in Conicz iacencia sunt paterna deuoluta porcione, que pertinent in Budietyn ad veram nostram hereditariam porcionem.

[1]) *Am rechten Rande steht von einer anderen Hand: „Odpor.“*
[2]) *Diese zwei Worte stehen am Rande der Einlage neben einem Kommente.*
[3]) *Die zwei Worte „sicut tenuit“ stehen am linken Rande der Einlage von derselben Hand zugeschrieben.*
[4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1379. 527. (Jesco Croppacz de Holsteyn Anne vxori sue quingentas marcas grossorum in et super opido Conicz toto et integro quod si ibidem sufficere non posset, Extunc in alijs bonis bene locatis suplere debebit racione veri dotalicij dat et assignat ad manus Suliconis de Conicz.) *Ista extabulacio facta est ex consensu Suliconis de Conicz et Micsonis dicti Rulant qui dicunt fore bonum ipsius.* [1])

528. Sczeppan de Chudobyna Adliczye sue vxori sue (sic) octoaginta quinque marcas grossorum in villa Bohuslawicz super rebus mobilibus et immobilibus prout ipsemet tenuit racione veri dothalicij dat et assignat nichil sibi proprietatis iuris et dominij reseruans. *Adam presbiter plebanus de Conicz frater ipsius dixit fore bonum ipsius.* [2])

(F. XLVII. v.) 529. Domka vxor Wlczkonis de Dobroczkouicz Janconi de Widczicz patruo suo et suis heredibus totam partem hereditariam et pecunias has quas aput ipsum habet uel habere dinoscitur exceptis dumtaxat quinquaginta marcis dotalicij sui libere dat et assignat.

530. Wlczco de Dobroczcouicz Domcze vxori sue vnam marcam Census annui in et super dimidio laneo Matusconis in villa Poczenicz et subside ibidem racione dothalicij dat et assignat.

531. Sbinco de Drzienoweho Anne vxori sue Nonaginta marcas grossorum in et super villa Drzienowe prout ipse tenuit cum vniuersis suis pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat ex consensu Henrici de Crimsyn fratre ipsius Stupneho et hoc in nouem laneis.

532. Benesch de Strzietez Prziechoni dicto Balista fratri ipsius ac heredibus suis Curiam in Syrzawa cum pratis et vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio nichil sibi iuris et proprietatis reseruans hereditarie dat et resignat.

533. Prziech Balista Kaczne vxori sue Quinquaginta marcas grossorum in et super Curia Syrzowa cum suis pertinencijs racione dotalicij dat et assignat.

534. Pessek Duppnyk Boczconi de Muchnicz et heredibus suis Molendinum ibidem in Muchnicz eo Jure prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie vendidit (sic) possidendum.

(F. XLVIII. r.) 535. (Alsico de Leznicz Jutczie vxori sue Centum quinquaginta marcas grossorum in villa Leznik tota parte sua et porcione, quam ibi habet racione veri dotalicij dat et assignat ex consensu Jacobi fratris ipsius Alsiconis, qui insimul sunt congressi, et hec congressio debet extabulari.)

536. (Skoch filius Orthwini Bernhardum de Wranowich super omnibus bonis suis habitis et habendis in futurum in veram suscipit coniunccionem.)

537. Johanek de Lutenczicz Wlczconi de Dobroczkouicz et suis heredibus Jus optentum in Czuda Prerouiensi et eidem adiudicatum in et super Curia Poczenicz Rubetum et Coppecz quod pertinet ad curiam eo Jure quo tenuit hereditarie possidendum.

538. Lewiko de Poczenicz Wlczkoni de Dobroczkouicz et heredibus suis in villa Poczenicz laneum censualem tabernam cum subside Rubetum et Purgrechniczie quondam Alsiconis cum suis pertinencijs sicut ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendum. 1379.

539. Aldyk de Poczenicz Wlczconi de Dobroczkouicz et heredibus suis in villa Poczenicz laneum censualem duas Curticulas Rubetum dictum Sadek eo Jure quo tenuit cum suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendum et piscinam ibidem.

540. (Wlczco de Dobroczkouicz Claram vxorem patrui sui de bonis Wiscouicz quod ibi dotalicium ipsius habuit super Curia ville Heroltícz olym Jesconis Mladecz et tentam eandem transferunt huc ab inde Sexaginta marcas super eadem Curia Heroltícz cum suis pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat ex consensu Herschonis fratris ipsius.)

(F. XLVIII. v.) 541. (Luczek de Dobroczkouicz Luderzony et fratribus ipsius indiuisis Curiam arature in Wiscouicz alterummedium laneos et duos subsides ibidem Rubetis cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit nichil sibi iuris et proprietatis reseruans vendidit hereditarie possidendam.)

542. (Strzienczin de Honyeticz Wit Jutczie vxori sue viginti marcas grossorum super alterummedium laneum quem tenet in Honyeticz et rebus mobilibus, quod Nadbit dicitur, racione veri dotalicij dat et assignat.)

543. Sbinko et Heresch fratres de Wrahouicz cum omnibus bonis habitis et habendis eciam heredibus inuicem sunt congressi.

544. Wlczko de Dobroczcouicz et Wilhelmus de Cobericz, ipse Wlczko cum bonis in Poczenicz uel ubi habere poterit et Wilhelmus cum laneo in Dobroczcouicz censuali inuicem sunt congressi.

545. Jan de Chudobyn Nicolao ibidem in Chudobyn et heredibus suis mediam Curiam cum Siluis et pratis ad ipsam pertinentibus in villa Chudobyn cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendam.

546. (Jan de Costelecz Jarconi de Popowicz et suis heredibus duos laneos in villa Poczenicz eo Jure quo ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendos.)

547. Pessek de Turzan Kaczne vxori sue Sexaginta marcas grossorum super Curia in Strabenicz et quinque Curticulas eo iure sicut tenuit racione dotalicij dat et assignat.

(F. XLIX. r.) 548. (Michael de Wezek et Ewa vxor ipsius Wychnye et filijs ipsius de Pawlouicz alterammediam marcam grossorum census et Curiam arature Rubetis piscinis et vniuersis pertinencijs prout ipsimet tenuerunt vendiderunt hereditarie possidendam.) [3])

549. Waczeslaus Doloplaz et Alscho de Swytaw priuignus ipsius honorabilibus preposito et decano et toti Capitulo collegiate ecclesie sancti Mauricij in Chremsir ex consensu et speciali mandato Serenissimi principis et domini domini Jodoci Marchionis Morauie cuius litera pergamenia cum pendenti

[1]) *Der Schlusssatz dieser Einlage steht am linken Rande.*
[2]) *Der Schlusssatz steht am linken Rande.*
[3]) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht „Jenecz de Arnoltouicz.“*

1379. sigillo ad huiusmodi consensum nobis est presentata, quam in Cistulam cum presenti reponimus ob memoriam sempiternam videlicet super decem marcis annui Census videlicet super media villa Tyesschan scilicet sex laneos duas tabernas duas Curticulas medium Molendinum cum pratis suisque pertinencijs pleno Jure et dominio prout ipsimeth tenuerunt nichil in hijs Sibi reseruantes vendiderunt hereditarie possidendo et ibidem dicte decem marce census annui iuxta tenorem litere supradicte dicte ecclesie sunt implete.

550. Nota. [1]) Extabulacio debet fieri vbi Skocho de Trubek dicto Wenceslao et Alschoni inposuit fieri debet.

(F. XLIX. v.) **551.** (Bohuslaus de Wlaskow Dywe de Wlaskow [2]) et Johanni preuigno de Czekina in villa Laskow quartumdimidium laneum censualem et Tabernam cum vniuersis suis pertinencijs et dominio sicut ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendum.)

552. (Barssik de Prerouia Naklony Nicolao et heredibus suis Jus quod ibidem in Prerouia obtinuit super Hanam de Brvnna Ciuem videlicet super quinque Subsidibus in preurbio Prerouiensi eo Jure quo tenuit vendidit possidendum.)

553. Janacz de Ossyeczan filius Kuzelonis honorabili et Religiose Abbatisse et Conuentui Monasterij in Pustmir ex consensu Serenissimi principis et domini domini Marchionis Morauie, cuius litera papirea super consensu huiusmodi est presentata, in villa Ossieczan tres marcas grossorum census annui et in Cowalouicz cum suis pertinencijs eo Jure quo ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendas.

554. (Hinko de Bistriczie Andreas et Witko fratres filij ipsius Hinconis cum omnibus bonis habitis et habendis invicem sunt congressi.)

555. Wanczek de Chomutouicz Johanni de Tyeschan et heredibus suis in villa Chomutouicz mediam Curiam arature cum vniuersis et singulis pertinencijs prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendam.

556. Witek Syppik de Obbora Arclebo fratri suo germano in Obbora et suis heredibus in villa Obbora octo laneos subsides cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, sicut ipsemeth tenuit nichil sibi in hijs reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

557. Onsico de Chualcouicz cum Bernhnardo de Huiezlicz ipse Onscho quatuor laneos in Chualcouicz et ipse Bernhardus quidquid in Hwiezlicz et in Nemochouicz inuicem sunt congressi.

(F. L. r.) **558.** Jesco de Schenwald et Jarohnyew de Buchlouicz, ipse Jesco cum omnibus bonis que habet in Schenwald uel habere poterit in futurum, Et ipse Jarohnyw cum vno laneo in Mileschouicz inuicem sunt congressi.

559. Stiborius de Lyppowa veniens ad presenciam domini Marchionis conquestus est de Wernuschio filio Beneschij Hus ex eo, quod habens congressionem secum cum bonis inuicem habendis, habens condictum cum eo racionabiliter et legittime ut quicumque repeteret bona sua ad rehabendum extabulare deberet eidem, predictus vero Wernuschius non aduertens coniunccionem inter ipsos factam sic graciosam eidem Styborio dampna in bonis suis proprijs intulit nonnulla super quibus sic est coram prefato domino Marchione est (sic) questionatus petens fieri extabulacionem, qui sepe et sepius se abscondidit iuxta ipsius postulacionem, propter quam hiusmodi non comparicionem *et specialiter pecijt dari et admitti domino Wenczeslao Camerario cui admisit* [3]) antedictus princeps dominus Marchio alienacionem bonorum partis sue quam habet graciosius admisit, cuius admissionis dominus Jesco de Sternberg alias de Lukaw supremus Camerarius Czude Brvnnensis ab ipso sepedicto domino Marchione ex speciali ipsius mandato nuncius est ad nos beneficiarios ut cuicumque idem Stiborius bona sua habita uel habenda non aduertens congressus si qui in tabulis sunt [4]) dare et assignare debeat cum plenitudine omnis Juris, Quiquidem Stiborius de Lyppowa Wenczeslao de Crawar alias de Straznicz Supremo Camerario Czude Olomucensis et heredibus suis in villa Lyppow totam et integram partem suam, quam habet uel ibidem habere dinoscitur cum vniuersis pertinencijs dominio et Jure proprietatibus prout ipsemet tenuit nichil penitus sibi ibidem reseruans, racione legittime donacionis condescendens dat et assignat. 1379.

560. Sach de Buchlouicz Arclebo de Hradek et fratri ipsius indiuiso Johanni [5]) et heredibus suis in villa Orziechowe vndecim laneos cum medio nouem Subsides Molendinum cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit nichil in hijs sibi reseruans vendidit hereditarie possidendos ex consensu.

561. Dalebor de Trawnik pueros suos et bona sua que habet Onschoni de Chualcouicz [6]) et Johanni plebano in Tyessnowicz in legittimam committit tuicionem.

(F. L. v.) **562.** (Petrus Judex de Costelecz Petro de Crawar alias in Plumlaw in villis Lhotka et Knyenicz quas habuit cum vniuersis et singulis pertinencijs Jure et dominio prout ipsemet tenuit nichil sibi reseruans vendidit predicto domino Petro et heredibus suis hereditarie possidendas, et ubicumque inueniretur deleri debet, inposita per Relictam et Brzenconem et Dywam de Czekina.) [7])

563. (Adam de Selutycz Kaczne vxori sue quadraginta marcas grossorum in villa Klobuczky super Curia arature cum suis pertinencijs ibidem in Klo-

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Die zwei Worte „de Wlaskow“ stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben, dagegen sind aber die nachfolgenden drei Worte „et Johanni preuigno“ durchstrichen.*

[3]) *Dieser Zusatz steht von einer anderen Hand am linken Rande bei einem Kommente geschrieben.*

[4]) *Die Stelle von „non aduertens — in tabulis sunt“ ist durchstrichen.*

[5]) *Der Name steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[6]) *Die zwei Worte „de Chualcouicz“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[7]) *Am Rande dieser Einlage steht von anderer Hand „Nota.“*

1379. buczkach racione veri dotalicij dat et assignat ad manus Dyetochij de Domazelicz.)

564. Jessek de Zarussek Anne vxori Ade et ipsius heredibus in villa Medlowicz cum omnibus suis pertinencijs prout ipsemet tenuit nichil sibi reseruans [1]) dat et assignat hereditarie possidendum per vendicionem.

565. Jan de Czelczicz Bolczie vxori sue viginti-quinque marcas in et super Curia in Czelczicz cum suis pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat.

566. Philippus de Czirtorig et Onscho de Krasna cum omnibus bonis que habent vel habere poterint invicem sunt congressi.

567. (Smylo de Lesnycz Bedrichowy de Opatowycz et Wylczconi filio ipsius et Johanni de Rzyczan et heredibus suis in villa Czechowycz II laneos, II curticulas minores, Curiam arature cum municione siluis et alijs singulis pertinencijs pleno Jure et dominio, sicut ipsemet tenuit nichil iuris seu proprietatis sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

568. (Wlczko de Oppatouicz Margarete vxori Centum marcas super Curia ville Czechowicz in duobus laneis, in duabus Curticulis, in omnibus suis pertinencijs ibidem in villa spectantibus ad eandem racione veri dotalicij dat vnacum rebus mobilibus in eadem Curia dat et assignat, quod dicta Margareta transducta est de dotalicio quod super Curia habuit in Oppatouicz huc ad presens.) [2])

569. *Presens Cancellacio facta est publice vbi ipsa supplicauit peratente et est certificata sufficienter literis et fideiussoribus, vbi filij Venczuss Aduocatus in Mohelnicz et Henricus de ibidem hoc ipsum sunt conffessi.*

(F. LI. r.) 570. (Pessek de Bikouicz Sdincze vxori sue in villa Malkowicz super Curia ibidem pratis siluis pomerium cum duabus piscinis et in tribus laneis in taberna et Balneo et duabus Curticulis minoribus racione veri dothalicij dat et assignat centum marcas grossorum.)

571. Johannes Hromada et Johannes Canonicus Olomucensis fratres indiuisi de Schussicz Jenczo de Syrbecz et Petrzico de Babicz congressores Wenczeslao et Alsiconi fratribus de Doloplaz et heredibus ipsorum in villa Bystricz quinque laneos minus quartali Curiam arature tres Subsides cum Riuulis liberis eo iure sicut ipsimet tenuerunt pleno Jure et dominio libertatibus et proprietatibus nichil proprietatis Juris uel dominij reseruantes vendiderunt hereditarie possidendos.

572. Ofka de Sdislauicz Howorzie de Pruss Petrziconi de Pitrrwold Pawliconi fratri suo Bartonoui de Prossinek omnia bona sua que in Sdislawicz habere dinoscitur ad spacium trium annorum duntaxat tamen racione obligacionis presentibus assignat et supradicti hanc huiusmodi obligacionem recipiunt ex eo quod sunt disbrigatores domini Marchionis super bonis Skyrben.

573. Otpor. [3]) Bohunco professus plebanus de Naklo super vna Curticula cum suis pertinencijs questionauit. 1379.

574. Otpor. [4]) Decanus Bedrzich nomine Capituli eciam contradicit vendicioni in Skyrben dicens quod haberet vnam marcam census annui super dicta hereditate et bonis in Skirben.

575. Bedrzich de Oppatouicz et heredes sui Smiloni de Leschnicz et heredibus suis in villa Oppatouicz Municionem Curiam cum quatuor araturis, tredecim laneos minus quartali Censuales, quatuor Curticulas videlicet duas maiores et duas minores, tabernam duo Molendina cum tribus rotis, et in villa Rudka tres laneos censuales cum vniuersis et singulis vsibus proventibus Juribus libertatibus pleno dominio sicut ipsemet tenuit nichil penitus proprietatis iuris uel dominij sibi reseruans in eisdem vendidit hereditarie possidendum.

576. (Janek de Skyrben et Bedrzich frater ipsius, Offka mater eorundem Serenissimo principi et domino domino Jodoco Marchioni Morauie et successoribus suis villam Skyrben totam et integram, exclusa parte illa qua (sic) non tenuerunt sed alijs omnibus videlicet decem laneos Censuales, Municionem cum Curia prediali, viginti vnum subsidem, duas tabernas (F. LI. v.) duo Molendina Siluis pratis riuis et ceteris pleno Jure et dominio alijsque libertatibus prout ipsimet tenuerunt nichil iuris proprietatis uel dominij reseruantes vendiderunt hereditarie possidendum.)

577. Pytroldus de Pruss et Howora ibidem Herschoni de Rokytnicz et heredibus suis in villa Pruss Curiam arature [5]) Molendinum cum quatuor laneis ortus minor cum omnibus et singulis pertinencijs nichil proprietatis reseruantes vendiderunt hereditarie possidendum.

578. Sbinka Relicta de Wiczow Henslini olim ibidem Petro de Crawar dicto de Plumlaw et heredibus suis in villa Leschan duas marcas census videlicet in medio laneo tribus Subsidibus et taberna suisque vniuersis pertinencijs pleno iure et dominio sicut ipsamet tenuit nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendas.

579. Wenczeslaus de Crawar Supremus Camerarius Czude Olomucensis Petro de Crawar alias de Plumlaw et heredibus suis in villa Stychouicz totam partem quam habuit pleno Jure et dominio quomet tenuit nichil sibi dominij et Juris reseruans vendidit hereditarie possidendam.

580. Alscho de Wiczow dictus Lauryn Johanni Puscze de Cunstat hereditarie suam partem ad quam sibi Jus conpetere dinoscitur intacto tamen Jure domini Marchionis sed alia omnia et singula que habet uel habuit racione legittime donacionis dat et assignat nichil sibi penitus reseruans in eisdem.

581. Hinczo de Tassow alias notarius domini officialis Olomucensis ex consensu Serenissimi principis et domini domini Marchionis Morauie speciali, cum

[1]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden drei Worte „racione veri dotalicij" sind unterpunktirt.*

[2]) *Am Rande dieser Einlage steht von anderer Hand „Nota."*

[3. 4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[5]) *Diese zwei Worte sind im Orig. Ms. durchstrichen.*

1379. litera papirea nobis ad hoc est presentata, honorabilibus preposito decano decano (sic) totique Capitulo Ecclesie Olomucensis ad comparandum vnum laneum dicte Ecclesie Censualem est admissum, hunc idem Hinczo in villa Wrbietycz a congressoribus videlicet Jacobo Morawa de Dobromielicz et Wenczeslao de Hlussowicz legittime conparuit ita videlicet quod hunc laneum cum suis pertinencijs dicte ecclesie vendidit hereditarie possidendum.

(F. LII. r.) 582. (Jessek de Wezek Wratywogio de Wiezek et heredibus suis in villa Wiezek Curiam arature cum suis pertinencijs vniuersis et singulis pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit nichil sibi proprietatis reseruans vendidit hereditarie possidendam.)

583. Jenecz Spram Stiborio de Czimburg alias de Towaczow et heredibus suis in villa Lhota dicta Meseczna quinque quartalia Censualia cum pleno iure prout ipsemet tenuit nichil sibi iuris seu proprietatis reseruans vendidit hereditarie possidenda.

584. Nicolaus et Swoyssie fratres de Morcowicz Jenczoni de Arnoltotycz et heredibus suis Stefano de Bieharzowicz Johanni de Meylicz [1]) in Opido Morcowicz Curiam arature cum terciodimidio laneo duabus cum Curticulis omnibus et singulis pertinencijs prout ipsimet tenuerunt nichil ipsis penitus iuris proprietatis reseruantes, Eciam in villa Poczenicz vnum Rubetum dictum in Eywan legittime donacionis dederunt et assignarunt, Eciam terciodimidio grosso census super Molendino Rormyl.

585. Odpor. [2]) Zawisschie de Morcowicz donacionem predictam Curie et alijs in Morkouicz contradicit dicens se esse heredem.

586. Matuschius de Strziebrnik Buczlaus de Rakodaw Jesco dictus Bradacz arbitratores infrascriptorum videlicet Johannis Olomucensis Canonici, Jesconis Hromade fratrum de Sussicz ab vna, necnon Philippi nati olim Nahradconis de Senicz parte ex altera, Coram Nobilibus Vlrico de Bozcouicz Jescone de Lucow alias de Sternberg, Tassone de Bozcowicz concorditer et arbitraliter pronunciarunt, quod Johannes Canonicus, Jesco Hromada de Sussicz, Philippo iam in annis plene vbertatis constituto in quinquaginta marcis grossorum et hoc ex donacione et gracia speciali, Ita videlicet, quod a proximo Carnispriuio ad tres annos intra eidem Philippo soluere tenebuntur, quibus persolutis debent esse liberi et solui ab ipsius omni Impeticione.

587. (Nicolaus de Chudobina Ofczie vxori sue Quinquaginta marcas in villa Chudobyn super Curia prediali et suis pertinencijs sicut ipsemet tenuit racione veri dotalicij dat et assignat.)

(F. LII. v.) 588. Jenecz de Syrbecz Barthoschoni de Slezan et heredibus suis [3]) in villa Poczenicz quatuor laneos et tres Subsides et tabernam pleno iure et dominio nichil sibi iuris reseruans in eisdem vendidit hereditarie possidendos.

589. Boliko de Rudka Wancho de Herczan et heredibus suis in villa Rudka Curiam arature vnum laneum et Subsidem Siluis pratis piscinis pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit nichil sibi iuris aut proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendum. 1379.

590. Wanich de Herczan Dorothee vxori sue in villa Rudka Quinquaginta marcas super Curia arature vno laneo et vno Subside in Siluis Pratis et alijs pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat.

591. Puzlik de Podole Gylconi de Drwalouicz et heredibus suis in villa Podole Curiam arature tres Subsides Rubetum pleno jure et omnibus pertinencijs, prout ipsemet tenuit nichil sibi iuris uel proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

592. (Puzlik de Podole Janconi de Podole et heredibus suis in villa Podole medium laneum et tabernam cum pleno Jure prout ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendum.)

593. Medlico de Wrahouicz Byethczie vxori sue Septuagintaquinque marcas in villa Wrahouicz super quatuor laneis et quatuor subsidibus et taberna et in Molendino racione veri dotalicij dat et assignat.

(F. LIII. r.) 594. Ofka de Prussynouicz pueros suos suscipit in et super dotalicio suo quod habet in veram coniunccionem.

595. Sassczit de Petrowicz Mikulony de Petrowicz et heredibus suis in villa Petrowicz Curiam arature, vnum laneum, et medium laneum in villa Wawrzinczi cum collacione Ecclesie ibidem in Petrouicz Siluis pratis et alijs omnibus et singulis pertinencijs pleno iure et dominio nichil sibi penitus iuris aut proprietatis reseruans vendidit hereditarie possidenda.

596. Jesco Bradacz de Luczka Notificat quod Bonuschie filia Ade de Luczka nondum existens etatis legittime habeat dotalicium super villa Kozlan ex porcione paterna habeat (sic) videlicet Septuagintaquinque marcas grossorum. [4])

597. (Jenek de Wrbatek Elyscze vxori sue quinquaginta marcas in villa Sczitouicz super Curia hereditaria racione veri dotalicij dat et assignat.)

598. Jodocus Marchio Morauie Henslino de Wetouia et heredibus suis Jus quod per deuolucionem olym Dobrcze, quam Johannes maritus ipsius de Bukowyn interemit, ipsum concernens dominum Marchionem hoc ipsum prefato Henslino racione donacionis ex gracia speciali dat et assignat videlicet in Trubkach prout ipsa olym habere dinoscebatur.

599. Anna virgo filia Nobilis Sdenconis de Lethouicz Czenconi patruo suo et heredibus suis de Lethouicz omnia et singula bona ex paterna porcione ipsam hereditarie tangencia ea omnia et singula nichil sibi retinens racione legittime donacionis dat et assignat.

600. Katherina de Chudobina, Nicolao et Beneschio filijs suis de Chudobyn in villis Chudobyn et Sawyn Quinquaginta marcas, dotalicium ipsius, quod habere dinoscitur, racione donacionis dat et assignat.

[1]) *Der Name „Johanni de Meylicz“ ist durchstrichen.*
[2]) *Steht am rechten Rande von einer anderen Hand.*
[3]) *Die drei Worte „et heredibus suis“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*
[4]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht „Notificat.“*

1379. (F. LIII. v.) 601. Benesch de Buzow Hoskoni et heredibus suis in villa Zadlowicz Curiam arature Molendinum tres ortos pleno iure et dominio et cum omnibus et singulis pertinencijs prout ipsemet tenuit nichil sibi Juris et proprietatis reseruans vendidit hereditarie possidendum.

602. Pota de Losczicz Beneschijo de Buzow et heredibus suis omnia bona sua, quidquid habuit in Losczicz et circum, eciam circum Buzow adiacencia excluso tamen pleno et integro dotalicio Nobilis Elyscze vxoris ipsius Pothe, quod habere super dictis bonis dinoscitur, Sed alia omnia et singula que habet habuit et habere dinoscitur, cum pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit nichil sibi Juris aut proprietatis reseruans in eisdem vendidit hereditarie possidenda.

603. Otpor. [1]) Wenczeslaus de Crawar Supremus Camerarius Czude Olomucensis contradicit huic vendicioni dicens, quod Elyska vxor Pothe habeat dotalicium videlicet in Losczicz et circum adiacentibus.

604. Otpor. [2]) Sdenco de Wezek contradicit, si Sdenco de Wezek Elyscze vxori sue dotalicium velit inponere in villa Teczeticz contradicit.

605. (Hanus Czihowka de Czihowicz domine Bride vxori Jesconis Krzieczewicz et heredibus suis in villa Rosczutky quod habuit super Curia et quartumdimidium laneum Jus dotalicij ibidem vendidit possidendum eo Jure quod habuit.)

(F. LIV. r.) 606. Hanus Czihowka de Czihouicz Skoncze vxori sue Octoaginta marcas in villa Olschan super Curia et vno Subside in pratis et in omnibus singulis pertinencijs sicut ipse tenuit racione veri dotalicij dat et assignat. 1379.

607. Katherina Relicta Onsonis de Chumutow Cunikoni de Suschohirdl in villa Chomutowicz super Curia et alijs omnibus pertinencijs ad eandem racione vere donacionis dat et assignat dotalicium quod habuit super Curia prescripta.

608. Otpor. [3]) Gyrzik de Chomutouicz contradicit imposicioni sic dicens, quod obtinuerit in Czuda minori Hradiscz decem marcas minus fertone Super medio laneo uille Chomutouicz et tribus Subsidibus et dicit quod obtinet Zwod y othadie.

609. Bedrzich de Kyrmsyn Pesconi de Cichowicz et suis heredibus in villa Kyrmsyn vnum subsidem uel vnam Curticulam cum suis pertinencijs hereditarie dat et assignat.

610. Pesco de Cichowicz et Bedrzich de Kyrmsyn Ipse Pesco cum vna Curticula uel subside in Kyrmsyn et Bedrzich cum vna aratura et omnibus pertinencijs in Kyrmsin inuicem sunt congressi incluso medio Jurepatronatus ecclesie parrochialis ibidem.

(Fol. LIV. v. vacat et duo sequentia folia sunt excissa.)

1. 2. 3) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

Liber domini Wokonis de Crawar domini in Tyczyn Supremi Camerarii czude Olomucensis.[1]

1381. (Fol. I. r.) **1.** Anno domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo primo feria quinta post Octauas Epiphanie [2]) celebratum est Colloquium generale presentibus Baronibus et ceteris nobilibus infrascriptis. [3])

(F. I. v.) **2.** (Agnesca Relicta Budslai de Rzimicz dotalicium suum LX marcas, quod habuit in villa Rzimicz, pueris suis legittimis ex vera donacione dat eo Jure, quo habuit, et assignat.)

3. Jodocus Marchio Morauie Franconj de Pornicz totam partem suam quam (in) villa Pornicz habere dinoscitur, nichil sibi reseruans, sibi et heredibus suis vendidit hereditarie possidendam.

4. (Franco de Pornicz Agnesce vxori sue Centum marcas super parte sua, quam in villa Pornicz habere dinoscitur, racione veri dotalicij dat et assignat.)

5. (Petrus de Sternberg Sdenconem de Lucow alias Sternberg Petrum de Crawar alias alias (sic) de Plumaw super omnia bona sua ad Czudam Olomucensem pertinencia, videlicet Castra Municiones Oppida et villas, prout ipsemet tenet, in veram suscipit coniunccionem congressionem et vnionem.)

6. Benessius de Buzow Petro et Johanni fratribus de Rozemberg villam Morauiczan totam cum suis pertinencijs vniuersis eciam Jurepatronatus Ecclesie, prout in literis, Palonyn villam totam cum suis pertinencijs exclusa piscina, cum omni Jure et dominio et vtilitatibus suis, nichil penitus sibi Juris dominij vel proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

7. Odpor. [4]) Meduiedco et Sbynco fratres de Dubczan dicunt, in Morauiczan villa vigintiocto marcas grossorum Census annuj se habere hereditarie, et habent literas.

8. Jodocus Marchio et dominus Morauie Misliborio de Radouesicz et Jesconi de Wissehorzicz in villa Skrzicz Jus quod habere dinoscitur dat et assignat. 1381.

9. Odpor. [5]) Hassco Kuzel de Orzechowe contradicit, dicens suam esse legittimam hereditatem.

10. Gindrzich de Neuogicz Ondrzeiconi de Nechualin in villa Maierhof partem totam quam habuit cum omnibus pertinencijs et Juribus necnon dominio nichil penitus sibi in eadem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

11. Fridussius de Drahothus Peczoni de Warth Sbynce vxori eius et Cunczoni de Warth, siluam dictam Verzuski eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendam.

12. Nota. [6]) Extabulacio debet fieri vbi idem Fridussius cum Machnicone et Cunicone habent.

(F. II. r.) **13.** (Petrus de Sternberg Sdenconem de Sternberg alias de Lucow, Petrum de Crawar alias de Plumow, in et super omnibus bonis suis, videlicet Castris Municionibus Opidis et villis et suis pertinencijs, nichil excludendo prout ipsemet tenet in veram suscipit vnionem et congressionem, et generaliter cum omnibus et singulis bonis ad Czudam Olomucensem pertinentibus.)

14. (Petrus de Sternberg Anne vxori sue duo Milia et Quingentas sexagenas grossorum in et super bonis infrascriptis suis hereditarijs videlicet, Dyedycz, Rechtarow, Lippina, Oppatouicz, Radslauicz, Poczenycze, Strabenycze, Murzinow et quinque araturis tribus piscinis, necnon in duobus Castris, videlicet Nouo quod Stagnav dicitur, et antiquo quod ad Dyeticz pertinet, Item in Czihouicz et Clinouicz Vitonicz in quinque araturis et duabus piscinis cum pleno Jure et dominio racione veri dotalicij dat et assignat, et eadem bona tenere debet tamdiu

[1]) *So lautet die am oberen Rande des vorderen Pergament-Umschlages von einer fremden, ziemlich gleichzeitigen Hand herrührende, jedoch sehr entfärbte Titelschrift dieses Buches. Auf derselben Seite dieses Umschlages steht zwischen dem obigen Titel und dem darunter befindlichen, beinahe unkenntlichen Krawařischen Wappenschilde von einer anderen gleichzeitigen, jedoch etwas derberen Hand das Wort „Quartus“ geschrieben, welches offenbar die Reihefolge dieses Buches anzeiget. Da von diesem Wappen ein eigentliches Facsimile zu geben unmöglich war, wurde dasselbe dem auf dem zweiten Quaterne vorkommenden gleichen Wappen entnommen. Die dem Umschlage unmittelbar nachfolgenden zwei Pergament-Zwischenblätter sind leer.*

[2]) *d. i. den 17. Jänner.*

[3]) *Unmittelbar vor dieser unvollendeten Eingangsformel steht knapp am oberen Rande dieser Blattseite von einer anderen gleichzeitigen Hand mit einer etwas blasseren Tinte folgende Note geschrieben: „Liber domini Wockonis incepit anno LXXX primo,“ und auf einer neuen Zeile unter der obigen Eröffnungsformel: „Idem liber finitur anno domini M°. CCC. LXXX quinto.“ Diese beiden Noten sollen die Zeit anzeigen, welche dieser Quatern umschliesst, was jedoch mit dem wirklichen Inhalte nicht übereinstimmet, da die Einlagen von n. 740 bis 808 bei dem zu Olmütz im J. 1386 in Gegenwart des Markgrafen Prokop und des genannten Oberstlandkämmerers Wok von Krawař abgehaltenen drei König-Landrechte eingetragen wurden.*

[4]. [5]. [6]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1381. Jure dotalicij secundum Jus terre, quamdiu statum non permutauerit vidualem, Et hoc ad manus Illustris Procopij Marchionis Morauie et Hanussij ducis Oppauie, Consensu et voluntate dominorum, Sdenconis de Sternberg alias de Lucow et Petri de Crawar alias de Plumow congressorum Petri suprascripti.)

15. Martinus [1]) de Naseticz Jarossio de Czimburg alias de Hwiesdlicz, in antiqua villa Hwiezdlicz partem suam totam, quam habuit pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit cum vniuersis pertinencijs suis nichil penitus sibi reseruans in eadem hereditarie vendidit possidendam.

16. Nota. [2]) Extabulacio debet fieri vbi Jesco Hwiezdliczca eidem Martino inposuit.

17. Sdenco de Sternberg alias de Lucow Alsoni de Sternberg alias de Swietlow et pueris suis villam Borzenouicz, villam Lissna, villam Cozrah, villam Chlumecz, in villa Swarow partem, Cetochouicz villam, villam Liski, villam Zacouicz et alia habita et habenda libere dat et assignat, eo tamen excluso, quod si ipsum et filios suos mori contigeret.

18. Sdenco de Sternberg alias de Lucow cum Johanne de Sternberg alias de Lucow cum omnibus et singulis bonis iis [3]) que olim pater ipsorum pie memorie reliquit inuicem sunt congressi.

19. Jodocus Marchio et dominus Morauie Jesconi de Sternberg alias de Lucow in villa Luthenczicz partem, que sibi post mortem Pothonis de Holnstein exstat deuoluta, et villam Skawsko, que eciam eodem modo cessit, hereditaria dat et assignat, litera eiusdem domini Marchionis iacet in Cistula.

20. (Elzca de Swrczow cum Czencone, pincerna domini Jodocis (sic) Marchionis Morauie, cum omnibus bonis, que habet et habere dinoscitur, et ipse Czenco cum eadem viceuersa inuicem sunt congressi.)

(F. II. v.) 21. (Tas de Bozcouicz Margarethe vxori sue villam Sobolcam totam cum Curia prediali et vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit, nichil sibi reseruans, dat e assignat ad tempora vite ipsius dumtaxat.)

22. Tas de Bozcouicz Hanussio de Bielouicz et ipsius heredibus villam Borsow totam et integram cum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil penitus sibi Juris et proprietatis in eadem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

23. Hanus de Bielouicz Vance vxori sue in villa Borssow super decem cum dimidio laneis, Centum vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Ita tamen quod non sint deserti.

24. Wilhelmus de Coberzicz Pawliconi de Souinecz partem, quam in villa Maierhof habuit, cum pleno Jure et dominio, nichil penitus sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

25. Pawlico de Evlnburg Ondrzieiconi de Nechualin partem in villa Maierhof, quam emit, eo Jure, prout ipse tenet et tenuit, racione donacionis legittime hereditarie dat et assignat.

26. Andreas de Nechualin Katherine vxori sue in et super villa Maierhof tota et sine pertinencijs ducentas Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat assignando. 1381.

27. (Idem Andreas de Nechualin Pawliconem de Evlnberg super tota alia parte ville Maierhof in veram suscipit vnionem.)

28. Simco de Labuth Vlrico Bozcouecz et heredibus suis in villa Labuth duos laneos cum suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendos.

29. Jesco Helm, Also dictus Cabath, cum omnibus bonis, que habent, videlicet Wiscouicz villa parte ex utraque inuicem sunt congressi.

30. (Odpor. [4]) Hersso et Wenceslaus Beneficiarij dicunt ibidem esse pheudum domini Marchionis.)

(F. III. r.) 31. Vitco de Zirotyn Margarethe, vxori sue, in et super villa Zirotin ducentas Quinquaginta marcas racione veri dotalicij dat et assignat et hoc ad manus Petri de Czwilin et Petri de Telma, et hoc de consensu Jesconis de Zirotin congressoris.

32. Przech de Strzietez Bedrico de Rziczan et eius heredibus in villa Sardicz vnum laneum cum duabus curticulis eo Jure, quo tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum. [5])

33. Bedrzich de Rziczan et Henricus de Neuogicz cum laneo in villa Sardicz et duabus Curticulis inuicem sunt congressi.

34. Przech de Strzietez et Benessius frater ipsius de Strzietez cum omnibus bonis inuicem sunt congressi.

35. Mikul de Petrouicz piscinam superiorem in Curia ibidem in Petrouicz Vilhelmo de Petrouicz hereditarie vendidit possidendam.

36. Vilhelmus de Petrouicz Miculoni de Petrouicz piscinam inferiorem in Petrouicz eo Jure, quo tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

37. Mikul de Petrouicz Dorothee vxori sue in parte sua in Petrouicz, quitquid habet, et in villis Ciessowka et Wawrzinczi in Quatuor cum medio laneis Triginta marcas racione veri dotalicij dat et assignat.

38. (Onsso de Chualcouicz et Onssico ibidem, Onsso quitquid habet in Chualcouicz, et Onssico cum duobus laneis in Nemochouicz inuicem sunt congressi.)

39. (Jan de Wodyerad cum Vitoslao fratre suo et cum omnibus bonis invicem sunt congressi.)

(F. III. v.) 40. Mixico de Podhradye Ofcze vxori sue in et super villa Horzelicz et Penycow Centum quinquaginta marcas, et si quid deesset, hoc ipsum in villa Oldrzichouicz adimplere debet, racione veri dotalicij dat et assignat.

41. Adliczca de Prusinouicz filia [6]) Mladothe cum Tassone et Sazama fratruelibus, quitquid habet, et ipsi fratres cum vno laneo in Lhotha inuicem sunt congressi, et hoc usque ad etatem ipsius Adliczse dumtaxat.

[1]) *Der im Orig. vorstehende Name „Jarossius“ ist durchstrichen.*
[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[3]) *Das im Orig. vorstehende „suis“ ist durchstrichen.*
[4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[5]) *Zwischen dieser und der nachfolgenden Einlage steht im Orig. „Przech de,“ was aber durchstrichen ist.*
[6]) *Das im Orig. vorstehende „cum“ ist durchstrichen.*

1381. 42. Vocko de Crawar Stiborio de Czimburg alias de Touaczow et heredibus suis villam Trubky totam et integram, villam Czlunec totam et integram cum Municione in Trubki, Jurepatronatus Ecclesie, Curia prediali, Molendinis, videlicet vno Molendino in Trubki, et alio in flumine Moraw et mediam Morawam et Ripam illam Morawe, que a metis ville dicte Brodec se extendit, vsque ad limites qui wlgariter dicuntur Rostoki, Item Beczwam fluuium cum ripis vtrisque a metis ville que dicitur Dluhonicz vsque fluuium Morawam, Item fluuium Lucouecz cum ripis vtrisque, Item viam dictam Perples wlgariter, cum tercio denario omnium prouentuum seu vtilitatum et lignorum, que de Siluis domini Fridussij de Trupina, que per dictam viam ducuntur, cum agris cultis et incultis, Ortis pomerijs pratis pascuis siluis nemoribus rubetis virgultis, venacionibus aucupacionibus, granicijs gadibus metis limitibus, montibus vallibus et collibus piscinis aquis, aquarumue decursibus piscacionibus, vniuersis et singulis prouentibus vsibus vsufructibus planis planicijs pleno Jure et dominio ac vniuersis libertatibus, prout egomet vna cum fratre Laczcone tenuimus hucusque, nichil penitus Juris proprietatis dominij in predictis bonis michi reseruans, vendidi omnia ea et singula hereditarie possidenda.

43. Jesco Kuzel de Bielouicz Herardo de Budczouicz in villa Cudlouicz duos laneos minus dimidio, eo Jure sicut tenuit, racione veri dotalicij dat assignando.

(F. IV. r.) 44. Benessius de Stralec cum Dirslao de Stralec filio suo et heredes ipsorum cum omnibus bonis habitis et habendis inuicem sunt congressi.

45. (Benessius de Stralek Anne vxori sue in villa et super villa eadem quinque marcas annui census acione veri dotalicij dat et assignat.)

46. (Benessius filius Dobessij de Stralec Benessio de Stralec in villa Siemrze vnam Curiam predialem Tres subsides racione vere donacionis dat et assignat.)

47. Tas de Tasow Hrzivino de Rosczitec in villa Sardyczcach duos laneos eciam Slawussoni fratri suo et heredibus eorum eo Jure quo tenuit ipsemet vendidit hereditarie possidendos.

48. Dyetrzich de Morawan Barthomile vxori sue in et super Curia prediali in Morawan viginti marcas cum quinque marcis racione veri dotalicij dat assignando.

49. Idem Dietrzich de Morawan cum Ondrzeicone de Nechualin cum residua parte quam in Morauan habere dinoscitur in veram suscipit vnionem.

50. Janacz Scharouecz Elizabeth vxori sue in villa Brzezolup, sex marcas grossorum annui census in et super incollis, racione veri dotalicij dat et assignat.

(F. IV. v.) 51. Howora de Czech, Petrzik de Buk, Barssico de Czihowicz et Margaretha, Relicta Kanyowczonis, Wilhelmo de Sternberg alias de Zlin et heredibus ipsius, villam Kanyouicz totam cum suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, hereditarie vendiderunt possidendam, et Nota, quod prefati venditores heredes non sunt huius ville sed fideiussores Kanyowczonis. 1381.

52. Odpor. [1]) Jodocus Marchio et dominus terre Morauie contradicit huic imposicioni dicens sic, quod eandem villam emerit idem Vilhelmus tempore furti quo Kanyouecz commisit et dicit se Jus habere super eadem propter excessus.

53. Rziwin de Rossczutek cum Janaczone de Vgezd blatni cum omnibus bonis suis habitis et habendis inuicem sunt congressi.

54. Mikulawss de Knienicz Czenconi de Lethouicz et eius heredibus in villa Wazan laneum eo Jure quo tenuit vendidit hereditarie possidendum.

Extabulacio huius lanei debet fieri, vbi Benesch de Wazan ipsi Mikulawssonj imposuit.

55. Herzman de Raicz Jutcze vxori Mixiconis de Jaromierzicz in villa Slup duos laneos eo Jure, quo tenuit, vendidit hereditarie possidendos.

56. Prziba de Bzowe vxor Petrziconis de Bzowe Octuaginta marcas grossorum dotalicij sui, quod in et super villa Bzowe habuit, Margarethe Relicte Ganyowczonis et heredibus eius eo Jure, quo tenuit, vendidit et assignauit.

Extabulacio debet fieri, vbi Petrzic eidem Przibe, Maritus ipsius, in eadem villa Bzowe imposuit et hoc ex consensu Mariti ipsius et Sbynconis Czalte.

(F. V. r.) 57. Bohuslaus de Lasskow Dywie de Czekina in villa Lasskow duos laneos eo Jure, quo tenuit nichil sibi in eisdem reseruando, vendidit hereditarie possidendos.

58. Stiborius de Lipow, Vernusch et Wilhelmus de Lipow, Oppidum [2]) Lipow totum, medium Nyemcie, in villa Coritne Curiam predialem, Septem laneos, cum vniuersis vtilitatibus et pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil penitus sibi in eisdem reseruantes vendiderunt hereditarie possidenda.

Extabulacio debet fieri vbi idem Stiborius cum Beneschio huius habent congressum.

59. Protiwecz de Zastrziel Sdenconi et Johanni fratribus de Sternberg alias de Lucow in et super villa Lisek duas cum dimidia marcas grossorum in Quinque laneis Taberna vno [3]) subside, eo Jure quo tenuit, vendidit hereditarie possidendas.

60. Gindrzich et Protiwecz fratres de Zastrziel Sdenconi de Sternberg alias de Lucow et heredibus suis in villa Lisek Septem laneos duas Tabernas et Molendinum, super hijs bonis Quatuor marcas grossorum annuj census, eo Jure quo tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidenda, cum Quatuor et medio grossis.

61. Wlastie de Cobelec Sdenconi et Johanni fratribus de Sternberg alias de Lucow villam Cobelec totam et integram pleno Jure et dominio, nichil sibi in eadem reseruans vendidit hereditarie possidendam.

62. Sdenco de Sternberg Jesconi de Sternberg alias de Lucow et heredibus suis in villa Liska

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Das im Orig. vorstehende Wort „villam“ ist durchstrichen.*

[3]) *Dieses Wort steht oberhalb des durchstrichenen „duobus.“*

1381. duas marcas nudi census eo Jure, quo tenuit, vendidit hereditarie possidendas.

63. (Johanca de Laznye Jurziconi de Chilecz marito suo in et super Curia prediali in Magno Laznye vigintiquinque marcas Jure dotalicij quo tenuit racione vere donacionis vna cum pueris suis dat et assignat.)

(F. V. v.) 64. (Adam de Seluticz Dyethochio de Vgezd in villa Clobuczcach ortum seu subsidem eo Jure, quo tenuit, racione donacionis dat et assignat.)

65. (Adam de Seluticz et Dyetoch de Vgezd cum omnibus bonis habitis et habendis inuicem sunt congressi.)

66. (Vilhelmus de Cokor Czrhoni de Cokor in villa Cokor totam partem suam, quam ibi habuit, cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

67. Czrho de Cokor Sdenconi de Cokor et suis heredibus in villa Cokor partem suam totam et integram, quam habet et habere dinoscitur, pleno Jure et dominio, nichil proprietatis et dominij vel Juris sibi reseruans, excluso Molendino et quartali, quod prius datum est pro Ecclesia vendidit hereditarie possidendam.

68. Sdenco de Cokor Elzcze vxori sue in villa Cokor in et super parte sua, quam a Czrhone emit, tota et habet, transferens eam de Tuczin in Cokor decem marcas census annuj racione veri dotalici dat et assignat.

69. (Luderz de Racowich Kaczne vxori sue in et super Curia prediali in Racow preter siluam, Quatuordecim marcas grossorum racione veri dotalici dat assignando.)

70. Onsso de Swabenicz Vilhelmum de Coberzicz patruum suum super quatuor laneis absque quartali, Molendino superiori maiori Curticula et pratis, sex grossis annui Census, in villa Swabenicz in veram sibi assumit congressionem.

71. Dywa de Czekin Obgiezde vxori sue in et super villa Lubenicz Octuaginta marcas grossorum grossorum (sic) racione veri dotalicij dat et assignat.

(F. VI. r.) 72. (Meduiedec de Paczow Smiloni de Lesnicz et heredibus suis in villa Paczow Curiam predialem Septem fertones annui census, et quitquid ibidem habuit eo Jure, quo tenuit omni, nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendum.)

73. Dyrslaw de Senicz cum Herardo de Lessnicz bona pro bonis ipse Herardus cum Curia et duobus ortis ex vna, et ipse Dirslaus in eadem villa Senicz cum terciodimidio laneis, Taberna, vno quartalj, et duobus ortis, eo Jure quo tenuerunt, inuicem permutarunt.

74. (Henreich de Schonwald Petro de Sternberg et heredibus suis partem suam totam et integram in villa Schonwald, quam habuit, cum pleno Jure, proprietatibus et dominio, Jurepatronatus Ecclesie, nichil proprietatis et dominij sibi et heredibus suis in eadem reseruans, hereditatem pro hereditate hereditarie permutauit.)

75. Mikulaws de Schonwald Henricum fratrem suum de Schonwald super omnia bona sua, que habet uel habere poterit in futurum, in veram suscipit vnionem. 1381.

76. Heinrich de Schonvald Johanni et fratribus de Schonvald in villa Plnkut, Brzwencze, Mirotin, Libina morawska et Stancyn villis, octo marcas minus fertone census annui eo omni Jure, quo ipse et frater suus Mikulaws tenuit, vendidit hereditarie possidendas.

77. Jarco de Hluchow Jesconi Cropacz de Holnsteyn et heredibus suis totum quitquid in villa Bernow habuit, cum Molendino inferiori, in villa Ptenyn medium laneum, et in Zdyecin duos subsides vendidit hereditarie possidendum.

78. (Sdenco et Bohunco dicti Puklicze fratres de Czech in villa Czech et alijs bonis habitis et habendis inuicem sunt congressi, Eciam adiuncto hoc, quod si prius aliquid fuerit impositum Tabulis, nullum debeat vigorem habere, sed presens congressus debet habere vigorem.)

(F. VI. v.) 79. (Wlczco de Dobroczcouicz Barthossio de Slezan et eius heredibus in villa Poczenycz Quinque cum medio laneos, Tabernam, tres curticulas eo Jure, quo ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendum.)

(Extabulacio debet fieri vbi Herardus de Budczouicz eidem Wlczconi imposuit.)

80. Odpor.[1]) Agnesca Alssiconis de Poczenicz vxor et Fridusso de Drahothus (contradicunt?) quod ipsa in eisdem bonis dotalicium habet Centum viginti marcas grossorum.

81. (Bedrzich de Crumssin Schoncze vxori sue ibidem in Crumsin super quinque laneis Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat assignando ex consensu Pesconis dicti Medek.)

82. Janco de Vitczicz Mixiconi fratri suo in villa Vazan partem, quam a Czihowca emit in villa Vazan, cum omnibus pertinencijs et dominio, eidem pro sua porcione dat hereditarie et assignat nichil penitus sibi in eadem reseruans.

Extabulacio debet fieri vbi Czihowca Janconi imposuit.

83. (Voyciessco de Vazan Mixiconi de Wazan Curiam predialem ibidem in Vazan, pratum prope pontem, eo Jure, quo ipse tenuit, vendidit hereditarie possidendum.)

84. Mixico de Vazan cum Jacobo dicto Konczec de Prus cum omnibus bonis in Vazan habitis et habendis vnacum heredibus suis inuicem sunt congressi.

85. Anna de Rakusek cum pueris suis cum omnibus bonis habitis et habendis inuicem sunt congressi.

86. Kuzel Jesco de Bielouicz Mixoni de Borotyn in villa Sardicz Curiam predialem, mediam marcam census annui, eo Jure et dominio, quo tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

(F. VII. r.) 87. (Anna Relicta Scharowczonis que fuit vi recepta per Sdislaum Swrczowczonem, Jenikonem de Dobroticz patruum suum super om-

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1381. nibus Bonis, que habet uel habere dinoscitur, in veram suscipit coniunccionem seu vnionem Tali condicione, si ipsum premori contigerit, tunc eadem Anna sua bona rehabere debet viceuersa, Adiecto hoc, Quod eadem Anna abrenunciat maritum suprascriptum, qui eam oppressit, Ita videlicet, quod cum eo peramplius comanere non debeat, et hoc promisit ad manus domini Marchionis, In casu autem, si comaneret eidem marito, extunc Bona videlicet Czessow, que pro nunc Jesco de Lucow tenet, ex parte domini Marchionis ad prefatum dominum Marchionem debent reuerti sine intermissione et perpetuari.)

88. Herhardus de Lecznicz Margarethe vxori sue in villa Senicz viginti marcas minus media marca census annui, et in villa Luczan vigintiquinque marcas census annui in quadringentis et quadraginta quinque marcis racione veri dotalicij dat et assignat.

89. Friduss de Drahotuss Anne vxori sue in et super villis Wlkoss et Wyezkach ducentas quinquaginta marcas racione veri dotalicij dat et assignat et hoc ad manus Herssonis de Rokythnicz patris sui.

90. Friduss de Drahotuss cum Mathinkone et Kunykone de Drahotuss cum omnibus bonis inuicem sunt congressi ita videlicet, quod presens congressus dotalicium Anne vxoris Fridussij supradicti minime inpediat nec ualeat inpedire.

91. Beness de Zebthenyna Schoncze glori sue vxori Johannis in villis Pthenyn et Bernow ducentas quinquaginta marcas racione veri dotalicij dat et assignat tali condicione ut si ipsum premori contigerit ex tunc in prefatis bonis dictum dotalicium quantum se extendit debet ostendi.

92. (Hannuss de Wrbicze Hrskoni de Zelicz et heredibus suis villam Wrbiczy totam et integram cum pleno Jure et dominio proprietatibus et libertatibus vniuersis, nichil penitus Juris proprietatis uel dominij in eadem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

Extabulacio debet fieri vbi Hannus Kaczne vxori sue dotalicium inposuit de consensu fratris et patrui sui Mikulonis de Raczcicz.

93. (Offka coniunx Hinkonis de Zyranowicz Andree de Withczicz in et super villa Zyranowicz omne Jus, quod habet et habere dinoscitur eo Jure, prout tenuit, vendidit possidendum.)

94. (Sdenko de Czekynye Kvncze vxori sue in et super villis Czekynye, Trnawka et Lhotha Rzywinowa Centum quadraginta marcas grossorum cum vniuersis suis pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat.) *Et si alicubi quid haberet Juris debet deleri.* [1])

(F. VII. v.) 95. Sudko de Dobrczicz Offcze dotalicium vbi imposuit subscriptos laneos debet extabulari.

96. (Offka de Dobrczicz Jakubczoui de Dobrczicz ibidem in villa Dobrczicz duos laneos, quos racione dotalicij sui ibidem habere dinoscitur, eo Jure vendidit possidendos.) 1381.

97. (Sudek de Dobrczicz Jakubczowi de Dobrczicz ibidem in Dobrczicz duos laneos, quos Offka coniunx Sulkonis racione dotalicij habuit, cum suis pertinencijs et Jure quo tenuit, nichil sibi reseruans in eisdem, vendidit hereditarie possidendos.)

Extabulacio debet fieri prout Supra.

98. (Wlczko de Opathowicz Woyslao de Kryzankow omnia bona sua et pueros in veram et legittimam committit tuicionem.)

99. Busko de Costelecz Sthephano de Costelecz in villa Costelecz vnum quartale cum dimidio et nemus cum suis pertinencijs et pleno Jure, quo tenuit, vendidit hereditarie possidendum, eciam fratribus Sthephani jd Jus conpetere valeat.

100. Hersso de Wrahowicz Lude vxori sue in et super villa Wrahowicz et hoc super obligacione sua ibidem, quam habet, Sexaginta marcas grossorum eo Jure, quo tenet, racione dotalicij dat et assignat.

101. (Domanek de paruo Penczicz Ewe vxori sue in et super villa Penczicz super tercia parte Curie predialis cum agris, eciam super quarta parte silue Zatzies et super omnibus bonis mobilibus et immobilibus habitis uel habendis vigintiquinque marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat.)

102. Janek Warmuze de Sczithouicz Budislawie vxori sue in et super parte tota sua, quam habet in villa Sczithowicz, transducens eam de dotalicio, quod in Duban habuit, de dotalicio in dotalicium Sczithowicz prefati Septuaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

Extabulacio debet fieri, vbi idem Janek prefate Budislawie in villa Duban habuit (sic.)

103. Adam de Rakowich Hodisslaum filium suum super bonis dumtaxat hereditarijs, excluso tamen feodo domini Marchionis, in veram suscipit vnionem.

(F. VIII. r.) 104. Mixo de Nezdzyenicz Andree et Johanni fratribus de Nezdzienicz ibidem in villa Nezdienicz dimidium laneum eo Jure quo ipsemet tenuit vendidit hereditarie possidendum.

105. (Bohuzse Erasmus et Zawizse fratres de Bystrzicze Wenczslao Doloplas et heredibus suis in villa Bystrzicz Municionem totam, cum monte et Passeka, tres partes Curie predialis, duo Molendina prope municionem, Tres partes Jurispatronatus Ecclesie [2]) Tres partes, quas ibidem habere dinoscuntur cum vniuersis pertinencijs ac vsibus pleno Jure et dominio, prout ipsimet tenuerunt, nichil penitus Juris proprietatis aut dominij ipsis reseruantes in eadem, Jure hereditario vendiderunt possidendum.)

106. (Naczek de Bystrzicze Wenczlao Doloplas et heredibus suis in villa de Bistrzicz dimidium laneum eo Jure, quo tenuit, vendidit hereditarie possidendum.)

107. (Gindrzich de Podhagie Jankoni et Ffrankoni fratribus de Podhagie et heredibus ipsorum in villa Podhagie Curiam predialem cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet te-

[1]) *Der Schluss dieser Einlage steht am rechten Rande von einer anderen gleichzeitigen Hand zugeschrieben.*

[2]) *Die im Orig. nachfolgenden Worte: „totamque partem terciam, quam ibi habere dinoscuntur,“ sind durchstrichen.*

1381. nuit, nichil Juris et dominij sibi reseruans in eadem vendidit hereditarie possidendam.)

108. Sdenco de Wyezek Sorores suas et heredes, si habuerit, Herssoni de Krakowcze et omnia habita et habenda bona in veram et fidelem committit tuicionem.

109. Nota. Wenczlaus et Petrus fratres de Crawarn Peskonem Jutha de congressione facta per patrem ipsorum pie recordacionis Benessium liberum dimmittunt et solutum, et hoc in villa Dirzowicz et vbi habetur antea debet deleri.

110. (Skocho [1]) de Pornicz Woyslao de Krzizankow et heredibus suis in villa Pornicz Curiam predialem quatuor laneos, Thabernam, duos subsides cum vniuersis Juribus vtilitatibus et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil proprietatis Juris uel dominij in eadem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Inclusis tribus molendinis.)

(F. VIII. v.) 111. Woyslaw de Kryzankow Anne vxori sue in villa Pornicz tota parte, quam emit et habere dinoscitur, et in villa Paczlawicz duos laneos, Centum Sexaginta marcas grossorum racione veri et legittimi dotalicij dat et assignat.

112. (Libus de Senicze et Wiczen frater ipsius de Senicze, ipse Libus cum tota parte et bonis, quam ibidem in Senicz habet, et ipse Wiczen cum vno laneo ibidem invicem sunt congressi.)

113. (Dyethrzich de Senicze cum Dirslao filio suo de ibidem, ipse Dyetrzich cum vno orto Censuante quatuor grossos, et ipse Dirslaus cum Curia prediali et duobus Subsidibus invicem sunt congressi.)

114. (Zdzynka de Zampach Koldzie de Zampach fratri ipsius in villa Penczin Quadraginta marcas, quas racione dotalicij ibidem habere dinoscitur, eo Jure prout tenuit, dat et assignat.)

115. Brath de Czelczicz Philippo de Czrtorih et heredibus suis in villa Czelczicz quartumdimidium laneos eo Jure, quo tenuit, nichil penitus Sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendos, Ex consensu Dorothee virginis et aliorum amicorum.

116. (Mixo de Chudobina cum Benessio fratre suo de Chudobin cum omnibus bonis, que ibidem in Chudobin habent, invicem sunt congressi.)

117. Philip de Nedakunicz cum Marczinkone nepote suo de Hradczan cum bonis in Czelcicz invicem sunt congressi.

118. Peter Flayzhoch Stankoni de Vdrlicz et heredibus suis in villa Podhagie Curiam predialem cum suis pertinencijs, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

119. Stanko de Vdrlicz Przibe vxori sue in et super Curia prediali in villa Podhagie decem marcas racione dotalicij dat et assignat.

(F. IX. r.) 120. (Henslinus de Zeler Ciuis Olomucensis Michaheli de Honczowicz et Ewe vxori sue et heredibus suis in villa Kozyzchan Curiam predialem, Thabernam, curticulam, cum vniuersis suis pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil sibi reseruans in eadem, vendidit hereditarie possidendam.)

121. Andreas Mladecz de Heroltícz Vlrico Kygh et heredibus suis in villa Heroltícz duos laneos et tres subsides cum quatuor grossis Census in et super Thaberna eo Jure quo tenuit, nichil sibi reseruans ibidem, vendidit hereditarie possidendos. 1381.

Extabulacio debet fieri, vbi Jesconi Mladecz patri suo est inpositum.

122. (Vlricus Kygh cum Jescone et Andrea de Hertmanicz et pueris suis cum omnibus bonis habitis uel habendis inuicem sunt congressi.)

123. (Przibik de Byelowicz Linhardo de Borzuthow in villa Pornicz tres laneos, Curiam predialem, cum omni Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendos.)

124. (Linhardus de Borzuthow Anne vxori sue in villa Pornicz in et super duobus laneis cum suis pertinencijs, et Curia prediali eciam cum suis pertinencijs, Triginta marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat, transducens eam de vno dotalicio ad aliud, videlicet de Borzuthow in Pornicz, Item addidit eciam eidem Anne super dictis bonis Triginta marcas grossorum eo Jure ut prefertur.)

125. Vitko de Dobrczicz Kaczne vxori sue in villa Dobrczicz super duobus laneis liberis viginti marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat.

126. Johanek de Ewannye extabulauit in villa Dubany Curiam predialem, dimidium laneum Censualem et vnum subsidem et imponit Pawliconi de Przestawlk et heredibus suis, nam idem Pawlico Jure obtinuit in Czuda per discussionem factam, quod wlgariter Ssuthie dicitur.

(F. IX. v.) 127. (Magdalena Relicta Woyslai de Zaruzsek Bolcze vxori Marquardi de Rokczyn et pueris suis in villa Zaruschky in et super Curia prediali cum suis pertinencijs quadraginta marcas grossorum et res mobiles dotalicij sui eo Jure, quo tenuit, dat et assignat.)

128. Jessek de Kozysek Marquardo de Rochczyn et heredibus suis ibidem in Rochczyn duos laneos cum dimidio, Thabernam, Curticulam parwam cum vniuersis pertinencijs et Juribus pleno dominio, nichil sibi reseruans ibidem, vendidit hereditarie possidendum.

129. (Marquardus de Rochczyn Bolcze vxori sue in villa Rochczin Curiam predialem, tres laneos Censuales cum rebus Mobilibus, vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit racione vere donacionis hereditarie dat et assignat.)

130. Anna de Dzyedkowicz Buskoni de Dyedkowicz ibidem in villa Dyedkowicz Curiam predialem cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

131. (Busco de Dyedkowicz Katherine vxori sue in villa Dyedkowicz in et super Curia prediali cum suis pertinencijs Quindecim marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

132. (Medlik et Johannes fratres de Brahowicz

[1]) *Der im Orig. vorstehende und unrichtig geschriebene Name „Skcho“ ist durchstrichen.*

1381. cum Bolicone de Olschan cum omnibus bonis habitis uel habendis inuicem sunt congressi.)

133. Procziwecz de Paczlawicz Cziethe vxori sue in villa Paczlawicz super laneo et Thaberna Quindecem marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat.

134. Stanek de Pawlowicz Georgio de Hrussicz et suis heredibus in villa Pawlowicz tres laneos cum dimidio eo Jure, quo tenuit nichil sibi ibi reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

(F. X. r.) 135. (Dyedrzych de Senicze Erhardo de Lezcznicze et suis heredibus in villa Senicz mediam Tabernam et viginti duos grossos census annui Jure eo, quo tenuit nichil sibi reseruans, eidem vendidit hereditarie possidendam.)

Extabulacio debet fieri vbi Kunyko de Richwald eidem Dyetrzichoni imposuit.

136. Mathey de Laznyk magno Sudcze vxori sue et heredibus suis ibidem in Laznik vnum laneum liberum eo Jure omni cum suis pertinencijs et dominio, nichil sibi reseruans in eodem, donatione legittima dat et assignat.

137. (Mathey de Laznik magno Jacobo de Laznik et heredibus suis ibidem in Laznik dimidium laneum liberum cum suis pertinencijs eo Jure, quo tenuit, vendidit hereditarie possidendum.)

138. Zdenko de Sternberg alias de Lucow Stiborio de Cinburg et heredibus suis dimidiam villam in Turowicz cum suis pertinencijs prouentibus similiter et vniuersis pleno Jure et dominio, nichil sibi Juris proprietatis uel dominij in eadem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

139. (Zdenko de Sternberg alias de Lukow Stiborio de Cinburg et heredibus suis in villa Rzymnycz Curiam predialem cum pertinencijs suis singulis et vniuersis pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans in eadem, vendidit hereditarie possidendam.)

140. Nicolaus Naklo et Hinczikо fratres de Naklo Laczkoni de Crawarn et heredibus suis in villa Podolssye Curiam arature et vnum quartale cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans in eadem, vendidit hereditarie possidendam.

141. (Zdenek de Kokor Hinczikoni et Czenkoni de Nakl in villa Tuczyn Curiam predialem et aliud totum, quidquid habuit uel habere dinoscitur, pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

(F. X. v.) 142. Othan Koza de Thiessicz Bolcze vxori sue in villa Czyessicz viginti marcas grossorum in et super duobus laneis racione dotalicij dat et assignat.

143. Bolka vxor Othany eidem Othanony in villa Trubkach viginti marcas grossorum, quas racione dotalicij habuit, tenuit eo Jure eidem dat et assignat.

144. Nicolaus Naklo Religiosis Abbati et Conuentui Monasterij Gradicensis in preurbio Prerowiensi, quod Sirawa dicitur, in Thabernis, subsidibus, agris, ortis duas marcas vnum fertonem cum quatuor grossis Census annui pro pitancia Monasterio eo Jure quo tenuit, vendidit hereditarie possidendas. Nuncius Jesco de Sternberg alias de Lucow ex parte domini Marchionis. 1381.

145. (Jodocus dei gracia Marchio et dominus Morauie Nicolao dicto Nakl et heredibus suis in villa Tuczyn Jus suum, quod habere dinoscitur, Curiam predialem, tres marcas Census annui cum octo grossis dat hereditarie et assignat. Nuncius dominus Jesco de Sternberg ut supra.)

146. Nicolaus Naklo Jacubczoni de Dobrczicz et heredibus suis in villa Tuczin Jus suum, quod habere dinoscitur, Curiam predialem, tres marcas Census annui cum octo grossis pertinencijs cum suis pleno Jure et dominio nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

147. Jesco de Kozusecz Jesconi et fratribus suis et heredibus suis de Zarussek in villa Kozussek duos laneos cum dimidio cum vna Curticula pertinencijsque suis singulis et vniuersis pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans in eisdem, vendidit hereditarie possidendos.

148. (Jessek de Cozussecz Barthonowi de Rochczina et heredibus suis in villa Rochczin dimidium laneum, Molendinum, Thabernam, Curticulam maiorem et Curticulam minorem cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum.)

(F. XI. r.) 149. Anna vxor Stanikonis Mathie de Kostelecz et heredibus suis in villa Duban Curiam predialem, Nouem fertones minus quatuor grossis eo Jure, quo ipsa tenuit, nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam.

Extabulacio debet fieri vbi Mienyn pater ipsius Anne eidem jmposuit et reliquit.

150. (Barthoss de Slezan Johanni de Zamyslicz et heredibus suis in villa Wyskowicz in Curia prediali terciumdimidium laneum in se continentem cum vniuersis suis pertinencijs et dominio, nichil sibi in eadem reseruans, vendidit hereditarie possidendos.)

Barthoss de Slezan promisit coram nobis officialibus beneficiarijs, quod suprascriptam hereditatem, que est cancellata, promittit disbrigare Jure Terre.

151. Jan de Zamyslicz Johanni de Crasna et heredibus suis in villa Wyskowicz Curiam predialem terciumdimidium laneum in se continentem cum vniuersis suis pertinencijs et dominio, nichil sibi in eadem reseruans, racione legittime donacionis dat et assignat, Salwo tamen Jure domini Marchionis, Quia Mathias de Rathay dixit, quod Swogan qui Zenkl abscidit de Cingulo est suspensus cuius hereditas fuit.

152. Radslaw de Mienyn Ewe vxori sue in villa Neczcicz in et super Curia prediali duas araturas continentes in se cum suis pertinencijs vniuersis Octuaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Transducens eam de dotalicio in dotalicium aliud, videlicet de Olssan in Neczcicz, Et vbi idem Radslaus eidem Ewe dotalicium in Olssan Imposuit debet extabulari. [1])

[1]) *Am rechten Rande steht von derselben Hand: „Nota extabulacio.“*

1381. 153. (Czenek de Menyn filius Radslai Margarethe vxori sue in villa Olssan Super Curia prediali cum Juribus et pertinencijs suis duas marcas census annui super Incolis ville eiusdem in Octuaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat ad manus Naklonis Nicolai.)

154. (Mathey de Duban Kaczne vxori sue in villa Duban super Curia prediali cum suis pertinencijs et Nouem fertonibus minus quatuor grossis in Quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

(F. XI. v.) 155. Mixo Puklicze de Snyehoticz vxori sue Margarethe in villa Snyehoticz super Curia prediali cum suis pertinencijs et Juribus viginti-quinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assingnat.

156. Sczepan de Seliticz Wiganthowy Knabowy in villa Dirzowycz Curiam predialem, terciumdimidium laneum Censualem, duas Curticulas, mediam Thabernam, tres ortos, vineam cum omnibus pertinencijs, Juribus vtilitatibus pleno Jure et dominio, nichil sibi proprietatis in eisdem reseruans vendidit hereditarie possidenda.

157. (Knab Margarethe vxori sue in villa Dirzowicz super Curia prediali et suis pertinencijs Triginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

158. Knab cum Johanne presbitero fratre suo invicem sunt congressi cum hijs, que habent.

159. Wlczek de Drahonowicz Bohuzsio de Schiczendorff in villa Drahonowicz Municionem, duas araturas, nouem marcas Census minus duodecim grossis, cum vniuersis Juribus vtilitatibus Jurepatronatus Ecclesie, videlicet duas partes pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil penitus sibi reseruans ibidem, vendidit hereditarie possidendum.

160. Pawlik et Walentinus de Przestawlk fratres Wenczslao de Doloplaz et suis heredibus in villa Bistrzycz terciumdimidium quartalia eo Jure quo tenuit, vendidit hereditarie possidenda.

161. Achniko de Bistrzicz Wenczslao de Doloplaz et suis heredibus in villa Bistrzicz quartam partem Curie predialis eo Jure, quo tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

162. (Margaretha de Trubek Kunykoni de Suchohrdl in villa Trubkach vnum laneum cum dimidio, medium molendinum, duos ortos pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans in eisdem, vendidit hereditarie possidendum.)

(F. XII. r.) 163. Czenek de Holschan cum Radslao de Neczicz [2]) Specialiter vero ipse Czenko cum Curia, tribus marcis Census et duodecim grossis ex vna, et ipse Radslaus de Neczicz cum vno laneo in Neczicz cum vno laneo invicem sunt congressi, eciam cum Jescone et Nicolao filijs Radslai cum hijs, que habet Czenko suprascriptus.

164. Alzcho de Bistrzicz Wenczlao Doloplazowy et heredibus suis in villa Bistrzicz tria quartalia, Thabernam cum pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidenda.

165. (Wenczlaus Doloplaz Russo fratres Alssoni de Mrskles ibidem in Mrskles super quatuor laneis et duobus subsidibus Tredecem marcas cum dimidia racione obligacionis dotalicij dumtaxat assignat.) 1381.

166. (Alzcho de Bistrzicz Agnescze in villa Mrskles super quatuor laneis et duobus subsidibus Tredecim cum dimidia marcas eo Jure ut tenuit dat et assignat, transducens eam de vno dotalicio ad aliud, hoc est de Bistrzicz huc, et dixit sola ipsius melius fore vna cum Zbynkone Beneficiario protunc alias de Kokor dicto, et Johanne de Dobroczkowicz Nepote ipsius.)

(Extabulacio debet fieri ipsius Agnescze, vbi prius est intabulatum.)

167. Wlczek de Opathowicz Jessiconi de Czelechowicz ibidem in Czelechowicz Curiam arature, Municionem, duos laneos Censuales, duas Curticulas minores, cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans in eisdem, vendidit hereditarie possidendum.

168. Jessik de Czelechowicz Woyslawe vxori sue in villa Czechowicz in tota parte sua, quam habet cum Juribus et pertinencijs suis, Septuaginta Octo marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat.

169. Nicolaus de Smrssicz Petro de Smrssicz et heredibus suis ibidem in Smrssicz tria quartalia Censualia, medium Balneum, mediam Thabernam eo Jure quo tenuit, vendidit hereditarie possidenda.

(F. XII. v.) 170. (Marquardus de Dobromilicz Lowko de Dirzowicz et Przybico de Dobromilicz cum omnibus et vniuersis bonis, que habent invicem sunt congressi, Ita videlicet quod quandocumque alicui horum displicuerit presens congressus, idem licite poterit in absencia alterius se eximere et excipere de eodem et liber esse.)

171. (Zdislaus de Knyehnicz Johanowi de Crasna in villa Wiskowicz Curiam predialem, duas Curticulas cum suis pertinencijs vniuersis pleno Jure, quo tenuit, nichil sibi reseruans in eisdem, vendidit hereditarie possidendum.)

172. (Onsso de Crasna Philippo de Czrthoryh pueros suos et bona sua omnia et singula in veram committit tuicionem et hoc ad manus fideles adiecto hoc, quod quandocumque sibi placuerit, potest esse liber de hac commissione.)

173. Bohussius de Drahotuss Matheiowy et Nicolao fratribus de Morawiczan in villa Tupecz alterumdimidium laneos, quos emit ab Vlrico de Prossenicz eo Jure quo tenuit, vendidit hereditarie possidendos, ex consensu Jesconis fratris sui congressoris.

174. (Lowek de Dirzowicz Marquardo et Ade fratrueli suo de Dobromylicz in villa Dirzowicz in parte, quam emit ab Onssone, duos laneos Censuales, Curticulam, mediam Thabernam eo Jure omni, quo tenuit nichil sibi ibidem reseruans proprietatis in eadem, vendidit hereditarie possidendos.)

175. (Offka Relicta Alberti Strziechowecz Jankoni de Pawlowicz Anne et Offcze de Skyrben germanis in villa Zdisslawicz totum quidquid ibi habet et

[1]) *Die im Orig. nachfolgenden Worte: „cum vniuersis bonis que habent invicem“ sind durchstrichen.*

1381. habere dinoscitur, racione legittime donacionis hereditarie dat et assignat.) [1])

176. Odpor. [2]) Howora et alij fideiussores, qui sunt fideiussores et disbrigatores bonorum ville Skyrwen, domino Marchioni pro Jancone contradicunt huic imposicioni eo, quod nondum sunt libertati de promissis.

(F. XIII. r.) 177. (Johan de Crasna Onchoni de Crassna in villa Wiscowicz Curiam arature, duas Curticulas cum vniuersis suis pertinencijs, specialiter cum siluis et pratis eo Jure, quo tenuit nichil sibi in eisdem reseruans, vendidit hereditarie possidendum et heredibus.)

178. Philippus de Penczicz Bohuncze vxori sue in villa Penczicz parwo super tercia parte Curie predialis et in villa Zatziess quarta parte vigintiquinque marcas grossorum eo Jure, quo tenuit, racione dotalicij dat et assignat.

179. Mikulawzss de Chomuthowicz Andree et heredibus suis in villa Chomuthowicz Curiam predialem cum suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, quo ipse tenuit, nichil sibi in eadem reseruans, uendidit hereditarie possidendam.

180. Adam de Pernyk Wenczslao et Elizabeth vxori sue ibidem de Pernyk in villa eadem Pernik Curiam arature Sex Sexagenas grossorum Census annui cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipse et heredes fratres sui tenuerunt, vendidit hereditarie possidendum.

181. Margaretha virgo de Nezamyzlicz Stiborio de Cimburg alias de Thowaczow et heredibus suis in villa Lhota Municionem, Curiam predialem, quinque laneos cum dimidio, duas Curticulas et vnam Thabernam cum vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus eo Jure, quo tenuit nichil sibi reseruans, racione legittime donacionis dat et assignat.

182. (Anna vxor Erasmi de Bistrzicz Swathoborio de Zaborzicz in villa Chromcze duos laneos cum suis pertinencijs eo Jure et dominio, quo ipsamet tenuit, racione legittime donacionis dat et assignat ex promisso Wyzkonis Ganzer de Skalicze patrui sui.)

(F. XIII. v.) 183. Skoch et Sobyen de Trubek Anne matri ipsorum in villa Trubky totum quidquid ibi habent uel habere dinoscuntur cum vniuersis pertinencijs suis et Juribus racione dotalicij, sed non hereditarie ex fideli donacione dant et assignant, adiuncto vno laneo et medio Jurepatronatus ecclesie in villa Zborowicz sine lesione Juris domini Marchionis et offensa.

184. (Anna relicta Skochonis et Nicolaus de Pawlowicz cum vniuersis et singulis Bonis, que habent, invicem sunt congressi cum heredibus, si quos habuerint.)

185. Nota. [3]) Notificat Elzka vxor Walentini de Przestawlk super Laczkonem de Crawarn, In casu si Walentinum premori contigerit dampna, que preter Walentinum eidem intulit, repetere wlt Jure mediante. 1381.

186. Odpor. [4]) Woko de Crawarn Supremus Camerarius Czude Olomuczensis vice et nomine Laczkonis fratris sui dicens, quod frater suus memoratus quidquid fecerit hoc fecit Purgrauio suo et seruitori et hoc est dudum concordatum.

187. Mikul de Pawlowicz Zbinkowy de Kokor et heredibus suis in villa Chilczich Curiam predialem, Thabernam, tria quartalia Censuancia, et tres Curticulas et hoc, quod emit a Fridlino, cum vniuersis Juribus prouencionibus pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, nichil penitus in eisdem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum. [5])

188. Clara vxor Schenclini abrenunciat Juri suo in villa Dobrczicz super duobus laneis, si quid habere dinoscebatur, et illos duos laneos, de quibus fit mencio, intabulat Herssoni de Rokythnicz Jure eo quo tenuit, nichil sibi reseruans in eisdem, eciam heredibus ipsius Herssonis Supremi Czude Olomucensis (cudarii.)

189. (Anna vxor Onchonis de Zastrzihll pueris suis, quos genuit cum Smylone marito suo, in et super villam Morawan Septuaginta quatuor marcas nomine sui dotalicij Jure eo quo tenuit, dat et assignat, et hoc ex consensu Procywczonis et Henrici filiorum seniorum.)

190. *Anno LXXXII° die sancti Procopij.* [6]) *Anna supradicta Prociwczoni filio suo de Zastrzihl duas marcas annui Census de supradicto dotalicio assignauit, ipseque Prociuecz Gindrzichoni fratri suo vterino de eisdem duabus marcis V fertones et tres grossos annui census pro media Curia in Vgezdecz dedit hereditarie possidendas.*

(F. XIV. r.) 191. (Zbinko de Kokor, Protiwecz de Zastrzihl et Anna vxor sua cum omnibus bonis invicem sunt congressi, et si quis horum se eximere voluerit licite facere potest sine presencia alterius et liber esse de eodem *cum ipsius Anne heredibus.)*

192. Protywecz de Zastrzihl Anne vxori sue in media parte ville Vgesdecz cum suis pertinencijs et media parte ville Zastrzihl, quam tenet, Centum vigintiquinque marcas racione veri dotalicij dat et assignat.

193. (Bolko de Penczicz Gute vxori sue in Lhotha Lhanuchowa super quatuor laneis minus quartali cum suis pertinencijs vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

194. Philippus de Penczicz Zdenkoni de Czekynye et heredibus suis in Lhotha Hanuchowa vnum laneum Censualem, duas partes in Molendino sub monte, duas partes super Thaberna ad eandem Lhotam pertinenente, pleno Jure et dominio nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

195. Wenczslaus Doloplaz, Rus de Doloplaz et Alsso de Doloplaz fratres cum omnibus et singulis

[1]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand: „Duo extabulant," und am linken Rande von einer dritten Hand: „Nota, Janko de Paulowicz et Offka suas partes vendiderunt et solum Anna suam partem hic habet."*

[2]. [3]. [4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[5]) *Unmittelbar unter dieser Einlage steht am rechten Rande von derselben Hand: „Extabulacio fieri debet."*

[6]) *d. i. den 4. Juli 1382 bei dem Johanni-Landrechte.*

1381. bonis habitis uel habendis invicem sunt congresis, et quandocumque horum quis voluerit in absencia alterius liber esse, potest et se extabulare.

196. (Jarohnyew de Buchlowicz Offcze vxori suc in villa Milechowicz cum suis pertinencijs Quinque marcas Census annui in Quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

197. (Jan de Sedlcze Anne vxori sue in villa Sedlcze super Curia prediali ibidem, quam tenet, tota eciam parte fratris Janconis cum suis pertinencijs vigintiquinque marcas racione veri dotalicij dat et assignat.)

(F. XIV. v.) 198. (Janek de Witczicz Jesconi Kuzel de Zerawicz et heredibus suis in villa Witczicz Curiam predialem cum vniuersis pertinencijs Quatuordecim laneos Censuales duas Thabernas, totam et integram villam cum suis prouencionibus et vsibus pleno Jure et dominio, quo tenuit nichil penitus Juris proprietatis aut dominij sibi in eadem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

199. Jessek Kuzel de Zerawicz Margarethe vxori sue in villa Witzicz super Incolis eiusdem ville Censualibus Quindecim marcas grossorum Census annui in Centum quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat ad manus Nicolai Naklo patris ipsius.

200. (Zbylich de Perne domino Wokoni de Crawarn Supremo Camerario Czude Olomucensis et heredibus suis in villa Perne duas Curias prediales, vnum laneum Censualem, Sex Curticulas, mediam Thabernam cum omnibus et singulis pertinencijs pleno Jure et dominio, proutmet tenuit nichil Juris proprietatis uel dominij sibi reseruans in eadem, vendidit hereditarie possidendum.)

Nota. Congressus vbi Alez cum Wachnone habet debet deleri et nullius est vigoris.

201. Woko de Crawarn Hannussio de Przne et heredibus suis in villa Perne duas Curias prediales, vnum laneum Censualem cum dimidio, [1]) Sex Curticulas, mediam Thabernam cum omnibus et singulis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, proutmet tenuit nichil Juris proprietatis uel dominij sibi reseruans in eadem, vendidit hereditarie possidendum, Saluo tamen feudo domini Marchionis.

202. Hannus de Przneho Alschowy de Leznicze Wenczslao Doloplass pueros suos cum bonis singulis et vniuersis, que habet uel habere poterit, in veram ac fidelem committit tuicionem vsque ad voluntatem suam videlicet prefati Hanussij.

(F. XV. r.) 203. (Benessius de Quassicz et Budziss de Quassicz fratres cum omnibus et singulis bonis habitis uel habendis invicem sunt congressi, ita videlicet cum heredibus si fuerint vniuersi, In casu si ambos sine heredibus mori contigeret, tunc porcio et pars Benessij Wokoni Supremo Camerario et Laczkoni fratribus de Crawarn cedere debet, Pars vero et porcio Budzissij super Zdenkonem de Sternberg alias de Lucow cedere debet prout supra, heredes ipsorum excludendo.)

204. Elizabeth Relicta Milote de Namyezcz coram Beneficiarijs veniens publicauit renunciando porcioni omnium bonorum tam dotalicij quam hereditatis, quas tenet Benessius de Buzow et pueri sui, et specialiter bonis Namyezcz, quas dominus Marchio tenet et possidet, taliter quod in premissis omnibus bonis illorum de Buzow, videlicet Loscycz, Palonyn et ceteris alijs vniuersis et singulis nullum penitus Jus habere dinoscitur, abrenuncians se perpetue quidpiam monitura, et hoc ex arbitracione nobilium Wokonis de Crawarn Supremi Camerarij Czude Olomuczensis et specialiter arbitrio Vlrici Boskowecz, qui iussit et arbitratus est ei dando ducentas marcas grossorum pro sua porcione, et stat contenta in pecunijs predictis. 1381.

205. Jarohnyew de Buchlowicz Jesconi de Schonwald pueros suos vxorem et bona omnia et singula in veram et fidelem committit tuicionem.

206. (Zawisse de Lesczne Johannem de Lesczne fratrem et pueros suos in veram suscipit vnionem et hoc vsque ad voluntatem suam.)

207. Janek de Laznika Zbilithobi de Wessel in villa Laznik vnum laneum cum dimidio eo Jure, quo tenuit cum suis pertinencijs racione vere et legittime donacionis dat et assingnat.

(F. XV. v.) 208. (Medwyedko de Tirsicz Anne vxori sue in villa Swessedlicz super parte sua ibidem Octo marcas Census annui in Octuaginta marcis grossorum super Incolis Censualibus racione veri dotalicij dat et assignat.)

(Nota. [2]) Extabulacio debet fieri vbi Patherzin Anne vxori sue supradicte in villa Pawlowicz Quadraginta marcas grossorum sui dotalicij imposuit.)

209. (Bedricus de Patherzyn Janowy de Meilicz in villa Pawlowicz Curiam predialem cum vniuersis suis pertinencijs, quatuor laneos minus quartali Censuales, Thabernam cum suis vsibus, pleno Jure et dominio prout ipsemet tenuit, nichil penitus sibi in eisdem reseruans, Jure proprietatis uel dominij vendidit hereditarie possidendam.)

210. Jan de Meilicz Jesconi de Czelochowicz Pueros et bona sua omnia et singula, que habet uel habebit in veram et fidelem committit tuicionem.

211. Howora de Prus cui Pitroldus frater ipsius intabulauit in bonis Perne petiuit, vt extabularetur. [3])

212. (Rudolffus de Ffrankenstat Camerarius domini Marchionis Missliborio eciam Camerario et heredibus suis in villa Luczka super Incolis sibi a Clara vxore sua hereditarie concernentibus et ab Adam ibidem in Luczka emptis hereditarie Quindecem marcas grossorum Census annui dumtaxat pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, Jure hereditario vendidit hereditarie possidendas.)

(F. XVI. r.) 213. Anno domini Millesimo Tricentesimo Octuagesimo secundo feria quarta post Octauas sancti Johannis Baptiste [4]) Celebratum est Colloquium presentibus infrascriptis 1382.

[1]) *Diese zwei Worte stehen am linken Rande bei einem Kommente.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[3]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht mit einer blasseren Tinte geschrieben: „Extabulatio debet fieri.“*

[4]) *d. i. den 2. Juli.*

1382. Serenissimo principe domino Jodoco Marchione Morauie, Vokcone de Crawar, Supremo Camerario Olomucensi, Laczcone fratre ipsius, Herssone de Rokithnicz supremo Czudario, Nicolao Notario, Vlrico de Bozcouicz, Stiborio de Czimburo, Vancone de Potensteyn, Henrico de Dirnholcz, Jescone Pusca de Cunstat, Sdencone de Lucow, Vilhelmo de Zlin, Alberto de Swiethlow, fratribus de Sternberg, Jarossio de Czimburg, Proczcone de Buzow, Petro de Rosicz, Smilone de Lessnicz, Pawlicone de Ewlnburg.

214. Czenco de Roueczne pincerna domini Marchionis, Vlrico de Mydlouar, Swrczowicz, Lhotham villas integras et in villa Laznyc Curiam predialem, IX quartalia, duas Tabernas, duos ortos cum piscinis, Molendino, pratis et alijs suis pertinencijs, prout ipsemet tenuit ex donacione domini Marchionis, vendidit sibi et heredibus suis hereditarie possidendas.

215. (Anna de Conicz Relicta Cropacij de Holnsteyn Suliconi de Conicz quitquid vltra dotalicium suum haberet ex vera donacione dat et resignat libere et hereditarie possidendum.)

216. *Odpor.* [1]) *Adliczca priorissa Ewa et Ludmilla Moniales Monasterij sancte Katherine dicunt se habere in supradictis bonis V marcas annui Census et id possunt demonstrare testimonio literali.*

217. (Anna eadem assumit Suliconem patruum suum in porcionem tocius dotalicij sui, cuius ipse Sulico debet esse particeps cum eadem, ita quod decedente Anna predicta dotalicium predictum debet deuolui ad eundem Suliconem.) [2])

218. (Sulico de Conicz pueris Jesconis Cropacz omne Jus, quod sibi in bonis Conicz posset conpetere aliqualiter, libere dat et resignat nichil sibi Juris reseruans hereditarie possidendum.) [3])

219. Smilo de Lessnicz Ghedrudi conthorali sue Sexingentas marcas grossorum in bonis Bolelycz [4]) et quitquid ibi deficeret, tunc in bonis Opathouicz racione dotalicij dat et assignat, neque magis neque minus.

(F XVI. v.) **220.** Adliczca Priorissa, Ewa et Ludmilla sorores ordinis predicatorum Monasterij sancte Katherine in Olomucz Stiborio de Czimburg et heredibus [5]) Budyecin villam cum siluis pratis et alijs suis pertinencijs dant et resignant hereditarie possidendam, Et si alicubi locorum congressio bonorum huiusmodi fuerit inuenta debet deleri.

221. Vlricus de Bozcouicz cum villa Baczow et suis pertinencijs, et Margaretha nata Jenczonis de Deblin cum villis Olessnicz, Bohunyow, Porziecz inferius et Porziecz superius et Bradlnye cum suis pertinencijs inuicem sunt congressi, ita quod ipsa Margaretha in predictis bonis erga Vlricum predictum et suos heredes nichil sibi Juris reseruat. 1382.

222. Bolca de Dobroczcouicz Janoni de Heralticz marito suo Trecentas marcas grossorum, quas habet super eadem villa Dobroczcouicz Jure dotalicij, dat et assignat eidem marito suo in omnem euentum sicut ipsa tenuit et possedit, ita quod ipse Johannes illas Trecentas marcas habere debet a conthorali sua predicta solum pro dotalicio et tamquam donatas pro eodem.

223. (Arclebus de Obori alias de Scalicz [6]) Ludiconi de Vbussin VIII[o] laneos cum quartali in villa Obori et vniuersis suis pertinencijs nichil Juris vel proprietatis aut dominij sibi vel suis heredibus in eisdem reseruans vendidit hereditarie possidendos.)

224. (Odpor. [7]) Jesco de Raycz contradicit, dicens quod supradicta bona sunt sua hereditaria.)

225. Linhardus de Borzutow Jesconi de Cunstat et suis heredibus in villa Borzutow quinque laneos cum quartali, vnam curticulam, in villa vero Lhotha Curiam collonariam cum tribus laneis, duabus curticulis, siluis et alijs suis pertinencijs, nichil sibi aut heredibus suis Juris penitus reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

226. (Barsso de Prerouia Woyslae conthorali sue Triginta duas marcas grossorum super Curia sita prope Prerouiam nomine veri dotalicij dat et assignat cum suis pertinencijs vniuersis.) [8])

227. (Vlricus Hecht assumit Wznatam Hecht de Rossicz in omnium bonorum, que nunc habet seu habebit in futurum, equalem porcionem.)

228. Elzca condam Bunconis de Mostyscz Buzconi filio suo totum dotalicium suum, quod habuit in Reycz, nichil sibi Juris in eodem reseruans, dat libere et assignat. [9])

(F. XVII. r.) **229.** (Buzco de Raycz Margarethe vxori sue totum quitquid habuit in Reycz Octuaginta marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat et quod nullus ab eodem dotalicio eam amouere posset, nisi datis pridictis Octuaginta marcis, *Jesco Puscha recipit presentem intabulacionem, ad manus predicte mulieris et eius nomine.)*

230. (Hanzlinus de Wethouia Erhardo de Drahothus totum, quod habuit in Trubca, nichil sibi penitus reseruans, necnon vxori predicti Erhardi et eorum heredibus, vendidit hereditarie possidendum. Et quod deleatur si cuique fuerit intabulatum.)

231. Jesco de Raicz Anne vxori sue in porcione sua, quam habet in villa Rostanye Centum marcas racione veri dotalicij dat et assignat. [10])

[1]) *Steht am rechten Rande.*
[2]) *Der Schluss dieser Einlage von ita quod — bis zu Ende ist durchstrichen.*
[3]) *Unmittelbar oberhalb dieser Einlage steht von einer anderen gleichzeitigen Hand: „istud de dominorum informacione fecit dominus Jesco Camerarius.“*
[4]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „Opatouicz.“*
[5]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile, sind aber von derselben Hand geschrieben.*
[6]) *Diese drei von derselben Hand geschriebenen Worte stehen oberhalb der Zeile.*
[7]) *Steht am rechten Rande.*
[8]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer anderen gleichzeitigen Hand: „Abolicio facta de consensu Woyslae et fratris sui Ade de Medlowicz.“*
[9]) *Unmittelbar vor dieser Einlage steht in der Mitte von derselben Hand: „Nunccius domini Marchionis Vlricus de Bozcouicz ad subscripta.“*
[10]) *Das im Orig. noch nachstehende Wort „nichil“ ist durchstrichen.*

1382. **232.** Dywa de Czekina Laczconi de Crawar villas Stanymirzicz, Neplachow, Tirnawcam, cum montibus Juribus dominio siluis pratis pascuis et alijs suis pertinentijs pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendas, nichil sibi aut suis heredibus Juris penitus reseruando.

233. (Stephanus de Warthnow Vlrico de Vdrlicz in villa Chorzelicz duos cum medio laneos et duas curticulas) in villa vero Senicz parua medium laneum, curticulam, Molendinum desertum, et Lisow cum monte siluis et alijs pertinencijs vendidit hereditarie possidendos.

234. Mixico de Cuzussecz cum omnibus bonis suis habitis vel habendis et Vlricus de Zarussec cum vna curticula in Zarussec inuicem congrediuntur.

235. (Juhan de Crumsin Clare vxori sue Septuaginta marcas super Curia in Crumsin et eius pertinencijs et super duabus marcis annui census ibidem nomine dotalicij dat et assignat.)

236. Stephanus de Bieharzouicz Jesconi de Melicz Dorothee vxori Chzihowconis dicti Bares de Czihouicz et eorum heredibus, villam Rzewnouicz cum omnibus suis pertinencijs, prout ipsemet habuit et possedit, nichil sibi Juris penitus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XVII. v.) **237.** (Doman de Zauorzicz Kaczne vxori sue super Municione ibidem et Curia Colonaria, Molendino, pratis, pascuis et alijs pertinencijs ad Curiam predictam spectantibus, excluso censu et hominibus, Centum marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat.)

238. Jan Puklicze de Czetcouicz, Gregorio dicto Mazanecz villam Drazeiouicz integram preter vnam Curticulam cum Molendino pratis et vniuersis suis pertinencijs eidem Gregorio *Dorothee* vxori eius et coram heredibus nichil sibi proprietatis dominij seu Juris reseruans vendidit hereditarie possidendam. [1])

239. (Dywa de Czekin Sbynconi de Dubczan et eius heredibus in villa Laskow Septem marcas minus fertone annui Census vendidit hereditarie possidendas.)

240. (Jezdon de Opatouicz Macieyconi de Ostrow et suis heredibus Curiam in Branyssow et in Lhotha Drahomilij IIII laneos siluis et cum alijs pertinencijs nichil sibi Juris reseruans vendidit hereditarie possidendum.)

241. (Maciegec de Ostrow in supranotatis bonis Adliczse conthorali sue Quinquaginta marcas grossorum racione dotalicij dat assignando.)

242. (Stephanus de Wartnow Velislao de Meziborzie et suis heredibus villam Mysleiouicz cum Curia et alijs pertinencijs, nichil sibi Juris reseruans, vendidit hereditarie posidendam.)

243. (Mathias Badyura de Vinar Sdenconi de Cokor et eius heredibus Curiam in Vinar cum omnibus suis pertinencijs, prout ipsemet tenuit, nichil sibi Juris reseruans, dat hereditarie et assignat.)

244. Stephanus de Wartnow Benessio de Ptenye et suis heredibus in villa Bernow duos laneos, Molendinum, in Ptenye medium laneum, in Zdyeczin duas Curticulas vendidit hereditarie possidendum. 1382.

245. Anna Relicta Jenczonis Spran Annam matrem eius in villa Bezuchow super dotalicio suo recipit, vt sit cum ipsa particeps huiusmodi dotalicij, quod habet in villa eadem.

(F. XVIII. r.) **246.** Andreas de Vstye Anne vxori sue super Curia sua ibi in Vstye viginti marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat.

247. (Jurzic de Rakusec Mixiconi de Chudobin Curiam in Rakusec cum censu et alijs pertinencijs suis vendidit hereditarie possidendam, nichil sibi penitus reseruando.)

248. Raczco de Opattouicz Mixiconi familiari Alberti de Suiethlow et suis heredibus villam Opattouicz integram cum omnibus Juribus et pertinencijs, nichil sibi in eisdem reseruans vendidit hereditarie possidendam. [2])

249. Mixico supradictus Wrachne vxori sue in supradicta villa vigintiquinque marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat.

250. Pessico de Bielouicz Przibiconi de Bielouicz fratri suo [3]) terciam partem Curie, quam habet ibidem, cum suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam.

251. Idem Przibico Mabcze vxori sue super eadem Curia Quadraginta quinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

252. Sdenco de Wezek Kathrussi vxori sue Centum quadraginta marcas super tota porcione, quam habet in Vezca, racione veri dotalicij dat et assignat.

253. Dorothea Relicta Petri de Rakusec cum omni dotalicio suo, et filij eiusdem Dorothee cum omnibus bonis suis, que habent inuicem sunt congressi, videlicet Przesscone cum fratribus.

254. Bernardus de Hwiezdlicz Anne vxori sue in villa Nemochouicz Octuaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, *ad hoc dedit consensum Onsso de Chualcouicz.*

255. (Anna Relicta Przechonis de Rakusec cum orto in Rakusec et Kaczna de Duban filia eius cum dotalicio suo, quod habet in Duban, super Curia et hominibus videlicet Quinquaginta marcis grossorum inuicem sunt congressi.)

(F. XVIII. v.) **256.** Vocko de Crawar supremus Czude Olomucensis Camerarius, plena fratris sui Benessij de Crawar auctoritate suffultus, Wlczconi de Opathouicz et suis heredibus villas Wrchoslauicz et Langhendorf cum Curijs, Molendinis cum omni Jure et dominio, prout ipsemet Benessius tenuit, necnon cum Jurepatronatus in Wrchoslauicz, nichil sibi penitus in eisdem reseruans, intabulauit hereditarie possidendas.

257. Wlczco predictus Agnesce vxori sue in Wrchoslauicz super quinque cum medio laneis et in Langdorff super tribus et medio laneis cum

[1]) *Am rechten Rande steht von einer anderen gleichzeitigen Hand: „in alio loco libri si continetur debet aboleri.“*

[2]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von anderer Hand: „Extabulacio debet fieri vbi inueniretur.“*

[3]) *Das im Orig. nachstehende Wort „Curiam col“ ist durchstrichen.*

1382. duabus curticulis, Taberna, Molendino Centum marcas racione veri dotalicij dat et assignat.

258. (Bedrzich de Morawan Boczconi et Mikulawssoni fratribus de Labuth Curiam allodialem in Morawan, tres Curticulas cum omni Jure et pertinencijs, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendas, nichil sibi in eisdem penitus reseruando.)

259. Vicen de Opathouicz Sulconi de Radcow in villa Opathouicz totum, quod ibidem habuit, et eciam in Malonyn et in Smolna cum omni dominio Jure et singulis pertinencijs, nichil sibi reseruans Juris in eisdem, vendidit eidem Sulconi et suis heredibus hereditarie possidendum.

260. Predictus Sulco Jancze vxori sue super porcione, quam Jacobus quondam habuit in Opathouicz, et eciam in Smolna super porcione eiusdem Jacobi, et eciam in Malonyn porcione eiusdem Jacobi, Trecentas marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit cum pleno dominio.

261. (Cunyco de Suchohirdl Anne vxori sue in Chomuthouicz quitquid ibi dinoscitur habere, Quadraginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit.)

262. (Blizco de Domamyslicz Kaczne vxori sue in Domamyslicz super Curia vigintiquinque marcas racione veri dotalicij assignauit.)

263. Pawlic de Petrouicz Anne vxori sue in villa Schuschowca [1]) super duobus laneis, et in Luczca super vno cum medio laneo duodecim marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit.

264. (Pawlic de Przistawlc Marquardo de Zakrzouicz Curiam allodialem in Przestawlc dans eidem Marquardo plenam potestatem ligna succidendi pro necessitate eiusdem Curie ad edificia cum omni Jure, nichil sibi penitus in eadem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. XIX. r.) **265.** (Czenco de Viczemirzicz cum Johanone fratre suo, quitquid in Vieczemirzicz et alijs bonis habitis et habendis inuicem sunt congressi.)

266. (Jaroslaus de Nedachlebicz in casu quo eum mori contigerit Wilhelmo de Zlin alias de Sternberg elegit heredum suorum legittimum commissarium et tutorem.)

267. Marquardus de Ohnysczan Vlrico de Mydlouar in villa Zakrzouicz Municionem et ipsam villam cum Molendinis piscinis pratis aquis siluis, et in superiori Laznyc alterumdimidium laneos pleno Jure et dominio, nichil sibi aut heredibus suis in eisdem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

268. Jurzic de Pawlouicz Anne vxori sue in Pawlouicz super Curia et duabus Curticulis Triginta duas marcas racione veri dotalicij assignauit.

269. Stanco de Stauenicz Smiloni de Lesnicz et suis heredibus Curiam in Schadlouicz cum omnibus suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam. [2])

270. (Franco de Pornicz Agnescze vxori sue Centum marcas grossorum in Pornicz super Curia et toto illo, quod ibidem habet, racione veri dotalicij assignauit.) 1382.

271. (Kaczna Relicta Baliste, Bohussio de Cokor in et super Curia in Prerouia super Sirauia sita, quam a Balista marito suo racione dotalicij habuit, eo Jure quo ipsamet tenuit, vendidit possidendam, quinquaginta marcas grossorum.)

272. Ludouicus de Vbussin Henricum de Dirnouicz Canonicum Olomucensem, decedente ipso Ludouico puerorum suorum facit commissarium legittimum et tutorem.

273. Gindrzich de Rakusec cum omnibus bonis, que habet ibidem, et Pessico de Bycowecz, cum omnibus bonis, que habet in Malcouicz, inuicem sunt congressi.

(F. XIX. v.) **274.** (Dywa de Czekin Wenczeslaum de Doloplaz facit participem et coeredem omnium bonorum suorum habitorum et habendorum vbilibet et vbique, et hoc ad voluntatem predicti Dywe taliter, quod quandocumque vellet predictus Dywa presens participium delere, sit ipse Wenceslaus presens vel absens, aut eius heredes vel fratres, et quod ibidem nullum Jus haberent, Insuper quandocumque predictus Dywa vellet testamentum facere seu disponere aut dare cuicumque de predictis bonis id totum predictus Wenceslaus debet fideliter adimplere.)

275. Jesco de Zerauicz dictus Kuzel [3]) Gindrzichoni de Crumsin [4]) decedente eodem Jescone puerorum suorum committit tuicionem et nulli alteri.

276. Jacobus de Busscouicz Anne vxori sue decem marcas grossorum super vno laneo in Buscouicz racione dotalicij assignauit.

277. Arclebus de Cuncouicz Gindrzichoni de Zastrih totum, quod habuit in Zastrih, pro bonis que Gindrzich predictus habuit in Cuncouicz, bona pro bonis dedit legittime permutando et hereditarie possidendum.

278. Vlricus de Herolticz Mladcze vxori sue in Herolticz super alterodimidio laneis vigintiquinque marcas racione veri dotalicij demonstrauit.

279. (Jesco dictus Pusca de Cunstat Anne vxori sue pueros suos committit sub condicionibus infrascriptis, videlicet cum omnibus et vniuersis bonis suis habitis et habendis, vt ipsa sit in possessione eorundem cum heredibus suis tamdiu, quovsque sibi maritum duceret, quouis modo, Si vero maritum duceret, dat eidem Anne de gracia, vt heredes sui, seu ille cui id committeret assignarent ei Municionem cum omnibus bonis in Othaslauicz, Dobroschow, Lhotha, Wranouicz, Kobylnyk villis, cum vniuersis siluis rubetis pratis pascuis et vniuersis pertinencijs et pleno dominio, dumtaxat ad tempora vite sue, Item si heredes ipsius Jesconis annos discrecionis pertingerent, et optarent separari a matre sua predicta, et bona sua separatim habere, extunc debent

[1]) *Die im Orig. nachfolgenden zwei Worte „et Luczca“ sind als hieher nicht gehörig durchstrichen.*

[2]) *Am rechten Rande der Einlage steht von anderer Hand: „Stanco predictus, vbi intabulacio inveniretur, dat voluntatem liberam abolendi.“*

[3]) *Diese von derselben Hand geschriebenen zwei Worte stehen oberhalb der Zeile.*

[4]) *Der Name „Gindrzich de Crumsin“ steht auch unmittelbar unter der Einlage n. 274 und sollte höchst wahrscheinlich den Anfang zu der in einer anderen Fassung eingetragenen Einlage n. 275 bilden.*

1382. se de omnibus bonis intromittere, et nisi Municionem in Othaslauicz, cum omnibus bonis vt prescribitur matri resignare debebunt ad tempora vite sue, et post mortem eius eadem bona debent ad heredes suos cum omni hospitalitate eorum liberaliter diriuari.)

280. *(Jesco Pusca de Cunstat talem fecit disposicionem de pueris suis, quod si Anna vxor ipsius post mortem Jesconis Puscze ducet maritum, extunc Erhardum de Cunstat puerorum suorum et omnium bonorum suorum vbilibet habitorum facit verum commissariam sub tali condicione, quod postquam dicti pueri ipsius Jesconis ad debitam etatem pervenirent et postularent se absolui a Commissione dicti Erhardi, ex tunc idem Erhardus statim debet emittere tam pueros quam eciam omnia bona ipsorum vbilibet habita de sua commissione et de sua potestate, et amplius nullum Jus commissionis debet habere ad pueros et ad bona.)*

(F. XX. r.) 281. Vnca [1]) de Magetyn Mixiconi de Cozusan filio Onssonis Curiam in minori Penczicz Colonariam, cum Molendino piscina pratis pascuis et vniuersis pertinencijs suis, nichil sibi vel heredibus suis reseruans, cum siluis metis, pleno Jure et dominio intabulauit hereditarie possidendam.)

282. Odpor. [2]) Dywa de Czekin dicit, [3]) quod predicta bona sunt sua hereditaria et hoc wlt literis super eadem bona confectis clarius demonstrare, et eandem literam tenent potenter contra voluntatem Dywe predicti.

283. Juhanka, Relicta Swachonis dicti Kuzel, Serenissimo Principi domino Jodoco Marchioni Morauie, in Kudlouicz alterumdimidium laneum cum vniuersis suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendum.

284. Barthossius de Slezan Zdyncze matri sue, Curiam in Slezan cum Curticulis siluis pratis et [4]) Taberna vera donacione tradidit hereditarie possidendam.

285. Zdynca predicta Barthosio filio suo predictam Curiam, per omnem modum vt supra, dat e conuerso sibi et heredibus suis.

286. (Arclebus de Cuncouicz Elzcze, vxori filij sui Skochonis, in villis Liska Lycenczicz, in Strabenicz in Antiquo Chwalnow et in Juniori Chualnow Septuagintaquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat in septem cum media marcis annui census.)

287. (Bedrzich de Crumsin Mikulawssonem natum Bystrzicij assumit ipsum in solidum super omnia bona, que in Crumsin habet et alias habita et habenda.)

288. (Wenceslaus dictus Jenecz de Scichouicz Jezdonyo de Scichouicz fratri suo Curiam collonariam cum siluis Molendino, V laneos soluentes, duas tabernas, tres curticulas, pratis et alijs pertinencijs, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

289. (Jezdon predictus Janconi de Lodyeynicz suos pueros cum omnibus bonis committit in veram tuicionem et nulli alteri tuicionis Jus debet conpetere.) 1382.

(F. XX. v.) 290. (Raczco presbiter natus Budslai de Rzimicz Stephano de Bieharzouicz et Jesconi dicto Hromada de Sussicz Curiam in Rzimicz cum omnibus eius pertinencijs prout ipsemet tenuit dedit hereditarie possidendam, nichil sibi Juris in eadem reseruando, cum hereditas sit pro hereditate data.)

291. Sbynco de Cokor Katherine vxori sue Quinquaginta marcas grossorum in villa Chilecz prope Lipnic super omnibus bonis ibidem habitis racione veri dotalicij cum medijs supellectilibus dat assignando, Ad manus Jesconis de Morawan fratris sui, ad hoc dedit consensum Protiwa de Zastrzih.

292. (Stephanus de Bieharzouicz et Jesco dictus Sussicz villam Nemoticz cum pratis siluis Molendino pascuis collacione Ecclesie ibidem in Nemoticz, et alijs pertinencijs ac pleno dominio, nichil Juris seu proprietatis sibi in eisdem penitus reseruantes, dederunt hereditatem pro hereditate possidendam Cobeczconi et fratribus suis indiuisis filijs Budislai et heredibus ipsorum.)

293. Stephanus de Bieharzouicz et Jesco Hromada de Sussicz Stiborio de Czimburg et heredibus Curiam in Rzimicz cum omnibus suis pertinencijs, nichil penitus excluso, prout ipsimet tenent [5]) hereditarie possidendam vendiderunt.

294. Mixico de Vazan Katherine vxori sue in villa Vazan quindecim marcas annui census super bene possessionatis hominibus racione veri dotalicij assignauit, et quitquid ibi deficeret, Jacobus dictus Konczec ibi in villa Vazan super proprio adimplebit, prout se ad id specialiter obligauit, *ad manus Hinczіconis de Domazelicz.*

295. Mixo de Vazan Jacobo dicto Konczec fratri suo totum, quod habet in villa Vazan predicta, nichil sibi Juris penitus reseruans dedit hereditarie assignando.

(F. XXI. r.) 296. (Georius plebanus de Drazouicz Andree de Koualouicz Curiam in Coualouicz de duobus laneis, cum quatuor laneis censualibus, pratis et vno quartali, alijs pertinencijs, prout ipsemet tenuit, nichil sibi Juris reseruans, vendidit hereditarie possidendam vna cum fratre suo Woyslao.)

297. Odpor. [6]) Jesco dictus Clen, Canonicus Regularis ordinis Premonstratensis notificat, quod supradicta bona empta sunt pro pecunijs filie sororis sue, conthoralis eiusdem Andree.

298. (Mech de Lhothki Elzcze vxori sue super integra villa Cowarzow, exclusis alteradimidia [7]) marcis census annui, et in Hrabj Curia, tribus laneis Septuagintaquinque marcas grossorum et quitquid ibi deficeret, tunc in Lhotha super ipsius porcione debet adimplere, racione veri dotalicij assignauit.)

299. (Jacobus Krbecz de Costelecz Jesconi de Kostelecz ibidem in villa medium laneum cum om-

[1]) *Der im Orig. unmittelbar vorstehende Name „Cunca“ ist durchstrichen.*
[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[3]) *Steht oberhalb der Zeile, und ist von derselben Hand geschrieben.*
[4]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „alijs“ ist durchstrichen.*
[5]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „dant“ ist durchstrichen.*
[6]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[7]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „duabus.“*

1382. nibus suis pertinencijs, prout ipsemet habuit hereditarie vendidit possidendum.)

300. Idem Jesco de Kostelecz Mixiconem natum Vlrici de Hlawnicz recipit in omnium bonorum suorum habitorum et habendorum equalem porcionem, vt sit particeps eorundem.

301. Idem Jesco Elzcze vxori sue in villa Costelecz super toto illo, quod habet ibidem, exclusa Curia, Quadraginta marcas grossorum de consensu eciam Jacubconis de Przestawlc fratris predicte Elzcze nomine veri dotalicij assignauit.

302. Sbynco de Dubczan Anne vxori sue in villa Lascow Septuaginta marcas grossorum, et quitquid ibi defecerit, debet de bonis Dubczan adimplere, racione veri dotalicij assignauit, ad manus Johannis de Schonwald.

303. Wlczco de Dobroczcouicz Domcze vxori sue in villa Oppathouicz super tota porcione illa, quam habet ibidem, et in villa Lutencicz super quatuor laneis, Taberna et vna curticula, Centum marcas racione veri dotalicij assignauit, eo Jure prout ipse tenet.

304. Jan de Strabenicz presbiter Vlrico Kyi de Herolticz supra villa Herolticz Molendinum, et in villa Tabernam, eo Jure quo ipse tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

(F. XXI. v.) 305. Wlczco de Dobroczcouicz Petro de Plumav et suis heredibus Curiam in villa Poczenycz, cum V curticulis, Jurepatronatus medio, pratis et alijs pertinencijs, prout ipse habuit, vendidit hereditarie possidendam, tribus tabernis inclusis et Rubetis.

306. (Onscho de Suabenicz Wlczconem de Dobroczcouicz assumit in participacionem omnium bonorum, que ibidem Onscho habet in Swabenicz.)

307. (Onscho de Suabenicz Johanconem de Dyedcouicz assumit in participacionem bonorum, videlicet super IIII laneis minus quartali, Molendino superiori, maiorem curticulam et super Campetis wlgariter Nywi dictis, VI grossos censuantibus, que omnia in Swabenicz dinoscitur possidere.)

308. Adam de Luczca Pawliconi de Souinecz et eius heredibus Curiam predialem in villa Luczca cum septem quartalibus, VI laneos et vnum quartale, Molendinum cum duabus rotis minoribus, fabrum, pratis fluuijs siluis et cum vniuersis suis pertinencijs, nichil sibi in eisdem Juris reseruans, vendidit hereditarie possidenda, cum Jurepatronatus Ecclesiam ibidem conferendi, quitquid ipsum Adam concernebat.

309. Jacobus de Magno Laznyc Jurziconi et eius heredibus dimidium laneum in eadem villa Laznyc liberum cum omnibus pertinencijs suis, nichil sibi in eodem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

310. (Stephanus de Bieharzouicz Vlrico dicto Schtos de Scale, Sdene matri eius, Ottoni fratri ipsius, et eorum heredibus Curiam predialem cum Rubetis ortis pratis pascuis, Sex sexagenas minus XX grossis annui census, cum omnibus Juribus et pertinencijs suis, nil sibi in eisdem aut suis heredibus reseruans vendidit hereditarie possidendam.) [1] 1382.

(F. XXII. r.) 311. (Luderz de Eywanye Marquardo de Modrzicz in villa Wyscouicz Curiam predialem, alterumdimidium laneum, cum pratis pascuis Rubetis siluis et duabus curticulis et alijs suis pertinencijs vniuersis, nichil sibi aut suis heredibus reseruans, eidem Marquardo cum ipsius heredibus vendidit hereditarie possidendum.)

312. (Sbynco de Wrahouicz Jenczoni de Honbicz et suis heredibus in villa Orzecho Septem cum medio laneos, III Curticulas, vineam dictam Klin, cum omnibus pertinencijs et Juribus suis, sicut in Mathussio de Orzechoue et Arclebo de Hradecz iudicialiter obtinuerat, nichil sibi in eisdem reseruans, vendidit pro Quadragintaseptem marcis grossorum vendidit (sic) hereditarie possidendum.)

Sed Sbinco Czalta reseruauit vineam dictam Klyn ex eo, quod ipse Sbinco non potuit dictam vineam disbrigare.

313. Jenecz de Honbicz Cuncze vxori sue Quinquagintaquinque marcas grossorum in et super supradictis bonis racione veri dotalicij assignauit.

314. (Alsico de Mirskles Agnesce vxori sue in villis Mrskles et Bystricz, quitquid nunc iuste possidet, Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij, a dotalicio in Strzielne et in Bystricz, quod nunc Wenceslaus possidet de Doloplaz, ad presens dotalicium deducens, Jure dotalicio assignauit de consensu Wlczconis de Dobroczcouicz sui cognati.)

315. Alsso de Mrskles Laczconi de Crawar dicto de Helfsteyn mediam villam Strzielne, medium Judicium in secunda parte, mediam collacionem Ecclesie ibidem, mediam partem silue dicte Prawcow, et cum omnibus Juribus videlicet siluis et alijs, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

316. Margaretha Relicta Janconis de Witczicz in et super villa Vitczicz, quitquid habuit ibidem, racione dotalicij pueris suis, quos habuit cum Jancone predicto, et Jacobo dicto Konczec Centum marcas dat et assignat.

(F. XXII. v.) 317. Margaretha de Podole filia Silconis Peskoni de Pamieczicz Marito suo quitquid habuit in Podole de suo Jure libere assignauit.

318. Czrnek de Schelouicz Kaczne [2] de Sternberg et eius heredibus in Schetrap quinque cum medio laneos et Horne ibidem, cum vniuersis suis pertinencijs, prout ipsemet tenuit, Jure dotalicio vendidit possidendos, et vbi reperiretur eidem Czrnkoni intabulatum, debet deleri, et illud dotalicium extendit se ad valorem Sexagintaquinque marcarum. [3]

319. Onscho de Crasna omnes pueros suos habitos et habendos assumit, vt sint illorum bonorum, que pretextu congressionis post obitum Philippi de Czrthorij deuoluta sunt ad eum, participes, in veram coniunccionem.

[1] *Am rechten Rande dieser Einlage steht von anderer Hand: „Extabulacio debet fieri, si eidem Stephano alias esset intabulatum et ullum penitus habere vigorem.“*

[2] *Das im Original nachfolgende „Relicte“ ist durchstrichen.*

[3] *Am rechten Rande steht von einer anderen gleichzeitigen Hand das Wort „Extabulatio.“*

1382. 320. Elzca conthoralis Valentini de Przestawlc notificat super domino Laczcone de Crawar dampna, que eidem recipiendo de rebus ipsius proprijs preter bona Valentini predicti, et si Valentinus decederet, wlt in eo repetere Jure.

321. Odpor.[1]) Vokcco de Crawar supremus Camerarius Olomucensis facit odporam, dicens quod ipse Laczco quitquid recepit, recepit legittimo procuratori suo Valentino predicto et non alteri, Et hanc odporam fecit nomine predicti Laczconis fratris sui.

322. Tas de Prusinowicz cum bonis suis, videlicet in Prusinouicz, Jaroslawicz, Lhotha, Colcow cum Herssone de Rokithnicz, et eius heredibus cum siluis piscinis et dominio pleno et cum vniuersis suis pertinencijs invicem sunt congressi.

323. (Rachna Relicta Janaczonis Kuzel de Olssan Pawliconi et Valentino in villa Olssan Curiam colonariam et ortum, et quitquid ad hec pertinet, dedit vsque ad beneplacitum suum, sic quod predicta Rachna possit suo arbitrio illud recipere, e conuerso eis absentibus vel presentibus.)

(F. XXIII. r.) 324. (Vlricus de Mydlowar cum villa Zakrzowicz Municione ibidem, Swrczow villa, Lhotha, in Laznyc villa, quitquid ibidem habet, cum pleno Jure et dominio, videlicet piscinis Molendinis siluis et vniuersis Curijs et pertinencijs, modicum vel parum, Adam de Rokithnicz et eius heredes assumit in veram vnionem, Et quandocumque ipse Vlricus presentis vnionis extabulacionem voluerit habere, licite id facere potest, ipsius seu eius heredum presencia vel absencia non obstante.)

325. (Pater Judeus Brvnnensis et Merclinus Judeus Dywie de Czekina et Theodrico de Senicz ac eorum heredibus villam Strziezow cum Curia collonaria ibidem, siluis pratis et alijs pertinencijs et limitibus, quos et que Judicialiter obtinuerunt, nichil ipsis Juris reseruantes vendiderunt hereditarie possidendam.)

326. Jesco Kuzel de Zirauicz Jacobo dicto Konczec Mixiconi fratri ipsius de Prus in villa Vitczicz Curiam colonariam, XV laneos, duas tabernas, curticulis pratis pascuis siluis et cum vniuersis pertinencijs suis vendidit eisdem et suis heredibus hereditarie possidenda.

327. Cunscho de Senicz Kaczne vxori sue super Curia in Senicz et eius pertinencijs Quadraginta marcas racione veri dotalicij assignauit. [2])

328. Elzca vxor Wysconis de Wezek Onschoni de Crasna Jus sui dotalicij, quod habuit super Curia in Czelcicz, medio laneo, vna curticula soluente, nichil sibi Juris reseruans, assignauit et heredibus ipsius Onschonis.

329. Pesco dictus Jucha de Drzouicz Sexaginta marcas grossorum Johancze vxori super Curia et quitquid ibidem in Drzowicz habuit, racione veri dotalicij assignauit.

(F. XXIII. v.) 330. Margaretha vxor Mixonis de Zirotin constituta coram beneficiarijs dixit, quod ex quo dotalicium suum, quod haberet ab eodem marito suo, non posset reperirj in Tabulis, quamuis 1382.
sibi esset intabulatum, illo non obstante daret plenam voluntatem ad hoc, quod si vnquam postea inueniretur, deberet extabulari, ad quod faciendum Mech de Lhotha frater eius dedit consensum beniuolum et assensum, et dotalicium tale habuit super Curia in Zirotin et eius pertinencijs nichil sibi Juris reseruans.

331. (Mixo de Zirotin Mikulawsoni de Schonwald Curiam colonariam ibidem cum Molendino, IIII ortulanis, siluis pratis fluminibus et alijs pertinencijs, et quarta parte fluuij dicti Oskawa, nil sibi Juris reseruans, vendidit hereditarie necnon suis heredibus possidendam.)

332. Ludmilla conthoralis Stachonis de Trubec dat liberam et beniuolam potestatem, dotalicium suum, quod habuit a patre suo in Heroltícz, in et super Molendino medio laneo taberna extabulandi et delendi, ad quod Przibyslaus filius ipsius plene consentit.

333. Jesco Hromada de Sussicz Anne vxori sue Trecentas cum quinquaginta marcas in et super villa Radslauicz integra et tota, et quidquid ibi deficeret, tunc super bonis in Sussicz debet impleri, racione veri dotalicij ad manus Pawliconis de Sowinecz patris sui.

(F. XXIV. r.) 334. (Mixico de Cozussan, filius Onssonis Ciuis Olomucensis, Herazmum de Bystricz et eius heredes super bona, que in paruo Penczicz habet, et alias ad bona habita et habenda assumit in legittimam vnionem.)

335. (Jaroslaus de Nedachlebicz Vilhelmo de Zlina alias de Sternberg pueros suos habitos seu habendos committit in veram tuicionem, ad suum siue puerorum suorum beneplacitum et voluntatem dumtaxat et non aliter valituram, sic quod ipse eandem commissionem siue pueri sui possint, ipsius Wilhelmi absencia siue presencia non obstante, reuocare et delere.)

336. Coyanec de Oprostouicz Jutcze vxori sue Quindecim marcas grossorum super Curia in Oprostouicz racione dotalicij assignauit.

337. Hersso de Rokithnicz Wlczconi de Przestawlc et eius heredibus in villa Dobrczicz, quitquid habuit, nichil sibi neque heredibus suis ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

338. (Margaretha nata Onssonis de Hulin super Curia in Honeticz et eius pertinencijs Barthossio de Slezan patruo suo omne Jus, quod habuit super predicta Curia, nichil sibi Juris reseruans, quam Curiam nunc Juthka possidet, dedit hereditarie possidendam, et si alias in libro inuentum fuerit, debet deleri, nec esse alicuius firmitatis.)

339. Vokco de Crawar, supremus Camerarius Olomucensis, Benessio de Stralec, Dirslao filio ipsius, et eorum heredibus mediam villam Lhothcam cum Molendino superiori, pratis fluuijs siluis et alijs pertinencijs, prout ipsemet tenuit, nichil sibi vel heredibus suis in eisdem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht der Name „Janacz Kuzel.“*

1382. (F. XXIV. v.) 340. Sbynca conthoralis Henrici de Newogicz ipsi Henrico et eius heredibus siluam dictam Vezetski eo Jure, quo tenuit, bona deliberacione constituta coram beneficiarijs elegit Wokconem de Crawar supremum Camerarium loco consanguinei sui, qui ad hoc dedit consensum, donauit eidem marito suo hereditarie possidendam.

341. (Vachna conthoralis Pawliconis de Chilecz Pawliconem maritum suum et eius heredes [1]) assumit in veram vnionem super Curia prediali in Chilecz, quam a marito suo Leone habuit, et quintum quartale dat Sbynconi de Cokor hereditarie possidendum, debet autem plenam [2]) potestatem habere, predictam vnionem extabulandi, ipso Pawlicone absente vel presente.)

1383. (F. XXV. r.) 342. Anno domini Millesimo Tricentesimo Octuagesimo tercio in Octaua sanctorum Petri et Pauli apostolorum [3]) presentibus Nobilibus domino Wokcone de Crawar supremo Camerario, Vnca de Magetyn Czudario, Nicolao de Nupak Tabularum notario supremo, de speciali mandato domini Jodoci Marchionis Morauie, qui extra Colloquium dominorum, eodem non celebrante, per Nobilem Stiborium de Czimburg nunccium eiusdem domini Marchionis sequencia fieri ordinauit.

343. Petrus de Sternberg Petrum de Crawar alias de Plumnaw et Marquardum filium Jaroslai de Sternberg suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum ad Czudam Olomuczensem pertinencium, que nunc habet uel habebit in futurum, videlicet Castrorum, Municionum, Ciuitatum, Oppidorum, Villarum, Moncium, siluarum, Rubetorum, et aquarum decursuum et generaliter omnium vtilitatum, quibuscumque nominibus censeantur, cum pleno Jure et dominio, sicut ipsemet tenet et possidet, Et taliter eciam quemadmodum ipse ex bona voluntate eos ad vnionem predictorum bonorum suorum suscepit in eum euentum, vt quandocumque sibi placuerit, bona sua huiusmodi cum omnibus suis pertinencijs, vt prefertur, absentibus vel presentibus predictis Petro et Marquardo valeat extabulare presentem vnionem pro sue libito voluntatis, Reseruans sibi eciam predictus Petrus hanc potestatem, quod in casu, si decederet relictis heredibus legittimis, heredes huiusmodi, cum ad etatem debitam peruenerint, eandem potestatem habere debeant, quam pro se presencialiter reseruauit.

1384. (F. XXV. v.) 344. Anno domini Millesimo Tricentesimo Octuagesimo quarto infra Octauas Epiphanie [4]) Celebratum est Colloquium presentibus Baronibus et Nobilibus infrascriptis, Qui omnes ex nomine consignantur, Vocko de Crawar supremus Camerarius, Vnka de Magetyn 1384. Supremus Czudarius, Nicolaus prothonotarius, Beneficiarij Czude Olomucensis, Petrus de Sternberg, Czenco de Lethouicz, Benessius de Crawar, Sdenco et Jesco fratres de Lucow, Sdenco de Sternberg, Smilo de Zabrzech, Wilhelmus de Swiethlow, Laczco de Crawar, Petrus de Plumaw, Benessius de Buzow, Proczco eiusdem filius, Benessius et Budyssius de Quassicz, Vlricus et Tas de Bozcouicz, Mixo de Potensteyn, Stiborius et Also de Czimburg, Wilhelmus de Cunstat, Vocco de Holnsteyn, Stephanus de Warthnow et alij quam plures testes ad infrascripta fidedigni.

345. Wilhelmus de Swiethlow, Sdenco et Jesco fratres de Lucow alias de Sternberg cum omnibus bonis suis habitis et habendis in futurum congrediuntur insimul et faciunt cum eisdem bonis suis omnibus vnionionem (sic) vnacum heredibus suis.

346. (Petrus de Crawar *ad se et Petrum filium Wencenslai nepotem suum* [5]) Benessium de Crawar dictum de Crumnow et Petrum de Sternberg et ad [6]) filium Wenceslai Petrum, nepotem suum suscipit ad veram vnionem, et congrediuntur ipsi et heredes ipsorum cum omnibus bonis habitis uel habendis insimul tali condicione, si vmquam Petro de Crawar vel nepoti eius predictis aut heredibus ipsorum, dum ad etatem pervenirent, placeret predicta bona extabulare, et venirent ad Tabulas, illis qui congressionis eius sunt participes absentibus vel presentibus eadem bona possint extabulare.)

(F. XXVI. r.) 347. Petrus de Crawar ad se et ad Petrum filium Wenceslai fratris sui, nepotem suum, et ad heredes suos Benessium de Crawar et Petrum de Sternberg ac heredes eorum ad omnium bonorum suorum habitorum seu habendorum in futurum in veram suscipiunt vnionem, tali condicione adiecta, quod si vmquam predictis Petro de Crawar seu eius nepoti placuerit, presentem vnionem extabulari, sint predicti Benessius de Crawar vel Petrus de Sternberg aut eorum heredes presentes seu absentes, plenam habebunt facultatem extabulandi pro libito voluntatis, et eandem facultatem habebunt heredes predictorum Petri de Crawar et Petri nepotis sui per omnia, sicut exprimitur faciendi.

348. Petrus de Crawar Katherine vxori sue super tota villa Aurcicz et eius pertinencijs racione veri dotalicij Sexingentas marcas grossorum assignauit tali condicione adiecta, quod si decedente Petro predicto vxor sua duceret alium maritum, tunc heredes predicti Petri, vel Petrus filiaster eius, vel hij qui ad huiusmodi bona Jus haberent, datis et solutis predicte Katherine Sexingentis marcis, debebunt se de bonis intromittere supradictis, et pre-

[1]) *Die drei Worte „et eius heredes“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[2]) *Die im Orig. nachfolgenden Worte „voluntatem habere vnioni“ sind durchstrichen.*

[3]) *d. i. den 6. Juli.*

[4]) *d. i. zwischen dem 6. und 13. Jänner.*

[5]) *In diesem oberhalb der Zeile stehenden, und von einer späteren Hand geschriebenen Zusatze ist der dem Worte „filium“ nachfolgende Name „Benessij“ durchstrichen.*

[6]) *Die zwei Worte „et ad“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1384. dicta Katherina debebit habere predictam villam cum siluis piscinis et alijs pertinencijs nichil penitus excludendo.

349. (Petrus de Crawar Erardo de Cunstat et suis heredibus Castrum Plumnaw cum Civitate Plumow cum siluis montibus circum et ad Castrum spectantibus, prout in litera confecta de super patet lucidius, excepto luco seu Rubeto Stichouiensi, cum Curia ante Plumaw, et cum Curia ante Ohrosim et Rubeta ad eam pertinente, et cum medio Jurepatronatus ibidem, et cum piscina in area eiusdem Curie facta, villam Sobiesuk cum omnibus suis pertinencijs, et cum Molendino ibidem, villam Zarouicz cum Curia duarum Araturarum, cum communitate, quod obecz dicitur illius silue, quam via transiens a Zarouicz in Drahan diuidit, ad manum sinistram versus Prostyeiouiczek, exceptis duobus curticularijs seu curticulis in eadem villa, quas cum pleno Jure sibi reseruat, heredibus et successoribus suis villam Crasicz cum Molendino cum omni Jure, prout solus tenuit, vendidit villam Prostyeiouiczek cum suis pertinencijs, Opidum Drahan cum omni Jure et cum Jurepatronatus Ecclesie ibidem, prout solus tenuit, Ottonis villam seu Ottenslag cum duobus Molendinis et cum illo Jure, sicut solus tenuit, villam Harmanicz, quitquid habuit ibidem cum silua dicta Bycz, prout solus tenuit, Curiam Marssin de Duabus araturis (F. XXVI. v.) et quidquit pertinet ibidem, villam Bohussij cum omni Jure, sicut solus tenuit, et cum siluis et montibus illis, quas vel quos via intrando siluam statim a villa Zarouicz in Drahan transeundo diuidit ad manum sinistram versus Prostieiouiczek, sed illas silvas seu montes, quas vel quos via predicta diuidit ad manum dextram versus Viczow, quos vel quas pro se heredibus et successoribus suis reseruat, et cum tribus piscinis paruis sub Castro, que quidem bona, Castrum Plumnaw cum ciuitate, et cum omnibus villis superius nominatis, et cum omnibus vtilitatibus ad easdem villas pertinentibus, cum pratis pascuis siluis riuis et cum omni Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi heredibusque suis reseruans, hanc intabulacionem facit ad manus fideles Nobilis Jesconis Puscze de Cunstat.)

350. (Welislaus de Mezyborzy Agnesce vxori sue in et super villa Mislyowicz Centum et quinquagintaquinque marcas grossorum denariorum Pragensium racione veri dotalicij assignauit sic quod eadem Agnesca debet super tota villa huiusmodi suum dotalicium et omnibus eius pertinencijs et Curia collonaria habere.)

351. Petrus de Sternberg Herssoni nato Skrzietkonis de Trpenowicz et suis heredibus super Curia sita in Dubanych, et eius pertinencijs quinquaginta marcas grossorum denariorum Pragensium dat et assignat, presertim super illa Curia, quam nunc predictus Skrzietko tenet et possidet ad hanc donacionem dat eciam consensum suum Petrus de Plumlaw congressor predicti Petri.

352. Hersso de Tirpenouicz Skrzietconem Genitorem suum et fratres ipsius Herssonis super dicta donacione Quinquaginta marcas in veram suscipit vnionem.

(F. XXVII. r.) **353.** (Hersso de Tirpenouicz Dorothee vxori sue in et super Curia in villa Duban sita, Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit, et in Policz villa Centum marcas grossorum, et in villa Clobuc super Curia Colonaria Sexaginta duas marcas similiter veri dotalicij assignauit.) 1384.

354. Sbynca Relicta olim Henzlini de Lessan Jesconi dicto Puska et heredibus suis omne Jus dotalicij sui, quod in villa Viczow, Stinauia et Ptenye, et in omnibus eorum pertinencijs, videlicet piscinis siluis pratis Curijs pomerijs et hominibus censualibus et omnibus Juribus, nichil sibi reseruans, habuit uel habere debuit assignauit.

355. Smilo de Lessan Jesconi Puscze de Cunstat et heredibus suis omne Jus hereditarium, quod habuit in Castro Lessan, Viczow, Stinauia, Ptenye, et omnibus Juribus, nichil sibi penitus reseruans, cum pleno dominio dedit et resignauit.

356. Petrus Hecht de Rossicz Elzcze conthorali Wznate filij eiusdem Pe., in villa Brancouicz Curia Siluis piscina ac cum omnibus suis pertinencijs Quinquaginta marcas grossorum annui census, nomine veri dotalicij, et quitquid in Brancouicz illarum pecuniarum deficeret, hoc in villa Trautmansdorf vbi XVIII habet Laneos deputauit, Ad manus fideles Wilhelmi de Hazenburg genitoris Elzcze et Nicolai de Hazenburg patrui eius.

357. (Bernhardus dictus Hecht de Suczendorf Petrum Hecht et Wznatam filium eius de Rosicz ad villam Drahanouicz suscipit in vnionem, hoc adito quod veniente predicto Bernardo ad Tabulas, absentibus vel presentibus predictis Pe. et Wz. quitquid sibi placuerit, possit presentem vnionem delere, preter omagium domini Marchionis.)

358. (Budyssius de Quassicz Petrum de Crawar et heredes suos ad bona sua habita seu habenda, ipsum Budyssium concernencia, in veram suscipit vnionem, hoc adiecto quod si ipse Budyssius et Benessius frater suus non relictis heredibus decederent, tunc porcio predicti Budyssij debebit super predicto Petro et eius heredibus deuolui, Eciam adicitur, quod quitquid ipsi Budissio placuerit, presentem vnionem extabulare, sit predictus Pe. et eius heredes presentes seu absentes, plenam habebit facultatem.

(F. XXVII. v.) **359.** Hersso de Cracowcz Curiam allodialem in villa Cholina, vicinam Ecclesie, plebano et Ecclesie ibidem de Consensu domini Marchionis perpetue vendidit hereditarie possidendam, cum omnibus Juribus et pertinencijs vniuersis.

360. Jan dictus Habstayn de Honeticz veniens cum Stephano fratre suo consenserunt, quod vnio, quam habuerunt cum Mathia de Ratay debetur deleri, et facta abolicione recepit predictus Mathias bona, que prius predicti Jan et Stephanus tamquam vnitores habuerunt in tabulis, pro se tantummodo et heredibus suis, vt eis potiatur et nullus alter.

361. Jesco dictus Puska de Cunstat Agnescze conthorali Mathie de Ratay super bonis hereditarijs, videlicet quinque laneis in Viczow decem marcas grossorum nomine veri dotalicij ostendit cedendo

1384. predicto Mathie de bonis huiusmodi annui census in summa Centum marcas.

362. (Santha de Ottaslauicz Woitiechoni de Meilicz marito suo super porcione sua, quam habet in Brodek, consencientibus filijs eiusdem Santhe, videlicet Mixicone et Woytiechio, nomine dotalicij Centum marcas grossorum dedit et assignauit, et Herbordus miles de Keczer frater predicte Santhe ad id consensit.)

363. Mathias de Ratay Agnescze vxori sue super bonis suis in Ratay Quindecim marcas grossorum annui census in summa Centum et quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit.

364. (Marssico de Lhota Agnescze vxori sue super omnibus bonis suis ibidem et eius pertinencijs Centum et vigintiquinque marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit.)

365. (Jan dictus Kabecz et Raczco fratres de Nemoticz Woytiechoni et Gyrziconi de Melicz et heredibus ipsorum villam Nemoticz cum Municione ibidem, et cum vniuersis eius pertinencijs, et cum pleno dominio, nichil sibi Juris reseruantes, et cum Jurepatronatus Ecclesie vendiderunt hereditarie possidendam.)

366. (Woytiechius et Girzico fratres de Melicz Smilonem et Raczconem fratres suos de Melicz ad supradicta bona in Nemoticz cum vniuersis et singulis suis pertinencijs in veram suscipiunt vnionem tali condicione adiecta, quod eandem vnionem possunt delere, predictis Smilone et Raczcone presentibus seu absentibus, pro libito voluntatis.)

(F. XXVIII. r.) 367. (Andreas de Scharowecz Mixoni de Malinouicz Curiam [1]) in Orzechowe, VII laneos cum quartali, Tabernam, ortum, cum siluis Juribus et pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendam, Jure domini Marchionis semper saluo.)

368. (Tas de Prusinouicz Janonem et Lytconem fratres de Husczenouicz super omnibus bonis suis in Prusinouicz, Jaroslauicz, Lhotha et Colcow, ac alijs bonis habitis et habendis, in veram suscipit vnionem.)

369. *(Jan de Hustienouicz alias de Morkouicz dimisit Tassonem liberum ab predicta vnione.)*

370. Woyciechiuss de Wazan Jacobo dicto Konczec de Prus Rubos et Rubeta ibidem in Vazan, quos pro Rubetis in Prus permutauerat cum eodem, vendidit cum vno Rubeto adiacente Nargule seu Nywe plebani in Prus, hereditarie possidendum.

371. Jacobus dictus Konczec de Prus Mixiconi de Vitczicz fratri suo omne Jus suum, quod a Margaretha Janconis conthorali, fratris eiusdem Jacobi, ibidem in Vitczicz habuit, racione vere donacionis tradidit hereditarie possidendum.

372. Jacobus et Mixico fratres de Prus et Vitczicz cum omnibus bonis suis habitis et habendis inuicem sunt congressi, Johannem de Vitczicz Janconis filium ad predictum congressum suum in veram suscipiunt vnionem hoc expresso, quod quandocumque predictis fratribus seu eorum alteri predicta vnio siue eciam congressus displicuerit, non obstante absencia alterius potest licite aboleri. 1384.

373. Barsso de Prerouia Michconi et Paulo fratribus de Czech et eorum heredibus Curiam foris Ciuitatem Prerouiensem sitam ex altera parte Beczwe, duo prata pleno Jure et dominio reseruans sibi medium pontem cum theloneo, vendidit hereditarie possidenda.

374. Michco de Czech Jane vxori sue super Curia foris Ciuitatem Prerouiensem sita ex altera parte Beczwe Triginta marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit.

(F. XXVIII. v.) 375. Sobien de Cokor Margarethe vxori Domanconis filij sui in sua hereditate ibidem duas marcas grossorum cum dimidia in Summa vigintiquinque marcas racione veri dotalicij assignauit.

376. Mraxo de Cokor plebanus Bohussium fratrem suum et eius heredes super bonis habitis et habendis in veram suscipit vnionem.

377. Henricus de Vnyeticz Bernardo fratri suo et eius heredibus duas Curias Colonarias, cum omnibus earum pertinencijs, ac pleno dominio in dicta villa Vnyeticz, ac omnem porcionem, quam a patre suo habere dinoscitur, racione vere donacionis dedit hereditarie possidendas.

378. (Dorothea Relicta Stachonis de Buchlouicz Mirconi de Smrczan et suis heredibus totum Jus, quod habet in villa Orzechowe, sita prope Bizencz, dat hereditarie possidendum.)

379. *Odpor.* [2]) *Jarohnyew de Buchlouicz contradicit asserens, quod in Ozzechow, Buchlouicz et in Chilecz sunt ipsius hereditates.*

380. (Lytoldus de Zeleuicz Anne conthorali Friczonis de Zeleuicz super quinque laneis, duabus curticulis in villa Laznyc Quadraginta octo marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit, Et id Nicolaus de Mienin suscipit nomine predicte Anne.)

381. Jodocus Marchio Morauie Franconi de Pornicz [3]) in Poczenicz Tabernam, laneum et Rubum, que per mortem Pothe de Holenstein ad ipsum dominum Marchionem sunt deuoluta, eidem Franconi et suis heredibus dedit hereditarie possidenda. Nunccius ad Tabulas Wocko Camerarius supremus.

(F. XXIX. r.) 382. Dorothea Relicta Stachonis de Buchlouicz Mirconi de Smrczan totum Jus in villa Chilecz, quod habere dinoscitur, vendidit hereditarie possidendum.

383. (Mirco de Smrczan Heduicze vxori sue in villa Chilecz super porcione, quam habet ibidem, Centum et Quinquaginta marcas grossorum, nomine veri dotalicij assignauit, signanter super illa porcione, quam a Dorothea socro sua comparauit.)

384. (Dorothea Relicta Mikulonis de Petrouicz Vitconi Marito suo, quem nunc habet, Sexaginta marcas grossorum, quas eadem Dorothea se dicit habere in Tabulis, nomine dotalicij assignauit, hoc

[1]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „ibidem“ ist durchstrichen.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben fremden Hand.*

[3]) *Die im Orig. nachstehenden Worte „in Hurticz, Vherticz duos laneos“ sind durchstrichen.*

1384. adiecto, quod si predictus Vitco prius decederet, quam ipsa tunc dotalicium debebit deuolui e conuerso ad eandem.)

385. Odpor. [1]) Hirdco de Petrouicz contradicit intabulacioni supradicte dicens, quod tres lanei in villa Schusowcze ipsius esse legittimi et hereditarij dinoscuntur, offerens se id secundum dictamen Baronum Morauie probaturum.

386. Agnesca, vxor Mixiconis de Milczan, Kaczne Relicte [2]) Kanynonis et eius heredibus totum Jus, quod habet in villa Schetrapi donacione libera assignauit.

387. (Nicolaus dictus Morawa de Birnyczco cum filijs Gimrami de Ottaslauicz, videlicet Woyciechio, Nicolao et Czenconi fratribus, cum Castris Ottaslauicz et Birnyeczco, et cum omnibus bonis ad ipsa Castra pertinentibus, habitis vel in futurum habendis congrediuntur, in casu vero vbi ipsa congressio alicui displiceret ex eis, extunc sine omni contradiccione disgrediantur, eciam ex eis vnus alterius absenciam non allegando, sed vnusquisque ex eis plenam habeat potestatem.)

(F. XXIX. v.) 388. (Dorothea Relicta Stachonis de Bucholowicz Mirkonem de Zmirczan ad bona sua in Buchlowicz et alibi vbi habet suscipit in equalem vnionem, sic quod quandocunque placuerit predicte Dorothee, possit absente predicto Myrkone uel presente hanc vnionem facere aboleri, et ad istam vnionem eciam est recepta vxor Mirconis predicti.)

389. *Odpor.* [3]) *Jarohnyew de Buchlouicz contradicit asserens omnia suprascripta sua hereditaria esse.*

390. Budko de Boroczyn Dorothee Conthorali sue super bonis suis in Wrubanyn Centum marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit. [4])

391. Witko de Lhotta Eue Conthorali sue super bonis sue porcionis, videlicet in Lhotta in Konarzow [5]) et in Strzemyn et eius pertinencijs Centum et vigintiquinque marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit.

392. Gůrsiko de Chomutowicz Troyano de Tyessan medium laneum in villa Chomutowicz vendidit hereditarie possidendum.

393. Onsscho de Wyeczemericz Janconem dictum Warmosche de Czyetowicz in bonorum suorum omnium equalem suscipit vnionem, sic quod possit pro suo beneplacito cum voluerit absente Jancone uel presente hanc vnionem facere aboleri.

394. Vlricus de Chumotowicz Chuniconi de Suchohůrdl Curiam in Chomutowicz Colonariam cum suis pertinencijs vendidit Jure hereditario possidendam.

395. (Bernhardus Hecht de Schůczendorff Sdisslaum de Lhotta, Mechonem et Witkonem fratres de Lhotta, in veram bonorum suorum, videlicet totam villam Cholinam, partem in Hradeczna, partem in Vgyesd prope Můglicz, et totam villam Slaweczyn, cum omnibus eorum pertinencijs suscipit coniunccionem, sic quod possit pro suo beneplacito cum voluerit apertis tabulis predictis Sdisslao Mechone et Witkone absentibus vel presentibus facere hanc coniunccionem aboleri.) 1384.

(F. XXX. r.) 396. Bernhardus dictus Hecht de Schuczendorff Janonem, Bohusschium et Adam fratres de Schonwald, in veram bonorum, videlicet totam villam Suckulom, totam villam Lazz, partem quam habet in Tribencz, partem quam habet in Plnkuth, in Rochla, in Swynow, in Duwiczco, in Trziesczyna, in Sluhonowi, in Lazzcowi et in Holezzne, cum omnibus eorundem bonorum pertinencijs suscipit coniunccionem, sic quod pro suo beneplacito, cum voluerit apertis tabulis predictis Janone Bohusschio et Ade absentibus uel presentibus facere hanc coniunccionem aboleri, eciam super media villa Bohuzslawicz, sicut superius exprimitur, recipit coniunccionem.

397. (Offtka Relicta Byczconis in veram omnium bonorum suorum omnes pueros suos, quos habet et precipue super hijs octuaginta marcas grossorum, quas nomine dotalicij habet in Wessele, suscipit coniunccionem.) [6])

398. Onschico de Chwalcowicz legittimus commissarius orphanorum olim Daliworij de Trawnyck Budisschio de Quassicz et suis heredibus bona Trawnyck, propugnaculum et villam ibidem, cum siluis fluminibus pratis pascuis et omnibus alijs pertinencijs, prout predictus Onschico et Daliborius possiderunt, vendidit Jure hereditario possidendum.

399. Odpor. [7]) Henslic de Kowalowicz veniens ex parte orphanorum Daliborij de Trawnik contradixit allegans, ipsos orphanos non habere etatem, quodque bona in Trawnick non sint vendita propter debita orphanorum.

400. (Adam de Zeloczicz Janoni dicto Skrzieteck de Tůrpenowicz Curiam in Clobuky cum ortis virgultis et alijs eius pertinencijs eidem Skrzietkoni et suis heredibus vendidit hereditarie possidendam.)

401. (Budczlaus de Rosczeny Petro de Sternberg in villa Rosczeny Curiam de duabus araturis, tres curticulas, prata siluas cum omnibus alijs pertinencijs, nichil sibi reseruans Juris, vendidit hereditarie possidenda.)

(F. XXX. v.) 402. Domanko de Tworowicz Petro de Sternberg in villa Tworowicz tria quartalia et duos agros, qui wlgariter vgisdi nunccupantur, eidem Petro et suis heredibus vendidit Jure hereditario possidenda.

403. Agnesca de Zdyeczin Andream Chrust ma-

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Das im Orig. vorstehende „conthorali“ ist durchstrichen.*

[3]) *Steht am rechten Rande und ist so wie die ganze Einlage von einer anderen Hand geschrieben.*

[4]) *Unmittelbar vor dieser Einlage steht der unrichtig gefasste Anfang derselben in folgender Art: „Dorothea Conthoralis Budkonis de Boroczin,“ ist aber stark mit Tinte verschmiert.*

[5]) *Diese zwei Worte sind durchstrichen, und unmittelbar unter der Einlage steht von einer anderen gleichzeitigen Hand die Note: „Nota, ista cancellacio alteri scripto non debet nocere, quia transductum est alias in sequentibus.“*

[6]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von einer anderen gleichzeitigen Hand die auch schon gelöschte Note: „Nota, quod Anna filia Offcze omni Juri sibi in bonis istis et pecunijs conpetenti renuncciauit, et illud resignauit Elscze sorori sue germane de Wessele et vendidit.“*

[7]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1384. ritum suum in veram Curie sue ibidem in Zdyeczin, et omnium bonorum suorum, que habet, suscipit coniunccionem, et Jacobus frater Agnesce recognouit, esse hoc eius Agnesce melius et vtilius.

404. (Theodricus de Pruszenowicz Byecze vxori sue super omnibus bonis suis, que habet in Pruszenowicz, sexaginta tres sexagenas grossorum, propter et nomine dotalicij assignauit.

405. (Bartosschius de Zlesan Jarkoni de Popowicz et Nedwyedoni fratribus de Popowicz in villa Poczyenicz vnum laneum eo Jure, sicutmet tenuit, eisdem Jarkoni et Nedwyedoni et eorum heredibus vendidit hereditarie possidendum.)

406. (Lowko de Schischma cum Curia sua ibidem, et Chunscho de Senycze cum Curia sua ibidem, et Jurepatronatus Ecclesie congrediuntur insimul cum suis heredibus vtrobique.)

407. Jan de Wůlczichdoluw Swinconi de Drzienowe Curiam duorum laneorum, et medium laneum censualem cum pascuis siluis pratis et alijs pertinencijs, prout ipsemet tenuit, eidem Sbinconi et suis heredibus vendidit hereditarie possidendam.

408. (Sbinco de Drzienowe Bohusconem de Zasowicz facit in euentum mortis sue puerorum suorum commissarium et tutorem, Ita quod dum sibi placuerit possit absente uel presente predicto Bohusschio hanc tuicionem apertis tabulis reuocari et facere aboleri.)

(F. XXXI. r.) 409. (Theodricus de Zeyniecze Jarkoni de Hluchow villam Polom cum siluis pratis piscinis et alijs suis omnibus pertinencijs, sicut ipsemet eandem tenuit, cum pleno dominio nichil sibi Juris penitus reseruans, eidem Jarconi et suis heredibus vendidit Jure hereditario possidendam.)

410. (Stephanus de Holenstein alias de Wartnaw Anne nunc Conthorali Henrici de Jewspicz in villa Gluczyn quinque marcas grossorum census annui nomine veri dotalicij dat et assignat, hoc adiecto, quod si in eadem villa predicte quinque marce census deficerent, hoc predictus Stephanus in villa Brzycze debet defectum huiusmodi adimplere.)

411. (Anna nunc Conthoralis Henrici de Jewspicz eundem Henricum maritum suum in veram tocius dotalicij sui, quod habet in villa Konicz suscipit coniunccionem hoc adiciens, quod si ipsam Annam prius quam maritum suum mori contingeт, tunc totum illud suum dotalicium deuolui debebit ad Henricum et heredes suos, In euentum autem, vbi Henricus prius quam vxor sua moreretur, tunc simpliciter sine impedimento heredum, si quos ipse Henricus relinqueret, deuolui debebit ad predictam Annam suum dotalicium e conuerso, Ita quod heredibus Henrici nullum debeat Jus competere in eodem dotalicio, neque quitquam habere super eodem, Nunccij huius cause sunt Cztiborius de Cymburg et Sulico de Konicz.) [1]

412. Vlricus Hecht de Rossicz Andree de Bludaw alias de Nechwalin totum quod habuit in villa dicta Mayerhoff, nichil sibi ibidem reseruans, ipsi Andree et suis heredibus vendidit hereditarie possidendam et (si predicto Vlrico ista, que nunc fit vendicio, cum iam intabulacio bonorum predictorum invenirj non potuit contra) cum nunc intabulacio facta predicto Vlrico de talibus bonis inueniri nequeat, ob hoc si talis postea reperiretur, intitulacio illa nullum debebit effectum seu efficaciam obtinere. 1384.

413. Odpor. [2]) Adliczka Priorissa ad sanctam Katharinam in Olomuncz cum Eua et Ludmilla sororibus suis contradicunt intabulacionem per Annam vxorem Henrici de Jewspicz superius prope factam, allegantes quia antequam Anna eadem suum in bonis Konicz habuit dotalicium, ipsi (sic) moniales habuerunt super eisdem bonis quinquagintaquinque marcas grossorum, quod possunt demonstrare sufficienti testimonio literarum.

(F. XXXI. v.) 414. (Andreas de Bludaw Jesconem dictum Puska et Pawliconem de Ewlemburg in euentum mortis sue facit heredum suorum, quos relinqueret, legittimos commissarios et tutores hoc adiciens eciam, quod quandocunque sibi Andree placuerit, et eciam heredibus suis, dum ad etatem pervenirent, possint hanc tuicionem presentibus vel absentibus predictis Jescone et Pawlicone apertis tabulis facere aboleri.)

415. (Petrus de Costelecz et Hrziwin de Scherdicz cum omnibus bonis suis, que habent vel habebunt in futurum, inuicem sunt congressi cum heredibus suis, Nunccius istius rei Jesco de Luckaw, qui dixit, Petro Predicto Marchionem annos dedisse etatis.)

416. Sbinco de Brahowicz et Budysch de Seluticz et heredes ipsorum cum omnibus bonis suis habent uel habebunt (sic.)

417. Alzo de Bistrzicz Wenceslao de Doloplaz et suis heredibus totum, quod habuit in Bistricz cum siluis pratis fluminibus, cum quarta parte Jurepatronatus Ecclesie ibidem, et cum omnibus alijs pertinencijs, nichil sibi penitus reseruans, vendidit Jure hereditario possidendum.

418. Alzo de Bistrzicz Anne sorori Wenceslai de Doloplaz Curiam in villa Mrsklessich sitam, cum fortalicio ibidem, cum duobus et dimidio laneis, fluminibus pascuis pratis siluis piscinis et omnibus alijs pertinencijs, prout ipsemet possedit et tenuit, nichil sibi penitus Juris reseruans, vendidit Jure hereditario possidendam.

419. Wenceslaus de Doloplaz Anne sorori sue in villa Mrsklessich quatuor laneos et duas curticulas cum siluis communibus, fluminibus et alijs pertinencijs, prout ipsemet tenuit, donacionis causa beniuole et liberaliter condescendit iure hereditario possidendos.

(F. XXXII. r.) 420. (Anna predicta Russonem de Doloplaz fratrem suum in veram bonorum, que habet in villa Mrsklessich suscipit coniunccionem hoc adiciens, ut quandocumque vellit possit eandem

[1]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von anderer Hand: „Ista extabulacio facta est ex consensu Suliconis de Konicz et Micsonis dicti Rulant sui auunculi, qui dixerunt fore bonum ipsius.“*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1384. coniunccionem absente Russone uel presente apertis tabulis facere aboleri.)

421. Anna eadem de Doloplaz Alzoni de Bistrzicz hereditatem, quam habuit in Chwalkowicz, videlicet Curiam, vnum laneum cum dimidio, cum pratis et alijs pertinencijs, prout ipsamet tenuit, modo commutacionis dans pro hereditate, quam habuit prefatus Alzo habuit (sic) in villis Bistrzicz et Mrsklessich eidem Alzoni et suis heredibus hereditarie possidendam.

422. (Alzo de Bistrzicz Agnescam vxorem suam de Bonis Bistrzicz et Mrskless, vbi suum habuit dotalicium, super Curia in Chwalcowicz et omnibus alijs eius pertinencijs reducens ostendit et assignat in talibus bonis nomine veri dotalicij Sexagintaquinque marcas grossorum, ad quam causam veniens Herscho de Swawenicz consenciendo dixit, quod reduccio sic facta, cum esset frater predicte Agnesce, eius foret vtilitas atque bonum.)

423. (Erhardus dictus Drahothusch Janconi de Babbicz matri sue Agnescze et suis heredibus totum Jus dotalicij, quod habuit in Trubkach et in Sdislawicz, cum Curijs siluis pratis et alijs pertinencijs, prout ipsemet habuit, nichil sibi Juris reseruans, pro ducentis et quinquaginta marcis grossorum vendidit.)

424. Janco de Babbicz et eius heredes necnon Agnesca mater eius Janconis Petrziconem de Lichtenaw in veram bonorum Trubky et Sdislawicz suscipiunt coniunccionem tamdiu, quousque eis hoc placuerit, Ita quod absente uel presente predicto Petrzicone possint hanc coniunccionem apertis tabulis facere aboleri, heredes eciam Petrziconis predicti debent taliter, sicut predicitur, potiri coniunccione.

425. Onscho de Crasna Schysne vxori sue super Curia colonaria in Pawlowicz et eius pertinencijs sexaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit, sic quod solum ad dotalicium debet ipsa Schisna Jus habere, et non ad dominium hereditatis.

426. Laczko de Crawar Radczlao de Neczicz et eius heredibus villam Morzicz cum municione ibidem, Curia flumine Molendino pratis pascuis siluis nemoribus piscina, ac omnibus et singulis pertinencijs dominio et Jurepatronatus Ecclesie, prout Benesschius de Crawar tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit Jure hereditario possidendam, eciam obstaculum spectans ad molendinum venditum est, sicut predictus Benesschius habuit.

(F. XXXII. v.) 427. Prociwecz de Czekyne Dywe de Czekyne totum, quod porcionis habuit in fortalicio ibidem, cum curia, terciam partem ville, pratis siluis et cum pleno dominio, prout ipsemet habuit, nichil sibi penitus reseruans, ipsi Dywe et suis heredibus vendidit Jure hereditario possidendum.

428. Stanka relicta Czenconis de Wyeczemericz ad hoc, quod Czenco filius eius vxori sue Margarethe super dotalicio, quod predicta Stanka habet super Curia in Wieczemericz et eius pertinentijs, octoaginta sexagenas grossorum possit assignare nomine veri dotalicij consensit, et dedit liberam voluntatem. 1384.

429. (Benesschius de Postupeck Suboni de Sczitowicz in villa Zdieczin duos (sic) curticulas [1]) vendidit hereditarie possidendum.)

430. Sdenco et Jesco fratres de Luckaw venientes dimiserunt et consenserunt in hoc, quod congressio facta quondam cum Benesschio et Budisschio fratribus de Quassicz nullum deberet amplius habere vigorem, et extabulari si vnquam in libris reperiretur, hoc simili modo faciunt predicti de Quassicz.

431. (Jesco Hromada de Schusschicz Muckarzoni de Kockor et suis heredibus villam Pawlowicz cum colonaria ibidem, siluis vno prato et duabus piscinis, cum Jurepatronatus ecclesie, cum pleno dominio et cum alijs pertinencijs, nichil sibi proprietatis reseruans, vendidit iure hereditario possidendam, Eciam vendidit eidem Muckarsoni villam Prozinky [2]) cum omni Jure excepta curia olim Barthononis, et excepta siluula, Item in Tuczyn vnam tabernam medium laneum et villam dictam Lhotta desertam.)

432. (Benesschius de Busaw et Proczko eius filius Castrum Busaw cum opido Lozczicz, cum villis omnibus ad ipsum Castrum spectantibus, cum siluis pratis pascuis piscinis molendinis venacionibus et cum omnibus alijs pertinencijs, quibuscumque possint specialibus vocabulis designari, signanter cum pleno dominio, sicut nos ipsi tenuimus et possedimus bona huiusmodi, nichil nobis heredibus vel successoribus nostris reseruantes per omnia ac si singula de uerbo ad uerbum hic essent expressa, Serenissimo Principi domino Jodoco heredibus et successoribus suis Marchionibus Morauie vendiderunt Jure hereditario possidenda.)

433. Marchio Jodocus Morauie Beneschio de Busaw, Proczkoni de Busaw filio suo, et eorum heredibus dans hereditatem pro hereditate, bona Bohuslawicz cum fortalicio siue municione ibidem, cum opido Bohuslawicz cum siluis pratis pascuis piscinis cum pleno dominio, prout eadem bona ipse Marchio habuit, nichil sibi heredibus seu successoribus suis penitus reseruans, intabulari disposuit per dictos Benesschium et Proczkonem necnon heredes ipsorum prefata bona Bohuslawicz Jure hereditario possidenda, Extabulacio fieri debet, si in tabulis predicta Bona Bohuslawicz fuerint inuenta.

(F. XXXIII. r.) 434. Proczko de Busaw Elscze vxori sue in bonis Bohuslawicz super Curia ibidem et super melioribus et cercioribus censibus, emolumentis et vtilitatibus, quinquaginta marcas grossorum Census annui in summa Quingentarum marcarum nomine veri dotalicij assignauit, et quitquid deficeret in predictis, hoc predicta Elska debebit habere super siluis pro sui dotalicij complemento, Istud dotalicium assumpsit Vlricus de Bozkowicz, ad istud dotalicium consensit Benesschius [3]) de Busaw eciam quid vltra dotalicium predictum maneret residui, hoc reseruat predictus Proczko pro se et heredibus suis.

[1]) *Das im Orig. vorstehende Wort „laneos“ ist durchstrichen.*

[2]) *Die im Orig. nachfolgenden Worte „et villam Tuczyn“ sind durchstrichen.*

[3]) *Das im Orig. vorstehende „predictus“ ist durchstrichen.*

1384. 435. Witko de Dobrczicz Magdalene vxori sue super Curia et duabus curticulis in Dobrczicz et eius pertinencijs quinquaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit.

436. Vnka de Maygecin Gerdrute vxori Wicknany filij Vnkonis super molendino in Tyrschicz super piscina ibidem et super duabus porcionibus ville Biela dicta, pratis et alijs eius pertinencijs exclusis bonis feudalibus Centum et viginti marcas grossorum ad manus fideles Wockonis de Crawar [1]) nomine veri dotalicij assignauit hoc adiecto, quod si ipse Vnka in alijs bonis preterea posset ostendere dotalicium hoc, tunc ipsa Gerdruda debebit istud intabulatum sibi dotalicium abolere et in summa predictarum Centum et viginti marcarum debebunt ostendi duodecim marce census annui predicte Gerdrude.

437. (Marscho de Passchowicz bona eadem Passchowicz Stachoni de Vgysd pro eisdem bonis Vgisd et Sakrze dans modo commutacionis hereditatem pro hereditate, cum siluis et omnibus pertinencijs predictorum bonorum, iure hereditario per se et heredes suos sicut fecerunt cambium possidendum cum iurepatronatus Ecclesie.)

438. Marscho de Passchowicz Stachoni de Vgisd villam Passchowicz cum omnibus suis pertinencijs, excluso vno laneo dato Ecclesie, dans hereditatem pro hereditate intabulauit iure hereditario possidendam.

439. (Stacho de Vgisd Bone vxori sue super tota villa Passchowicz et eius pertinencijs sexaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit, extabulacio huius dotalicij, si in tabulis alibi inueniretur, cum iam non potuit inueniri fieri debebit.)

440. Pesco dictus Puclicze de Cetkowicz Barthusschoni de Zlesan et suis heredibus Curiam colonariam, terciamdimidiam marcam grossorum et nouem grossos Annui census, cum omnibus pertinencijs, prout ipse habuit, vendidit iure hereditario possidendam, Curia vero vendita sita est in Zlezan. Nunccius istius rei Cztiborius de Cymburg.

(F. XXXIII. v.) 441. Seydlinus presbiter de Wzduneck Johanni de Rosczyn et suis heredibus in villa Rosczyn terciumdimidium laneum, tabernam, vnum pratum et alias pertinencias, sicut pater dicti presbiteri tenuit, vendidit iure hereditario possidendum. [2])

442. (Theodricus de Nyetkowicz Andree de Turowicz in villa Swabiech quatuor laneos, molendinum et medium quartale sibi Andree et suis heredibus vendidit iure hereditario possidendos.)

443. Wisko de Senicze Kaczne vxori sue super toto, quod habet in Senicze maiori et Rackusca, centum marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit.

444. (Katherina relicta Przibiconis de Nyetkowicz Martino dicto Nozseck de Naczeczicz et suis heredibus dotalicium suum, quod habuit in Nietkowicz pro centum et quadraginta marcis grossorum vendidit.)

445. (Martinus Nozzeck de Naczeczicz Dorothee vxori sue super illo iure dotalicij, quod emit a Katherina in Nietkowicz quinque marcas census annui in summa quinquaginta marcarum nomine veri dotalicij assignauit.) 1384.

446. Bernhardus de Vnyeczicz Hrzibinum de Roschczieteck in veram bonorum, que habet in Vnyeczicz uel habebit in futurum, suscipit coniuncionem, talis coniunccio debet heredes tam Bernhardi quam Hrzibini ligare, et quando placet eis vel vni ex eis, tunc potest quisque eorum altero absente uel presente, apertis tabulis hanc coniunccionem facere aboleri.

447. Mladotha de Czyeschan Wiskoni de Zenicze in villa Rakuskach vnum laneum cum pratis siluis et alijs pertinencijs suis intabulat, extabulacio fieri debet vbi Mladota habebit.

448. Wenceslaus de Czelczicz Alene vxori sue super omnibus bonis, que habet cum fratre suo in Czelczicz, quinquaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit.

449. Onscho de Chomutowicz Andree et Domankoni fratribus ius, si quod eidem Onschoni competeret seu posset competere, resignauit in bonis Chomutowicz.

450. Philippus de Biczemericz Mixikoni de Malenowicz villam Komarow cum siluis pratis pascuis et alijs omnibus pertinencijs, nichil sibi penitus iuris reseruans, Mixikoni et suis heredibus vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXXIV. r.) 451. (Dorothea relicta Pesconis de Domamůslicz Margaretham filiam et Elzcam sororem suam in veram dotalicij sui, quod habet in Domamuslicz, suscipit coniunccionem, sic quod quando ei placuerit, hanc coniunccionem possit apertis tabulis absentibus uel presentibus Margarethe et Elsce facere aboleri.)

452. Wischco dictus Ganser et Doman de Saworicz, sicut prius congressi sunt inuicem, ita iam disgrediuntur, extabulacio huius fieri debet vbi reperiretur.

453. Wiczen de Przibe Przibe vxori sue super Curia sita in Zenicze, que vocatur curia Drslai, super duabus curticulis et omnibus pertinencijs predicte Curie septuaginta marcas nomine veri dotalicij assignauit.

454. (Wenceslaus de Hlussowicz et Elzca soror eius Curiam collonariam in villa Hlussowicz, et quinque curticulas Mixiconi de Chudowin et suis heredibus cum omnibus suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendas, nichil sibi in eisdem reseruantes, et congressio Wenczlai et Elzce sororis sue debet deleri.)

455. Budko de Boroczyn Marquardo et fratribus suis Curiam in Brucze maiori duos laneos et quartale cum siluis et alijs pertinencijs piscinis, prout idem Budco tenuit, vendidit iure hereditario possidendos, predictus Marquardus de Ohnisczan.

456. (Domanko de Zaboricz Wisconi fratri suo et

[1]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „nobile“ ist durchstrichen.*

[2]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand: „Nota, extabulacio fieri debet, vbi Seydlinus uel pater suus haberet.“*

1384. eius heredibus in villa Zaboricz sex marcas grossorum annui census vendidit hereditarie possidendas.)

457. Odpor. [1]) Mukarz de Cokor et Katherina conthoralis Janaczonis dicti Kuzel de Oseczan contradicit contra omnes, qui eiusdem Katherine vellent bona ipsius in Osseczan hereditarie intabulare.

458. Odpor. [2]) Jesco Nosidla contradicit hoc, quod Onsso Andree et Domanconi intabulauit dicens dicens (sic) predicta bona esse ad dominum Marchionem deuoluta.

459. Sbinco de Lucky Janoni dē Chudowina et suis heredibus in villa Lucky quatuor laneos vendidit hereditarie possidendos eo iure sicut solus tenuit.

(F. XXXIV. v.) 460. Henricus et Procziewecz fratres de Sastrzihel Anne matri ipsorum in villa Morawany super curia ibidem et villa cum omnibus suis pertinencijs quadragintaquatuor marcas grossorum super illa porcione signanter, quam nunc Anna tenet in Morawan, nomine veri dotalicij assignarunt.

461. Anna relicta Smilonis pueros suos in veram dotalicij sui suscipit coniunccionem, ita quod ipsi pueri nichil sine voluntate matris sue possint expendere vel sine voluntate Sbinconis generi mei.

462. (Pawlico de Ewlemburg Kaczne contorali sue in Lissicziech, Lhotta et Nempcziczky, ubi prius fratres eius Kaczne Pawliconi dotalicium demonstrauerunt, centum et quinquaginta marcas grossorum et in uilla Passeca dicta decem marcas grossorum census annui in obligacione centum marcarum nomine veri dotalicij assignauit.) [3])

463. (Pawlico de Ewlemburg Stephanum de Holenstein dictum de Wartnaw, Wockonem de Crawar, Jesconem Puscam de Cunstat, facit puerorum et heredum suorum in casu mortis sue fideles et commissarios, sic quod Pawlico et heredes sui, dum venirent ad etatem, possint quando voluerint pro suo libito absentibus uel presentibus commissarijs apertis tabulis facere aboleri.)

464. Woyslawa relicta quondam Jesschiconis de Czelechowicz Henrico et Swinkoni de Krumsyn fratribus suis carnalibus et Margarethe matri sue et Johanni filio suo dotalicium, quod in Czeschowicz a marito suo habet, vera donacione tribuit et largitur.

465. Henricus et Sbinco de Crumsyn, Margaretha de Crumsyn omnes indiuisi Woyslawam et Johannem filium eius recipiunt in omnium bonorum suorum habitorum et habendorum veram coniunccionem, quod spoleck dicitur.

466. (Jesco dictus Kuzel Dorothee vxori sue in villa Klobuky super eo, quod ibi habet, quatuor marcas census annui nomine veri dotalicij assignauit.)

467. Adam de Luczka Annam conthoralem suam reducendo de dotalicio, quod habuit in Luczka, in villa Ruda Curia ibidem collonaria, et omnibus pertinencijs, et in villa Markow, quitquid in eadem habet, centum marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit, presente Nicolao dicto Morawa de Ottoslawicz fratre ipsius Anne, qui consensit in hoc et retulit eius esse bonum. 1384.

468. Dgywa de Czeckyne Wicknano et Vnkoni patri suo de Maygetin super vno laneo et quartali in villa Tupczi duas marcas grossorum dedit vera donacione hereditarie possidendas, quod iure obtinuit super Petrzikone.

(F. XXXV. r.) 469. Petrus de Schiranowicz Cyrhoni de Kockor in uilla Buku duas araturas cum laneis siluis pratis et alijs pertinencijs, prout ipse Petrusmet possedit, nichil sibi reseruans, cum tabernis vendidit iure hereditario possidendas, eciam tabernam in uilla Radwanicz. [4])

470. Philippus de Wieczolomicz vendidit villam Komarow, sed villam Tyrnawam pro se reseruauit. [5])

471. Jacubku de Doberczicz Wickoni de Doberczicz fratri suo in villa Doberczicz duos laneos, vnam curticulam vendidit hereditarie possidendum.

472. Jesco dictus Dupnyk de Nyetcouicz Martino de Natiesicz omne Jus suum, quod in Orphanis Przibiconis obtinuit, cum Curia allodiali, ac vniuersis suis pertinencijs predicto Martino et suis heredibus vendidit hereditarie possidendum in Nyetcouicz.

473. Martinus de Natiesicz Jesconem de Natiesicz fratrem suum super omnia bona sua habita vel habenda in veram suscipit vnionem tamdiu, prout sibi placet.

474. Janek de Laznyk Anne vxori sue in villa Laznyk super Curia et siluis ac alijs pertinencijs vniuersis vigintiquinque marcas grossorum veri dotalicij assignauit, eciam super rebus mobilibus.

475. Dorothea de Gezow *Woyciechij* [6]) pueris suis de suo proprio dotalicio Quinquaginta marcas grossorum dat et assignat. Nunccius Jesco de Lucow Camerarius Brvnnensis et ad id Georius maritus eius et Arnust frater asensit.

476. (Anna conthoralis Jurziconis de Hrussicz dotalicium, a Dluhomilo olim marito suo habitum, videlicet in villa Tupecz in media Curia, et in media parte ortorum viginti et duas cum media marca grossorum resignauit Maczconi [7]) et Nicolao fratribus de Morauiczan vendidit eo Jure quo tenuit.)

(F. XXXV. v.) 477. Cunscho de Schetrap Kaczne Relicte Konyonis de Vngaria et suis pueris et Jesconi de Lucow Curiam liberam in Schetrap cum pleno dominio et cum omnibus Juribus, sicut solus possedit, nichil sibi Juris reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

Nota. extabulacio debet fieri, vbi eidem Cunschoni esset intabulatum. [8])

478. (Michalco de Cozussan Wenceslao Greli-

1. 2) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

3) *Am linken Rande steht von einer anderen gleichzeitigen Hand die Note: „Proczco de Cunstat XXV marcas grossorum de sua porcione persoluit.“*

4) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht im Orig. der Name „Anna“ als Anfang einer unvollendeten Einlage.*

5) *Zwischen dieser und der Einlage 471 steht „Offca Conthoralis“ als Anfang einer unvollendeten Einlage.*

6) *Dieser Name steht oberhalb der Zeile.*

7) *Die im Orig. vorstehenden Worte „predicto Jurziconi marito suo“ sind durchstrichen.*

8) *Die ersten drei Worte dieser von derselben Hand geschriebenen Schlussbemerkung stehen am rechten Rande der Einlage.*

1384. czer [1]) Curiam in villa Cozussan Tabernam, fluuios prata pascua pleno Jure dominij, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda, ad manus Wenceslai de Doloplaz, et ista vendicio eciam facta Wenceslao filio fratris Wenceslai Greliczerij predicti.)

479. Jacobus de Przestawlc Elzcze vxori sue in villa Dobroticz super tota parte, quam ibidem habet, Septuagintaquinque marcas grossorum racione dotalicij assignauit, et quitquid ibi deficeret, in Przestawlc debet adimpleri.

480. Sbynco de Cokor Zauissio de Trziensin et suis heredibus cum Prociwczone Sororio [2]) suo Curiam cum suis pertinencijs, sicut Jure obtinuerunt hereditario, eciam eidem Zauissio vendidit hereditarie possidendam, et hec obtencio facta super Johancone de Luthenczicz.

481. Onscho de Polichna recognouit, quod bonum est Ewe Michalconis de Cozusan, vendicio Curie dotalicij sui, quod habuit super eadem curia.

482. Mixico de Schardyczek Dorothee vxori sue super Curia in Schardyczek et eius pertinencijs decem marcas grossorum nomine dotalicij assignauit.

483. (Sbynco de Wrahouicz et Budyssius de Seluticz, predictus Sbynco cum bonis in Wrahouicz omnibus habitis, et Budyss cum bonis Rakusek, [3]) quitquid ibidem habet, vnacum suis heredibus inuicem sunt congressi, et predictum congressum post quadriennium, si cuiquam ex eis displicuerit, non obstante alterius absencia possunt delere.) [4])

484. *Odpor.* [5]) *Sanctimoniales Monasterij sancte Clare in Olomucz asserunt. se habere in villa Rakusek quinque marcas grossorum annui census.*

(F. XXXVI. r.) 485. (Sudko miles de Podole cum bonis suis hereditarijs in villa Nyethczicz parte sua, et Vlricus de Mydlouar cum bonis suis in villa Zakrzouicz, Swrczow et Laznyk eciam parte sua, cum omnibus pertinencijs bonorum talium inuicem vnacum suis heredibus sunt congressi, sic quod quandocumque eis placuerit, quilibet eorum altero absente vel presente, possit hunc congressum facere abolerj, *adiungitur eciam ad hunc congressum Wlczco perpetuus Vicarius Ecclesie Olomucensis super equali porcione vt supra, Stiborz villam cum singulis suis pertinencijs recipiunt ad eundem congressum.)*

486. (Erazmus de Bystricz Anne vxori sue in villa Pernyk super VIII laneis decem marcas grossorum annui Census racione dotalicij assignauit, in Summa C. marcarum.)

487. Swatoborius de Zauorzicz Visconi de Zauorzicz et eius heredibus in villa Chromcz duos laneos vendidit hereditarie possidendos.

488. (Ico Judeus Cremsirensis Rziuino de Rosczitek, Kaczne Relicte Przibiconis, Martino dicto Nosek de Nenaciesicz, et eorum heredibus Triginta minus duabus marcis grossorum, quas in Przibicone obtinuit Jure super Curia in Bohdalicz, vendidit hereditarie possidendas.) 1384.

489. Mixo de Chudobin et Wenceslaus de Strziezow, predictus Mixo cum medio laneo in villa Sawin, et Wenceslaus cum Centumquinquaginta marcis grossorum in parata pecunia inuicem sunt congressi, et quitquid pro eisdem pecunijs emeretur, eandem congressionis facultatem debet habere.

490. Odpor. [6]) Jesco de Janouicz Raczco de Praseczin contradicunt, asserentes Wenceslaum predictum ipsorum proximiorem affinem.

491. Jacobus de Crumsin Dorothee vxori sue in villa Crumsin Triginta marcas grossorum cum consensu Juhanonis fratris sui, racione dotalicij assignauit.

492. Predicta Dorothea predicto Jacobo marito suo in villa Rakusek Triginta marcas grossorum cum consensu filiorum suorum Przescone et Jescone racione dotalicij assignauit.

(F. XXXVI. v.) 493. (Elzca Relicta Ade de Rokithnicz Stephano filio suo et alijs pueris suis in villa Zelethouicz Septem marcas annui census et [7]) Curiam, que in Septuaginta marcis grossorum habere dinoscitur, libere condonauit, et hoc racione dotalicij.)

494. (Bussko de Olssan Ade de Przestawlc Curiam in Olssan cum suis pertinencijs, Juspatronatus et duos ortos signanter predictus Busko sibi reseruando, eidem Ade et eius heredibus vendidit hereditarie possidendam.)

495. Mixico de Chudobin Vissconi de Senicz Curiam in Rakusek cum suis pertinencijs et eius heredibus vendidit hereditarie possidendam.

496. (Dyethrzich de Senicz Erardo de Luczan et eius heredibus in villa Senicz maiori alterumdimidium laneum, et maiorem Curticulam vendidit hereditarie possidendum, Curiam et duos ortos sibi et suis Junioribus filijs reseruans, notanter et Juspatronatus ibidem Ecclesiam conferendi.)

497. Bedrzich de Cozussow Hinczoni de Lipe et eius heredibus in villis Sluhow et Kozussow quinque marcas grossorum annui census vendidit hereditarie possidendas.

498. Bedrzich de Cozussaw Anne vxori sue super Curia arature et Municione ibidem in Cozusow cum suis singulis pertinencijs Octuaginta marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit, specialiter in siluis et aquis.

499. Doman de Tworouicz Petro de Sternberg et eius heredibus, vbi in Registro inuenitur intabulatum, duas Nargulas, que wlgariter Nywe dicuntur, debet deleri et nullius esse vigoris.

500. Bedrzich de Cozussow Dyethmaro fratri suo de Cozusow in villa Olessne, sibi et vxori eius Zdyncze ac eorum heredibus totum id, quod ibi

[1]) *Dieser Name steht oberhalb des im Contexte durchstrichenen „de Doloplaz.“*

[2]) *Das im Orig. vorstehende Wort „fratre“ ist durchstrichen.*

[3]) *Die im Orig. vorstehenden drei Worte „Seluticz, Pyenczin et“ sind, wahrscheinlich als hieher nicht gehörig, durchstrichen.*

[4]) *Unmittelbar oberhalb dieser Einlage steht von einer anderen Hand „Nota. de ista vnione queratur post duo folia.“ Vergl. Einlage n. 512.*

[5]) *Steht am rechten Rande.*

[6]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[7]) *Das vorstehende oberhalb der Zeile von derselben Hand geschriebene Wort „super“ ist durchstrichen.*

1384. habuit, nil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

(F. XXXVII. r.) 501. (Fena Relicta Zauissij de Lessne Jurziconem de Tarnawa fratrem suum super bonis suis dotalicijs ibidem in Lessne habitis, videlicet Centum marcis in veram suscipit vnionem sic, quando placuerit ei potest presente seu absente Jurzicone predicto potest (sic) facere abolerj.)

502. (Johannes Hromada de Sussicz Petrum de Lichnaw in omnium bonorum suorum habitorum vel habendorum suscipit coniunccionem, sic quod quando sibi placuerit, possit hanc coniunccionem abolerj.)

503. Adliczca Priorissa, Ewa ad sanctam Katherinam in Olomucz ordinis Predicatorum, et Ludmilla in Oslowan ordinis Cisterciensis professe, et Sbynca secularis, germane villam Budyetin integram cum pertinencijs nobili Stiborio de Czimburg et heredibus suis beniuole donantes dudum intabularunt, venientes autem in presenti fasse sunt et renuncciauerunt, quod si aliqua intabulacio reperta fuerit in tabulis, nullius sit vigoris perpetuo et in ewum, Notificarunt eciam coram beneficiarijs dictum Stiborium pro dicta donacione earum de suis proprijs bonis satisfecisse.

504. Stiborius de Czimburg honorabilibus et religiosis preposito et Conuentui Canonicorum Regularium in Lanczcrona partem ville Nezamislicz, quam habuit cum Curia prediali duarum Araturarum, Incolis, Subsidibus, tabernis Molendinis Jurepatronatus Ecclesie cum omnibus suis pertinencijs, villam eciam Budyecin totam cum Incolis agris pratis siluis nemoribus piscinis fluminibus riuulis piscaturis piscacionibus Juribus proprietatibus vtilitatibus et omnibus alijs eius pertinencijs pleno dominio, proutmet tenuit, nichil penitus Juris proprietatis dominij vel vtilitatis in eisdem sibi, heredibus vel successoribus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendam, indulto Serenissimi Principis domini Jodoci Marchionis Morauie, cuius litere virtute direccione beneficiariorum hec intabulacio facta est.

505. Odpor. [1]) Sulico de Conicz contradicit asserens Budyetyn villam esse suam propriam hereditatem et debere deuolui ad ipsum post mortem sororum predictarum. [2])

506. (Mukarz de Cokor Dorothee vxori sue super villa Pawlouicz tota decem marcas grossorum annui Census in Centum marcis grossorum.) [3])

507. Mukarz de Cokor Dorothee vxori sue in et super tota villa Pawlouicz viginti marcas grossorum annui census in ducentis marcis grossorum nomine veri dotalicij assignauit.

(F. XXXVII. v.) 508. Stiborius de Czimburg Margaretham vxorem suam reducens de dotalicio, quod habuit super villis Racodaw, Iterato super villis Rimicze Radcow et Lipow Quingentas marcas nomine veri dotalicij assignauit *ad manus fideles Sdenconis de Sternberg.*

Nota quod domina duas villas videlicet Radcow et Lyppowa extabulauit sed Rymycze saluum manet cum Racodaw. 1384.

509. (Wokco de Holensteyn Illustri Principi domino Jodoco Marchioni Morauie bona in Tincz, videlicet Castrum ibidem cum villis et Opido in Tincz, Lanczhut opido, Dluhonicz, Costnicz, Hruska, Twrdonicz villas, cum Incolis Curijs agris Molendinis aquis piscaturis pratis pascuis siluis nemoribus Rubetis, Juribuspatronatus Ecclesiarum cum pleno dominio et omnibus alijs eorum pertinencijs, quibuscumque possint specialibus designari vocabulis, per omnia ac si eadem de verbo ad verbum exprimerentur presencialiter, prout ab antiquo eadem bona in suis limitibus metis et granicijs sunt distincta, nichil sibi heredibus seu successoribus suis vel cuiquam alteri Juris proprietatis dominij vel impeticionis reseruans, predicto domino Marchioni heredibus et successoribus suis Marchionibus et dominis Morauie vendidit hereditarie possidenda.)

510. Pawlico de Sowinecz pater vxoris Jesconis Hromade de Sussicz vnacum ipso Jescone publice recognouerunt, quod predicta filia Pawliconis, vxor predicti Jesconis, nullum Jus dotalicij in villa Pawlouicz dinoscitur habere, sed deducta est de Pawlouicz super bonis Radslauicz et Sussicz.

511. Mukarz de Cokor Stachonem de Cokor super omnibus et singulis bonis suis habitis et habendis predictum Stachonem et eius heredes in veram suscipit vnionem, taliter quod quando eidem Mukarzoni displicuerit, aut eius heredibus, possunt licite, sit predictus Stacho presens vel absens, predictam vnionem facere aboleri.

512. (Sbynco de Wrahouicz et Budissius de Seluticz, quidquid Sbinco habet in Wrahouicz, videlicet residuum preter Curiam tribus curticulis pomerio pratis rubeto dicto Luzka fluuio illis exclusis, cum alijs que remanent, et Budissius quitquid habet in Rakusek fecerunt congressum et veram vnionem.) [4])

(F. XXXVIII. r.) 513. Wasco de Senicz Swietliconem nomine Mladotam super toto, quod habet vel habebit, ipsum et eius heredes recipit in veram coniunccionem, sic quod potest ipso presente vel absente Swietlicone facere aboleri quando wlt.

514. Libuss de Senicz Dyethrzichoni de Luczan et suis heredibus medium laneum in villa Senicz vendidit hereditarie possidenda (sic) et vbi reperiretur debet deleri.

515. Diethrzich de Senicz Libussio filio suo in villa Senicz vnam Sexagenam census annui super medio laneo ibidem vendidit hereditarie possidendam.

516. Libussius de Senicz Katrusse vxori sue in villa Senicz super duobus laneis et duobus ortis et super toto, quod habet ibi, Septuaginta marcas grossorum nomine dotalicij assignauit.

517. Katrusse vxor Libussij cum pueris suis, quos cum eodem suo marito habet vel habebit, inuicem

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von einer anderen etwas späteren Hand: „Nota in alijs libris continetur, quod Stiborius villam Budyeczin sine instancia sex annis possedit et beneficiarij id inuenerunt, hereditates possedit.“*

[3]) *Dieser irrig gefasste und desshalb auch unvollendete Theil einer eigenen Einlage ist ganz durchstrichen. Vergl. dazu die nächstfolgende Einlage n. 507.*

[4]) *Vergl. Einlage n. 483.*

1384. congrediuntur super dotalicio, quod ab eodem marito dinoscitur habere, Pesico de Vderlicz et Vlricus fratres predicte Kathrusse ad id consenserunt.

518. (Ludna de Laznyk Mixiconi marito suo in villa Laznyk super media Curia, quam Bohussius prior ipsius maritus habuit, Quindecim marcas grossorum nomine dotalicij assignauit, sicut prius in libris continetur.)

519. Anna soror Wenceslai de Doloplaz recognouit, quodsi aliquid Juris haberet in villa Chwalcouicz, debet deleri super Curia cum suis pertinencijs, quam tenuit.

(F. XXXVIII. v.) 520. Katrusse et Elcza sorores de Paterzin Pessiconi de Vdrlicy et suis heredibus in villa Paterzin totum, quod ad patre suo Bedrzichone habuerunt, et in villa Hrabi duos laneos cum pratis siluis et alijs pertinencijs vendiderunt hereditarie possidenda.

521. Odpor. [1]) Sazama de Tassow frater per matrem [2]) sororum predictarum contradicit asserens, quod vna ab alia dudum est diuisa, et alia sit minor annis, que non posset habere facultatem vendendi.

522. Bohuco (sic) de Laznyk, Adam de Przestawlc et Busko de Olssan cum omnibus bonis suis, sicut fecerant congressum, abinuicem sunt disgressi, et vbi congressus inueniretur, debet deleri.

523. (Bohunco de Laznyk Katherine vxori sue in villa Laznyk super Curia, quam ibidem cum matre sua Katherina indiuise dinoscitur habere, pariter cum consensu eiusdem matris Quinquaginta marcas grossorum nomine dotalicij assignauit.)

524. Budywoy de Tworouicz Sulconem patrem suum de Tworouicz et eius heredes super toto, quod habet seu habiturus est, in veram suscipit vnionem.

525. (Onsso de Crasna Pueros suos, Skrzietconi de Tirpenowicz et Bussconi filio Mixonis [3]) de Crasna in veram commitit tuicionem, tali condicione mediante, quod quando eidem Onssoni hec commissio displicuerit, vel ipsi pueri ad annos discrecionis peruenerint, licitum esset eis ipsam facere aboleri.)

526. Zawissius et Jessico fratres de Veletyn dicunt et asserunt, villam Wrbkam esse hereditatem eorundem. [4])

(F. XXXIX. r.) 527. Jaroslaus de Nedachlebicz Nycolao de Myenyn pueros suos committit in veram tuicionem et commissionem, Taliter quod quandocumque predicti pueri ad annos discrecionis pervenirent possent commissionem delere, eciam si mater eorumdem puerorum bene conuersaretur, in nullo debet eandem cum eisdem pueris impedire, et hec commissio debet eorundem puerorum esse indempnis.

528. Odpor. [5]) Onssico de Chwalcouicz tutor et commissarius verus Daleborij de Trawnyk puerorum contra odporam Henzliconis de Cowalouicz, qui dixit, quod Onsico propter propria sua debita villam Trawnyk vendidisset, contradicit quod hoc non esset, sed propter dotalicium matris eorumdem puerorum, 1384.
cui Nonaginta minus duabus marcis debet, et propter alia debita patris predictorum puerorum, pro quo Judeis et alijs debitoribus persoluit, et id potest verifice demonstrare.

529. (Bohunco de Laznyk es Busko de Olssan, Bohunco cum eisdem in Laznyk bonis, et Busko cum eo, quod in Olssan ac alijs bonis habitis et habendis, inuicem sunt cum suis heredibus congressi, Et hanc congressionem alter, alterius absenciam non aduertens, quilibet eorum potest facere aboleri.)

530. Juhan de Crasna, cui Johannes de Nezamislicz Curiam in Wiscouicz prope Luthenczicz intabulauerat, huiusmodi intabulacioni renuncciat et debet deleri.

531. (Dyethrzich de Senicz Janconem de Wrbatek ad omnia bona sua habita et habenda in veram suscipit vnionem ad voluntatem suam et non aliter valituram, vt possit extabulare, quando velit altera parte absente vel presente.)

532. (Sbynco de Cokor Protiwecz de Zastrzih et Anna filia predicta Sbynconis, vnacum eorum heredibus, cum omnibus bonis suis habitis, et habendis inuicem sunt congressi, et eandem congressionem ad voluntatem propriam, quilibet eorum potest facere aboleri, *et notanter cum illis pueris, quos cum eadem Anna predictus Protiwecz procrearet.*

533. Odpor. [6]) Contra intabulacionem, quam Jesco de Rostanye vxori sue imposuit in Rostanye, Victor de Rostanye contradicit asserens, esse sua hereditaria bona.

(F. XXXIX. v.) 534. Anno domini Mille- 1385.
simo Trecentesimo octoagesimo quinto die dominico incipiendo infra Epiphaniam [7]) habitum est colloquium Olomucense, quoquidem colloquio infrascripta (sic) personaliter affuerunt, videlicet Serenissimus Princeps dominus Jodocus Marchio vnacum Illustri Principe domino Procopio fratre suo, dominus Wocko de Chrawar Camerarius, Vnka de Maygetin Czudarius, Nicolaus supremus tabularum terre Morauie Notarius, beneficiarij, Wanko de Pothenstein, Erhardus et Boczko de Chunstat, Petrus de Sternberg, Petrus de Plumnaw, Laczko de Chrawar, Stiborius et Jarosschius de Cymburg, Vlricus et Tasso de Bozkowicz, Jesko et Sdenko de Lucaw, Wilhelmus de Zlyn, Jesko Puska de Chunstat, Benesschius et Proczko de Buzaw, Pawliko de Souinicz, Stephanus de Wartnaw, Proczko de Deblyn, Smylo de Lesschnicz, Wocko de Holnstain.

535. Johannes de Peluicz Illustri Principi domino Jodoco Marchioni Morauie villam Borsow cum pratis pascuis et alijs suis pertinencijs, et eciam cum quarta parte molendini ibidem, vendidit Jure hereditarie possidendam.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[2]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*
[3]) *Der im Orig. vorstehende Name „Crasnonis“ ist durchstrichen.*
[4]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von anderer jedoch gleichzeitiger Hand „Publicant et notificant“.*
[5]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[6]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[7]) *d. i. den 8. Jänner.*

1385. 536. Illustris Princeps dominus Marchio Jodocus honorabilibus et Religiosis . . Priori et Conuentui Monasterij sancte Marie noue fundacionis ordinis heremitarum sancti Augustini pro molendino situatum (sic) super Swarczawia, quod alio nomine Kefermůl vocatur, dans per modum cambij villam Borsow cum pratis pascuis, quarta parte molendini ibidem et omnibus alijs pertinencijs, et cum pleno dominio, sicut eadem villa in suis limitibus hactenus posessa est, intabulauit et modo ipso, sicut superius exprimitur assignauit.

537. Illustris Princeps Marchio Jodocus ville Malkowicz partem, que donacione Strenui militis Franconis quondam de Kunowicz honorabilibus et Religiosis Priori et Conuentui, quibus supra, consensiente Illustri genitore nostro Marchione Johanne donata est, intabulari disposuit, ad quam intabulacionem eciam prepositus Wenceslaus Kunicensis suum consensum tradidit ita, quod predicti Religiosi de predicte ville porcione et singulis eius pertinencijs esse debeant legittimi possessores.

(F. XL. r.) 538. Kunico et Alsico fratres germani de Richwald Jeskoni de Chunstat dicto Puska vniuersa bona sua hereditaria in villa Lisecz et alijs villis videlicet Sczechow Hlubocke et Lhotka cum omnibus suis pertinencijs, nichil pro se aut suis heredibus reseruantes, intabulant et assignant sic tamen, quod post mortem Kuniconis et Alsiconis predictorum ad ipsum Jesconem ac suos heredes Jure hereditario deuoluentur, et si eundem Jeskonem predictos Kuniconem et Alsiconem premori continget, tunc presens intabulacio nullius existere debeat efficacie uel virtutis, sed predicta bona debebunt libere ad predictos Kuniconem et Alsiconem et eorum heredes reuerti et deuolui.

539. Erhardus de Chunstat Boczkoni de Podyebrad Castrum Chunstat cum Opido ibidem, villis Rusticis siluis pratis et omnibus alijs pertinencijs, et signanter omnia bona, que nunc habet uel in futurum habebit in casu quo eundem Erhardum non relictis heredibus mori contingeret, dat et assignat hoc eciam addiciens, quod ipse predictus Boczko et sui heredes post mortem prefati Erhardi commissarij puerorum suorum et bonorum iuxta ritum terre Morauie esse debeant et tutores.

540. (Agnesca contoralis Vilhelmi de Pernstain predicto Vilhelmo marito suo mille sexagenas grossorum in et super villis Borssicz, Norow et alijs villis cum omnibus suis pertinencijs, sicut ab Alberto pie memorie marito suo habuit, nomine veri dotalicij dat et assignat et hoc presente domino Wankone de Pothenstein patruo eiusdem Agnescze, qui asserebat eius bonum esse.)

541. Wilhelmus de Pernstain Agnesce contorali sue supradictum dotalicium eo Jure, quo ipsa sibi nomine dotalicij predictas mille sexagenas dat et assignat.

542. (Kunico et Alsico fratres de Richwald Jesconi de Chunstat dicto Pusca montem quemdam siluarum suarum in Lissecz nomine Przskadlo intabulant sibi Puscze et suis heredibus possidendum hereditarie.) 1385.

543. Nicolaus de Brnyczkow dictus Moraua Margarethe conthorali sue in et super villis Strupsyn, Nedwesie, Kamenne, Rochle, Obgedne, Benkow et Medilsk vigintiquatuor sexagenas annui census nomine veri dotalicij assignat et in casu, quo in predictis villis aliquid deficeret, hoc in melioribus et propinquioribus bonis ad castrum predictum spectantibus debet demonstrare, ad hoc Woytiechius et Mixo fratres de Othoslauicz, qui congressores fuerunt predicti Nicolai suum dederunt consensum.

(F. XL. v.) 544. Bernhardus Hecht de Meraw honorabilibus et Religiosis Canonicis regularibus in Lanczkrona quinque marcas grossorum census annui in villa Lasko consenciente domino Marchione dedit hereditarie possidendas, et alibi ubi predictus Hecht habet eundem censum prius intabulatum debet deleri.

545. (Protywecz de Czekynye Dorothee conthorali sue in villa Penczicz super porcione sua, quam habet ibidem siluis [1]) et alijs pertinencijs, que porcionem eius concernunt, et eciam in Lhota Wanuchow super duabus porcionibus molendini, super taberna et eciam vno laneo ibidem quadraginta marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat ad manus Theoderici de Senycze patris predicte Dorothee.) [2]) *Dietrzich pater ipsius Dorothee dedit suum consensum dicens, quod sit ipsius bonum.*

546. Nicolaus de Rostyenye Nicolaum de Rostyenye patruum suum facit omnium bonorum suorum, que habet in Rostyenye, participem.

547. (Benessius de Tlustomach intabulat conthorali sue Lunetye Centum marcas nomine veri dotalicij in villa Tlustomask in siluis pratis et alijs pertinencijs, que spectant ad ea et super nadbit, et in piscinis.)

348. Sulico de Konicz Stiborio de Cymburg Curiam in villa Hluchow sitam cum omnibus eius pertinencijs et cum Jurepatronatus, nichil sibi ibidem uel in bonis omnibus Konicz Juris reseruans, vendidit hereditarie possidendam, et hoc intabulat sibi Stiborio et suis heredibus taliter, quod ipse Sulico uel heredes sui in Jurepatronatus Ecclesie in Opido Konicz nullum Jus habere debeant.

549. (Mixico de Chudechrom Margarethe vxori sue in villa super vna aratura ibidem et siluis quadragintaquinque marcas grossorum nomine dotalicij dat et assignat.)

550. Seborius de Raicze *Ludouico de Vbyssin vnum laneum in villa Obora cum omnibus siluis prout ipsemet tenuit, nil sibi aut suis heredibus in eisdem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.*

(F. XLI. r.) 551. *Proczco de Buzow Smiloni de Lessnicz Curiam in Zadlouicz cum Molendino, Curticulis siluis et alijs pertinencijs, sicut eam donacione Illustris Marchionis Jodoci obtinuit, consenciente eodem domino Marchione vendidit hereditarie possidendam cum pertinencijs suis.*

[1]) *Das im Orig. vorstehende Wort „molendinis“ ist durchstrichen.*

[2]) *Oberhalb dieser Einlage steht von einer anderen gleichzeitigen Hand die Note: „Dorothea fatetur, quod nullum Jus dotalicij habet super bonis Dyne de Czekynye, vbicumque reperiretur prius in tabulis, et hoc fatetur pater ipsius.“*

1385. 552. *(Proczco de Busow Herssoni de Racowe Curiam in Racowe cum pratis siluis pascuis et alijs pertinencijs sicut eandem donacione Illustris Marchionis Jodoci obtinuit, eodem domino Marchione consenciente vendidit hereditarie possidendam, et in Bohuslauicz Curiam et tres laneos, Curticulam cum pertinencijs eo Jure ut supra.)*

553. *Henricus Pluh Petro de Plumaw villam Wrbcam cum omnibus pertinencijs suis, sicut eam donacione Marchionis Jodoci obtinuit, sic quod idem dominus Marchio dimittens eandem villam a subieccione tituli feudalis liberam, intabulari consensit predicto Petro et Petro filio fratris sui vendidit hereditarie possidendam.*

Nunccius Nobilis Petrus de Sternberg.

554. *Marchio Jodocus Franconi de Pornicz IIII*^{or} *laneos in villa Malcouicz cum suis pertinencijs mandauit intabulari hereditarie possidendos. Nunccius Nobilis Erardus de Cunstat.*

555. *Odpor.* [1]*) Rziwin asserit esse predictos IIII*^{or} *laneos orphanorum quondam Przibiconis de Nyethcouicz, et quod iidem lanei hactenus a Marchionibus in feudum dependebant.*

556. *Benessius Dupowecz Stiborio de Czimburg in villa Eywanye Sex marcas grossorum census annui titulo dotalicij vendidit hereditarie possidendas super illa porcione, que fuit quondam Daleborij de Eywanye.*

557. *Ropertus de Buchlouicz Herbordo et eius heredibus Omnem porcionem, quam cum dicto Roperto habuit, vendidit hereditarie possidendam.*

558. *(Herbordus predictus de Buchlouicz Bonusche vxori sue Centum marcas grossorum in et super omnibus bonis in Buchlouicz, que possidet racione veri dotalicij assignauit.)*

559. *Herbordus de Buchlouicz Ropertum de Buchlouicz fratrem suum ad ea omnia, que ibidem in Buchlouicz habet, preter dotalicium Bo . . vxoris sue in veram suscipit vnionem.*

560. *(Onssico de Chwalcouicz Jarossio de Czimburg in villa Nemochouicz Curiam cum siluis pratis et alijs pertinencijs necnon cum VII marcis annui census, sicut pater predicti Onssiconis et ipsemet possident, cum pleno dominio vendidit hereditarie possidendam.)*

561. *Jorohnyew de Buchlouicz et Onssico de Chwalcouicz congressionem, quam habuerunt, in quantum congressus talis vendicionem suprascriptum impedire posset, petiverunt aboleri.*

(F. XLI. v.) 562. *Philippus de Scythouicz Clare, Ade filij sui conthorali legittime, super omnibus bonis in Scythouicz, et super Tribus quartalibus in villa Wrbatek Septuaginta duas cum media marca grossorum racione veri dotalicij assignauit.*

563. *(Philippus de Scythouicz Dorothee conthorali sue super Curia prediali in villa Wrbatek Quadraginta marcas grossorum nomine dotalicij assignauit.)*

564. *Margaretha vxor Onssiconis de Chwalcouicz cum Jurzicone fratre suo veniens petiuit extabulari dotalicium suum, quod habuit super bonis Nemechouicz, qui Jurzico posuit fideiussores Henricum de Neuogicz et Herbordum de Buchlouicz, secum promittentes, quod nunc statim in proximo Brunnensi Colloquio consimile dotalicium tam in bono loco vel meliori debebit ostendi, et si hoc non fecerit in fideiussoribus predictis debet dotalicium recuperari, ad quod eciam Jarohnyew de Buchlouicz consensit, qui congressum habuit cum Onssicone predicto.* 1385.

565. *Clara Relicta Janonis dicti Czirth Vlrico Hecht Quinquaginta marcas grossorum dotalicij sui super Curia in Bohdalicz, et eius pertinencijs consenciente Rziuino fratre predicte Clare dedit et assignauit.*

566. *(Kaczna Relicta Zdyssconis de Paczow Holuboni de Paczow totum, quitquid habuit in Paczow, vendidit hereditarie possidendum.)*

567. *Holub de Paczow Kokerhanum fratrem suum in participium bonorum, que emit a predicta Kaczna, suscipit et acceptat.*

568. *Heduika Relicta Herssonis de Swabenicz Mixiconi de Podhradye, quidquid super villa Komarow et Curia ibidem racione sui dotalicij habuit, intabulauit libere dimittendo.*

569. *(Lexo de Przestawlc Agnescze vxori sue super Curia in Przestawlc cum suis pertinencijs Triginta marcas grossorum nomine dotalicij assignauit.)*

570. *(Jesco de Zarussek Mathussio de Zarussek et eius heredibus Curiam in Zarussek cum pratis et alijs pertinencijs ac pleno dominio vendidit hereditarie possidendam.)*

(F. XLII. r.) 571. Marchio Jodocus Jesschiconi de Trzebesaw et suis heredibus Curiam allodialem, que olym ad Castrum Prerowiense spectauit, intabulari mandauit cum omnibus suis pertinencijs, curia eadem appellatur Przedmosty.

Nunccius huius cause Wocko de Chrawar supremus Camerarius.

572. Marchio Jodocus Sulconi de Radcaw bona sua in Opatowicz, que prius in feudum dependebat (sic) dimittens eadem bona cum omnibus suis pertinencijs a feudi titulo liberat, mandauit sibi Sulconi et suis heredibus mandauit (sic) intabulari Jure peramplius hereditario possidenda.

Nunccius Pawlico de Ewlimburg.

573. Petrus Rusticus de Mrzicz Petro de Chrawar et suis heredibus tria quartalia agrorum in villa Smrzicz, medium balneum et mediam tabernam vendidit Jure hereditario possidenda.

574. Marquardus de Ohnisschczan Dorothee vxori sue super Curia in villa Rudka maiori et omnibus hijs, que habet ibidem, Quadraginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit.

575. Johann de Doloplass prope Brodeck Nobili Jesconi de Lucaw Curiam cum pratis et alijs eius pertinencijs vendidit Jure hereditario possidendam.

576. Andreas Scharowecz Gutcze vxori sue in et super villa Hradsowicz [2]) et Curia Allodiali et omnibus earum pertinencijs Centum et vigintiquinque marcas nomine veri dotalicij assignauit.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1385. **577.** Leonhardus de Borzitow Anne conthorali sue super Curia in villa Poczenicz, et super omnibus hijs, que idem Leonhardus habet ibidem, sexaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit promittens Dupnick cum et pro eodem Leonhardo, quod quitquid deficeret predicte Anne velit eundem defectum adimplere.

578. (Buzco de Raicze Buzconem natum Scheborij de Raicz in omnium bonorum suorum, que habet uel habebit, recipit vnionem et potest iterum hanc vnionem aboleri facere, quando ipsius Buzkonis placuerit voluntate.)

(F. XLII. v.) **579.** Leonhardus de Borzutow in villa Pornicz vnum laneum cum suis pertinencijs Franconi de Pornicz et suis heredibus vendidit hereditarie possidendum.

580. Budco de Schardicz Wenceslao de Sardicz Curiam ibidem et medium laneum censualem cum eorum pertinencijs vendidit hereditarie possidendum.

581. (Wenceslaus de Saruicz Jeniconem et Matuschium fratres suos in bonorum suorum predictorum suscipit vnionem.)

582. Drslawa Relicta Heynczliconis de Petrowicz in eventum mortis sue pueris suis totum, quod habet, dat et assignat.

583. Jacubeck de Sdyetyn Zuboni et suis heredibus tabernam cum omnibus alijs pertinencijs vendidit hereditarie possidendam.

584. Jacubco Zubonem predictum de omnibus bonis suis moriente ipso Jacubcone facit commissarium et tutorem puerorum suorum et postquam Sibi placuerit potest extabulare hanc commissionem.

585. Onso et Mixo fratres de Wieczemerzicz Janconem Warmuze de Scztitowicz suscipiunt super Curia et tribus marcis annui census, cum tribus grossis in participium et quando ipsis placuerit possunt extabulare.

586. *Janco Warmuze Mixonem fratrem Onssonis de participio trium marcarum et trium grossorum census annui dimittit liberum et solutum.*

587. Buzco de Rapotynlhota Anne vxori sue super Curia sita in Lhota et eius pertinencijs Quadraginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit.

588. Theodericus de Senicze Vicen nato ipsius Curiam in Senicze, que fuit quondam Drslaj, cum omnibus suis pertinencijs dat et assignat hereditarie possidendam.

(F. XLIII. r.) **589.** Sdenko de Sternberg dicto (sic) de Lucaw Jesconi dimidiam villam Zakowicze cum pratis pascuis siluis molendino riuulis thabernis et omnibus alijs pertinencijs, prout eandem villam ipse Zdenco possedit, predicto Jesconi et suis heredibus vendidit hereditarie possidendam, nichil sibi Juris reseruans.

590. Sdenco predictus veniens auctoritate fratris sui Jesconis de Lucaw ut asseruit in villa Dyetcouicz septem quartalia agrorum Petrziconi de Vgest et Agnescze vxori sue necnon ipsorum heredibus vendidit hereditarie possidenda. 1385.

591. Petrus de Sternberg preposito et Conuentui Canonicorum Regularium in Sternberg Curiam de duabus araturis in villa Rosczenye cum duabus Curticulis siluis pratis et alijs pertinencijs consenciente Marchione Jodoco, dat hereditarie possidendam.

592. (Petrus de Sternberg Margarete filie olim domini Petri de Swinossicz in et super Curia in Vgezd, et in IIII marcis annui census ibidem in Vgezd, racione veri dotalicij pro Jescone de Medrazicz dicto Klepacz cliente in Septuagintaquinque marcis grossorum dat et assignat.)

593. Fena Relicta Zauissij de Lessne Hanussio de Pyrzne Centum marcas grossorum in villa Lessne sui dotalicij vendidit Jure dotalicio possidendas sibi et heredibus ipsius.

594. (Boczco et Mikulaws fratres de Labuth Barthossio de Tucep et eius heredibus Curiam allodialem in Morawan III Curticulas cum omni Jure et pertinencijs, prout ipsimet tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidendas, et eciam matri predicti Barthossij.)

595. (Mraxso de Zerawicz Anne vxori sue ibidem in Zerawicz super toto, quod possidet ibidem Sexaginta marcas grossorum ad manus Vlrici eciam fratris eiusdem Anne nomine veri dotalicij assignauit.)

(F. XLIII. v.) **596.** Hannus de Przne Elscze vxori sue Centum marcas grossorum super toto, quod habet ibidem in Przne, excluso feudo Marchionis, nomine veri dotalicij assignauit ad manus Wockonis tunc Camerarij supremi et Laczconis fratrum de Crawar.

597. Janco de Lessne Hanussio de Przne et eius heredibus totum quod habuit in Lessne, et cum Jurepatronatus in Strzietez, [1]) nichil sibi Juris reseruans, et cum siluis riuulis pratis et alijs pertinencijs, vendidit Jure hereditario possidendum, et totum quod habuit in Strzietez.

598. Tas de Prusinowicz Margarethe vxori sue super tota villa in Jaroslawicz Sexaginta marcas grossorum ad manus eciam Nicolai et Alssiconis fratrum predicte Margarethe nomine veri dotalicij assignauit.

599. (Kaczna Relicta Leuiconis de Poczeniz Sdenconi de Wezek mediam partem sui dotalicij in Poczenicz et eius heredibus vendidit possidendam.)

600. Kaczna eadem secundam partem dotalicij sui in Poczenicz pueris suis post mortem suam dat possidendam.

601. (Bohussius de Cokor Anne vxori Pessiconis de Chrastaw in villa Cokor super nouem quartalibus cum dimidio, dūabus Tabernis et super tercia Taberna, VI grossos census annui, Quinquaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit. [2])

602. Doman de Zaworzicz Kaczne vxori sue Tres piscinas super bonis Zaworzicz vera donacione liberaliter elargitur eo Jure, sicut ipsemet tenuit et possedit, ad manus Pessiconis de Bycouicz.

[1]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb des durchstrichenen „ibidem“.*

[2]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von einer anderen etwas späteren Hand die Note: „Ad hanc extabulacionem Bohusius patruus Anne consensit dicens, ipsius fore bonum“.*

1385. **603.** Anna Relicta Jenczonis da Spranec Lithconi de Chorina et suis heredibus in villa Bezuchow Jus sui dotalicij videlicet Septuagintaquinque marsas grossorum vendidit possidendas.

604. Lithco de Chorina Clare vxori sue Sexaginta marcas grossorum in villa Bezuchow nomine dotalicij assignauit ad manus Bedrici de Crumsin, fratris ipsius Clare, et Pessconis dicti Puklycze de Nezamyslicz.

605. Jessico de Trzebyssow Nobilem Laczconem de Crawar super Curia in Przedmostie, et super toto, quod habet vel habebit in futurum, in veram recipit vnionem.

(F. XLIV. r.) **606.** Jesco Puska de Cunstat coram beneficiarijs supremis, videlicet Woccone Camerario de Crawar, Vnca Czudario, et Nicolao Notario personaliter constitutus dedit plenam voluntatem, congressum seu vnionem, vbi habuit cum Erardo de Cunstat, quod vbicumque in Tabulis inueniretur, debet aboleri et nullius esse momenti.

607. Henricus de Schonwald coram beneficiarijs constitutus renuncciauit congressum, quem habuit Nicolaus de Schonwald cum eodem Henrico, deditque suum ad hoc consensum, quod si vnquam inueniretur in Tabulis annotacio huius participacionis siue congressus, debeat aboleri et nullum habere vigorem.

608. (Anna Relicta quondam Jesconis de Eywan pueros suos super omnibus bonis suis, que habet, in veram suscipit vnionem, ita quod posset extabulari, quando sibi placuerit.)

609. (Pawlico de Evlnburg Marchioni Jodoco villam dictam Longauilla cum omnibus suis pertinencijs, sicut eandem ipse Pawlico tenuit, nichil sibi et suis heredibus Juris reseruans, exclusa tamen curia prediali in superiori parte ville predicte, et partem eius super illam Tabernam, Juris ecclesie patronatus videlicet quinque partibus Jurepatronatus, que pro se heredibus et successoribus suis reseruavit, predicto domino Marchioni vendidit hereditarie possidendam.)

610. Margaretha Relicta Schkwarzonis de Nazamyslicz Pessconi dicto Puklicz de Czethcouicz totum, quod habet in Nazamyslicz, prout ipsamet habuit, erogauit hereditarie possidendum.

611. (Pesko Puklicze de Czethcouicz Petrusskam vxorem suam et pueros illos, quos cum eadem habuit, in omnium bonorum, que sibi dedit predicta Margaretha in Nezamyslicz, suscipit vnionem.)

612. (Budyssius de Seluticz et Sbynco dictus Czalta congressores Janaczoni dicto Skrzieteck et eius heredibus Municionem in Seluthicz, II laneos, Curiam predialem cum omnibus suis pertinencijs, prout predictus Budyss hoc habuit et sicut litera confecta desuper testatur, vendidit hereditarie possidendum.)

613. Janaczo Skrzietek Dorothee vxori Herssonis eiusdem filij Centum marcas grossorum, et sex marcas grossorum super toto, quod habet in Seluticz nomine veri dotalicij assignauit, ad manus Jesconis de Dessne, Bulaczonis et Milothe de Schensteyn. 1385.

(F. XLIV. v.) **614.** Johannca Relicta Swachonis de Orzechowe Bohunconem de Smrczan super toto, quod habet in Orzechowe predicta Johanca, in veram suscipit vnionem.

615. Blazius de Stychouicz Dorothee vxori sue super Curia in Stychouicz et eius pertinencijs et toto illo, quod habet ibidem, Quadraginta octo marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit, ad hoc consensit Budslaus de Rosczenye, congressor predicti Blazij.

616. Nota Odpor. [1]) Hanzlico de Kowalouicz nomine Orphanorum Daleborij de Trawnyk notificat, quod ipsorum orphanorum bona vendidit Onscho de Chwalcouicz, vt asserit sine debito ipsius Dale, et Orphanorum predictorum, antequam ad etatem legittimam deuenirent.

617. Dobca Przibiconis de Cogetyn Sulconi fratri suo et eius heredibus Curiam in Czelcicz et Curiam in Tworouicz cum omnibus earum pertinencijs vendidit hereditarie possidenda. (sic)

618. Sulco de Tworouicz Anne vxori sue super ambabus Curijs suprascriptis Quadraginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit, ad manus Skrzietkonis et eius filij Herssonis de Trpenouicz.

619. Budyssius de Seluticz Jarconi de Hluchow et eius heredibus Curiam in Pyenczin cum eius pertinencijs, prout litera confecta desuper testatur, vendidit hereditarie possidendam, et huic consensit Sbynco de Wrahouicz, congressor Budyssij predicti.

620. (Dorothea vxor Blazij de Stychouicz Blazio eidem Triginta quatuor marcas grossorum sui dotalicij super Curia in Domamyslicz [2]) dat et assignat.)

(F. XLV. r.) **621.** Jarco de Hluchow Petrum de Oduncze super Curia et toto illo, quod habet in Pienczin in veram suscipit vnionem, Ita quod ipse Jarco et heredes sui possent extabulari ipsius Pe. absentia non obstante.

622. (Perchta Relicta quondam Wenceslai de Pawlouicz Seborio de Bystricz et eius heredibus Curiam in Dyedcouicz cum omnibus eius pertinencijs, prout ipsamet tenuit, vendidit hereditarie possidendam, nichil sibi penitus reseruando.)

623. (Petrus de Podole Hrabissium de Podole super toto illo, quod habet in Lechoticz, in veram suscipit vnionem.)

624. Mixo de Chudobin Benessio de Chudobin et Margarethe vxori eius et eorum heredibus Curiam in Chudobin, et censum in Sabin, et totum illud, quod habet in Chudobin et Sabin, prout ipsemet tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidenda.

625. Budyslawa conthoralis Hirdonyonis de Chropyn [3]) Curiam cum quatuor ortulanis, cum piscina et pratis ac alijs pertinencijs suis, vendidit Janoni de Chudobin et eius heredibus possidendam in villa Nasoborki.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Dieser Name steht oberhalb des durchstrichenen „Scychouicz“.*

[3]) *Das im Orig. vorstehende „Chudo“ ist durchstrichen.*

1385. 626. Benessius de Chudobin Margaretham vxorem suam super bonis omnibus, que habet in Chudobin et Sabyn, in veram suscipit vnionem nichil amicis [1]) suis ibidem Juris reseruans.

627. (Mixico de minori Penczicz Lydne vxori sue ibidem in Penczicz super toto, quod ibi habet, Triginta duas marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit, Erazmus de Bystricz congressor predicti Mixiconis consensit.)

(F. XLV. v.) 628. (Onsso de Swabenicz Johanconi de Dyedcouicz in Swabenicz vnum laneum, quem nunc colit predictus Johanco, cum omni Jure et pertinencijs suis dat hereditarie possidendendum et eius heredibus.)

629. (Wilhelmus de Sternberg Vlrico familiari suo de Drahanouicz et suis heredibus [2]) villam Bohuslauicz cum Curia prediali et cum omnibus alijs pertinencijs suis consenciente Nobili Sdencone de Sternberg dedit liberaliter et donauit hereditarie possidendam.)

630. (Vlricus de Drahanouicz Sowcze vxori sue super villa Bohuslauicz tota Sexaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit ad manus Symonis de Pamyeticz et Benessij de Pamyeticz.)

631. (Mixico de Chudobin Offcze vxori sue Quinquaginta marcas grossorum in villa Hlusouicz super Curia siluis et alijs suis pertinencijs dotalicij nomine assignauit.)

632. Hennyk de Waldensteyn, pincerna domini Marchionis, Sbynconi de Dubczan Curiam cum duobus laneis censualibus et omnibus eorum pertinencijs in villa Senicz, consenciente domino Marchione, vendidit hereditarie possidendam et eius heredibus.

633. Pessico de Vderlicz Pessconi Worczar, Agnethe vxori sue, et eorum heredibus duos cum medio laneo in villa Porzelicz, cum duobus ortis et eorum pertinencijs, vendidit hereditarie possidendos.

634. Pessco Worczar supradictus de Luthouia Wenceslaum priuignum suum super supradicta bona, videlicet duobus cum medio laneis, et duobus ortis in veram suscipit vnionem, quandiu sibi placet.

(F. XLVI. r.) 635. (Petrzico de Vgezdecz Agnesce vxori sue in villa Dyedcouicz super Septem quartalibus agrorum et praytis, que Nywy nuncupantur, viginti marcas grossorum nomine veri dotalicij cum suis pertinencijs assignauit.)

636. Hersso de Racowich Radslao et fratribus suis indiuisis de Racowich Curiam in villa Racowich cum duobus laneis censualibus, vna curticula eo Jure, sicut ipsemet tenuit, exclusis medijs porcionibus pratorum et vna prayta Rouencze dicta, quas pro se reseruat, vendidit hereditarie possidendam eciam cum siluis.

637. (Bohuslaus de Lasskow Katherine vxori Luthohnyewonis de Lasskow in villa Lasscow, super duobus laneis, vno a Curia ipsius Bohuslai et purchrecht ad ipsum laneum, et secundo nouiter instaurato, 1385. quod Nakopany, et suis pertinencijs, Quadraginta marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit, et in porcione siluarum ipsius Luthohnyewonis.)

638. Radslaus de Racowich Martinum de Lythoczin super eo, quod habet in Racowe et super toto, quod habebit in futurum, ad veram suscipit vnionem, Ita quod non obstante absencia ipsius Martini possit hanc vnionum extabulare, quando sibi placet.

639. Friczco de Dyedcowicz Sulconi de Ostromirz perpetuo vicario Ecclesie Olomucensis, Curiam in Dyedcouicz cum pratis siluis et alijs pertinencijs, nichil sibi Juris reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

640. Predictus Sulco [3]) pueros predicti Friczconis super illa Curia in villa Dyedcouicz, et eius pertinencijs in veram suscipit vnionem ad voluntatem ipsius Sulconis et non vlterius valituram.

(F. XLVI. v.) 641. Philippus de Senicze veniens recognouit sibi quinquaginta marcas, in quibus sibi Hromada obligatus fuit, esse persolutas, pecijtque ut cum ipse Hromada pro tali debito se obligauerit ad terre tabulas, ex quo illud non posset reperiri, si vnquam postea inueniretur, nullum vigorem habere deberet sed a tabulis abolerj.

642. (Missliborius Camerarius domini Marchionis Recognouit, Hasconem de Traplicz secum de Jure, quod sibi Marchio in bonis Skrzicz dederat, concordasse totaliter et pecijt, quod eidem Hasconi villula Skrzicz, Curia et omnes eius pertinencie intabularentur hereditarie possidenda, ita quod predictus Hasco et Sulca vxor eius, et eorum pueri eadem bona possideant.)

643. (Buhuslaus de Lasskow Sbynconi de Dubczan et eius heredibus Molendinum in Lasskow vendidit hereditarie possidendum, et eciam medium laneum et pratum, sicut ipse Bohuslaus tenuit, et signanter illud pratum debet intelligi, per quod quidam riuulus defluit et Rubos circum pratum adiacentes.)

644. (Jenczo de Stichowicz Jezdoneo fratri suo dicto Medek et suis heredibus Curiam predialem in villa Stichowicz, Curiam predialem, vnum Molendinum sextum dimidium laneum, duas tabernas, tres curticulas cum siluis pratis riuis, prout solus tenuit, hereditarie vendidit possidenda.)

645. Jodocus Marchio Morauie Nobili Laczkoni de Chrawar et suis heredibus villas (Bynow) Prus (Zelethouicz Podole) et vnam Curiam predialem dictam (Biskowski) cum omnibus earum pertinencijs, molendinis Curijs siluis rubetis et cum pleno dominio disposuit intabularj hereditarie possidendas.

Nunccius Wocko de Chrawar tunc supremus Camerarius, [4])

(F. XLVII. r.) 646. Jodocus Marchio Morauie honorabilibus decano preposito et Capitulo Ecclesie Olomucensis [5]) et ecclesie ibidem villam, que vocatur

[1]) *Die im Orig. vorstehenden zwei Worte „sibi vel“ sind durchstrichen.*

[2]) *Die fünf Worte „de Drahonouicz et suis heredibus“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand, jedoch mit einer etwas blasseren Tinte geschrieben.*

[3]) *Die im Orig. nachfolgenden Worte „duos orphanos filios prædictos“ sind durchstrichen.*

[4]) *Unmittelbar unter dieser Einlage steht von einer anderen gleichzeitigen Hand die nachfolgende Note: „Nota, quod cancellacio facta superius circa et post Prus nichil alijs debet nocere, quia Bynow et Byezkowicze sunt deleta de tabulis.“*

[5]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „villam“ ist als hieher nicht gehörig durchstrichen.*

1385. Luczka alio nomine Longavilla, quam predictus dominus Marchio a Pawlicone de Ewlimburg comparauit cum omnibus censibus redditibus prouentibus emolimentis, cum pleno dominio, sicut eandem villam Pawlico predictus habuit, preter molendinum vnum, Curiam vnam, tabernam vnam, et quinque porciones Jurispatronatus Ecclesie ibidem, quas sibi idem Pawlico reseruauit, dans eisdem preposito Capitulo et ecclesie predicte modo permutacionis bona pro bonis et censum pro censu, que et quos predicti decanus prepositus et Capitulum et Ecclesia in veram hereditatem in Oppauia super advocacia et Maccelis carnium habuerunt, nichil sibi heredibus seu successoribus suis Marchionibus Morauie Juris uel proprietatis in predictis bonis reseruans, mandauit et disposuit intabularj hereditarie possidendam.

647. Jodocus Marchio Morauie honorabilibus decano preposito Capitulo et Ecclesie Olomucensis in villa Polcowicz quinque marcas cum octo grossis annui census dans simili modo comutacionis et cambij, sicut superius exprimitur censum pro censu et bona pro bonis mandauit et disposuit intabulari hereditarie cum pleno dominio possidendas.

648. Hanus de Przney Pawliconem filiastrum suum super omnibus bonis, que habet uel habebit in veram suscipit vnionem, ita quod Idem Hanus postquam sibi placuerit hanc vnionem extabulari, facere iterato excluso dotalicio vxoris predicti Hanuschij de Przney.

649. (Nicolaus de Schonwald Anne vxori sue super bonis omnibus in Schonwald Centum et quinquaginta marcas grossorum dat et assignat, et quidquid ibi deficeret, debet in bonis Zerotyn demonstrare nomine veri dotalicij.

(F. XLVII. v.) 650. (Nicolaus de Schonwald Henricum fratrem suum de Schonwald super bonis de Schonwald uel vbicumque habebit, in veram suscipit vnionem, eciam eo Henrico absente possit extabularj facere, postqam sibi Nicolao uel heredibus suis placuerit.)

651. (Kunico de Suchohrdl Anne vxori sue in villa Ratay super tribus laneis et vno quartali agrorum et super duabus curticulis maioribus quinquaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij deputauit.)

652. (Wlachnyck de Vhrzecz Diethochonem de Komnye [1]) in euentum mortis sue puerorum suorum facit comissarium ad voluntatem tamen eius Wlachniconis et puerorum suorum, ita quod non obstante absencia predicti Diethochonis ipse Wlachnico et pueri sui possint hanc commissionem facere aboleri.)

653. Kunyco de Suchohrdl Elcze de Sczesan et suis heredibus Curiam allodialem in Chomutowicz cum pratis rubetis et alijs suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam.

654. Andreas Kyg Marschiconi de Ostrowan villulam Ostrowany cum omnibus suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam.

655. Marschico de Ostrowan Margarethe vxori sue super predicta villula Ostrowan vigintiquinque marcas grossorum nomine veri dotalicij deputauit, quod de- 1385.
putentur eidem Margarethe due marce cum dimidia.

656. (Duchon de Pawlowicz Janoni de Melicz et suis heredibus Curiam in Pawlowicz cum vna curticula rubetis et alijs pertinencijs sicut ipsamet habuit, hereditarie vendidit possidendam.)

(F. XLVIII. r.) 657. Jesco de Schonwald Beneschio de Strzietez in villis Plnkut et Brzwenczi septem fertones census annui vendidit hereditarie possidendos.

658. Wlczko de Opatowicz Wlczconem de Morkowicz omnium bonorum suorum ad (sic) filiorum et heredum facit commissarium, ita quod possit hoc eciam absente Wlczkone de Morcowicz hanc commissionem, quando sibi placuerit facere abolerj.

659. Benesschius Schisma de Stralek Anne vxori sue super tota villa Wolbramicz cum siluis pratis et alijs pertinencijs racione veri dotalicij sexaginta marcas grossorum deputauit.

660. Drslaus de Straleck Anne vxori sue super tota villa Hradczan et eius pertinencijs cum municione siluis pratis, cum pleno dominio quadringentas marcas grossorum racione dotalicij deputauit, ad hoc consensit Henricus de Nebogicz, qui dixit esse vtilitatem predicte Anne, que Anna eciam renuncciat omni Jure, quod sibi posset in bonis paternis competere quouismodo, commissarium eadem Anna petiuit Henricum de Nebogicz.

661. Anna vxor Wenceslay de Radieczow constituta presencialiter coram terre tabulis racione dotalicij sui, quod habuit in Kozlowicz, recepit quadragintaquinque marcas grossorum parate pecunie in suum suum (sic) ut moris est asserens hoc suum bonum esse, cum qua Anna eciam Adam de Luczka et Pawlico de Ewlumburg patrui sui constituti dixerunt, similiter vtilitatem hanc esse mulieris, petentes voce vnanimi, quod dotalicium in Kozlowicz predicte Anne deberet extabularj.

(F. XLVIII. v.) 662. (Wenceslaus de Radieczow Tomlino de Caplicz, Gerusche uxori sue, et eorum heredibus illam porcionem ville Kozlowicz, quam Idem Wenceslaus excluso domini Marchionis feudo habuit, cum omnibus suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam cum molendino ibidem, siluis pratis riuis et pleno dominio ad manus [2]) Johannis de Caplicz Olomucensis Archidiaconi, et ubicumque predicto Wenceslao dicta bona fuerint intabulata, debent abolerj et nullius esse vigoris.)

663. Hennik de Waldensteyn pincerna domini Marchionis Erazmo de Bystricz et eius heredibus illam ad dominum Marchionem deuolutam porcionem ville Pernyk, quam donacione eiusdem Marchionis obtinuit, consenciente eodem domino Marchione, cum suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam, nichil sibi et predicto Marchioni penitus reseruando.

664. Herazmus de Bystricz Wlczconem perpetuum vicarium Ecclesie Olomucensis ad omnia bona sua habita et habenda in veram suscipit vnionem.)

[1]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „Archidiaconi“ ist, als hieher nicht gehörig, durchstrichen.*

1385. 665. (Sbinco de Zarzieczie Pomienyoni de Zarzieczie fratri suo et eius heredibus totum, quod habet in Zarzieczie, nichil sibi vel heredibus suis Juris reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

666. Pawlico de Przestawlc Valentino fratri suo et eius heredibus de Przestawlc totum id, quod habet ibidem in Przestawlc, videlicet piscinas prata et alia pertinencia, nichil sibi aut suis heredibus preter ortum iuxta Valentini Curiam situatam (sic) reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Item Curiam in Duban cum V. fertonibus census, vt supra, signanter illam Curiam, que fuit Ade de Racowich, congressus eorundem debet vbique abolerj.

(F. XLIX. r.) 667. Onsso de Crasna Stephano de Chilecz et eius heredibus Curiam, duas curticulas in Visscowicz, siluis pratis et omnibus suis pertinencijs, vendidit hereditarie possidendam.

668. (Vokco de Crawar Rudoltho de Fransteth Camerario domini Marchionis bona Rokithnicz, videlicet Municionem cum Rusticis, Censibus in villa Rokithnicz, et in villa Lucowa cum siluis Molendino supra Beczwam pratis pascuis piscinis Jurepatronatus Ecclesie in Rokithnicz, cum pleno dominio et alijs eorundem bonorum pertinencijs, nichil excluso penitus, prout eadem bona ipse Wokco et Hersso quondam de Rokithnicz possederunt, sibi et eius heredibus vendidit hereditarie possidenda.)

669. Rudolthus predictus Clare vxori sue super Municione in Rokithnicz villa et Curia ibidem, exclusis siluis, Centum et Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit, ad manus Misliborij de Radowiesicz Camerarij Marchionis.

670. Rudolthus predictus Sbynconi de Cokor et eius heredibus mediam Curiam in Chilecz cum suis pertinencijs et eo Jure, sicut predicto Rudolto Marchio Jodocus dare poterat, vendidit hereditarie possidendam.

671. (Jorohnyew de Buchlouicz Petro de Crawar et eius heredibus villam Milessouicz totam cum omnibus suis pertinencijs et pleno dominio propter debita, que contraxit ipse Jarohnyew, tradidit hereditarie possidendam.)

672. Nota odpor [1]) Heduika conthoralis Boliconis de Olssan contradicit asserens, se habere XII marcas grossorum annui census et horne ibidem, quod ex deuolucione patris sui ad ipsam spectare reffert hereditario Jure.

(F. XLIX. v.) 673. Nota Odpor [2]) Machocz Judeus Cremsiriensis facit odpor contra hos, quibus in Luthenczicz bona Johanconis de Luthenczicz sunt intabulata, asserens esse suum pignus, et reffert se habere super literam Marchionis.

674. *(Troyan de Tyessan Margarethe sui filij vxori in villa Tyessan [3]) super prato et vna Curticula ibidem duodecim marcas racione veri dotalicij assignat.)*

675. (Troyanus de Tyessan Margarethe vxori filij [4]) sui in villa Chomuthouicz super medio laneo, et in Tyessan super prato dominij et vna curticula ibidem Sedecim marcas grossorum racione dotalicij deputauit.) 1385.

676. (Hermannus Canonicus Ecclesie Olomucensis, Hinczico de Nakls frater eius, et orphani Mixonis quondam de Nakls, Nobilem Laczkonem de Crawar et eius pueros in [5]) bonorum suorum, que habent, videlicet Prosenicz et Domazlicz [6]) suscipiunt vnionem, Ita quod quando presens vnio placuerit predictis Hermanno Hinczoni orphanis vel eorum altero, possunt extabulare facere, ipsius Laczconis et eius puerorum absencia non obstante.)

677. Bolco de Penczicz et Othanco de Penczicz vna cum suis heredibus cum omnibus bonis suis habitis et habendis in vera vnione inuicem sunt congressi possuntque predictum congressum aboleri facere, quando eis aut eorum heredibus placuerit, vnius partis absencia non obstante.

678. Woytiechius de Othoslauicz Canonicus Olomucensis Woytiechio Nicolao et Czenkoni filijs Gymramy fratris sui, et Nicolao dicto Moraua filio Stiborij eciam fratris sui de Brnyczkow, omnia bona sua patrimonialia et partes suas in Othoslauicz in Snyhoticz et in Smrznicz, nichil sibi Juris reseruans, dedit liberaliter resignando.

679. Pawlico de Ewlimburg consentit, quod si alicubi in libris sibi essent bona in Smrzicz anotata, nullum debeant habere vigorem.

(F. L. r.) 680. (Janeck de Wrbateck Elcze vxori sue in villa Skalicz super duabus marcis census annui XX marcas grossorum racione dotalicij assignauit, Theodricus de Senicz pater predicte Elcze consensit ad hoc.)

681. (Janeck predictus et Beneschius frater eius Jankoni de Sczitowicz et suis heredibus Curiam in Sczitowicz cum omnibus suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam, et si alicubi haberent in tabulis, uel quecumque persona, debet abolerj.)

682. Benesschius de Wrbateck Pawliconem filium Janconis fratris sui recipit in participium bonorum suorum, quandiu sibi placuerit, hoc est illud, quod habet in Wrbateck.

683. Kaczna Relicta Liderij de Rakowich recognouit, Curiam in villa Racowich, super qua dotalicium habuit, ab ipsa esse liberata per Jacubconem filium Liderij petiuitque, quod eidem Jacubconi et suis heredibus intabularetur, et eciam Radislao fratri Jacubconis.

684. Petrus de Wiczczicz Nicolao de Labut in villis Zeranowicz, et Sirocij Lhotka super municione et omnibus earum pertinencijs Jure, sicut quondam ipsi Petro per Hinconem militem Episcopi Luthomuslensis, qui fuit de Sternberg, vendite fuerunt ville, et sicut Idem Petrus possedit easdem Jure dotalicij vendidit hereditarie possidendas, et heredibus eiusdem Petri,

[1]) u. [2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[3]) *Das im Orig. vorstehende „Chomutouicz“ ist durchstrichen.*
[4]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*
[5]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „omnium“ ist durchstrichen.*
[6]) *Diese zwei Namen stehen am rechten Rande der Einlage bei einem Kommente, und sind von derselben Hand geschrieben.*

1385. et si eedem ville reperte fuerint in tabulis, debent abolerj predicto Nicolao, et notanter vendidit Petrus easdem villas Jure dotalicij in Centum et septuaginta marcis grossorum. [1])

685. Hersscho de Racowe Radisslao de Racowe vendidit quod habuit in Racowe (sed illud in Bohusslawicz, Curiam et tres laneos, curticulas cum pratis pascuis et omnibus alijs pertinencijs reseruat pro se heredibus et fratribus suis, et signanter in Racowe reseruat pratum medium, et vnum agrum Rouence nunccupatum), *Ita quod Radslaus in Rancowe quidquid emit ad huc habere debet in toto.*

(F. L. v.) 686. (Bolka Relicta Janonis de Heroltícz Vlricum Hecht de Rossicz et Katherinam vxorem eiusdem Vlrici super omnibus bonis suis, que habet in veram suscipit vnionem, ita quod eadem Bolka, quando ei placuerit potest facere abolerj hanc vnionem, predicti Vlrici et vxoris sue absencia non obstante.)

687. Nota Odpor [2]) Leuico de Teteczicz contradicit, quod quidquid Kaczna Relicta Leuiconis de Poczenicz Sdenconi de Weseck in Poczenicz intabulauit, asserens esse suam hereditatem.

688. Wicknan de Maygetin Wenceslao de Doloplass et suis heredibus in villa Bistrzicz illud, quod super Andrea de Bistricz se obtinuisse refert predictus Wicknanus, hoc est terciam partem silue et alijs pertinencijs vendidit hereditarie possidendum, et eciam Nywu et terciam partem molendini desolati.

689. Nota Odpor [3]) Andreas de Bystricz contradicit dicens, quod teneatur secundum tenorem litere sue in X marcis grossorum, et soluta illa pecunia debet iterum ad eum reuerti, quod Wiknanus Wenceslao intabulauit.

690. (Dietrzich de Senicz magno Curiam predialem duos ortos cum omnibus pertinencijs et cum medio Jurepatronatus Ecclesie, molendiarios agros Erhardo de Luczan et eius heredibus vendidit hereditarie possidendum.)

(F. LI. r.) 691. Busko de Raycze Jesconi Puscze Siluam, que vocatur Luh, nichil sibi Juris penitus reseruans, eidem Jesconi et suis heredibus cum pleno dominio vendidit hereditarie possidendam, eadem silua est situata prope Raycz. [4])

692 (Bolca Relicta Janonis de Herolticz Pawliconem de Ewlenburg super omnibus bonis suis, que habet, in veram suscipit vnionem, Ita quod eadem Bolca, quando sibi placuerit, potest hanc vnionem aboleri facere, predicti Pawliconis absencia non obstante.

693. Onscho de Swabenicz Herschonem Sororinum suum super tres laneos absque quartali [5]), Molendino superiori, Super curticula maiori, et super praytis, que nyewi wlgariter nominantur, sex grossos annui census in veram suscipit vnionem, Ita quod possit hanc vnionem aboleri facere, predicti Herschonis absencia non obstante.

694. (Medlico et Jan presbiter fratres germani de Whrahowicz Johanni militi dicto Skrzietek et Herschoni filio ipsius de Tirpenowicz et eorum heredibus Curiam allodialem in Whrahowicz cum vno laneo et alijs agris, qui in wlgari Nyewi koppanyny nuncupantur, cum pomerijs, Molendino superiori, aquis Riuulis et obstaculo supra Molendinum, cum silua Lucus dicta retro Molendinum, cum duobus pratis magnis, pascuis et cum omnibus pertinencijs predicte Curie et specialiter cum tribus et dimidio laneis censualibus, cum vno agro censuali in wlgari koppanyny dicto, cum quatuor Curticulis, Taberna, cum quarta parte Jurispatronatus Ecclesie ibidem, et cum omnibus alijs vtilitatibus pleno dominio, sicutmet tenuerunt, nichil sibi Juris reseruantes, vendiderunt Jure hereditario possidenda.) 1385.

695. (Mraxo de Kocor et plebanus, Lunete vxori Benesschij, et ipsi Benesschio Super nouem quartalibus et dimidio, Super Molendino in Ochos, super Taberna ibidem in Kocor quinquaginta marcas grossorum nomine dothalicij deputauit.)

696. Jan dictus Pomyn Jesconi Puscze in villa Sazrzieczi fortalicium cum Curia colonaria ibidem, cum Siluis pratis paschuis Riuis et alijs pertinencijs et totum illud, quod habuit ibidem, Nichil sibi Juris reseruans vendidit hereditarie possidenda.

697. Rudoltus de Rockotnicz Biete matri sue villulam dictam Luckowa pro vite sue temporibus dat et largitur, et post mortem eius debet iterum deuolui ad ipsum Rudoltum et eius heredes.

698. (Jacubco Petermanus et Onscho fratres de Przestawůlk cum omnibus bonis suis, que habent vel habituri sunt, congressionem fecerunt, Ita quod postquam eis placuerit vel alteri ipsorum, possunt hanc congressionem abolerj facere, alterius absencia vel presencia non obstante.)

(F. LI. v.) 699. Sdenco de Sternberg Wenceslao Ciui Olomucensi dicto Schônberger villam Strziezaw cum omnibus suis pertinenciis Siluis pratis Paschuis et alijs vtilitatibus quibuscumque, nichil sibi Juris reseruans pleno dominio vendidit hereditarie possidendam, Eciam ista vendicio facta est predicto Wenceslao Dorothee vxori sue et eorum heredibus.

700. Wůlczco de Opathowicz Machne vxori Jesconis de Poppowek super tribus laneis cum dimidio in Longa villa super Molendino Taberna et tribus curticulis Octoaginta marcas grossorum nomine veri dothalicij deputauit. [6])

701. Wocko et Laczko de Chrawar et Hromada de Susschicz fatentur et recognoscunt, nullum Jus habere in bonis Pawlowicz, Et si alicubi in tabulis reperiretur, illud nullius virtutis debeat existere.

702. Sbinco de Kocor Anne filie sue vxori Procziwiczonis de Sastrziel et eidem Proczowiczoni et eorum heredibus tres laneos et Tabernas in villa Lieczenczicz dat hereditarie et assignat, quod Judicialiter obtinuit ipse Sbinco (super Petrziconem.)

[1]) *Vergl. Einlage n. 85. des. V. Olm. Quat.*

[2]. [3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[4]) *Von dieser Einlage an beginnt eine andere Handschrift.*

[5]) *Diese zwei Worte, so wie auch der Zusatz „que nyewi wlgariter nominantur“ stehen oberhalb der Zeile, sind aber von derselben Hand geschrieben.*

[6]) *Vergl. hiezu Einlage n. 88. des V. Olm. Quat.*

1385. **703.** Gůrsico de Meilicz [1]) Cuncze vxori sue super censu in villa Nemoczicz Centum et vigintiquinque marcas grossorum nomine dothalicij deputauit ad manus Swatoborij patris predicte Cuncze.

704. Stephanus de Wieczemoricz et Kaczna vxor sua Raczkoni de Wieczemericz et suis heredibus septem quartalia ibidem vendiderunt hereditarie possidendam. (sic)

705. (Pesco dictus Puchklicz de Czetkowicz Hinczoni de Lipa et suis heredibus totum quod habuit in Nezamislicz, signanter propugnaculum Curiam Colonariam cum omnibus pertinencijs, nichil sibi Juris reseruans vendidit hereditarie possidendam.) [2])

706. (Leonardus de Borsithaw Ludero de Ywan et suis heredibus, necnon Jesconi et Wenceslao filijs fratris predicti Luderj in villa Pornicz Curiam cum duobus laneis censualibus [3]) pratis Siluis paschuis vendidit hereditarie possidendam.)

707. (Luderus predictus Agnezse vxori sue super duobus laneis predictis et super Silua vigintiquinque marcas grossorum nomine veri dothalicij deputauit.)

708. (Mathinco de Bolelicz Rathmanno de Vgesd et suis fratribus vnum laneum cum Silua et omnibus alijs pertinencijs vendidit hereditarie possidendum.)

709. Jesco dictus Dupnik Anne vxori sue in villa Osseczan super toto, quod habet ibidem signanter super fortalicio Siluis et alijs pertinencijs quibuscumque Sexaginta vnam marcas nomine veri dothalicij deputauit, transferens eam de Bonis Nietkowicz, et fatetur Leonardus de Borsithaw frater predicte Anne, quod hec translacio vergat in vtilitatem eiusdem Sororis sue.

710. Otpor [4]) Sbinco de Kokor dicit, quod Bona in Osseczan, super quibus dothalicium supradicte Anne factum est vt premittitur, Sint hereditaria Katherine, que vxor est Janaczonis dicti Kuschel.

(F. LII. r.) **711.** Laczco de Crawar Czirhoni de Kocor super toto, quod habet in villa Sbrasscho, exclusis siluis vigintiquinque marcas grossorum Jure dothalicij deputat possidendas.

712. Erasmus de Bistrzicz Wenceslao Doloplas et suis heredibus vnum laneum cum suis pertinencijs in villa eadem, duas partes fluminis, et duas partes Silue a Merskles vsque in Lacznaw, et signanter hoc predictus Erasmus Judicialiter obtinuit, ad quod consenciunt eciam Andreas et Wytko de Bistrzicz, vendidit hereditarie possidenda.

713. (Gindirsich et Smyl fratres de Sůlschowicz Alberto de Domamislicz et suis heredibus in villa Susschowicz Curiam Collonariam Tabernam et duas Curticulas cum Siluis pratis paschuis fluminibus et alijs pertinencijs, nichil sibi Juris reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendas.)

714. (Jesco dictus Dupnik Andree de Turowicz tres laneos cum dimidio, quatuor curticulas in villa Nietkowicz vendidit hereditarie possidendos.)

715. Hersscho de Turowicz Margarethe vxori sue, transferendo eam de Bonis Tamicz in villa Lippowe super tribus laneis minus medio quartali, super Molendino et super duobus (sic) curticulis, et nominanter super omnibus hijs, que habet ibidem Quinquaginta marcas grossorum nomine dothalicij deputauit. 1385.

716. (Mathias de Ratay Jesschiconem de Radieska facit et constituit Bonorum suorum, que habet vel habebit, Rectorem et in euentum mortis sue puerorum suorum tutorem.)

717. Vnka de Magetin Onschoni de Crasna in villa Czellczicz medium laneum cum suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendum.

718. (Franko de Pornicz Andree de Turowicz et Anne sorori sue dans bona pro bonis in villa Vhercze duos laneos cum suis pertinencijs intabulauit.)

719. Andreas de Turowicz Frankoni de Pornicz et suis heredibus villam totam Swaby dictam cum Siluis pratis paschuis Riuis Molendinis et alijs pertinencijs cum pleno dominio sicut ipsemet tenuit, eandem intabulari disposuit.

720. (Micschico de Koziezan Czirhoni de Kocor et suis heredibus duas partes Curie in Pentschicz, duas partes pratorum, duas partes siluarum, Molendinum, laneum vnum censualem, Tabernam censualem, ortum censualem et omnia, que habuit ibidem, vendidit hereditarie possidenda.)

721. Anna vxor Jesconis de Schiroczien eundem Maritum et heredes suos super toto, quod habet hereditarie vltra valorem sui dothalicij, videlicet in Bonis Trubca, Sdisslawicz et in Czessthin, in veram suscipit vnionem.

(F. LII. v.) **722.** Offca vxor Andree de Turowicz abrenuccians dothalicio, quod prius in Tabulis continetur, cum inueniri non poterat, arbitrata est quod nullum decetero vigorem habere debeat, et petiuit illud aboleri.

723. Andreas de Turowicz Offcze vxori sue transferendo eam de Bonis Kostelicz in villa Nietkowicz super tribus laneis cum dimidio, et quatuor curticulis, Quadraginta marcas grossorum nomine dothalicij deputauit, et Sbinco de Kocor retulit, affirmans certissime, quod hec translacio sit vtilitas predicte Offcze.

724. (Barthon de Neczczicz Mathiae de Ratay in villa Neczczicz Curiam et quartale cum Siluis pratis et alijs pertinencijs vendidit hereditarie possidendam.)

725. Andreas de Turowicz Nicolao de Rosczeny in villa Kostelicz Curiam cum quartali, tribus curticulis, Siluis pratis et alijs pertinencijs, sicutmet tenuit Jure dothalicij, vendidit pro vigintiquinque marcis hereditarie possidendam.

726. Vnka de Magetin Onschoni de Crasna in villa Czelczicz Curiam, medium laneum et vnum subsidem, cum suis pertinencijs sicut solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

727. Benesschius de Wirbatek Janconi fratri suo et suis heredibus totum, quod habuit in Wirbatek, nichil sibi Juris reseruans vendidit hereditarie possidendum.

[1]) *Der im Orig. vorstehende Name „Nemocz“ ist durchstrichen.*

[2]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer anderen Hand „ad mandatum domini Jodoci.“*

[3]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

[4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1385. **728.** Kaczna vxor Richwini de Vgesd abrenunccians dothalicio, quod prius in tabulis continetur, cum inueniri non poterat, arbitrata est quod nullum decetero vigorem habere debeat, et petiuit illud aboleri, Et Philippus dictus Zub frater germanus predicte Kaczne, et Przibico eciam frater et Janko Warmuzze dictus constituti personaliter dixerunt, hoc bonum esse et cedere in vtilitatem predicte Kaczne.

729. (Jesco de Zerotin Henricum de Schônwald super omnibus bonis suis, que habet uel habebit, in veram suscipit vnionem, et quando placet potest aboleri facere, ipsius Henrici absencia non obstante.)

730. (Janco de Wirbatek Elzcze vxori sue in villa eadem super Curia, quam habet ibidem, et omnibus eius pertinencijs Quinquaginta marcas nomine dotalicij deputauit.)

731. (Janco de Wirbatek Benesschio fratri suo in villa Scalicz IIII marcas grossorum minus tribus grossis vendidit hereditarie possidendas.)

732. (Benesschius de Scalicz Janconem fratrem suum et heredes suos super omnibus bonis suis, que habet vel habebit, in veram suscipit vnionem, et quando wlt potest aboleri facere, ipsorum absencia non obstante.)

733. Richwinus de Vgesd Laczkoni de Crawar Curiam in Vgesd cum omnibus suis pertinencijs nominanter totum, quod habuit ibidem, vendidit hereditarie possidendum, et si alibi fuerit inventum in Tabulis, cum pro nunc inueniri non poterat, aboleri debebit nec alicuius existere firmitatis.

(F. LIII. r.) **734.** (Jesco dictus Puklicze Petruscze vxori sue super toto illo, quod emit in villa Nietkowicz aput Jesconem Dupnik, Quinquaginta marcas nomine dothalicij deputauit, ad manus Przibiconis dicti Zub de Czitowicz.)

735. (Marscho Ciuis Prerouiensis Laurencio et Johanni fratribus de Prerouia et eorum heredibus medium pontem situm ante Prerouiam vendidit hereditarie possidendum.)

736. Andreas de Bistrzicz Wenceslao Doloplas totum, quod habet in Bistrzicz et omne Jus congressionis, quod sibi conpeteret vel haberet cum Hincone patre et Wytkone fratre predicti Andree, dedit liberaliter et donauit.

737. Wisko de Zaworicz et Jacobus filiaster eius Thome dicto Hirbe de Rzy villam Mirlin dictam cum siluis pratis Molendino et alijs pertinencijs necnon pleno dominio vendiderunt hereditarie possidendam.

738. (Tomassch predictus Hercze vxori sue super censu predicte ville Mirlin Triginta quinque marcas nomine dothalicij deputauit,)

(F. LIII. v. et LIV. r. vacant.)

(F. LIV. v.) **739.** Anno domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo quinto In octaua sancti Johannis Baptiste [1]) celebratum est Colloquium Presentibus Serenissimo Principe Domino Procopio Marchione Morauie, Wockone de Crawar 1385. supremo Camerario, Vnka de Magetin Czudario et Nicolao Marchionis et terre Supremo notario, Supremis beneficiarijs, Laczkone de Crawar, Petro de Plumnaw, Budissio et Benessio fratribus de Quassicz, Styborio de Cimburg Benessio de Busaw, Wilhelmo de Pernstein, Jescone Puska de Cunstat, Pawlicone de Sowinecz, Stepphano de Warthnaw, et alijs quam pluribus, qui tunc personaliter intererant. [2])

(FLV. v.) **740.** Anno domini Millesimo 1386. CCC°LXXXVI^to post Octauam Epiphanie Celebratum est colloquium Olomucense presentibus Serenissimo Principe Domino Procopio Marchione Morauie, ceterisque Baronibus et Nobilibus infrascriptis, Wokone de Crawar Camerario supremo, Vnka Czudario de Magetyn, Andrea Prothonotario Illustris principis domini Jodoci Marchionis Morauie Officicialibus (sic) supremis Laczcone de Crawar, Herardo de Cunstat, Jescone de Lukow dicto de Sternbergh, Wilhelmo de Zlyn alias de Sternbergh, Stiborio de Cymburgh, Jarossio fratre ipsius, Vlrico de Bozkowicz, Pawlicone de Eulemburgh, Stephano de Wartnow, Wilhelmo de Podyebrad, et alijs pluribus qui tunc personaliter intererant.

(F. LV. r. vacat.)

(F. LVI. r.) **741.** Odpora [3]) Orphani Daliborij de Trawnyk contradicunt vendicioni et intabulacioni ville Trawnyk Budissio de Kwassicz facte, eo quod eadem villa est vendita ipsis orphanis annos non habentibus, et nulla debita habentibus, et Henslinus de Kowalowicz auunculus orphanorum predictorum ex eo, quod annos non habent, eciam contradicit pro eis.

742. Barsso de Prerowia mediam partem pontis cum theloneo Prerowye, quam sibi sub Anno domini M°CCC°LXXXIII° reseruauerat, sibi de tabulis exponens Michkoni de Prerowya et suis heredibus vendidit hereditarie possidenda. (sic)

743. Anna relicta Jacubkonis de Leznicz Alsoni de Leznycz et suis heredibus Quinquaginta Sexagenas grossorum, quas habet In et super Curia et aratura et vno quartali censuali in villa Leznycz dat legittime et assignat.

744. (Sigismundus de Nedachlebicz et Janacz de Nedachlebicz et heredes ipsius verum congressum faciunt cum omnibus Bonis, que habent uel habere poterint in districtu, que ad Olomucensem Czudam pertinent, et legittimam vnionem.)

745. Wilhelmus de Stermbergh dictus de Zlyn domine Skoncze germane sue sorori, olym relicte Alberti de Puochaym dicti de Lyczow, in villa Czeykowicz super XVII laneis minus vno quartali censualibus

[1]) *d. i. den 1. Juli.*

[2]) *Da der übrige Theil dieser und die ganze folgende Blattseite leer sind, so dürfte man zu der Annahme berechtiget sein, dass die bei diesem Landrechte allenfalls vorgekommenen Einlagen nachträglich eingetragen werden sollten, was aber leider aus bisher unbekannten Ursachen nicht geschehen ist.*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1386. XL sexagenas grossorum veri redditus census annui, quos quidem laneos ipsa domina Skonka tenet ad presens in Quadringentis sexagenis grossorum nomine ueri dotalicij, dat beniuole et assignat iuxta consuetudinem terre Morauie antiquitus obseruatam.

746. Skonka relicta olym Alberti de Puschaym dicti de Lyczow Wilhelmum de Sternbergh dictum de Zlyn suum fratrem germanum ad ueram vnionem et congressum legittimum tocius dotis sue, quam In et super villa Czeykowicz ab eo racionabiliter possidet, beniuole recipit, sic quod idem Wilhelmus ad primam requisicionem ipsius, uel domini Johannis de Sternberg dicti de Lukow eandem congressionem in primo colloquio dominorum in Olomucz exponere et extabulare tenetur, omni occasione penitus proculmota.

(F. LVI. v.) 747. Johannes de Sternbergh dictus de Lukaw Jesconi de Kostelecz medium laneum cum quodam nemore ad predictum medium laneum pertinente, quemadmodum solus tenuit, nichil sibi proprietatis ibidem reseruando, et suis heredibus et successoribus vendidit hereditarie possidenda, Sic quod prefati medij lanei intabulacio in prioribus libris careat vigore.

748. Illustris Marchio dominus Jodocus mandauit intabulari Quinque laneos censuales et vnam curticulam Stephano de Rotenbach heredibus et Successoribus suis hereditarie possidendos.

749. Johanka de Orzechowe Bohunconi dicto Huhna de Smrczau et suis heredibus et successoribus Curiam allodiarem cum vineis Siluis agris censibus et alijs pertinencijs vniuersis, nichil sibi proprietatis ibidem penitus reseruando, pro debitis in quibus sibi obligabatur, dat hereditarie possidenda.

750. Bohunco dictus Huhna de Smrczan Mirkonem fratrem suum de Smrczan et Wenceslauum suum Sororium de Horzyn ad omnia bona, que habet in districtu Olomucensis Czude, recipit ad veram et legittimam vnionem sub hac conclusione, quod possit quandocumque sibi placuerit, exponere et extabulare huiusmodi vnionem, sint ipsi presentes uel non.

751. Sdenko de Syemrze Nestczye sue coniugi in Curia allodiari ibidem in Syemrzye et vna curticula censuali viginti marcas grossorum nomine ueri dotalicij dat et assignat, et Woyslaus dictus Puklicze de Rostytek ad manus fideles recepit.

752. (Mathias de Ratay Stephano filiastro suo de Honyeticz omne Jus suum, quod habet in villa Wyezek, dat beniuole et assignat.)

753. (Czenko de Ronow dictus de Lethowicz Anne sue coniugi filie domini Vlrici de Bozkowicz in villis Miloticz et Dubnan et earum vniuersis pertinencijs, collacione dumtaxat Ecclesie in Miloticz et quibusdam hominibus Wilhelmi in Dubnan exclusis, et eciam quidquid vltra Sexaginta marcas de Censu annuo ibidem resultaret, Sexaginta marcas grossorum Pragensium census annui in Sexingentis marcis predictorum grossorum, dat legittime nomine dotalicij, et dominus Vlricus de Bozkowicz personaliter hoc suscepit iuxta consuetudinem terre Morauie ab antiquo tempore obseruatam.)

(F. LVII. r.) 754. (Johannes de Sternbergh dictus de Lukow Jeskoni de Doloplass Curiam allodiarem ibidem in Doloplass, cum ipsius pertinencijs vniuersis, et suis heredibus et successoribus vniuersis vendit et dat hereditarie possidendam.) 1386.

755. (Jesco de Doloplass Elsczie sue coniugi in Curia allodiari ibidem et eius vniuersis pertinencijs Triginta Marcas grossorum nomine dotalicij dat beniuole et assignat secundum consuetudinem terre Morauie.)

756. Henricus de Newogicz Erhardo de Drahotuss et heredibus et successoribus suis Curiam allodiarem in villa Swatoboricz cum omnibus censibus Redditibus Prouentibus Agris Siluis et ceteris attinencijs vniuersis, nichil sibi et heredibus suis ibidem penitus reseruando, quemadmodum solus tenuit, in octoginta tribus Marcis dat hereditarie possidendam, Ita quod prior intabulacio eorundem bonorum, si que reperta in precedentibus fuerit, nullum vigorem penitus debeat optinere.)

757. (Wenczeslaus de Kudlowicz et Janaczo de Nedachlebicz cum omnibus et vniuersis bonis suis, que nunc habent uel habebunt in antea, faciunt vnionem beniuole et congressum, sic quod vnus in absencia alterius poterit hanc vnionem de tabulis exponere, quandocumque sibi placebit, contradiccione qualibet non obstante.)

758. (Mixo et Petrus fratres de Przedmostye Kacznye conthorali Ade de Przedmostie et ipsius heredibus Curiam allodiarem cum agris cultis et incultis, nichil sibi penitus ibidem reseruando, vendunt et dant hereditarie possidendam.)

759. (Mixo de Chudyechrom Margarethe sue coniugi in et super villa ibidem in Chudyechrom et vniuersis eius pertinencijs, nichil sibi penitus reseruando, Septuagintaquinque marcas grossorum nomine dotalicij dat beniuole et assignat, et eciam pro suis heredibus nichil reseruat.)

760. (Vlricus de Drahonowicz Oussonem de Polichna et Rzywynum suum filium ad omnia, que habet in villa Bohuslauicz et pertinencias vniuersas, nichil excludendo penitus, recipit in vnionem et congressum, Sic quod ipse uel sui heredes potestatem habeant, quandocumque eis placuerit, eciam ipsis absentibus eandem vnionem de tabulis exponendi.)

(F. LVII. v.) 761. Stephanus de Holnstayn dictus de Wartnow Misliborio et Marsikoni fratribus de Radowesicz heredibus et successoribus eorum et ad manus fideles Petri de Radowesicz, Rudoldi de Rokytnycz et Jesconis de Wissehorzowicz, Municionem Dyedcowicz cum villa Dyedkowicz, villam Krenowicz, villam Mitrowicz, villam Waldow et villam Cztyeticze cum omnibus villarum illarum Incolis censibus redditibus obuencionibus prouentibus Siluis pratis pascuis venacionibus Aucupacionibus fluminibus Riuis aquis aquarumve decursibus, Judicijs emendis de Judicio prouenientibus, vsibus usufructibus, et alijs attinencijs et pertinencijs vniuersis, mero et pleno dominio, nichil sibi heredibus et successoribus suis neque filiastris suis in villis et Bonis predictis Juris proprietatis uel dominij penitus reseruando, dat vendit hereditarie possidenda, quemadmodum

1386. solus ea tenuit, et sicut ab alijs bonis circumadiacentibus circumferencialiter sunt distincta.

762. (Jesko de Zyrotyn Witkonem fratrem suum de Zyrotyn et heredes ipsius super omnibus bonis suis, que nunc habet uel habebit postea, In ueram et legittimam suscipit vnionem, Ita tamen quod possit hanc vnionem de tabulis exponere, quandocumque sibi placeret, eorum absencia non obstante.)

763. (Marquardus de Medricz Jaroslao de Senicze et suis heredibus et successoribus Curiam allodiarem cum alteromedio laneis censualibus, et duabus curticulis censualibus, Pratis Siluis Pascuis et alijs pertinencijs vniuersis, nichil sibi proprietatis uel dominij ibidem penitus reseruando, vendit hereditarie et assignat.)

764. Jarko de Pyenczin Zawissio de Morawiczan et Jacobo fratri suo indiuiso plebano ibidem et Jacobo de Chwalkowicz eorum sororio, heredibus et successoribus eorum, villam Polom cum omnibus ipsius pertinencijs, censibus redditibus Siluis pratis pascuis piscinis et alijs utilitatibus vniuersis, Nichil alio nec dumtaxat vno [1]) laneo, in quo Barthon caluus nunc residet, excluso penitus vendit hereditarie et assignat.

765. Margaretha relicta olym Janconis Kolek de Lukow, Drslao de Stralek fratribus suis, heredibus et Successoribus eorum In et super Curia [2]) allodiari in Lukow, thaberna et vna curticula quadragintaquinque marcas, quas ibidem habet pretextu dotalicij, eo Jure sicut ipsa possidet, videlicet dotis nomine, nichil excludendo penitus, dat beniuole et assignat.

(F. LVIII. r.) **766.** Witoslaus de Wodyerad, Clare conthorali Mixiconis Kawaczka, Quinque fertones census annui in thaberna et vna curticula in villa Lessany in duodecim cum dimidia Marcis grossorum in hereditatibus Wilhelmi de Luczka ipsius Wilhelmi sicut ex ore eius audiuimus, accedente consensu nomine dotalicij dat pariter et assignat iuxta consuetudinem terre.

767. Wilhelmus de Luczka alias de Cunstath Jarkoni de Pyenczyn heredibus et Successoribus suis villam Pyenczyn, sicut eam solus tenuit, cum omnibus censibus redditibus Prouentibus Siluis Nemoribus Pratis Agris cultis et incultis et alijs pertinencijs vniuersis fluminibus Riuis et vtilitatibus ceteris cum pleno dominio, nichil sibi et suis heredibus ibidem penitus reseruando, vendit hereditarie et assignat, sic quod in casu ubi eadem villa intabulata superius fuerit, nullum robur eadem intabulacio obtineat et vigorem.

768. Jarko de Pienczyn Margarethe sue coniugi in hominibus censualibus ibidem in Pienczyn Quinque marcas census annui in quinquaginta Marcis grossorum nomine veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dat pariter et assignat.

769. (Leutoldus de Zdisslawicz Marsiconem de Lhota ad omnia Bona sua, que habet in Laznyk, videlicet piscine Molendini lanei Nemorum et Siluarum ad vnionem recipit et congressum sic tamen potestatem hanc quod habeat, quandocumque sibi placuerit hanc vnionem de tabulis exponendi.) 1386.

770. (Nahradko de Studnicz Drahussoni de Podole vnum laneum in villa Podole cum pleno dominio et alijs illius lanei pertinencijs vniuersis uendit hereditarie et assignat.)

771. (Jakubek de Zdyetyn Kunczye relicte Janonis sui fratris et eius heredibus alteram mediam Marcas census annui super vno laneo in villa Ohrozym in quindecym Marcis grossorum nomine dotalicij iuxta terre consuetudinem dat pariter et assignat.)

772. Hersso de Lyderzow Margarethe conthorali sue in villa Lyderzow quintam dimidiam Marcas census annui in quadragintaquinque marcis grossorum nomine dotalicij iuxta consuetudinem terre dat pariter et assignat.

(F. LVIII. v.) **773.** Walentinus de Przestawlk, Herssoni de Lyderzow in villa Oprostowicz Tres marcas census annui racione dotalicij dat pariter et assignat.

774. Jenczo de Wyczek Anne coniugi sue In villa Wyczek in et super Curia allodiari et alijs vniuersis pertinencijs, quibuscumque specialibus vocabulis nominentur, Sexaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij de consensu plenario Matris sue Wichne iuxta terre consuetudinem dat pariter et assignat.

775. (Anna Conthoralis Jenczonis de Wyczek et Mixiko dictus Roman de Misslegowicz, ipsa Anna cum omni dotalicio suo, quod habet in villis Wyczek et Laznyk, et ipse Mixiko cum omnibus bonis, que nunc habet uel habebit postea, faciunt vnionem pariter et congressum, sic quod ipsa Anna sibi potestatem reseruat, hanc vnionem quandocumque vellet de terre tabulis exponendi.)

776. (Mislibor de Radowessicz Anne sue coniugi in et super villis Waldow et Mitrowicz et earum pertinencijs vniuersis Centumquinquaginta Marcas grossorum nomine veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dat pariter et assignat.)

777. (Byena relicta olym Stachonis de Sarow omnes pueros suos utriusque sexus super dotalicio suo, quod habet in villa Passowicz in veram vnionem recipit et congressum, sic quod possit eandem vnionem de tabulis terre exponere, quandocumque placeret, sint absentes pueri uel presentes.)

778. (Hersso de Rakowich Anne conthorali sue in villa Bohuslauicz super vna aratura Triginta Marcas grossorum nomine dotalicij dat pariter et assignat iuxta consuetudinem terre, et super alteromedio laneis censualibus et illorum laneorum, et arature pertinencijs vniuersis easdem triginta Marcas in ipsa villa Bohuslawicz assignauit.)

(F. LIX. r.) **779.** Sdenko de Sternberg alias de Lukaw de consensu domini Johannis de Sternbergh alias de Lukaw, prout ex ore eius audiuimus, Sbynkoni de Drzyenowe heredibus et successoribus suis villam Srnow totalem cum omnibus Censibus redditibus Prouentibus Agris cultis et incultis Siluis nemoribus Pratis pascuis et alijs pertinencijs vniuersis mero

[1]) *Die im Orig. nachstehenden Worte „alio in“ sind durchstrichen.*

[2]) *Das im Orig. vorstehende „villa“ ist durchstrichen.*

1386. et pleno dominio, sicut hec omnia solus possedit et tenuit, nichil sibi et heredibus suis, neque domino Jeskoni prefato et suis heredibus in villa predicta Juris et proprietatis penitus reseruando, vendit et donat hereditarie possidenda, Ita tamen quod in casu, vbi dicta bona alicubi alibi intabulata fuerint, hec intabulacio nullius sit Roboris et vigoris.

780. (Stephanus de Holnstain alias de Warthnow, Stiborio de Czymburgh alias de Towaczow heredibus et successoribus suis Bona libera, videlicet Castrum Grumbergh alias Straziscz, opidum Konycz cum Municione, curia prediali, Jurepatronatus Ecclesie ibidem, villas integras videlecet Stebl, Jessenecz, Brzyscze, Kluzyn, Ochoze, Prziemyslawicz, duas Curias prediales, Juspatronatus Ecclesie ibidem, villam Hluchow cum Curijs, quinque araturas in se continentes, cum silua que wlgariter Luh dicitur, que ab antiquo ibidem spectauit, villam Rezkow, Suchdol, Destne, Knyeze Lhota, Krziemenecz, Rimarzow et Neslgrunth cum omnibus Agris cultis et incultis pratis pascuis, Ortis, Curticulis, Pomerijs piscinis piscaturis fluminibus aquis Riuis Riuulis aquarumve decursibus, Molendinis Siluis Rubetis vijs et Invijs Granicijs Limitibus gadibus penis multis, (sic) Judicibus Judicijs Incolis Censibus vsufructibus, Montibus vallibus collibus promontariis omnibus ad ea Bona antiquitus spectantibus vniuersis et singulis prouentibus et pertinencijs ad omnia ea Bona et singula superius expressata, pleno et mero Jure dominij, aut si eciam idem Stephanus in eisdem bonis vltra aliquid tenuit et possedit, ea omnia et singula, nichil penitus in eisdem bonis proprietatis Juris aut dominij uel vtilitatis, de alto et basso, Sibi heredibus et Successoribus suis, neque eciam orphanis Johannis dicti Kropacz fratris sui filijs Masculini seu feminini sexus reseruans, sed integre et plene vendit et vendidit et in tabulas terre inposuit presentibus hereditarie possidenda.)

781. (Wenceslaus de Czelczicz Lude sorori sue et Miksiconi marito eius de Hlussowicz in villa Czelczicz super medio laneo censuali decem marcas pro dotalicio, sicut est consuetudo in terra dat pariter et assignat.)

782. Luderus de Iwan Raczkoni et Zeyfrido fratribus de Prostyenycz in villa Pornycz Curiam allodiarem cum duobus laneis censualibus pratis Siluis pascuis et suis pertinencijs vniuersis vendit hereditarie possidendam.

(F. LIX. v.) 783. Walentinus de Przestawlk Rachne de Olssan et Rachuto marito ipsius in villa Olssan super Curia allodiari et alijs vniuersis prouentibus et pertinencijs eius, que habet ibidem Triginta marcas grossorum nomine dotalicij secundum consuetudinem terre dat pariter et assignat, *Pawlico de Prziestawlk qui habet in bonis eisdem cum Walentino congressum ad hanc intabulacionem assensit personaliter et consensit.*

784. (Rachut de Lodyenycz Rachne conthorali sue ibidem in villa Lodyenycz in et super alteromedio laneis et vno quartali censualibus, vna thaberna Molendino et quinque Curticulis Triginta marcas grossorum nomine ueri dotalicij, prout consuetum est in terra, dat pariter et assignat.)

785. Theodricus de Nyetkowicz pater Agnetis promisit bona fide, quod extabulacio dotis ipsius Agnetis est bonum eius. 1386.

786. (Raczko et Zeyfridus fratres de Prostyenicz Dorotheam filiam Raczkonis et Busskonem generum eius ad omnia bona, que nunc habent uel habebunt postea, recipiunt in congressum sub tali condicione, quod vnus eorum in absencia alterius hanc intabulacionem, quandocumque placuerit, possit exponere et delere.)

787. Buzko de Raycze Jesconi dicto Puska de Cunstath et suis heredibus omnia bona, que nunc habet postea dat hereditarie possidenda.

788. (Stach de Kokor Katherine sue coniugi, et Janko frater ipsius habens congressum cum eo in villa Prossenycz, in et super tribus laneis censualibus Quatuor marcas census annui in quadraginta Marcis grossorum nomine dotalicij iuxta consuetudinem terre dant pariter et assignant, et Pessko de Bykowicz genitor Katherine personaliter hoc suscepit.)

(F. LX. r.) 789. Boliko de Olssan Swatoborio de Zaworicz heredibus et successoribus suis in villa Olssan curiam cum duabus araturis, agris cultis et incultis, censibus redditibus Prouentibus Siluis nemoribus pratis pascuis et parte collacionis Jurepatronatus Ecclesie, que concernit eundem, et alijs pertinencijs vniuersis, que ibidem habuit, nichil sibi et heredibus suis ibidem penitus reseruando, Et in villa Hrabissyn tres laneos censuales cum vna thaberna et fabro dat hereditarie possidendum.

790. Onsso et Petermannus fratres de Przestawlk cum omnibus Bonis, que nunc habent uel habebunt postea, voluntarie fecerunt congressum, Ita tamen quod vnus in absencia alterius hanc vnionem de tabulis possent exponere et delere.

791. Medliko de Wrahowicz Swatoborio de Zaworicz et heredibus suis omne Jus suum, quod in villa Koyssow et alibi in Bonis ubicumque habet, Dyetmarus de Koyssow super Sexaginta marcis grossorum obtinuit, dat beniuole et assignat.

792. Jesco de Swatoborzicz Kaczne conthorali sue in villa Swatoborzicz terciam mediam marcas census annui in vigintiquinque marcis grossorum nomine dotalicij, secundum Jus terre dat pariter et assignat, et dominus Wilhelmus de Zlyn ad manus proprias hoc suscepit.

793. Machaczius Judeus de Chremsier pro se et suis heredibus domine Anne de Trubek et ipsius heredibus Bona, que habet in Trubek villa dat pariter et resignat, numquam per ipsum et heredes ipsius bona huiusmodi impetenda.

794. Anna de Swabenycz relicta olym Medwyedkonis de Trsicz Wenceslao dicto Doloplass heredibus et successoribus suis, dotalicium suum et omne Jus sui dotalicij, quod habuit in villa Swessedlicze super tota villa et pertinencijs eius pro octoginta marcis grossorum vendidit atque dedit.

795. Theodricus de Prussenowicz Thassoni de Prussenowicz heredibus et successoribus suis Curiam Allodiarem, cum collacione Ecclesie et alijs vniuersis pertinencijs, que habet ibidem et in villa Lhota, et in villa Kolkow, nichil sibi et heredibus suis Juris

1386. uel proprietatis penitus reseruando, sicut solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

(F. LX. v.) 796. (Jesko dictus Dupnyk Peskoni dicto Puklicze heredibus et Successoribus suis in villa Nyetkowicz curiam Allodiarem cum vno medio laneo et vna curticula censualibus, vna thaberna et piscina, Siluis pratis pascuis, Agris cultis et incultis, et alijs illius Curie pertinencijs vniuersis, nichil ibidem penitus excludendo, sicut solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda.)

797. Bohunka relicta olim Philippi de Pyenczicz Walentino de Przestawlk et suis heredibus omne suum dotalicium, quod habet in tabulis terre vbicumque locorum, dat beniuole et assignat, quod dotalicium ad vigintiquinque marcas integraliter se extendit, Ita tamen quod prior Intabulacio huius dotalicij nullum robur obtineat et vigorem.

798. (Jessico de Trzebessow Mabkam conthoralem suam ad omnia bona, que nunc habet uel habebit in postea, in veram recipit vnionem et presertim super Curia Allodiari in villa Przedmostye.)

799. Anna de Trubek Relicta olim Skochonis de Trubek Annam suam filiam, vxorem Jenczonis de Bezvchow, ab illa vnione, ad quam recepta exstitit, liberam dimittit beniuole et solutam, Sic quod intabulacio vnionis illius, quandocumque in tabulis reperta fuerit, nullius sit vigoris.

800. Wocko de Crawar, Drslao de Stralek et Benessio genitori ipsius, heredibus et successoribus eorum mediam villam Lhotam prope Vgezd cum omnibus Incolis, censibus, redditibus, prouentibus Agris cultis et incultis Montibus vallibus Siluis Nemoribus pratis pascuis aquis piscina et Molendino fructibus emolimentis et alijs pertinencijs in quibuscumque rebus constiterint vniuersis, Nichil ibidem penitus excludendo, quemadmodum solus tenuit vendit et donat hereditarie possidenda.

801. Odpora [1]) Jakl Judeus Olomucensis contradicit Juri domini Jesconis de Lukow, quo obtinuit per Jus terre pecunias in Sulicone de Otyehrzib super bonis vbicumque habet, quia sunt sibi bona obligata eadem sicut super eo literas dinoscitur obtinere.

(F. LXI. v.) 802. Sdenko de Wyezek Barthossoni de Slezan et suis heredibus mediam partem dotalicij in villa Poczenycz, quam a Kaczna relicta olim Lewykonis emerat, vendit beniuole et resignat, videlicet vigintiquinque marcas.

803. (Jacobus de Rakowich Johanne sue coniugi in villa Rakowich super Curia allodiari Tredecim marcas grossorum nomine dotalicij dat racionabiliter et assignat.) 1386.

804. Anna relicta olim Jeorgij de Pawlowicz ad dotalicium suum, quod super Curia et duabus Curticulis in Pawlowicz videlicet ad Triginta duas marcas, heredes suos et pueros utriusque sexus in veram recipit vnionem, et eciam fratrem suum ad eandem vnionem recipit, et hec vnio debet dumtaxat ad sue voluntatis beneplacitum tam heredum quam fratris durare, quod sibi reseruauit potestatem plenariam, quandocumque placeret congressionem huiusmodi de tabulis exponendi.

805. (Thomas dictus Hrb de Rez Hercze conthorali sue in villa Mrlyn inferiori in hominibus censualibus quindecim Marcas racione dotalicij ad priorem dotem, quam habet intabulatam superius, dat pariter et assignat, Sic quod habeat de vniuerso pro dote sua quinquaginta marcas.)

806. Sbynko de Kokor Anne sue filie et Protywczoni de Zastrzel marito ipsius et eorum heredibus in villa Luczenczicz tres laneos censuales et vnam thabernam dat hereditarie et resignat.

807. (Franko de Podhagye Jankoni fratri suo de Podhagye et heredibus suis et vxori Przibe Curiam Allodiarem ibidem in Podhagye cum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout a Gyndrzichone exemerunt, nichil eximendo penitus, dat hereditarie possidendam.)

(F. LXI. v.) 808. Vlricus de Midlowar Laczkoni de Crawar heredibus et successoribus suis villam Swrczow cum vna aratura et Molendino Censibus redditibus prouentibus Agris cultis et incultis Montibus vallibus Siluis nemoribus, et villam Stiborz et alijs ad illas villas pertinencijs vniuersis limitibus metis, sicut ab alijs bonis circumadiacentibus circumferencialiter sunt distincta, nichil in eis penitus excludendo, dat hereditarie possidenda, sicut ea solus tenuit et possedit, Et nos Sudko de Podole et Wlczko Olomucensis Ecclesie vicarius ad hanc donacionem beniuole consentimus.

809. (Vlricus de Mydlowar Sudkoni de Podole et suis heredibus et domino Wlczconi vicario Olomucensis Ecclesie villam Zakrzowicz cum Municione et Incolis censibus redditibus prouentibus Agris cultis et incultis Siluis nemoribus pratis pascuis piscinis Aquis aquarumve decursibus et ceteris, in quibuscumque rebus constiterint pertinencijs vniuersis, nichil sibi in eisdem penitus reseruando, sicut ea solus tenuit, dat hereditarie possidenda.

(Fol. sequens inpaginatum vacat.)

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

Liber domini Johannis de Luckow.[1]

1386. (F. I. v.)[2]) 1. Anno domini Millesimo CCC^{o} Octogesimo Sexto die dominico proximo post octauas Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste[3]) celebratum est colloquium Olomucense presentibus Jescone de Sternbergh alias de Luckow supremo Camerario, Vnka de Magetyn Czudario, Andrea Notario, et alijs Baronibus infrascriptis, Hinczone de Lypa et Hinczone ipsius filio, Petro de Sternbergh, Laczcone de Crawar, Stiborio de Czimburg, Jescone dicto Puska de Cunstat, Vlrico de Bozcowicz, Benessio de Buzow, Pawlicone de Sowinecz, Wilhelmo de Pernstain, Stephano de Wartnow, Wockone de Holnstain, Sulicone de Konicz et alijs pluribus, qui tunc personaliter intererant.

(F. II. r.) 2. Wssebor de Raycz Jeskoni dicto Puska de Cunstath et suis heredibus alterum medium laneos, qui vocantur Wanykowa naprawa ibidem in Raicz ex parte sui et heredum suorum, cum omnibus eorum pertinencijs, aquis Rubetis, fluminibus et ceteris attinencijs vniuersis, Eciam si plus de Agro in eisdem laneis inuentum fuerit, nichil sibi penitus reseruando, vendidit, dedit et pariter assignauit hereditarie possidendos.

3. Illustris dominus Jodocus Marchio et dominus Morauie Capitulo et Kathedrali Ecclesie Olomucensi villam dictam Prasklicze alias Colben ad se, tamquam Marchionem et dominum Morauie, per mortem quondam Marquardi militis de Morkowicz, et eciam ad progenitorem ipsius Jure rite et iusticialiter deuolutam totalem et integram, cum vna Curia Allodiali, tribus laneis, Agris cultis et incultis Incolis censibus redditibus Prouentibus Curticulis Ortis Pomerijs Aquis fluminibus molendinis piscinis thabernis pratis pascuis venacionibus Aucupacionibus piscacionibus montibus vallibus vijs et invijs Nemoribus Siluis Rubetis emendis penis usibus fructibus usufructibus proprietatibus ac alijs quibuscumque specialibus censeantur nominibus, pertinencijs uniuersis, limitibus gadibus granicijs circumferencijs mero et pleno dominio, nichil sibi et suis Successoribus in eisdem Bonis reseruando penitus, Jure hereditario vendidit dedit et liberaliter assignauit. 1386.

4. Anna de Konicz Conthoralis Henrici de Jewspicz Stiborio de Czimburg alias de Towaczow et suis heredibus de consensu proximissimorum (sic) amicorum suorum videlicet Suliconis de Konicz sui patrui, et Miksonis dicti Rulant Auunculi, Quingentas Marcas grossorum, quas racione dotalicij sui in opido Konicz habuit, et quinquaginta marcas, quas in villa Kluczyn racione eiusdem dotalicij obtinuit, rite et racionabiliter dedit et prebuit exsoluendas, Et si idem dotalicium, quod sicut prius dictum est, est per dominum Stiborium prefatum exsolutum, eidem domino Stiborio et suis heredibus tabulis terre imponit, dat pariter et assignat per ipsum et heredes ipsius hereditarie possidendas.

(F. II. v.) 5. Margaretha de Nedachlebicz Conthoralis Vlrici dicti Wawak, eidem marito suo Wawakoui et heredi, quem nunc habent pariter, et alijs heredibus, quos in futurum ipsos insimul habere continget, Octoginta Marcas grossorum de dotalicio suo, quod ibidem in Nedachlebicz habere dinoscitur, dat pariter et assignat.

6. Prefata Margaretha Katherine sue et quondam Jaroslai sui mariti filie Triginta marcas grossorum de dotalicio suo, quod in Nedachlebicz habere dinoscitur, dat liberaliter et assignat.[4])

7. (Mixiko de Wiczczicz Katherine sue Coniugi in villa Wiczcziz in et super bonis illis, que sunt ab Ondrziegycone et Drzkone empta, videlicet in octauamedia marca census annui Septuaginta Quinque marcas grossorum racione dotalicij secundum Jus et consuetudinem terre racionabiliter deputauit.)

8. (Petrus de Heruolticz Jacobum dictum Konczek In et super omnibus bonis suis, que habet in villa Heruolticz, in vnionem recipit et congressum.)

9. Anna Conthoralis Prziechonis de Polom heredibus suis, quos cum priori marito habuit, Curiam Allodiarem in Ewan cum omnibus suis pertinencijs, nichil sibi in

[1]) *Dieser von einer anderen ziemlich gleichzeitigen Hand herrührende Titel des V. Olmützer Buches (ohne Wappen) steht auf der äusseren Seite des vorderen Umschlagblattes. Oberhalb desselben ist von einer viel späteren Hand mit stark ausgeblasster Tinte der Name „Gesskonis“ geschrieben.*

Der Inhalt dieses sehr mageren Buches umfasst nur 95 Einlagen, welche bei dem Johanni-Landrechte 1386 (n. 1—54) und dann bei dem 3 König-Landrechte 1387 (n. 55—95) unter dem damaligen Oberstlandkämmerer der Olmützer Cuda, Johann von Sternberg Lukow, stattgefunden haben.

[2]) *Die Vorderseite des ersten Blattes enthält das sehr magere, nur nach den Personennamen abgefasste Register.*

[3]) *D. i. den 8. Juli.*

[4]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer anderen gleichzeitigen Hand folgende Note zugeschrieben: „Contra hanc Intabulationem Andreas de Sarow fecit odporam et dicit, quod habet suum vadium in eisdem pecunijs.“*

1386. eadem Curia (nisi dumtaxat decem marcas[1]) reseruando, dat Jure hereditario et resignat.

10. Wocko de Holnstayn Bohunconi dicto Huhna et Mirkoni fratribus de Smrczan villam Drazowicz inferiorem cum omnibus censibus, Agris cultis et incultis et cum duabus villulis desolatis, videlicet Bohuticze, et Schenhoff, cum montibus vallibus Siluis Nemoribus Rubetis pratis pascuis fluminibus Riuis piscinis Aquis aquarumue decursibus, molendinis, mero et pleno dominio, cum omnibus ipsarum pertinencijs, quibuscumque possent specialibus nominibus appellari, nichil sibi et suis heredibus reseruando, vendidit eisdem et eorum heredibus per ipsos et heredes ipsorum hereditarie possidendam.

Nota quod vbicumque ipsa villa Drazowicz cum alijs duabus villulis in tabulis terre cuicumque intabulata esse conperta fuerit, illa intabulacio deleri debebit eo, quod nullum vigorem debebit penitus obtinere.

(F. III. r.) 11. (Hrzywyn de Schardiczky Sbynconem de Hrzienowe in et super Curia in Vnyetycz et in Schardiczky super duos laneos in vnionem recipit et congressum.)

12. Dorothea de Wynarzow Conthoralis Wockonis de Dluhomyl, Dywe de Czekynye Curiam suam cum pertinencijs suis in villa Wynarzi, et omnia que ibidem habuit racione dotalicij, vendidit et eciam resignauit Ita quod in casu, ubi eandem Curiam prefatus Dywa in pace habere non posset, sed impediretur in ea, tunc prefata Dorothea debebit sibi suas reddere pecunias, et Curiam ab eo acceptare, Et eandem Curiam dictus Dywa cum suis debet heredibus possidere.

13. Stiborius dictus Pluh de Rabnstain Monasterio Sancti Thome in Suburbio Brunnensi fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini redditus et census suos, quos in villa Rostyetky habuit cum omnibus eorundem bonorum Juribus proprietatibus Agris cultis et incultis Siluis Nemoribus pratis pascuis aquis aquarumue decursibus et alijs, in quibuscumque rebus constiterint pertinencijs vniuersis cum pleno dominio, nichil excluso penitus, de speciali consensu domini Marchionis pro sue anime remedio dat pariter et assignat.

14. Philippus dictus Hlawa de Swatoboricz Stiborio dicto Pluh de Rabnstain Tres sexagenas census annui in alteromedio laneis ibidem in Swatoboricz vendidit et dedit sibi et suis heredibus hereditarie possidendas.

15. Artlebus de Kunkowicz Andree et Protywczoni filiastris suis de Pawlowicz quatuor laneos censuales cum omnibus eorum pertinencijs, nichil sibi et suis heredibus reservando in eis rite assignauit per ipsos et heredes ipsorum hereditarie possidendos.

16. Andreas et Protywczo fratres de Pawlowicz Artlebo suo Patruo de Kunkowicz et ipsius heredibus omnes census redditus prouentus, quos in villa Kunkowicz habuerunt, cum omnibus Siluis Agris pratis pascuis et alijs pertinencijs vniuersis, nichil sibi reseruando ibidem, dant hereditarie pariter et assignant.

(F. III. v.) 17. (Dywa de Czekynye Vnkam de Magetyn in et super Curia in villa Wynarzi et eius pertinencijs vniuersis in vnionem recipit et congressum.) 1386.

18. Jan de Honyeticz, Micsiconi de Swoyanow et suis heredibus Curiam Allodiarem in villa Honyeticz cum omnibus suis censibus redditibus prouentibus Juribus proprietatibus Agris cultis et incultis Siluis nemoribus Aquis aquarumue decursibus pratis pascuis Molendino Riuis et alijs, in quibuscumque rebus constiterint, pertinencijs vniuersis, nichil excluso penitus, cum pleno dominio, sicut ipse eadem bona solus tenuit, vendidit dedit hereditarie possidenda.

19. Miksico de Swoyanow Anne vxori sue in villa Honyeticz Quinquaginta Marcas grossorum racione dotalicij secundum Jus terre dedit et pariter deputauit.

20. (Idem Miksico Andree de Hartmanicz totum, quidquid post prefatum dotalicium vxoris sue in villa Honyeticz poterit resultare, dat pariter et assignat.)

21. Odpora.[2]) Katherina Conthoralis Janaczonis dicti Kuzel contra Dupnykonem, qui super Curia ville Osseczany in eius veris hereditatibus, ut ipsa dicit, vxori sue dotalicium deputauit, facit quarta vice iam odporam, ut sit hoc clarius omnibus Baronibus manifestum.

22. Radslaw, Mikulass et Jessik de Neczczicz omne Jus suum, quod in villa Osseczany obtinuerunt, cum censibus redditibus prouentibus agris cultis et incultis pratis pascuis. Siluis Nemoribus et alijs pertinencijs vniuersis, nichil excluso penitus, solum excipiendo vnam marcam census in Kowalowicz, Katherine Conthorali Janaczonis dicti Kuzel dat et resignat hereditarie possidendum.

(F. IV. r.) 23. Katherina Conthoralis Janaczonis dicti Kuzel omne Jus suum, quod in villa Osseczany obtinet, heredibus suis et Nedwyedkony de Bolelycz dedit et liberaliter deputauit.[3])

24. Benessius de Wildenbergh alias de Buzow, Henrico de Lypa, Johanni dicto Ptaczek de Pirkenstain, Vlrico de Bozcowicz et eorum heredibus omne Jus, quod sibi in bonis Bohusslawicz et in bonis Dubrawicz ac eorum prquentibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis conpetit seu potest conpetere, sub tali infrascripta condicione legittime deputauit, quod in casu ubi prefati domini in exbrigacione bonorum Buzaw aliqua dampna perciperent, seu racione dotalicij vxoris prefati Benessij de Buzaw, cui pro eodem dotalicio fideiussores existunt, quecumque dampna subintrarent, extunc in dictis Bonis Bohuslauicz et Dubrawicz et eorum pertinencijs vniuersis recuperare eadem dampna debebunt integraliter et ad plenum, et quandocumque de resignacione bonorum predictorum dictum Benessium requisiuerint, extunc ipse Benessius debebit eis Bona predicta absque contradiccione qualibet resignare.

25. (Sdynka relicta olym Peskonis dicti Styetyn de Zdanycz Proczkonem de Cunstath super dotem seu dotalicium suum, quod in Bonis Zdanycz obtinere dinoscitur, in vnionem recipit et congressum.)

[1]) *Am Schlusse der Einlage steht von anderer Hand zugeschrieben: „Cancellacio non debet nocere Intabulacioni.“*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand geschrieben.*

[3]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von einer anderen gleichzeitigen Hand folgende Note zugeschrieben: „Nota, quod filij siue heredes Katherine videlicet Lowcko et Andreas vendiderunt de predicto Jure V marcas Johanni de Domamyslicz“*

1386. 26. Mikso dictus Puklicze, et Augustinus fratres de Snyehoticz Zbynkoni presbitero de Stralek Jesconi dicto Puska de Cunstat, et Anne Coniugi prefati Jesconis, vnum laneum censualem in villa Jessow cum suis pertinencijs vniuersis vendiderunt et assignauerunt hereditarie possidendum.

27. Idem Mikso et Augustinus fratres de Snyehoticz Johanoni de Wranowicz et suis heredibus medium laneum in villa Jessow vendiderunt hereditarie possidendum.

(F. IV. v.) 28. Dominus Petrus de Sternberg coram officialibus maioribus tabularum Czude Olomucensis publicauit et publicari petiuit hoc, quod voluit Bona in Schonwald, que ab Henrico de Schonwald in tabulis habuit, eidem Henrico tabulis terre imponere, prout super eo suas recolit literas se dedisse.

29. Henricus de Schonwald coram Officialibus maioribus tabularum Czude Olomucensis publicauit et publicari petiuit hoc, quod voluit a domino Petro de Sternberg libenter suscipere, quod sibi omnia bona, que habet in Schonwald, tabulis terre imponere nichil penitus excludendo.

30. Jesco de Raicz alias de Rostanye Jeskoni dicto Puska de Cunstat et heredibus suis in villa Raicz Ortum cepinum, Jus patronatus Ecclesie ibidem in Raicz, Siluam Skalka dictam, Siluam dictam Bycz, Nemus dictum Kadyczyna, omne et totum quidquid ibidem in villa supradicta Raicz habuit cum omnibus suis pertinencijs iure et dominio, nichil penitus Juris proprietatis uel dominij ibidem reseruans, Eciam illa porcione, que per fratres suos videlicet Wsseborium et Hermannum peruenerit ad eum fraterna donacione, vendidit hereditarie possidendum.

31. (Anna de Kokor Conthoralis Janconis de Babicz eidem Janconi suo Coniugi in et super nouem quartalibus cum dimidio, duabus thabernis et tercia parte vnius thaberne, que sex grossos annue censuat, ibidem in villa Kokor quinquaginta marcas grossorum, quas racione dotalicij obtinet, secundum Jus terre dedit et legittime deputauit.)

32. Janko de Babicz Anne uxori sue in omnibus bonis suis, que nunc habet in villis Trubky et Zdyslawicze, ducentas qninquaginta marcas grossorum racione dotalicij secundum Jus terre dedit et legittime deputauit, In casu uero ubi estimacione et Iudicio dominorum Petri de Sternberg et Petri de Plumnaw dicte ducente et quinquaginta Marce in predictis Bonis inueniri non possent, seu predicta bona in tantum non extenderentur, tunc prefatus Janco quidcumque defecerit, in alijs bonis prefate Anne tenebitur deputare, Et Bohussius suus patruus hoc suscepit.

33. (Janco de Babicz Petrum de Lychnow fratrem suum super omnia bona, que nunc habet uel habebit, postea, in vnionem recipit et congressum.)

(F. V. r.) 34. Jan de Schonwald Jarcze uxori sue in et super omnibus bonis, que ipse et fratres sui germani et indiuisi nunc habent in Schonwald, Ducentas quinquaginta sexagenas grossorum de consensu dictorum fratrum suorum racione dotalicij secundum Jus terre dedit et legittime deputauit, Et dominus Petrus de Sternberg ad manus suas hoc suscepit. 1386.

35. Anna uxor Skochonis de Trubky, Sobyeno suo filio Ducentas quinquaginta marcas grossorum, et Frankoni fratri suo, quas quidem pecunias Jure in Mikulone suo filio obtinuit, dedit et pariter assignauit.

36. (Andreas de Kowalowicz Zwiestony de Obiedowicz Quintum medium laneos censuales, vnam Curiam allodiarem cum duobus laneis pratis pascuis Rubetis et alijs quibuscumque censeantur nominibus pertinencijs vniuersis in villa Kowalowicz dedit et uendidit per ipsum et heredes suos hereditarie possidendos, Ita quod de eisdem bonis viginti grossos Zwiesto predictus et successores ipsius Plebano de Morkowicz tenebuntur annis singulis censuare.)

37. Jakubko et Onsso fratres de Przieslawlk cum omnibus Bonis suis, que nunc habent uel in futurum habebunt, ad inuicem sunt congressi.

38. Gyndrzich de Krumpsyn Sbinko frater ipsius et Margaretha Relicta olym Lobconis mater eorum heredibus Jurziconis de Domamislicz, videlicet Johanni et Micsoni fratribus, omne Jus suum quod super Quadragintaquinque marcis grossorum in Curia minori in villa Domamislicz donacione Margarethe Relicte olim Jurziconis de Domamislicz obtinuerant, beniuole dederunt et liberaliter resignarunt.

39. (Bolka Relicta olim domini Mathussij de Sternbergh Monastero Sancti Francisci fratrum minorum in Suburbio Olomucensi in Paczlawicz sextam mediam marcas grossorum in illa parte, ubi Philipko resedit, et circumquaque in vicinatu ipsius ex illa parte, que tendit uersus Wlkossow, et in villa (sic). [1])

(F. V. v.) 40. Bolka relicta olim domini Mathussij de Sternbergh Monasterio sancte Clare in Olomucensi suburbio ordinis sancti Francisci Sextam mediam marcas grossorum in villa Paczlawicz, in illa parte, ubi Philipko resedit, et circumquaque in vicinatu ipsius, et in villa Skurouicz ab illa parte, que tendit uersus Wlkossow, Quatuor marcas minus vno grosso census annui de consensu domini Marchionis pro Anime sue et parentum ac progenitorum suorum remedio caritatiue donauit et pariter assignauit perpetuis temporibus possidendas. Nunccius huius Negocij exstitit dominus Vlricus de Bozkowicz.

41. (Anna Relicta olim Hartlini de Lichtenstain Omnia Bona in villa Postupky cum alijs villulis, que emit a Benessio de Postupky cum omnibus illorum Bonorum pertinencijs, in quibuscumque rebus constiterint seu qualitercumque specialibus nominibus possint et valeant appellari, heredibus suis tam masculini quam feminini sexus donauit, et ad sue dumtaxat voluntatis beneplacitum assignauit, ex eo quia a domino Marchione literam obtinere dinoscitur, sua bona in vita uel in morte cuicumque legandi dandi et pariter assignandi, Et ideo prefatam literam pro se saluam racionabiliter reseruauit, ut possit eadem bona prefatis suis heredibus extabulare, quandocumque voluerit, et alteri cui sibi placuerit assignare, sint ibi presentes eciam uel absentes.)

42. Onsso de Swabenicz Herssonem Sororinum suum in et super omnibus Bonis suis, que in villis Swabenicz

[1]) *Diese Einlage ist wahrscheinlich wegen der irrigen Fassung ganz durchstrichen. Vergl. die nächst folgende Einlage n. 40.*

1386. et Dyedkouicz habere dinoscitur, et eorum vniuersis pertinencijs in vnionem, que Spolek dicitur, recepit beniuole et recipit per presentes et presertim ad illa Bona, que sunt sua propria tam in fluminibus Aquis, quam in Siluis et Nemoribus et rebus ceteris, que Smyloni de Lestnicz non intabulauit.

43. Stephanus de Bohusslauicz Zawissio de Bohusslawicz et suis heredibus ac Jacobo plebano in Morawiczan ibidem in Bohusslawicz Curiam allodiarem, Octo laneos censuales et duas Curticulas cum Jurepatronatus Ecclesie, Agris cultis et incultis, pratis pascuis fructibus usibus et alijs quibuscumque censeantur nominibus pertinencijs vniuersis cum mero et pleno dominio, sicut eadem bona solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus Juris et proprietatis penitus in eisdem bonis reseruando dedit et uendidit hereditarie possidendum.

Item si predicta Bona alicubi in tabulis superius inuenta fuerint, extunc nullum vigorem ammodo obtinebunt, et ideo debent extabulari.

(F. VI. r.) 44. (Zawissius de Bohusslawicz Elscze uxori sue vigintisex marcas grossorum racione ueri dotalicij in et super hominibus censualibus ibidem in Bohusslawicz secundum Jus terre Morauie beniuole deputauit.)

45. (Mixo de Wieczemyerzicz Pessiconem dictum Gicha de Drzowicz et heredes ipsius in participium, quod Stupek dicitur, recepit super tribus marcis et tribus grossis census annui in villa Wyeczemyerzicz.)

46. Benessius de Chudobyn et Margaretha uxor eius, Mixoni de Chudobyn et suis heredibus medium laneum in villa Sawynye dederunt et eciam assignarunt, ex eo quia ipse Mixo prefatus medium laneum ipsis intabulauit et dedit per errorem hereditarie per ipsum Mixonem et suos heredes possidendum.

47. (Domanko de Zaworzicz hereditates suas, quas in Municione, Curia Colonari, Molendino in Zaworzicz Pratis pascuis censibus redditibus hominibus et alijs pertinencijs uniuersis habere dinoscitur, et Kaczna uxor sua Dotalicium suum Centum marcarum, quod in Municione Curia allodiari ibidem Molendino pratis pascuis et suis pertinencijs obtinet, et Wissko de Zaworicz hereditates suas, quas in villa Dluhomilow et eius pertinencijs uniuersis habet, nichil sibi utrique in Bonis predictis Juris proprietatis uel dominij penitus reseruando, insimul permutant, dando Bona pro bonis, et hereditates pro hereditatibus, per ipsos et heredes ipsorum Bona iam dicta hereditarie perpetuis temporibus possidenda.)

48. Domanko de Zaworzicz Kaczne uxori sue In et super villa Dluhomilow et eius pertinencijs vniuersis censibus redditibus prouentibus utilitatibus et toto dominio Centum triginta marcas grossorum racione dotalicij dedit secundum Jus terre Morauie et legittime deputauit, et Swatoborius et Wissko fratres de Zaworicz prefate Kaczne promiserunt, quod in casu, ubi dicte Centum Triginta Marce grossorum in predictis Bonis defecerint, debeant statim eidem plenarie assignare.)

(F. VI. v.) 49. Dyetrzich de maiori Senycz villa, Libussio de Senycz et eius heredibus vnum laneum censualem ibidem in Senycz cum omni libertate, eo Jure sicut solus tenuit, uendidit hereditarie possidendum. 1386.

50. Sbynka uxor Henrici de Newogycz eundem Henricum suum coniugem in et super omnibus Bonis, que in villa Trssaly et eius pertinencijs uniuersis habere dinoscitur, in vnionem, quod wlgariter Stupek dicitur, recepit beniuole, et recipit per presentes.

51. (Sdenko de Wiezek heredibus suis omne Jus, quod sibi in bonis Olssan videlicet sex marcas census annui a Judeo Pessak de Brunna de consensu domini Marchionis, prout super eo literam domini Marchionis obtinuit, pro suis pecunijs comparauit, dat et assignat perpetuis temporibus possidendas.

52. Odpora. [1]) Swatoborius de Zaworicz contra istam itabulacionem facit odporam dicens, quod predicta Bona sint sua uera et legittima hereditas et habet in tabulis.

53. Albertus de Domamislicz fecit heredum suorum Commissarium Blizconem de Domamislicz, qui tamen Blizco eosdem heredes de consilio domini Jesconis de Sternbergh gubernare debebit, et sine consilio suo nichil debebit facere, nec aliquid attemptare.

54. *Sdenco de Sternbergh alias de Lucow de voluntate domini Johannis de Sternberg fratris sui vterini et congressoris Sbynconi de Drzienow et heredibus suis et successoribus villam Sirnow totalem et integram cum omnibus censibus redditibus prouentibus agris cultis et incultis siluis nemoribus pratis pascuis et alijs pertinencijs vniuersis mero et pleno dominio, sicut hec omnia possedit et tenuit, nichil sibi et suis heredibus neque domino Jesconi prefato et suis heredibus in villa prefata Juris et proprietatis penitus reseruando, vendit et donat hereditarie possidenda, Ita tamen quod si in casu vbi dicta bona alicubi intabulata fuerint, nullius sit roboris et vigoris.*

(F. VII. r. exhibetur consvetus index personarum in subsequentibus intabulationibus occurentium cum inscriptione: „Current Colloquij anni domini LXXX septimi post Epiphaniam domini per alphabetum.“)

(F. VII. v.) 55. Anno domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo septimo Colloquium dominorum post Epiphaniam domini [2]) celebratum est, Nobili domino Jescone de Sternberg supremo Camerario, Vnka Czudario et Johanne Canonico in Cremsir Notario, residentibus in officio, presentibus nobilibus infrascriptis, Stiborio de Czimburg, Camerario Brunnensi, Johanne dicto Pusska de Cunstat, Jarossio de Hwiezdlicz, Proczcone de Buzow, Sulicone de Conicz, Pawlicone de Sowinecz, Stephano de Warthnow, et Woccone de Holenstein. 1387.

56. (Katherina de Sdanicz filia Styetyn Jesconem dictum Puscam de Cunstat auunculum suum [3]) super Sdanycz et Castrum et Wyecziemielicz piscinas homines et siluas et vniuersas pertinencias cum pleno Jure et dominio, prout sola tenet, assumit in veram vnionem, et eciam super alias villas et dominia, vbicumque habet et a

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *D. i. nach dem 6. Jänner.*

[3]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

1387. patre ipsius super eandem Katherinam sunt deuoluta, et eciam quidquid eadem Katherina habebit, cum dicto Puska fecit vnionem.)

57. (Sbinco de Wrahouicz Stiepano de Chudobyn et suis heredibus Curiam allodialem cum agris ad eandem spectantibus tres curticulas Luzek pomerium, duo prata fluuium dictum Hluczel vendidit sibi in veram hereditatem in dictis Curia et suis pertinencijs superius nominatis, idem Sbinco nichil Juris et proprietatis reseruans, neque suis heredibus.)

58. (Budislaus et Nicolaus de Rosczin cum bonis, que habent uel habebunt, fecerunt veram vnionem et congressum.)

59. (Jesco dictus de Zakowicz Anne vxori sue super Curia prediali in Zacowicz et agris ad hanc spectantibus pratis et siluis ad edificia et cremacionem necessaria et alijs pertinencijs prout ipse tenuit in XL. marcis grossorum racione dotalicij assignauit, Robotis inclusis.)

(F. VIII. r.) 60. (Jessco dictus de Zakowicz Anne vxori sue super Curia prediali in Zakowicz agris pratis et siluis pro edificijs et cremacione necessaria et Robotis agricultura et messe XL. marcas grossorum veri dotalicij assignauit.)

61. (Petrus de Sternberg Henrico de Schonwald et suis heredibus omnia bona in Schonwald, que ab ipso Henrico susceperat, et erant sibi intabulata et cum his VIII marcas minus XII grossis in suis bonis hereditarijs, que ibidem ipse Petrus habuit, nichil sibi aut suis heredibus siue congressoribus ibidem Juris et proprietatis reseruans, intabulat hereditarie possidenda, et si predictus Petrus vel sui predecessores dicta bona haberent prius in Tabulis, nullum vigorem debent habere.

62. Henricus de Schonwald Bernhardo Hecht de Suczendorf et eius heredibus [1]) omnia bona in Schonwald sua et que a Petro de Sternberg suscepit, videlicet Curiam allodialem X laneos minus quartali cum Molendino pratis siluis fluminibus et alijs vniuersis pertinencijs specialiter Jurepatronatus incluso, nichil sibi ibidem Juris et proprietatis aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidenda, Et Curiam allodialem cum siluis et pratis emittit de tabulis ex eo, quod alias Janoni de Schenwalt intabulauit.

63. (Nicolaus de Labuth Kaczne vxori sue in Zeranowicz villa in illa parte, que est et extendit se a Municione videlicet in sex laneis, in quibus sunt sex marce annui census, cum pleno Jure racione dotalicij secundum consuetudinem terre Morauie LX marcas grossorum dat et assignat, et Skoch frater ipsius loco eius suscepit.)

64. Dywa de Czekin Duchonyo dicto Korzenek de Lubenicz et eius heredibus siluam dictam Luh solam vendidit hereditarie possidendam, Notanter que in pratis ipsius Dywe continetur.

65. Wlczco de Morcowicz et Michael ibidem patruelis frater Janoni de Husczenowicz et eius heredibus [2]) vnum cum medio laneo et media taberna et II curticulas cum dimidia, in quibus sunt III marce census annui et IX grossi cum parte silue ipsorum et cum pleno Jure et dominio, nil ipsis Juris et proprietatis ibidem reseruantes vendiderunt hereditarie possidenda, et si cuique intabulata reperirentur, nullum debent habere vigorem. 1387.

66. Petri Sczeczin filia Katherina de Zdanicz dedit suum consensum, vt Priori et Conuentui noui Monasterij ordinis sancti Augustini in suburbio Brvnnensi donacio per predictum patrem eius facta intabuletur, videlicet villula Czirnczin integra cum hominibus censibus et alijs omnibus suis pertinencijs, pleno Jure et dominio est hereditarie intabulata, et dicta Katherina omni Juri et proprietati super dictis bonis renuncciauit de speciali mandato Serenissimi principis domini Jodoci Marchionis ad literam. [3])

67. Stiborius dictus Pluh de Rabstayn... Priori et Conuentui vt supra, vnum cum medio laneum in villa Swathoborzicz cum pleno Jure et dominio, dat et intabulat hereditarie possidendum.

(F. VIII. v.) 68. Stephanus de Holenstain alias de Wartnow Stiborio de Czinnburg alias de Thowaczaw heredibus et successoribus suis Bona libera videlicet Castrum Grunberg alias Strazicz Opidum Konicz cum Municione, Curia prediali, Jurepatronatus ecclesie ibidem, villas integras videlicet Stebl, Jesenecz, Brzisscze, Cluzin, Ochoze, Vlrichsdorff, duas Curias prediales, Juspatronatus Ecclesie ibidem, Hluchow cum Curijs quinque araturas continentibus in se, Rezcow, Suchdol, Desczne, Phfoffendorff, Crzemenecz, Rimarzow, et Neslgrunth, cum omnibus agris cultis et incultis, pratis pascuis, et inter Castrum et Opidum predictis pratis omnibus ortis Curticulis Ortis Pomerijs piscinis piscaturis fluminibus et cum flumine a villa Hluchow vnacum silua lucus, que dicitur Luh circum hoc flumen adiacens usque ad vadum ville Bielkowicz, Aquis Riuis Riuulis Aquarumue decursibus, Molendinis siluis Rubetis ac eciam cum promontorijs, que dicuntur Stranie, superius Opidum Konicz in fine Camporum ville Budietyn pertinentibus vijs granicijs limitibus gadibus penis Mulctis Judicibus Judicijs incolis Censibus et vsufructibus mineris Montibus vallibus et Collibus vniuersisque et singulis prouentibus et pertinencijs ad omnia et singula ea Bona, que superius expressantur, pleno et mero Juris dominio, aut si eciam idem Stephanus in eisdem bonis vltra aliquid habuit tenuit uel possedit, uel si eciam cum Johanne dicto Cropacz fratre suo aliquem habuit super hisdem Bonis congressum, et singula, nichil penitus in eisdem Bonis proprietatis Juris dominij aut vtilitatis de alto et Basso sibi heredibus et successoribus et posteris suis, neque eciam orphanis predicti Johannis Masculini uel feminini sexus reseruans, sed integre et plene vendit et vendidit et in Thabulas Terre inthabulat presentibus hereditarie possidenda.

Nota Dominus Jesco de Sternberg Camerarius cum informacione dominorum fecit ista predicta intabulare ex eo, quia bona orphanorum fuerunt.

[1]) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand zugeschrieben.*

[3]) *Am rechten Rande der Schlussbemerkung steht das von derselben Hand geschriebene Wort: „Nota.“*

1387. 69. *Sudco de Podole Andree Surowecz de Polcowicz et eius heredibus Curiam allodialem in Netczicz, quinque marcas grossorum et sex grossos, II pullos cum suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio siluis pratis pomerijs, nil sibi et suis heredibus Juris et proprietatis reseruans, sicut ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendas,)*

70. *Herart de Luderzow Janoni et Benessio fratribus vterinis de Luderzow suam partem, que ipsum patrimonialiter contingebat ibidem in Luderzow, cum vniuersis pertinencijs hominibus agris pratis siluis pleno Jure et dominio, nil amplius sibi Juris et proprietatis ac patrimonij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.*

71. *(Czenco et Johan de Wieczemierzicz fratres vniti Sbynconi de Dubczan et suis heredibus tres laneos et vnam Curticulam in Wieczemirzicz pleno Jure et dominio, prout ipsi tenuerunt, nichil sibi seu suis heredibus Juris proprietatis reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendos.)*

(F. IX. r.) 72. Thas de Prusenowicz Czirhonem de Cokor vltra omnes suos amicos et congressores fecit omnium bonorum suorum, videlicet in Prusinowicz Jaroslawicz Kolcow et Pustalhotha cum omnibus earum pertinencijs et cum illis omnibus habitis et habendis ac suorum puerorum ordinauit verum commissarium et tutorem.

73. (Mixico de Wieczemirzicz Johannoni de Eywanye et eius heredibus duos cum medio laneos et vnam curticulam in Wieczemierzicz pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nil sibi proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendos.)

74. Pessko Jucha de Dirzowicz Mixiconi de Wieczemierzicz et eius heredibus vnum cum medio laneum vnam Curticulam et agros vinohradi dictos in Dirz owicz pleno Jure et dominio, nil sibi in eisdem reseruans, vendidit hereditarie possidendum, et ad id Johanca ipsius Pessikonis conthoralis cum fratre Marssicone de Chwalowicz consenserunt.

75. Mixico de Wieczemierzicz cum Pessicone Jucha de Dirzowicz et cum suis heredibus, quidquid in Dirzowicz habere dinoscitur, et prout ab ipso Pessicone suscepit intabulatum, inuicem sunt congressi.

76. (Nicolaus de Schonwald Anne vxori sue super bonis suis in Zirotyn Triginta marcas grossorum racione dotalicij assignauit, et quidquid ibi deficeret, tunc in bonis Schonwald debet suppleri.

77. Mathias de Rathay Alssoni de Zlinawski et eius heredibus omne Jus suum, quod habet in villa Wezki resignat vendendo, prout vendidit hereditarie possidendum.

78. Alssico de Zlinawski Kaczne vxori sue Quinquaginta marcas grossorum in villa Vezki superius dicta racione veri dotalicij assignauit.

79. Gitka Domoslai de Poczenicz vxor Wikssoni de Stychowicz et eius heredibus duos laneos in Poczenicz sui Juris, quitquid habet vendidit et assignat, notanter viginti marcas grossorum. 1387.

80. Kunyko de Suchohirdl Elzcze conthorali Troiiani de Chomuthowicz et eius heredibus Curiam in Chomuthowicz cum agris cultis et incultis fluminibus Rubis Rubetis pratis pascuis in XL marcis grossorum racione veri dotalicij assignauit, sibi in eisdem nil penitus reseruando, eo Jure sicut ipsemet tenuit.

81. Wlczco de Sobolek Thassoni de Bozcowicz et eius heredibus in villa Sobolek vnum cum medio laneo duas curticulas quinque praytas Nywi dictas cum pratis Rubetis siluis et suis pertinencijs, nil Sibi et suis heredibus ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidenda.

(F. IX. v.) 82. (Jenyko de Dobroticz Nicolao de Schonwald et eius heredibus in villa Hradssowicz suum Jus Judicialiter obtentum plenum et integrum obligat sub condicionibus infrascriptis, videlicet dum ipse Jenyco ipsum Nicolaum a debitis exsolueret et exbrigaret, tunc Nicolaus predictus presentem intabulacionem debet aboleri et extabulare, potest quoque predictus Nicolaus predicta bona vendere et eciam obligare.)

83. Jan de Chumutowicz Dorothee vxori sue super vna Curticula cum pratis agris ad eam spectantibus XII marcas grossorum racione veri dotalicij ibidem in Chomutowicz dat et assignat.

84. Nota Odpor. [1]) Magdalena de Chomuthowicz contradicit asserens, esse suam propriam hereditatem ibidem in Chomutowicz, quam Jan Dorothee in dotalicium assignauit.

85. Rzywyn de Rostytek Sdenye vxori sue in villa Sardiczky super toto, quidquid ibidem habet, cum omnibus suis pertinencijs XXX marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

86. (Rzywyn predictus Haymanowy de Weterzowa et Gyndrzichowy de Vnyeticz et eorum heredibus [2]) Curiam allodialem in Vnyeticz cum agris pratis siluis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nil ibidem amplius sibi et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidenda.)

87. Janek de Pawlouicz et Offka de Krben, Marquartho de Modrzicz et eius heredibus ipsorum duas partes et porciones in Zdyslauicz, que quidem partes bonorum venerunt ipsis ab Offka relicta Alberti Strzechowecz eo Jure, quo ipsi tenuerunt, nichil sibi amplius Juris in eisdem duabus porcionibus reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendas.

88. Wlczko de Opatouicz Machnye sorori sue ad illas octuoginta marcas, quas in alijs tabulis intabulauit in longa uilla, Nunc Centum marcas grossorum eidem Machne super molendino in Wrchoslauicz et fluuio et pomerio ibidem racione veri dotalicij iterum apponit et dat et assignat, que Machna est vxor Jeskonis de Popowek.

Et prior Intabulacio facta est tempore domini Wockonis anno domini M° CCC° LXXX° quinto post Epiphaniam domini. [3])

[1]) *Diese zwei Worte stehen am rechten Rande von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[3]) *D. i. den 8. Jänner 1385. (Vergl. Einlage n. 700 des IV. Olm. Quat.)*

1387. (F. X. r.) 89. *Agneska conthoralis Pawliconis de Petrzswald Mixiconi de Vitssicz et eius heredibus villam Witssicz cum omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, sed prout sola tenuit, vendidit hereditarie possidendam, et vbicumque prius in tabulis haberet, nullum Jus debet desuper habere.*

90. *Agneska filia Zdislai de Lhotha super dotalicio suo, quod habet in Oppathowicz videlicet Quinquaginta marcas grossorum Vlricum de Lhotha fratrem suum in veram suscipit vnionem.*

91. *Nota.* [1]) *Henzliko de Cowalowicz Auunculus Orphanorum de Trawnyk super bonis ibidem in Trawnyk facit odpor asserens, eadem bona esse predictorum orphanorum.*

92. (Jodocus Marchio Morauie Vlrico dicto Schoss de Breuicz Jesconi et Henrico Pluh Camerarijs suis villas videlicet Rimicz et Menes, quas Marchio dicit, et scripsit huc ad officium, se dictas villas dedisse, mandat intabulari sine contradicione qualibet; et Nos ad literam ipsius domini Marchionis intabulamus eo Jure, quod sibi conpetere videbatur in eisdem.)

93. Johannes de Sternberg alias de Lucow supremus Camerarius Olomucensis filijs et pueris suis omnia Jura sua obtenta, tam perpetua quam ad certa tempora, dat et assignat, potestque predictam donacionem immutare, dum sibi placuerit, seu eciam in alias personas transferre vel vendere pro sue libito voluntatis. 1387.

94. Albrechcziko de Domamyslicz Blizconem de Domamislicz super Curia sua [2]) cum hominibus pertinencijs ad ipsam spectantibus in veram suscipit vnionem, Curia videlicet in Sulessowicz.

95. Nicolaus de Labuth ad illa Bona in Zyranowicz cum omnibus suis pertinencijs, sicut eidem Nicolao per Petrum fratrem Ondrzeykonis sunt intabulata, dat plenum Jus heredibus suis ita, quod omne Jus, quod ibidem habere dinoscitur, Nicolaus predictus, sui heredes eciam habeant.

Istorum bonorum intabulacio per Petrum de Wyczicz Nicolao facta anno domini M° CCC° LXXX° quinto post Epyphaniam domini [3]) et quod ibi heredes fuerunt obmissi hic supplet et apposuit suos heredes. [4])

(Fol. X. v. vacat et duo sequentia folia sunt excisa.)

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Die ober der Zeile gestandenen Worte: „In Domamislicz et“ sind durchstrichen.*

[3]) *D. i. den 8. Jänner 1385.*

[4]) *Vergl. Einlage n. 684, des IV. Olm. Quat.*

Liber domini Johannis Pusce de Kunstat.[1]

1389. (F. I. r.) 1. Anno domini Millesimo CCC^{o} LXXX° Nono Sabbato proximo post Epiphaniam domini[2]) Colloquium celebratum est presidentibus, Nobili Jescone dicto Puska de Cunstat Supremo Camerario, Sulicone de Konycz Czudario, et Johanne Prothonotario domini Jodoci Marchionis, Notario Tabularum, et presentibus Illustri principe domino Jodoco Marchione et domino Morauie, et alijs Nobilibus dominis, Stiborio de Czimburg, Erhardo de Cunstat, Proczcone de Deblin, Petro de Plumnaw, Laczcone de Crawar, Wilhelmo de Sternberg alias de Zlin, Sdencone de Sternberg alias de Luckow, Wilhelmo de Bolehradicz, Proczcone de Cunstat, Pawlicone de Sowynecz, Stephano de Wartnow, Mixone de Pothenstain, Erhardo de Skal, Erhardo de Luczan, et alijs quam pluribus Nobilibus et Strenuis viris, qui presentes fuerunt, et adinuenerunt Judiciales causas.

(F. I. v.) 2. Petrus de Sternberg Priori et Conuentui Religiosis fratribus ordinis Cartusiensis noue fundacionis circa et retro Dolan, domus, que dicitur vallis Josaphat beate Marie, bona nostra videlicet Dolan, Towyrz, Morawiczan, et Palonyn, villas cum Curijs araturis agris cultis et incultis pratis pascuis aquis fluminibus Siluis Rubetis, montibus, vallibus, et generaliter cum omnibus earum pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil nobis et nostris heredibus ibidem Juris aut dominij amplius reseruantes, exceptis sola tuicione dicte domus Cartusiensis et eciam exceptis videlicet poprawa et Berna Regali, quam nos Petrus de predictis bonis debemus iuxta Registrum libri Bernalis expedire, vnacum Berna nostra, Eciam nos Petrus reseruamus, 1389. nobis et nostris heredibus in Dolan et in Morawiczan Juspatronatus Ecclesiarum cum vna Curticula in qualibet earundem villarum propter Juspatronatus supradictum, Alia autem omnia in dictis bonis dedimus dicto Conuentui et fratribus perpetue ob Reuerenciam dei et matris eius intemerate possidenda.

Et ad istam donacionem, quam Petrus predictus fecit Cartusiensibus, ut prefertur, dominus Jodocus Marchio dedit suum consensum et mandauit personaliter intabulari.

Et ista donacio, quam Petrus de Sternberg fecit priori et Conuentui Cartusiensium predictis nomine Reuerendi domini Alberti olim Episcopi Luthomislensis patrui sui, qui dictam domum Cartusiensium dotauit bonis antedictis et Petrus de Sternberg predictus erigit eandem saluis bonis supradictis.

Et vbicumque supradicta Bona Petrus et Johannes de Rosenberg aut Sazema de Vstie prius haberent in tabulis, illud debet extabulari.

3. Petrus de Sternberg Seyfrido de Slatyna et suis heredibus villam nostram Weletyn cum Municione Curia et Molendino et cum alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil nobis heredibus et Successoribus nostris ibidem Juris uel dominij reseruantes, dedimus et damus ad veram hereditatem. Dominus Jodocus Marchio mandauit intabulari sic, et emisit eadem bona a feudo suo liberare.

4. Jodocus Marchio Morauie Janoni dicto de Hustienouicz et suis heredibus bona videlicet opidum Morkouicz cum Municione duabus Curijs de duabus araturis, cum agris cultis et incultis siluis pratis pascuis aquis montibus vallibus hominibus et censibus, foro et Jure forali et Judicio, et cum omnibus alijs suis pertinencijs prout soli fuimus in possessione, vel aliqui alij, qui eadem

[1]) *Das VI. Buch der Olmützer Cuda, welches die Zeit von dem Drei-König-Landrechte des J. 1389 bis eben dahin 1399 umschliesst, hat eigentlich keinen eigenen Titel. Dessen Stelle vertritt die auf der Vorderseite des 1. Text-Blattes ganz knapp am oberen Rande von der Hand des damal amtirenden Oberstlandschreibers herrührende Aufschrift: „Tempore domini Johannis Puscze Camerarij supremi". Die dem vorderen Umschlage unmittelbar nachfolgenden 5 Pergamentblätter sind ganz leer, und waren höchst wahrscheinlich für das später zu entwerfende Register vorbehalten, welches aber bei diesem Buche gänzlich fehlt.*

Das Buch selbst ist mit einem einfachen Schweinsleder-Umschlage versehen, auf dessen vorderen Aussenseite von einer Hand des XVIII. Jahrhundertes mit einer ziemlich ausgeblassten Tinte geschrieben steht: „Num: 6^{tus} ab Anno 1389" während auf der rückwärtigen Aussenseite das in der Kunstbeilage abgebildete Kunstat'sche Familienwappen sich befindet. Dasselbe Wappen ist auch auf jenem Theile des rückwärtigen in eine Halbrundung auslaufenden Umschlages abgebildet, welcher wie bei einer Brieftasche über das vordere Umschlagsblatt gelegt, und mit einem schmalen daran befindlichen Lederbande umwickelt werden kann, wodurch das genannte Wappen auf der Vor- und Rückseite des geschlossenen Buches erscheinet.

Die Deutung der oberhalb des Wappens angebrachten Buchstaben ist äusserst schwer, wenn sie nicht etwa zusammengezogen, und eigentlich in einander geschoben den Namen „puscu" vorstellen sollen, vorausgesetzt, dass der Maler bei dem ersten Buchstaben den Strich in der Unterlänge ausgelassen hätte?

[2]) *D. i. den 9. Jänner.*

1389. bona tenuissent, et specialiter cum illa parte bonorum ibidem in Morkowicz, quam ab Vlrico Stoss emimus, et cum suis pertinencijs cum pleno Jure et dominio et specialiter cum Jurepatronatus ecclesie ibidem incluso, ac eciam specialiter cum metis siluarum et rubetorum Morkowicensium, que adiacent siluis ad villam Lytyenczicz pertinentibus, quas siluas nunc tenet Nobilis Jesco de Luckow, vendidimus et ad veram hereditatem intabulamus, cum omni Jure et dominio totum ibidem in Morkowicz dicto Janoni et suis heredibus resignantes, nichil amplius Juris hereditarij aut alterius cuiuscumque Juris nobis aut heredibus et successoribus nostris Marchionibus Morauie ibidem reseruantes, Eciam vbicumque dicta bona fuerint inuenta, debent extabulari tam a nobis, quam ab alijs, et specialiter ab Vlrico dicto Stoss et suis fratribus, ita quod nullus in tabulis habeat ipsa bona, nisi ipse Jano et sui heredes.

(F. II. r.) 5. (Medlik de Wrahouicz Jesconi Puska de Cunstat et suis heredibus decem Marcas annui census super bonis et laneis in villa Dirzowicz cum vniuersis suis pertinencijs, prout idem Medlico habere dinoscebatur, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi amplius ibidem Juris reseruando, dedit et resignauit.)

6. *Odpor.* [1]) Henzlik de Kowalowicz in bonis Trawnyk, que Budissius de Kwassicz tenet, facit odpor nomine Commissario órphanorum Daliborij de Trawnyk ex eo, quod non habet etatem.

7. Czernyn de Wetherzow Przeskoni [2]) et Hrdkoni fratribus de Vrzecz et eorum heredibus villam Stawissicze, que iacet inter Sardicz et Strazowicz, cum omnibus pertinencijs, pleno Jure et dominio, nichil amplius sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam inclusis piscinis Siluis et alijs vtilitatibus in villa et extra villam existentibus, que ad dictam villam pertinent.

8. Thasso de Bozkowicz dictus de Brandiss Jeskoni dicto Puska de Cunstat et suis heredibus in villa Ohrozym quinque cum dimidia marcas minus sex grossis annui census super hominibus et bonis, quos ibidem ipse Thasso tenuit, cum omnibus suis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus ibidem Juris et dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

9. Thasso idem Jesconi Puscze de Cunstat et suis heredibus in villa Skyhrow quatuor marcas grossorum minus sex grossis annui census super hominibus et bonis, quos ibidem ipse Thasso tenuit, cum omnibus suis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus ibidem Juris et dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

10. Thasso idem Jesconi Puscze et suis heredibus in villa Leschan quatuor marcas cum vno fertone annui census super hominibus et bonis, quos ibidem ipse Thasso tenuit, cum omnibus suis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus ibidem Juris et dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

11. *Odpor.* [3]) *Sbynka relicta Vlrici Bozcowczonis dicit, quod Tasso non debuit vendere Lessan ex eo, quod dotalicium suum haberet super eisdem.* 1389.

12. Thasso idem Jeskoni Puscze de Cunstat et suis heredibus in villa Wiczow sex marcas minus sex grossis annui census super hominibus et bonis, quos ibidem ipse Thasso tenuit, cum omnibus suis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus ibidem Juris et dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

(F. II. v.) 13. (Przessek de Vhrzecz Anne sue vxori in villa Stawiessicz, quam a Czernyn emit, super hominibus et bonis possessis racione veri dotalicij in quinquaginta Marcis deputat quinque marcas annui census, et hoc ad manus Witkonis de Drazowicz, qui loco ipsius Anne istam intabulacionem suscepit.)

14. (Gyndrzich de Poczenicz Domanoni de Poczenicz et suis heredibus ibidem in Poczenicz duos laneos cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi amplius Juris ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendos.)

15. Oldrzich Stoss Hastalowi et suis heredibus in villa Menes penes Rzymycz quatuor sexagenas annui census minus tribus grossis cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

16. (Witko de Drazowicz Mixiconi de Podhradie et suis heredibus in villa Orzechowe penes Byzencz nouem et medium laneos, octo curticulas cum Molendino, cum suis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, sicut ea solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda.)

17. Wilhelmus de Kozussecz Anne conthorali sue in villa Kozussecz super Curia et duobus cum medio laneis censualibus et Molendino medio, ibidem cum et super pratis siluis et vniuersis suis pertinencijs, quidquid ibidem habet, racione veri dotalicij in septuagintaquinque marcis grossorum dat et assignat, Et Syssipik frater Anne dicit, quod satis sit impositum pro dotalicio.

18. Jarko de Popowicz Sdyncze conthorali sue in villa Poczenicz super tercio dimidio laneis agriculture et medio laneo censuali, cum suis pertinencijs et specialiter rebus mobilibus in Curia, in triginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Ottanyek Koza pater eius dicit, quod satis sibi sit impositum pro dotalicio.

19. Ottanyek dictus Koza de Tyessicz Jarkoni de Popowicz post filiam suam Zdynkam in villa Tyessicz prope Brzewnowicz super duobus laneis possessis cum suis pertinencijs racione dotalicij post ipsam filiam viginti Marcas grossorum dat et assignat.

(F. III. r.) 20. Ottanyek de Penczicz Dywye de Czekynye et suis heredibus in villa Lhotka dicta Hanuchowa tres laneos cum vno quartali cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendos.

21. Laczco de Crawar dictus de Helffenstein Czrhoni de Kokor et suis heredibus in villa Buk prope Prosty-

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Dieser Name steht von derselben Hand oberhalb des durchstrichenen „Jesconi de“ geschrieben.*

[3]) *Steht am rechten Rande.*

1389. nycz quartum dimidium laneos cum siluis et alijs suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

22. Hinczo de Lippa Preposito et Conuentui Monasterij in Landskrona in villa Nezamyslicz, Curiam et thabernam et quinque marcas census cum pratis pascuis Siluis et alijs vniuersis suis pertinencijs, nichil amplius nobis aut nostris heredibus reseruando, intabulauit hereditarie et perpetue possidendas.

Et ad hoc dominus Marchio Jodocus dedit consensum ipso Hinczone petente, qui et officialibus suam literam destinauit.

23. Gedrutha Conthoralis Wicknani de Magetin, Protywczowy de Zastrziel et suis heredibus in villa Juueni Chwalnow seu mlady Chwalnow duos laneos censuantes tres marcas et XII grossos cum suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio Jurepatronatus Ecclesie ibidem ipsam concernente, et alijs vtilitatibus, prout sola tenuit, vendidit hereditarie possidendos.

Et Onssiko de Chwalkowicz frater ipsius consensit asserens esse bonum ipsius.

24. Mikulass de Neczicz cum Jescone de Neczicz fratre suo, ipse Mikulass cum Neczicz, quidquid ibidem habet, et ipse Jesco cum Morzicze et quidquid ibidem habet, fecerunt veram vnionem et congressum.

25. Capitulum Ecclesie Chremsirensis Micsiconi de Honyeticz et suis heredibus vnum laneum cum suis pertinencijs, qui fuit Capituli et fuit desertus, vendiderunt hereditarie possidendum, nichil sibi proprietatis in predicto laneo penitus reseruantes.

(F. III. v.) 26. (Mixik de Laskowa Janussie Conthorali sue ibidem in Laskow in parte et porcione sua, quidquid ibidem habet cum Siluis pratis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs Sexaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Pakosslaus et Smilo amici ipsius dicunt, ei satisfactum esse pro dotalicio.)

27. Oldrzich Stoss de Branicz Wawrzienconi de Gestrzebie et suis heredibus in villa Rzymicz totum ibidem, quidquid Jodocus Marchio dederat Vlrico, in quibuscumque rebus illud consistat, pleno Jure et dominio, videlicet cum Curia, hominibus, Siluis pratis et ceteris alijs, quemadmodum solus tenuit et a domino Marchione obtinuerat, nichil sibi amplius ibi reseruando vendidit hereditarie possidendum et specialiter cum Molendino quod ibidem est.

28. Odpor. [1]) Pater, Judeus Brunnensis contradicit ex eo, quod super eisdem bonis habet debita sua.

29. Mykulass de Schonwald Anne vxori sue ibidem in Schonwald super octo marcis annui census super Siluis pratis pascuis et alijs vniuersis ipsius vtilitatibus et pertinencijs racione veri dotalicij Centum octoginta marcas grossorum dat et assignat, Et quidquid ibidem in Schonwald ipsa Anna pro suo dotalicio non habuerit satis intabulatum, tunc quidquid defecerit eidem Anne in eius dotalicio ibidem in Schonwald assignato, illum omnem defectum dotalicij Henczel dictus Stoss pater ipsius Anne, Kunat (sic) filius ipsius, et Henricus de Schonwald in proprijs bonis eorum hereditarijs non inbrigatis debent supplere, et absque Judicio illud facere, ut ipsa Anna suum dotalicium videlicet Centum octoginta marcas possit habere demonstratas. 1389.

30. (Mikulass de Schonwald Petro de Sternberg et suis heredibus Curiam hereditariam in Zyrotin cum quatuor Curticulis, Molendino in Oskawa flumine, et cum quarta parte ipsius fluminis Oskawa, cum pratis pascuis et Siluis, et alijs vniuersis pertinencijs pleno iure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

31. (Radslaw de Rakowich Margletye vxori sue ibidem in Rakowich super Curia, Siluis, pratis, et alijs vniuersis pertinencijs racione veri dotalicij Triginta sex marcas dat et assignat, Et Hinco frater ipsius dicit, eam satis habere pro dotalicio.)

(F. IV. r.) 32. (Oness de Wieczemylicz Janoni Warmuzie de Sczytouicz et suis heredibus Curiam ibidem in Wieczemyelicz Curiam duorum laneorum arature, cum pratis, et pascuis et alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, dat et assignat hereditarie possidendam.)

33. Benessius de Wurbatek dictus Chitro Johanconi de Wranouicz et suis heredibus in Skalicz super Curia et homnibus ibidem cum suis pertinencijs pleno dominio et Jure, prout solus tenuit, vendidit quatuor marcas et quartumdimidium grossos annui census in veram hereditatem possidendas.

34. Bernhart Hecht de Suczendorff Janoni de Schonwald et suis heredibus Curiam allodialem in Schonwald cum Siluis pratis pascuis, fluminibus et alijs vniuersis pertinencijs excluso censu, quem Bernhardus pro se reseruat, vendidit pleno iure et dominio, prout solus tenuit, vendidit (sic) hereditarie possidendam, videlicet illam Curiam, que olim fuit Onssonis de Schonwald.

35. (Mixico de Sardicz Ondrzieykoni de Knyenicz dicto de Turowicz et suis heredibus Curiam in Sardiczky cum pratis pascuis pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans ibidem, vendidit hereditarie possidendam.)

36. (Sazema de Prussinowicz Ewcze uxori sue super laneo et thaberna ibidem in Prussinowicz cum suis pertinencijs racione veri dotalicij viginti marcas grossorum dat et assignat.)

37. Czenco de Tuczyna Anne vxori sue ibidem in Tuczyn, super quatuor laneis possessionatis et censualibus et eorum pertinencijs quinque marcas annui census racione veri dotalicij dat et assignat.

(Et Hinczik de Domazelicz promittit in suis bonis proprijs supplere, si aliquid dicte Anne in ipsius dotalicio deficeret in Tuczyn.)

38. (Czenko de Tuczyna Anne vxori sue ibidem in Tuczyn super quatuor laneis censualibus cum eorum pertinencijs racione dotalicij quinque marcas annui census in quinquaginta marcis grossorum dat et assignat, et quidquid deficeret in eisdem quatuor laneis, extunc in Curia ibidem allodiali suppleri debet, ut plene dotalicium suum possit habere.)

(F. IV. v.) 39. (Anna conthoralis Czenconis de Tuczyn eundem Czenconem solum absque pueris, si quos habuerint super Spolek seu vnionem sui dotalicij, quod a patre suo Pardus habuit in Lhotka, que prope Hrad-

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1389. czowicz iacet suscipit, et illius dotalicij sunt quinquaginta marce.)

40. (Jano de Lomnicz Stachoni de Kokor et suis heredibus in villa Zyrotka vnam Curiam de duabus araturis et vndecim Curticulas, et in villa Lhotka nouem laneos cum agris pratis pascuis, fluminibus siluis Rubetis et vniuersis alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil sibi ibidem amplius proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

41. (Stacho de Kokor Katherine sue vxori in villis predictis videlicet Zyrotka et Lhotka, cum earum pertinencijs videlicet hominibus, et censibus, cum rebus mobilibus dictis Nabytek racione veri dotalicij Centum quinquaginta marcas grossorum dedit et assignauit.)

42. Katherina, vxor Magistri Gregorij Notarij in Cremsier, cum suo dotalicio, quod habet in Lasskow intabulatum, videlicet quadraginta marcas grossorum, cum eodem Magistro Gregorio fecit vnionem taliter, quod mortua ipsa Katherina ad eius dotalicium ipse Magister Gregorius et pueri ipsorum debent habere Jus et nullus alter.

Et Gezdon de Hrudka patruus eius dicit, esse ipsius voluntatem et profectum, et sola eciam recognouit.

43. Pawlico de Sowinecz Artlebo de Obora et Sipikoni de Obora fratribus et eorum heredibus, in villa Milessowicz, quidquid ibidem habuit in hominibus, censibus vineis, Siluis, pratis, pascuis, et vniuersis pertinencijs, prout ipsemet tenuit, nichil vlterius ibidem sibi reseruans, sed cum pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum.

(F. V. r.) 44. Vlricus Hecht de Rossicz Katherine vxori sue racione eius dotalicij, quod habuit, ducentas quinquaginta marcas grossorum super villis Rybnyk racione illius ville Rybnyk vendite Conuentui in Pustymyr, dat eidem Katherine predictum dotalicium et transducit ad alias villas, videlicet ad Zerawicz prope Bysencz, videlicet in tercia parte ibidem, et in tercia parte Pergrecht et decimarum in vineis, preter mediam vineam, et in villa Hruskouicz cum molendino et duabus piscinis (et in villa Bohhdalicz super Curia et alteromedio laneo censuali, Thaberna et curticula)[1] et cum vniuersis dictarum villarum pertinencijs, videlicet Siluis pratis pascuis fluminibus, et alijs vtilitatibus, dat et demonstrat racione veri dotalicij easdem ducentas quinquaginta marcas grossorum, Et insuper, si quid in predictis villis deficeret, quod ipsum dotalicium non posset conquiri in eisdem, extunc Pawlico de Sowynecz promisit in suis bonis melioribus non imbrigatis supplere ipsum dotalicium absque omni Judicio et contradiccione.

45. Vlricus Hecht de Rossicz Abbatisse et Conuentui in Pustiemyr villam Rybnyk, cum hominibus censibus Robottis cum pratis pascuis, cum molendino et duabus piscinis, et vniuersis earum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi, aut heredibus suis proprietatis reseruando, vendidit hereditarie et perpetue possidendam, et eadem villa Rybnyk iacet prope Ewanowicz.

Dominus Jodocus Marchio mandauit intabulari, et consensit intabulari tam oretenus, quam per literas suas. 1389.

46. (Budiss de Seliticz, Jesconi et Welisoni fratribus de Rakusek, ibidem in Rakusek tres laneos et vnam curticulam censuales, cum pratis pascuis fluminibus et alijs vniuersis pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruando, eisdem fratribus, et eorum heredibus vendidit hereditarie possidendos.)

47. Vlricus de Dyedkowicz Hersoni et Onsoni de Swabenicz et ipsorum heredibus Alterum dimidium laneos ibidem in Dyedkowicz cum vniuersis eorum pertinentijs pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

48. Bolka de Dobroskowicz vxor Sesselonis eundem Sesselonem ad spolek seu vnionem sui dotalicij videlicet Trecentarum marcarum, quod habet in Dobroskowicz suscepit, et maxime ex eo, quod idem Zacharias dictus Sessel dicte Bolcze ducentas marcas racione dotalicij viceuersa assignauit.

49. (Bedrzich de Lodyenicz Margarethe vxori sue in villa Sluhonyew super illo toto, quidquid a matre sua in quinquaginta marcis grossorum sibi cessit, quadraginta marcas grossorum dat et assignat racione dotalicij.)

(F. V. v.) 50. Jessik de Morzicz Dorothee vxori sue, ibidem in Morzicz super quinque laneis et quinque Curticulis, et vno molendino cum suis pertinencijs, absque Robbota, quinque marcas annui census in quinquaginta marcis racione veri dotalicij dat et assignat.

Et Mikulass frater eius et Congressor ad hoc dedit suum consensum.

51. Jesco Puska de Cunstat Budslao de Rosczenye et suis heredibus in villa Kostelecz super Curia ibidem vigintiquinque marcas grossorum iuris dotalicij, quod super dominum Jodocum Marchionem fuit deuolutum, et quod eidem Puscze datum est, vendidit illud Jus totum[2] dotalicij quod ipse habuit a domino Marchione.

52. (Budslaw de Rosczenye Kacznye uxori sue illud Jus dotalicij, quod a Jescone dicto Puska de Cunstat emit, videlicet viginti quinque marcas grossorum, racione veri dotalicij dat et assignat.)

53. Petrus de Herolticz Vlrico Kyg de Herolticz ibidem in Herolticz, duos laneos, Molendinum, Thabernam, et tres Curticulas, pratis pascuis pomerijs et vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans ibidem, vendidit hereditarie possidenda.

54. *Vlricus dictus Kyg de Herolticz Mladcze vxori sue in Herolticz super duobus laneis cum suis pertinencijs racione veri dotalicij terciam dimidiam marcas grossorum census*[3] *in vigintiquinque marcis grossorum dat et assignat.*

55. Vlricus Kyg de Herolticz Andream et Jesconem fratres suos et heredes eorum ad illa omnia, que ibidem in Herolticz habere dinoscitur, suscipit in veram vnionem absque dotalicio, quod sue vxori assignauit nunc et prius.

[1]) *Am linken Rande steht von derselben Hand die Note: „Hec extabulacio non nocet alijs.“*

[2]) *Die im Orig. Ms. nachstehenden zwei Worte „hereditarie possidendum“ sind durchstrichen.*

[3]) *Dieses Wort stehet oberhalb der Zeile von derselben fremden Hand.*

1389. 56. Barthon de Rosczyn Marquardo de Rosczyn et suis heredibus medium laneum, Thabernam, Molendinum, et vnam Curticulam maiorem, et aliam minorem ibidem in Rosczyn cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda.

(F. VI. r.) 57. (Jodocus Marchio Morauie Erhardo de Cunstat et suis heredibus bona infrascripta, videlicet Municionem Tynecz cum opido Tynecz, cum Molendino, et Jure patronatus Ecclesie, pleno Jure et dominio, et alijs vniuersis pertinencijs eorum, Item villam Twurdonicz cum curia allodiali, Molendino, et Jurepatronatus Ecclesie ibidem, Item villam Kostnicz, cum suis pertinencijs, et pleno Jure et dominio, Item Opidum Landshut cum suis pertinencijs, et cum theloneo ibidem, et pleno Jure et dominio, Item villam Dluhonicz (cum aratura et Jurepatronatus Ecclesie ibidem) [1]) cum suis pertinencijs, Item villam Hruski, cum suis pertinencijs, et specialiter in predictis bonis Opidis et villis, cum hominibus, censibus, solucionibus, vineis, agris, pratis, pascuis, Siluis, Rubetis, montibus, vallibus, fluminibus, aquis et earum decursibus, piscinis et alijs vniuersis eorum pertinencijs pleno iure et dominio, prout ipse Jodocus Marchio tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Marchionibus Morauie in dictis bonis Juris aut dominij reseruando, sed totum cum eorum omnibus pertinencijs, dat ad veram hereditatem possidenda, Et taliter ut in dictis bonis nullus Jus debeat habere, nisi ipse Erhardus et sui heredes.)

58. Erhardus de Cunstat Proczkoni de Cunstat dicto de Lissecz et suis heredibus ibidem in Lissecz octo marcas census annui, cum pleno iure et dominio, prout ipsemet solus tenuit, nichil ibidem in Lissecz vlterius Juris reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

59. Jan, Thasso et Witoslaw fratres de Wodyerad Pessiconi de Opatowicz villam Brtowye prope Opatowicz, cum hominibus censibus Agris pratis pascuis Siluis, fluminibus, et alijs vniuersis pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout ipsimet tenuerunt, nichil ipsis ibidem reseruantes, vendiderunt ipsi Pessiconi predicto et suis heredibus hereditarie possidendam.

60. Pessiko de Opatowicz Petrziconem de Suczendorff nepotem suum ad illam villam Brtowye et vniuersas eius pertinencias recipit ad spolek et ad veram vnionem.

61. (Matussek de Zarussek Matyeykoni de Morawan et suis heredibus Curiam cum Araturis Siluis pratis pascuis in Zarusek et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. VI. v.) 62. Dorothea Relicta olim Stachonis de Buchlowicz Petro de Crawar et suis heredibus Jus ipsius dotalicij in villa Buchlowicz, videlicet Centum quinquaginta marcas grossorum, quod habuit super octauodimidio laneis et duabus thabernis vendidit eo Jure dotalicij, sicut ipsa habuit.

63. (Bohunco Puklicze de Czech Petro de Crawar et suis heredibus, omnia bona sua, que habuit, videlicet in Czech mediam Municionem cum Curia et piscina circum Municionem, cum medio Jurepatronatus Ecclesie ibidem, cum hominibus et censibus preter decem marcas census, quas Alsico de Leznicz obtinuit et in villa Pyenczicz tres laneos vnam Curticulam et vnam thabernam, et in villa Sluzyn sextum dimidium laneos et duas Curticulas et alijs eorum vniuersis pertinencijs siluis pratis pascuis et ceteris pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, dat hereditarie possidenda.) 1389.

64. (Petrus de Crawar Welislao de Meziborzie et suis heredibus bona videlicet in Czech mediam Municionem cum Curia et piscina circum Municionem cum medio Jurepatronatus Ecclesie ibidem et cum hominibus et censibus preter illas decem marcas census, quas Alsico de Leznicz obtinuit, et in villa Pienczicz III laneos vnam thabernam vnam curticulam et in villa Sluzyn sextumdimidium laneos et duas curticulas et cum omnibus siluis montibus vallibus pratis pascuis ad dicta bona spectantibus pleno iure et dominio, sibi et suis heredibus nichil ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidenda.)

65. (Petrus de Crawar Artlebo de Hradek et suis heredibus in Chwalkowicz XII laneos, vnam thabernam et partem vnius silue, que olim Czambassonis exitit, retro Municionem, et Juspatronatus Ecclesie ibidem et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus reseruando ibidem, vendidit hereditarie possidendum.)

66. (Artlebus de Hradek Vrsule uxori sue in Chwalkowicz super XII laneis vna thaberna et parte illius silue, que fuit Czambassonis et alijs eorum pertinencijs racione veri dotalicij in Centum marcis grossorum dat et assignat.)

67. (Artlebus de Hradeck cum Johanncone de Rosczyn, cum illis bonis hereditarijs, que habet in Chwalkowicz, eo Jure sicut a Petro de Crawar emit, fecerunt vnionem et congressi sunt.)

(F. VII. r.) 68. Stephanus de Chudobyn Adliczcze uxori sue in villa Wrahowicz super Curia et duabus Curticulis cum pratis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs in septuagintaquinque marcis racione veri dotalicij dat et assignat eciam siluis inclusis ad Curiam spectantibus.

69. Petrus de Crawar Artlebo dicto Sczirka et Witoslao dicto Sypik de Obora et eorum heredibus villam Milessowicz, cum agris montibus, vallibus vineis, et Jure moncium vinearum, cum Siluis Rubetis pratis pascuis fluminibus et alijs vniuersis pertinencijs pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus ibidem amplius reseruando, preter solum illud, quod Pawlico de Sowynecz ibidem habere dinoscitur, sed aliud totum vendidit hereditarie possidendum.

70. (Paterz Judeus Brunnensis Petro de Crawar et suis heredibus omne Jus suum, quod super hereditate Jarohnyewonis in Buchlowicz obtinuit, vendidit ad veram hereditatem, videlicet Curiam et sextumdimidium laneos ibidem in Buchlowicz et tres thabernas et in (sic).)

71. Paterz Judeus Brunnensis Petro de Crawar et suis heredibus omne Jus suum videlicet octo marcas annui census iure obtentas in hereditate Jarohnyewonis in Buchlowicz cum omnibus suis pertinencijs, prout idem Judeus per officiales Juris terrestris est inductus, racione debiti sui, videlicet octoginta marcarum, quas obtinuit, ita vendidit prefato Petro et suis heredibus

[1]) *Diese eingeschlossene Stelle ist im Orig. Ms. unterpunctirt.*

1389. hereditarie possidendas, nichil sibi Juris in eisdem reseruando.

72. Anna de Cunkowicz filia quondam Almus Artlebum de Kunkowicz patruum suum et ipsius heredes suscepit ad spolek omnium suorum bonorum, que ipsa Anna dinoscitur habere, et hoc est intabulatum ad literam domini Marchionis Jodoci.

73. Witko de Bistrzicz Wenceslao de Doloplas, et suis heredibus Curiam allodialem in Bistrzicz, cum hominibus agris siluis et omnibus suis pertinencijs pleno iure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, et eciam in villa Mrsklessy similiter totum, quidquid habuit, cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum.

(F. VII. v.) 74. Marquardus de Rosczyna Matyeykoni de Zarussek et suis heredibus Curiam allodialem in Zarusky, cum siluis pratis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs, nichil amplius sibi ibidem reseruans, cum pleno dominio et Jure vendidit hereditarie possidendam.

75. (Marquardus de Rosczyna Bolcze uxori sue super molendino, medio [1]) laneo, vna Thaberna et media Curticula cum suis pertinencijs in villa Rosczenye quadraginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et si ibi ipsius dotalicium deficeret, tunc fratres eius duo, quilibet Jesco de Zarusek, promittunt in proprijs bonis suis supplere defectum dotalicij supradicti.)

76. Buzna Relicta Marssikonis de Pomenicz Nicolao de Neczczicz et Jesconi de Moricz Curiam allodialem in villa Doloplas, cum quinque pratis, cum vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, dedit hereditarie possidendam.

77. (Bedrzich de Krumpsyn Petro de Crawar et suis heredibus, vnam Curiam, sex laneos, duas thabernas, duas Curticulas et medium Juspatronatus Ecclesie [2]) in Krumpsyn cum pratis siluis pascuis aquis et alijs vniuersis pertinencijs pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

78. (Wenceslaus de Prespurg Franconi de Olsan et suis heredibus Curiam allodialem et thabernam in villa Kozussany cum pratis pascuis siluis fluminibus, et alijs vniuersis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

79. (Matyeyg de Zarusek Pawliconem de Morawan ad verum spolek omnium bonorum suorum, que habet in villa Zarusky suscipit et recipit.)

80. (Matyeyg de Zarusek Margletye sue vxori super duabus Curijs in Zarusky cum siluis et alijs suis pertinencijs vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Pawlico de Morawan spolnyk dedit suum consensum.)

(F. VIII. r.) 81. Jessek de Zarusek Offcze sue vxori super tercio dimidio laneis in Kozussicz cum siluis ad hoc spectantibus Triginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

82. Jarohnyew de Buchlowicz Petro de Crawar et suis heredibus, illam hereditatem suam, quam habere potuit in Buchlowicz, in qua Dorothea Relicta Stachonis Jus sui dotalicij habebat, totum cum omni Jure et dominio, nichil sibi reseruans, dedit et resignauit hereditarie possidendum. 1389

83. (Anna Relicta Erasmi de Bistricz Friczconem de Olssan ad verum spolek sui dotalicij, quod in villa Pernyk super octo laneis habet, videlicet decem marcas annui census in dotalicio, suscipit eundem Friczconem in veram vnionem.)

84. (Marquardus de Modrzicz Anne vxori Leutoldi super Curia in Zdisslawicz cum Agris Siluis pratis pascuis pomerijs quadraginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Mykul de Pawlowicz dicit, esse satis pro dotalicio, et si quid deficeret, in bonis suis proprijs debet supplere.)

85. (Anna de Kirben Marquardo de Modrzicz et suis heredibus suam terciam partem in villa Zdisslawicz eo Jure, sicut sola habuit, dat ad veram hereditatem.)

86. Hersso de Wrahowicz et presbiter Marquardus de Wrahowicz cum suis hereditatibus, vnus cum alio, ipse Marquardus cum Herssone et suis heredibus, et Hersso cum Marquardo, quidquid vbique habuerint, suscipiunt vnionem et faciunt stupek.

87. Franco de Olssan Priorisse et Conuentui Monasterij Sancte Katherine in Olomuncz Curiam suam allodialem, cum vna Thaberna in villa Kozussan cum pratis pascuis siluis et vniuersis alijs pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout solus habuit, nichil sibi reseruans in eisdem, dedit pure propter deum ad veram hereditatem perpetue possidendam, Et dominus Jodocus Marchio Morauie dedit consensum suum, et misit literam suam sub sigillo pendenti Officialibus, mandans eadem intabulari.

(F. VIII. v.) 88. (Lowko de Drzowicz Wznatham et Herssonem filios Meynussij de Melicz ad omnium bonorum suorum, que habet in Drzowicz suscepit veram vnionem et Spolek.)

89. Sdenco de Sternberg alias de Luckaw, Kunczie vxori sue, ad illud dotalicium, quod prius ipsa Kunka habet in Czetochowicz [3]) apposuit eidem Kuncze vigintiquinque marcas in opido Freistat, videlicet decem marcas super Theloneo et alias decem marcas super censu dicto Schoss, et quinque marcas super balneo ibidem, et Maccellis, Sic quod ipsa Kunka predictas vigintiquinque marcas annui census ibidem in Freistat teneat pacifice post mortem ipsius Sdenconis in quantum suum dotalicium in Czetochowicz a pueris ipsius Sdenconis nollet alienare, Si autem alienauerit, tunc predictas vigintiquinque marcas in Freistat reddere debet pueris Sdenconis predicti e conuerso et cum suo alio dotalicio, quod habet in Czetochowicz, faciat sicut sibi placet.

90. (Elska Relicta Troyani cum Margaretha et cum pueris ipsius, cum omnibus bonis suis in villa Chomutowicz cum hereditate et Jure sui dotalicij, et in villa Tyessany, cum dotalicio viginti marcarum fecerunt Stupek et veram vnionem, Et ipsa Margaretha cum suo dotalicio in Tyessan, quod habet, eundem stupek fecit cum Elska predicta.)

[1]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „vno“.*

[2]) *Das im Orig. nachfolgende „ibidem“ ist durchstrichen.*

[3]) *Der im Orig. Ms. vorstehende Name „Czetkowicz“ ist durchstrichen.*

1389. *(Nota. In villa Tyessan super Curia vbi Elska et Margaretha habuerunt XX marcas dotalicij, illas fecerunt extabulare propter Knabonem, cui eedem XX marce sunt postea intabulate, sed quo ad alia stupek, inter eas et pueros factum, semper saluum manere debet.)*

91. Bernhardus dictus Hecht de Schuczendorff Altariste et altari sanctorum duodecim Apostolorum in Mûglicz erecto, decem marcas annui et perpetui census, in villis videlicet in Rohla quinque marcas et in Trzestyna quinque marcas cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Berna Regali dumtaxat exclusa, dedit hereditarie et perpetue pure propter deum possidendas, Et dominus Jodocus Marchio ad hoc suum dedit consensum, et literam suam sub sigillo pendenti misit officialibus mandans intabulari.

92. (Anna Relicta Skochonis de Trubek Mukario de Kokor et suis heredibus ducentas et quinquaginta marcas dotalicij sui, quod habuit in Trubka, dedit in toto eo Jure, sicut ipsa habuit.)

(F. IX. r.) 93. Jano de Meilicz Liczconi de Lilcze pueros suos et omnia bona, vbicumque habet uel habebit, committit et facit ipsum verum Commissarium puerorum et bonorum suorum.

94. Anna Relicta olim Ade de Luczka cum pueris suis cum dotalicio suo, quod habet in Ruda taliter, quod ipsa viuente non inpediatur in dotalicio suo, sed cum decesserit, tunc dotalicium eius super pueros ipsius deuoluatur, et tali modo facit congressionem cum pueris suis supradictis.

95. Janek Peskonis filius de Domamyslicz Ewe vxori sue super media Curia, quam habet ibidem in Domamyslicz, et in tota porcione sua, quam a patre suo ibidem in Domamyslicz habet, cum suis pertinencijs racione veri dotalicij vigintiquinque marcas grossorum dat et assignat, et Petrus frater ipsius indiuisus dedit suum consensum ad hoc.

96. (Sdenko de Wiezek Czihowcze de Czihowicz dicto de Olssan et suis heredibus in villa Olssan super duobus laneis et duabus thabernis et sex curticulis cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum, Et hoc vendidit eidem Czihowcze et Bohunkoni fratri suo et eorum heredibus.)

97. Barsso Czihowka, miles de Czihowicz, Wiknanus de Magetin, Pretywczo de Czekyne et Stephanus de Dobronycz fideiussores pro dotalicio Ceciliam uxorem Petrziconis de Petrswald de illo dotalicio, quod habuit in Buk transducit in villam Tupecz, super Curia et quinque quartalibus censualibus et duabus curticulis et super mediam villam Sidlochow cum siluis pratis pascuis et alijs vniuersis .pertinencijs, racione veri dotalicij in Centum [1]) marcis grossorum, et ibidem assignat, et prefatus Barso Czihowka et Onssico de Cwalkowicz promittunt, si quid ibidem in dicto dotalicio deficeret, in bonis eorum proprijs supplere et ijdem dicunt, bonum esse ipsius.

98. Jacub Konczek de Prus Mixiconi de Wiczicz, fratri suo stupnemu, consensit, quod idem Katherine vxori sue in Wiczicz dotalicium septuagintaquinque marcas potuit intabulare. 1389.

(F. IX. v.) 99. Philipp de Wurbatek Ade filio suo Curiam in Wurbatek cum pratis pascuis et vniuersis pertinencijs, quemadmodum solus tenuit, ipsi Ade et suis heredibus vendidit hereditarie possidendum, nichil sibi in eadem penitus reseruando.

100. (Adam de Wurbatek Clare uxori sue super Curia in Wurbatek pratis pascuis et alijs pertinencijs racione veri dotalicij septuagintaquatuor marcas dat transducendo eam de priori dotalicio, quod habuit in Sczytowicz.)

101. (Andreas de Teteticz Hersoni de Bohuslawicz, ipsius fratribus indiuisis et eorum heredibus Curiam in Teteticz cum vna Curticula, cum siluis pratis pascuis pomerijs et alijs vniuersis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil sibi omnino reseruans, et quemadmodum eam solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

102. (Hersso de Bohusslauicz Anne vxori sue super Curia in Teteticz vna Curticula cum siluis pratis pascuis pomerijs et alijs pertinencijs racione dotalicij quinquaginta marcas grossorum dat et assignat, Et Sdenco de Wyezek, frater suus dicit, quod habeat satis pro dotalicio, et si quid ibidem deficeret, hoc in bonis suis debet suppleri.)

103. Wilhelmus de Sobaczow Sdencze vxori sue super Curia in Sobaczow super hominibus censibus Siluis pratis pascuis et alijs pertinencijs racione dotalicij quinquaginta marcas grossorum dat et assignat.

104. Jan de Schonwald et Adam de Schonwald frater suus cum omnibus Bonis suis, que habent et vbicumque habent, invicem sunt congressi vnus cum alio in veram vnionem.

105. (Rachna Relicta Rachutonis de Lodienicz Janconi de Lodienicz et suis heredibus dotalicium suum in Lodyenicz super altero dimidio laneis et quartali vna thaberna et molendino et quinque curticulis triginta marcas grossorum, quod habuit, vendidit eo Jure sicut sola tenuit.)

(F. X. r.) 106. Hersso de Bohusslauicz Zawissio de Bohuslauicz et suis heredibus Curiam ibidem in Bohuslauicz tres laneos et vnam Curticulam, cum siluis pratis pascuis et alijs pertinencijs (Eciam cum Agris dictis Rowencze) cum pleno Jure et dominio, sicut solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam, videlicet predicto Zawissio et suis heredibus Ac eciam fratri suo Henrico de Zadowicz et ipsius heredibus intabulat ad veram hereditatem.

107. Jarohnyew de Buchlowicz Wilhelmo de Sternberg alias de Zlina et suis heredibus, quidquid habuit de sua porcione in Schonwald, in quibuscumque rebus illud consistat excluso tamen dotalicio, quod Anna [2]) filia Jarohnyewonis habet ibidem, resignat et dat hereditarie possidendum.

108. Odpor. [2]) Pawlico de Sowinecz contradicit ex eo, quod illud, quidquid Jarohnyew intabulat Wilhelmo de Sternberg, idem Pawlico obtinuit iure terrestri in presenti colloquio dominorum.

[1]) *Das im Orig. Ms. nachfolgende Wort „Octoginta“ ist durchstrichen.*

[2]) *Der im Orig. Ms. vorstehende Name „Margaretha“ ist durchstrichen.*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1389. **109.** Bohussius de Sazowicz Margarethe [1]) vxori sue in Brziestek super tota villa cum hominibus et censibus Siluis pratis pascuis racione veri dotalicij Centum et decem marcas dat et assignat.

110. Nota, quod Curia in Wognycz, quam habuit Peter Fraunteter, debet extabulari, vbicumque in tabulis ante inuenietur, Nam quesitum est, et non potuit inueniri, Si ergo inueniretur vnquam ante, nullum vigorem habeat.

111. (Johannes Frawentater Johanni Gerhardi Curiam in Woynycz cum agris pratis pascuis siluis et fluminibus et alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, sibi Johanni Gerhardi predicto et suis heredibus vendidit hereditarie possidendam.)

112. Margaretha de Sobaczowa Recongnouit, quod Curia ibidem in Sowaczow, quam filio suo Wilhelmo dedit, vbicumque prius in tabulis inuenta fuerit, debet extabulari.

(F. X. v.) **113.** (Pawlico Sowinecz Kaczne vxori sue in villis integris videlicet Passeka, Krzywa super hominibus censibus solucionibus pratis pascuis agris siluis Rubetis montibus vallibus fluminibus et alijs suis vniuersis pertinencijs, quecumque in dictis villis, videlicet in Passeka et in Krzywa intra et extra villas possunt inuenirj, ad easdem spectari, cum omnibus vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistant, que ad dictas villas integras pertinere videntur racione veri dotalicij Trecentas triginta marcas grossorum per eam pacifice possidendas dat et assignat. Et hoc assignat ad manus Nobilium Proczconis et Johannis Puscze de Cunstat, quibus promisit supplere in alijs bonis suis, si quid deficeret in predictis villis.)

114. Stawissicz villa, quam Czernyn Przeskoni et Hrdkoni de Vhrzecz vendidit, debet extabulari vbicumque prius fuerit inuenta, quia idem Czernyn petiuit eam ex toto deleri, vbicumque ante inuenta fuerit.

115. Janusse vxor Miksiconis Laskawecz, Pessiconi de Bielowicz et suis heredibus Curiam in villa Wezdetyn cum pratis pascuis et silua seu Rubeto et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, sicut sola tenuit, vendidit hereditarie possidendam, nichil sibi ibidem reseruando, Et eadem Janusse extabulat, vbicumque prius habuerit in tabulis. [2])

116. In Schonwald quidquid ibidem Henricus de Schonwald seu Petrus de Sternberg aut sui antecessores habuerunt, totum debet extabulari vbicumque ante fuerit inuentum ex eo, quod tam ipse Henricus de Schonwald et Petrus de Sternberg totum, quidquid ibidem in Schonwald habuerunt, Bernhardo Hecht intabulauerunt.

117. Pessico de Bielowicz Margarethe vxori sue super Curia in villa Wezdetyn in pascuis et silua et alijs pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat Triginta marcas grossorum.

(F. XI. r.) **118.** Wawrzienek de Gestrzebie Gyndrzichowi de Krumpsyn et Sbinconi suo germano et eorum heredibus, et Margarethe ipsorum matri, et Woyslawe Sorori ipsorum et Janoni Jeskonis filio de Czelelhowicz, villam Sirbcze integram cum Curia Agris pratis pascuis et siluis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam. 1389.

Et vbicumque in tabulis prius fuerit inuentum, debet extabulari et nullum vigorem habere.

119. Januss de Poczenicz, Elska et Kaczna Sorores ipsius germane, Barthossio de Slezan et heredibus suis, et Zdene vxori sue in villa Poczenicz mediam Curiam, que fuit Lewykonis, cum pratis pascuis siluis et vniuersis alijs pertinencijs, super quibus Kaczna vxor Lewyconis habuit dotalicium, vendiderunt eo Jure dotalicij.

Et vbicumque in tabulis Januss, Elska et Kaczna prius haberent mediam Curiam supradictam, debet extabulari et nullius esse vigoris.

120. Domanek de paruo Penczicz Ewe vxori sue super Zatyess mediam villam super pratis pascuis picinis, et Curia et curticula, Rubetis siluis et alijs vniuersis pertinencijs de Penczicz transducit assignans ibidem in Zatyess eidem vxori sue racione veri dotalicij vigintiquinque marcas grossorum, Et Valentinus de Magetin (dicit) quod hoc sit bonum ipsius.

121. Ottanko de Penczicz Bohuncze vxori sue in paruo Penczicz super duabus porcionibus Curie, et duabus porcionibus ibidem pratorum pomeriorum et siluarum et super vno laneo in Hanuchowa Lhota cum eorum vniuersis pertinencijs vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

(F. XI. v.) **122.** Blazius de Stichowicz Dorothee vxori sue super Curia in Stichowicz cum siluis ad eandem spectantibus quadragintaocto marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, taliter quod illud dotalicium, videlicet quadragintaocto marcarum, si prius in Stichowicz habuerit, in tabulis terre debet extabulari, ita quod solum hic in isto loco ipsa Dorothea habeat, suum dotalicium, et quod prius habuit in Stichowicz, illud nullum habeat vigorem.

123. Swatobor de Zaworicz Alberto et Erasmo orphanis de Bistricz et Wlczconi vicario Ecclesie Olomucensis ipsorum spolecznykoui in villa Hrabissyn super vno laneo vnam marcam annui census Jure dotalicij demonstrat.

124. Wilhelmus de Cunstat alias de Luczka Johanni dicto Puska de Cunstat et suis heredibus in Czech illud totum, quidquid Roch et Wilhelmus de Cunstat habuerunt, siue sit in vineis siue in pratis, siue in Siluis, siue in piscinis, siue in laneis, siue in hominibus, siue in Molendinis, siue in alijs quibuscumque pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, medio Jurepatronatus Ecclesie ibidem incluso cum omni Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil sibi Juris aut proprietatis ibidem reseruantes, vendidit hereditarie possidendum, nichil sibi et suis heredibus reseruantes.

125. Wilhelmus de Cunstat alias de Luczka Johanni Puscze de Cunstat et suis heredibus illud totum, quidquid in Sluzyn ipse Wilhelmus cum fratre aut Roch et Wilhelmus de Cunstat tenuerunt, nichil sibi reseruantes, sed cum pleno iure dominio et alijs vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, vendidit hereditarie possidendum, nichil sibi et suis heredibus reseruando.

[1]) *Der im Orig. vorstehende Name „Anne“ ist durchstrichen.*

[2]) *Unmittelbar vor dieser Einlage steht im Orig. der unrichtig gefasste und eben desshalb durchstrichene Anfang derselben in folgender Weise: „Curia in villa Zdetyn.“*

1389. 126. Wilhelmus de Cunstat alias de Luczka Johannni Puscze de Cunstat et suis heredibus in villa Lessany Curiam, quam Witoslaus tenuit, cum alijs vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, prout ipse Wilhelmus cum fratre suo, aut Roch et Wilhelmus de Cunstat tenuerunt, nichil sibi ibidem reseruantes, sed cum pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum, nichil sibi nec suis heredibus reseruando.

Specialiter illas siluas, que iacent prope Stynawa, et que ad predicta bona pertinent, ipse Wilhelmus cum fratre suo, sibi Johanni Puscze et suis heredibus vendiderunt.

(F. XII. r.) 127. Wilhelmus de Cunstat alias de Luczka Johanni Puska de Cunstat et suis heredibus in villa Ohrozym, quidquid ibidem habuit, cum vniuersis suis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, pleno iure et dominio et medio Jurepatronatus Ecclesie ibidem incluso, prout ipse cum fratre suo, aut Roch et Wilhelmus de Cunstat tenuerunt, nichil ipsis ibidem vlterius reseruantes, vendidit hereditarie possidendum, nichil sibi et suis heredibus reservando.

Et ipse Wilhelmus de Cunstat alias de Luczka predictam intabulacionem, quam fecit Johanni Puscze de Cunstat et suis heredibus, incipiendo a villa Czech hucusque, fecit nomine suo et fratris sui Smīlonis tamquam frater senior et indiuisus, renunccians omni Juri super bonis predictis.

128. (Suliko de Konicze Jodoco Marchioni Morauie villam Hrubczicz totam et integram cum suis omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

129. Jodocus Marchio et dominus Morauie Decano, Preposito et Capitulo Ecclesie Olomucensis, integram villam Hrubczicz cum Curia cum hominibus censibus solucionibus Robbotis pratis pascuis et vniuersis eius pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, siue sint in villa siue extra villam, cum paludibus et alijs vtilitatibus, sicut ipse Jodocus Marchio a Sulicone de Konycz emit, et sicut ipse Suliko solus tenuit, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi heredibus et successoribus suis Marchionibus Morauie Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

130. (Jesco Puska de Cunstat, Erhardum de Cunstat facit verum commissarium puerorum suorum et omnium bonorum suorum vbilibet habitorum, sed sub tali Condicione, videlicet postquam Anna vxor Puscze post mortem suam duceret maritum, tunc primo Erhardus tamquam Commissarius intromittat se de pueris et omnibus bonis ipsius Jeskonis, et quandocumquē pueri dicti Jeskonis ad annos etatis peruenerint, et postulauerint a commissione dicti Erhardi se absolui, tunc statim ipse Erhardus de sua Commissione debet emittere tam pueros, quam omnia bona vbilibet habita, que fuerunt ipsorum puerorum, et que pater ipsorum qost mortem suam dimisit eis, et amplius nullum Jus commissionis debet habere tam ad pueros quam ad bona, sed pueri cum bonis suis habeant liberam voluntatem.)

(F. XII. v.) 131. Andreas de Nęchwalin Johannem Puskam de Cunstat facit verum suum Commissarium puerorum suorum et omnium bonorum suorum vbilibet habitorum taliter, quod post mortem Andree ipse Johannes Puska, nomine Commissario, teneat pueros et omnia bona tam diu, quam diu ipsi Andree placuerit, nam in casu, vbi Andreas vellet destituere ipsum Johannem Puskam, tunc ipse Puska wlt et debet esse liber ab illa commissione puerorum et bonorum, et presentem commissionem tunc debet extabulare. 1389.

132. *Czenko de Wartemberg alias de Wesel fassus est coram domino Jodoco Marchione Morauie et coram Officialibus Czude Olomucensis, quod super bonis Wzdunka et eius pertinencijs nec racione dotalicij post Sororem suam, que sibi ibidem dotalicium resignauerat, nec racione hereditatis, aut ex alia causa nullomodo Jus sibi ibidem amplius competit, sed renuncciauit omni Juri super Wzdunka et eius pertinencijs, petiuitque cancellari, si alicubi in tabulis habere ibidem aliquod Jus videretur, quia dominus Jodocus Marchio omnes pecunias pro dicto dotalicio sororis sue sibi plene expediuit, Eciam idem Czenko, si aliquam literam ipsius domini Jodoci super eo haberet, debet cassari, quia nullum vigorem debet habere litera eadem, Et ex eo quod dominus Czenko ista fassus fuit et non potuit Colloquium dominorum expectare, missus fuit dominus Jesko Puska de Cunstat ad tabulas ad inponendam huiusmodi suam fassionem.*

(F. XIII. r. vacat.)

(F. XIII. v.) 133. Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo primo Post beati Johannis Baptiste [1]) Colloquium dominorum est celebratum presidentibus Officialibus Jescone dicto Puska de Cunstat Camerario, Sulikone de Konicz Czudario, et Jescone Canonico Brunnensi Notario. Et presentibus Illustrissimo principe domino Jodoco Marchione et domino Morauie. Benessio de Crawar, Erhardo de Cunstat, Stiborio de Czimburg, Sdenkone et Jeskone de Sternberg alias de Luckow, Petro de Sternberg, Petro et Laczkone de Crawar, Wilhelmo de Pernstein, Tassone de Bozkowicz, Jaroslao de Mezerzicz, Smylone de Lesnicz, Jarossio de Hwyezdlicz, Wankone de Bozkowicz, duobus fratribus de Lethowicz, Alberto de Zlin, Wilhelmo et Czencone fratribus de Luczka, Benessio et Budissio fratribus de Quassicz, Benessio de Deblin, et Strenuis Pawlicone de Ewlemburg, Wockone de Holnstein, Wznatha Hecht de Rossicz, Vlrico dicto Hecht et alijs quam pluribus fidedignis. 1391.

(F. XIV. r.) 134. (Mixo dictus Lysek de Chudyechrom Heruolto de Heruolticz et suis heredibus ibidem in Chudyechrom Curiam allodialem cum hominibus, censibus, agris, Siluis, pratis, pascuis et vniuersis eorum pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus ibidem amplius reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

135. Idem Mixo Lyssek Margaretham vxorem suam de Chudyechrom transduxit super Oboram videlicet nouem laneos cum quartali cum siluis pratis pascuis et

[1]) *D. i. nach dem 24. Juni.*

1391. vniuersis eorum pertinencijs, prout Ludouicus de Vbussin tenuit, in Septuagintaquinque marcis grossorum racione veri dotalicij, ex translacione predicta dat et assignat, Et Ludouicus pater ipsius Margarethe ad hoc suum dedit consensum dicens, esse bonum ipsius.

136. (Wanko de Bozcowicz alias de Czernahora Jesconi dicto Puska de Cunstat et suis heredibus Dubrawyczy videlicet Municionem et cum villis videlicet Dubrawicze, Nemczycze, Przibissin, Walkunow, Kunyczky cum hominibus censibus Robottis, Curia, Agris, pratis, pascuis, Siluis, Rubetis, Aquis, Molendinis, Metis grenicijs pleno Jure et dominio et incluso Jurepatronatus Ecclesiarum in Dubrawicz et in Nyempczicz eo Jure, prout dictus Wanko tenuit, ac cum vniuersis eorum pertinencijs, nichil sibi aut suis heredibus in dictis bonis amplius Juris aut dominij reseruando aut aliquid excipiendo, sed totum quidquid habuit ibidem, vendidit hereditarie possidendum.)

137. (Wanko de Bozcowicz alias de Czernahora Slawkoni de Potrubyma et suis heredibus Curiam allodialem cum Silua in Lessan cum earum pertinencijs, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam. *Et ubicumque in tabulis terre inueniretur nullum vigorem habeat et debet deleri.)*

138. (Slawko de Potrubyma Offcze vxori Slawkonis de Nyemecz super Curia cum Silua in Lessan et suis pertinencijs Centum marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

139. (Wanko de Bozcowicz alias de Czernahora Gyndrzichowy de Zastrziel et suis heredibus villam Labuty totam cum Curia cum hominibus Agris pratis pascuis Siluis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi amplius aut suis heredibus ibidem reseruans, et in Ransperk terciam partem cum suis pertinencijs, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam, Eciam cum piscinis et alijs, prout Wanko tenuit.)

(F. XIV. v.) 140. (Elska Relicta Jesconis de Doloplaz Wytkoni de Drzowicz et suis heredibus Jus suum dotalicij, videlicet Triginta marcas, quod habuit super Curia allodiali ibidem in Doloplaz, libere dedit et intabulauit.)

141. (Wytko de Drzowicz Mixikoni de Podhradie et suis heredibus vineam dictam Klyn in Orzechowe, cum pleno Jure et dominio vendidit hereditare possidendam.)

142. Raczek de Pornicz Offcze vxori sue super Curia allodiali pratis pascuis Siluis et vniuersis suis pertinencijs in Pornicz Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Jan pater ipsius Offcze consensit et suscepit et dicit, esse bonum ipsius.)

143. (Lyda de Komarowa Matussio de Zarusek et suis heredibus Curiam in Strabenicz cum pratis Rubetis et alijs pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout sola tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

144. (Jahanka de Komarowa cum Lyda de Komarowa Sorore sua et cum omnibus pueris, qui ab ambabus sororibus processerunt, super Curia in Komarow, rubetis, pratis, pascuis et Area pro piscina et alijs vninuersis pertinencijs fecerunt vnionem seu stupek, Et Sdislaus Maritus Johancze ad hoc consensit.) 1391.

145. Margaretha de Deblin, vxor Czenkonis de Cunstat, ipsum Czenkonem de Cunstat maritum suum, dictum de Luczek, et omnes pueros, quos simul habebunt, super omnia bona, que ad ipsam post obitum Jenczonis de Deblin patris eius sunt devoluta, videlicet super Olessnicz medium opidum, cum Jurepatronatus Ecclesie ibidem, super villam Bohunow cum Collacione Ecclesie, super villa Porzieczie, super villa Pradle, cum omnibus eorum pertinencijs, quibuscumque nominibus nominentur, pleno Jure et dominio, prout dicta bona ex paterna successione ad ipsam sunt deuoluta, suscepit ad veram vnionem, seu quod dicitur na prawy spolek.

146. (Kaczna Relicta Peskonis Sancl, cum Gyndrzichone Sobyebrzich et suis heredibus, super Curia allodiali in Strabenicz, cum siluis pratis pascuis et vninuersis pertinencijs, facit vnionem, et recipit eos in congressum, quod dicitur Stupek.)

(F. XV. r.) 147. Mykulass de Nyeczycz Lydcze vxori sue super hominibus censualibus in Nyeczycz, decem marcas annui census racione veri dotalicij in Centum marcis grossorum dat et assignat, et Woyslaw de Paczlawicz pater ipsius Lydcze suscepit et dixit, esse bonum ipsius, cum consensu Jessiconis fratris ipsius Mikulassonis.

148. Kaczna de Chwalkowicz Adam et Krzizkonem filios suos, super Curia et super duobus hominibus in Chwalkowicz [1]) cum eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout sola tenuit, suscepit in veram vnionem, que dicitur Spolek.

149. (Jan de Domamyslicz Dorothee vxori sue super Curiam Domamyslicz Thaberna et medio molendino et eorum pertinencijs, et in Kobluk super altera dimidia marcis census annui Septuagintaquinque marcas grossorum dat racione veri dotalicij et assignat, Et Henslik de Kowalicz frater ipsius Dorothee suscipit dicens esse bonum ipsius.)

150. Heress Swrz Mykulassoni de Nyeczicz et suis heredibus Curiam allodialem in Nyeczicz, quinque marcas grossorum et sex grossos census, duos pullos, cum suis pertinencijs vniuersis, Siluis pomerijs et alijs, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

151. Wanko de Bozcowicz alias de Czernahora Marthe vxori sue ad illud dotalicium, quod in tabulis Czude Brunnensis ei intabulatum est, si quid defecerit dicte Marthe, ex tunc pro supplemento eiusdem dotalicij Curiam in Borzithow de duabus Araturis, cum suis pertinencijs, ac homines ibidem in Borzitow et quidquid ibidem habuit, racione dotalicij, et supplendo illud dat et assignat, Et Jaroslaus de Mezyrzicz frater ipsius Marthe suscepit dicens, esse bonum ipsius, Ita tamen quod predictam Curiam in Borzytow ipse Wanko addidit ipsi Marthe vltra dotalicium, et hoc fecit de bona sua voluntate addendo ipsam Curiam ad dotalicium ipsius Marthe.

[1]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1391. **152.** Lytold de Zdislawicz Anne vxori sue, super laneo, Thaberna, Molendino, piscina, Siluis pratis pascuis et vninuersis eorum pertinencijs in villa Laznyk Quadragintaquinque marcas racione veri dotalicij dat et assignat, Et Marquardus de Medricz amicus eius [1]) tamquam Commissarius fuit Nunccius.

153. (Alsso de Bystrzicz Hensliconi de Starawes et suis heredibus in villa Chwalkowicz na Hane Curiam Allodialem (et nouem fertones annui census [2]) cum pratis pascuis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. XV. v.) **154.** (Sebor de Raycze Jeskoni Puscze de Cunstat et suis heredibus villam Spissaw integram cum hominibus censibus Curia allodiali Agris pratis pascuis siluis rubetis aquis piscinis Molendinis et vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.) [3])

155. Jan de Krzyzanow Jeskoni dicto Puska de Cunstat et suis heredibus in Lessan Sextum dimidium laneos et alterum dimidium ortum cum alijs eorum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi aut heredibus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

156. Jodocus Marchio Morauie, Jesconi Puscze de Cunstat et suis heredibus vendidit et resignauit omne Jus dostalicij, quod habuit super Wzdunka et eius pertinencijs, eo Jure et eo modo, prout ipse Jodocus Marchio tenuit et habuit, et a Czenkone de Wartemberg alias de Wessel emit et sibi omnes pecunias dotalicij, quas Soror ipsius Czenkonis super Wzdunka habuit, plene expediuit, prout idem Czenko recognouit et intabulauit, quod omnes pecunias pro dotalicio Sororis sue, que super Wzdunka habuit, ab ipso Jodoco Marchione plene percepit, Renuncciando super Wzdunka omni Juri tam dotalicij quam hereditatis, Et sic Jodocus Marchio vendidit illud Jus dotalicij eo pleno Jure, sicut solus habuit, nichil sibi reseruans, dicto Puscze Jesconi et heredibus suis super omnibus bonis Wzdunka, villis et alijs omnibus pertinencijs ad hoc spectantibus nichil excipiendo in Sexingentis sexagenis grossorum Pragensium, quas ipse Jesko Puska Jodoco Marchioni plene expediuit.

(F. XVI. r.) **157.** Hylkuntha Relicta Dyetrzychonis de Lestne Hanussio de Przne et suis heredibus dotalicium suum, quod in Lestne habuit super Curia et hominibus ibidem, vendidit eo Jure, sicut sola tenuit.

158. Bussek de Lestne Hanussio de Przne et suis heredibus ibidem in Lestne totam hereditatem, quam habuit ibidem super Curia tribus quartalibus, et vna Curticula, cum pratis pascuis riuis siluis et vniuersis eorum pertinencijs, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

159. Drslaw de Stralek, Heraltoni de Lyderzow et suis heredibus alterumdimidium laneos censuales in Oprostowicz cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi in eisdem reseruans, vendidit hereditarie possidendos, prout solus tenuit. 1391.

160. Drslaw de Stralek Gyndrzichoni Schachel et suis heredibus in villa Lukowyc, Curiam Thabernam et pomerium cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans ibidem, vendidit hereditarie possidendum.

161. Mykul de Kostelcze Agnesczie relicte Budislai de Rymicz et ipsius pueris, Curiam allodialem tria quartalia censualia, duas Curticulas ibidem in Kostelecz prope Starawes cum Jurepatronatus medio Ecclesie ibidem et cum alijs eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum, Et Elska vxor Mykulonis predicti consensit dicens, quod in predictis bonis suum dotalicium non habeat, et Benessius Sysma frater ipsius Elscze eciam consensit ad hoc.

162. Benessius Syssma Jarossio de Czymburg alias de Hwyezdlicz et suis heredibus in Nemokowicz vnam marcam annui census cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

163. (Stacho de Czymrze Heraltowy de Lyderzow et suis heredibus Curiam in Czymrze allodialem et medium ortum censualem cum suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.)

164. Dywa de Czekynie Clare vxori sue in villa Lybenycz super eadem villa tota cum eius pertinencijs racione veri dotalicij Centum marcas grossorum dat et assignat, sub tali condicione, quod si ipsa Clara post obitum ipsius Dywe statum suum mutauerit vidualem, extunc Septuaginta quinque marcas et non plus super predicta villa racione dotalicij debet habere.

(F. XVI. v.) **165.** Dywa de Czekynye Domanonem de Hulyn ad omnium bonorum suorum vbilibet habitorum suscepit in veram vnionem, et eciam ipse Dywa eundem Domanonem suorum puerorum facit Commissarium vsque ad eorum debitam etatem, et cum dicti in debita etate pueri fuerint et postulauerint a Domanone dictam vnionem extabulari, tunc ipse Doman tenetur ipsis extabulare.

166. (Protywecz de Pawlowicz Perchte vxori sue in Nemochowicz quinque marcas census annui et vnam marcam census annui in Pawlowicz cum suis pertinencijs racione veri dotalicij in Sexaginta marcis grossorum dat et assignat.)

167. Pessak Judeus Brvnnensis Agnescze Relicte Budslai de Rymycz et eius omnibus pueris omne Jus suum, quod in Jankone de Kostellecz super Curia in Kostelecz et in Lytenczycz super tribus marcis et viginti grossis annui census obtinuit Jure, et literam domini Marchionis Jodoci consensus sui ad hoc habuit, cum omnibus eorum pertinencijs pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum, Et Bonussie Filia Janconis predicti de Kostelecz, cuius hereditas eciam

[1]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden Wörte „consensit dicens esse bonum ipsius“ sind durchstrichen.*

[2]) *Zu dieser vor der Löschung der ganzen Einlage durchstrichenen Stelle gehört die im Orig am Schlusse derselben von anderer Hand beigefügte Note: „Nota ista cancellacio facta alteri scripto non debet nocere.“*

[3]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht das Cunstatische Wappen in Federzeichnung.*

1391. fuit, personaliter fuit aput Tabulas et ad hoc consensit renunccians hereditati sue.

168. Domanek de Poczenicz Katherine vxori sue super duobus laneis in Poczenicz cum suis pertinencijs racione veri dotalicij Quindecim marcas grossorum dat et assignat.

169. Lynhart de Poczenicz Dorothee vxori sue ibidem in Poczenicz super Curia cum Pratis pascuis Siluis super tribus thabernis et tribus Curticulis cum eorum vniuersis pertinencijs racione veri dotalicij Centum marcas grossorum dat et assignat, et Mathias de Slezan frater ipsius Dorothee suscepit dicens esse bonum eius.

170. (Zawissius de Bohuslawicz Jankoni de Krakowczie et Petrzikoni de Lychtnow fratri suo eorum heredibus Agros dictos Rownye et pratum, quod dicitur Kopana luka cum Monticulo [1]) quod dicitur Stranye, cum Silua, vsque ad flumen nouarum metarum, et medium flumen, quod transit ab illis nouis metis, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi in eisdem reseruans, vendidit hereditarie possidendum, Ita quod predicti Agri cum prato et monticulo [2]) siluis et flumine, exclusi sunt ab illa Curia in Bohuslawicz, quia ipse Zawissius fecit nouas metas super illis, que dicto Jankoni et Petrzikoni vendidit ut prefertur.)

(F. XVII. r.) 171. Herart de Luczan Agnescze vxori sue ibidem in Luczan super hominibus censualibus [3]) vigintiquinque marcas grossorum annui census racione veri dotalicij in ducentis Quinquaginta marcis grossorum dat et assignat, Et Proczko de Lyssecz suscepit.

172. Pessico de Opatowicz Sulkoni de Radcow, Franconi filio suo et eorum heredibus villam Birtowye prope Opatowicz cum hominibus censibus pratis pascuis Siluis fluminibus vtilitatibus, et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij ibidem amplius reseruando aut aliquid excipiendo, sed totum ibidem vendidit hereditarie possidendum.

173. (Albrecht de Sternberg dictus de Zlina Hinkoni de Buzow et suis heredibus mediam villam in Wlkoss, Municionem cum Curia et medio molendino cum hominibus censibus Agris pratis pascuis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

174. Albertus de Sternberg alias de Zlin Hinconi de Buzaw et suis heredibus totum, quidquid in villa Wlkoss habuit cum vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij ibidem reseruando, dat in veram et legittimam hereditatem.

175. Odpor. [4]) Pawlico de Sowynecz dicit, quod in Wlkoss sit sua hereditas, et hoc wlt ostendere.

176. Anna de Morawan Relicta Smilonis Janoni de Morawan filio suo consensit et dedit plenam potestatem, ut idem Jan Katherine vxori sue dotalicium possit demonstrare in et super dotalicio ipsius Anne, seu quod eadem Anna in Morawan dinoscitur obtinere, ut dictus Jan, prout sibi placuerit, dicte vxori sue Katherine dotalicium possit demonstrare, Nam ipsa Anna renuncciat statim suo dotalicio postquam prefatus Jan dicte vxori sue dotalicium deputauerit super eodem, Et quidquid ipse Jan fecerit super eo, hoc est bona voluntas ipsius Anne. 1391.

177. Jan de Morawan Katherine vxori sue ibidem in Morawan super dotalicio Anne matris sue, quod ibidem in Morawan habet, racione veri dotalicij Centum quinquaginta marcas grossorum dat et assignat, Ita quod si in dicto dotalicio ipsius Anne dicte Centum quinquaginta marce non possent sufficere, extunc ipse Jan super suis bonis ibidem in Morawan adimplet, Taliter quod ipsa Katherina suum dotalicium conplete possit habere.

178. Scolastica de Sternberg Relicta Alberti de Puchaim cum Jescone de Sternberg alias de Lukow fratre suo facit congressum cum medietate sui dotalicij, quod in parte ville Czeikowicz in Quadringentis marcis grossorum habet cum omni Jure et dominio, prout sola tenuit.

179. (Jesko de Sternberg alias de Lukow Mixikoni de Milczan et suis heredibus in villa Liczenczicz omne Jus quod habet, et prout a domino Jodoco Marchione Morauie obtinet, cum pleno Jure et dominio, incluso eciam Jurepatronatus Ecclesie ibidem, et eciam duas villas Skawskan superiorem et inferiorem cum pratis pascuis Siluis Aquis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus ibidem reseruando dat pro seruicijs fidelibus ipsius Mixiconis in veram hereditatem.)

(F. XVII. v.) 180. (Jesko de Sternberg alias de Lukow Anne vxori Pawliconis de Ostrat super villa ibidem in Ostrat, videlicet super parte illa incipiendo a Curia versus villam Welkow, cum suis pertinencijs racione veri dotalicij vigintiquatuor marcas grossorum dat taliter, quod Censum ibidem tantum habeat pro dotalicio secundum consuetudinem terre, prout super vigintiquatuor marcas videtur pertinere.)

181. Bartomyla vxor Dyetrzichonis de Morawan Bartosconem filium suum ad omnem suam hereditatem, quam habet in Mostyenycz cum suis omnibus pertinencijs, recepit in veram vnionem seu spolek, Excluso tamen eius dotalicio, quod ab ipso Dyetrzichone dinoscitur obtinere, seu quod ipse Dyetrzich ab ipsa habet.

182. Dywa de Czekynye Czrhoni de Kokor et suis heredibus in villa parua Penczicz terciam partem Curie, vnum laneum, tres ortos cum pratis pascuis et vniuersis pertinencijs, prout ad terciam partem Curie dinoscitur pertinere, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

183. Jan de Wodyerad Witoslao de Wodyerad et suis heredibus mediam Curiam in Wodierad cum Agris pratis pascuis Silluis aquis et alijs pertinencijs ad medietatem dicte Curie spectantibus pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

[1]) und [2]) *Dieses von derselben Hand geschriebene Wort steht oberhalb des durchstrichenen „pomerio.“*

[3]) *Die im Orig. nachfolgenden drei Worte „cum eorum pertinencijs“ sind durchstrichen.*

[4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1391. 184. Stephanus de Czerwencho Bartosconi de Morawan et suis heredibus quatuor marcas grossorum minus quatuor grossis census annui in villa parua Klobuczky cum suis vninuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendas.

185. (Jan de Dubczan Bedrzichoni de Vderlicz et suis heredibus villam Wilemow totam, cum hominibus, censibus, Agris, pratis, pascuis Siluis et alijs vniuersis pertinencijs, cum Jurepatronatus Ecclesie ibidem incluso, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus ibidem Juris aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

186. Bedrzich de Vderlicz, Elscze vxori sue super tota villa Wilemow cum suis pertinencijs et super toto illo, quidquid in Paterzyn habet, cum eorum pertinencijs racione veri dotalicij Centum sexaginta marcas grossorum dat et assignat, et Jan de Ptenie frater ipsius Elscze suscepit asserens, hoc esse bonum ipsius.

187. Jan de Pawlowicz, Elscze vxori sue de Ptenye ibidem in Pawlowicz super Curia, quam a Duchonkone emit, et super medio laneo ibidem cum eorum pertinencijs racione veri dotalicij Quinquaginta marcas grossorum dat et assignat, et Jan de Ptenye frater ipsius Elscze suscipit, dicens fore bonum eius.

(F. XVIII. r.) 188. Bohussie de Drnowicz Martinum et Buzconem fratres de Drahanowicz ad omnia bona sua, que in Drnowicz et Czrhow [1]) uel alias vbicumque habet uel habebit in futurum, suscipit in veram vnionem seu na prawy spolek.

189. Sdenko de Sternberg alias de Lukow Sobyeno de Sborowicz et suis heredibus omnem suam hereditatem, quam in Czetochowicz habet, cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam, Excluso tamen dotalicio Kuncze de Cunstat vxoris sue.

190. (Sdenko de Sternbergh alias de Lukow Przibiconi de Maletyna et suis heredibus illud totum, quidquid in Brziezolup habuit, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem aut suis heredibus Juris uel dominij ibidem (sic) reseruans vendidit hereditarie possidendum.)

191. Sdenko de Sternberg alias de Lukow Mykulassoni de Skalicz et suis heredibus totum, quidquid in Lyska habuit, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

192. Wenceslaus de Laskowa Janoni et Benessio fratribus de Lyderzow et eorum heredibus ibidem in Laskow tres curticulas cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendas.

193. (Jenczo de Honbicz Mixikoni de Podhradye et suis heredibus in villa Orzechowe Septem et dimidium laneos, tres Curticulas cum vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, sed prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.)

194. Bartossius de Morawan Slawyene vxori sue 1391.
super illo toto, quidquid in Morawan et in Klobuczki habet, cum vniuersis eorum pertinencijs racione veri dotalicij Nonaginta sexagenas grossorum dat et assignat, Et Barthomyela mater Bartossij dedit ad hoc suam bonam voluntatem.)

195. (Protywecz et Andreas fratres de Pawlowicz cum omnibus bonis eorum habitis et habendis fecerunt veram et mutuam vnionem seu stupek.)

196. (Benessius de Crawar alias de Crumnaw Benessio de Tlustomas et suis heredibus in villa Czessicz videlicet Curiam, vnum laneum censualem, duas curticulas cum pratis pascuis et vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

(F. XVIII. v.) 197. Mixo de Ottoslawicz Skoncze vxori sue super opido Brodek videlicet decem marcas annui census racione veri dotalicij cum suis pertinencijs in Centum marcis grossorum dat et assignat et Proczko de Lyssicz frater ipsius Skonczie suscepit, frater videlicet non carnalis sed racione affinitatis.

198. (Benessius de Tlustomas Buskoni de Krasna et suis heredibus in villa Czessicz Curiam cum Agris vnum laneum censualem duas Curticulas cum pratis pascuis Siluis rubetis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

199. Dorothea vxor Protywczonis de Czekyn veniens personaliter ad tabulas terre recognouit, quod in villa Penczicz nullum dotalicium nec aliquod Jus habet, et pro ipsa, quod hoc sit verum prout recognouit, Lybusch et Vincencius fratres de Senycz promisserunt et similiter fassi sunt promittentes Czrhoni de Kokor et suis heredibus pro premissis.

200. Scolastica de Sternberg Relicta Alberti de Puchaim cum Alberto de Sternberg alias de Zlin cum medietate sui dotalicij, videlicet super Quadringentis marcis grossorum, quas in parte ville Czeikowicz habet, fecit congressum seu ipsum recipit in veram vnionem ad medietatem dicti dotalicij sui.

201. Machaczius Judeus Brunnensis Mixikoni de Milczan et suis heredibus, omne Jus, quod idem Judeus in Johans super Lytenczicz Jure obtinuit, eo iure et dominio, prout ipse Judeus tenuit, nichil sibi reseruans, cum consensu domini Jodoci, Marchionis Morauie, vendidit hereditarie possidendum.

202. Onsso de Polichna Adliczczie vxori sue ibidem in Polichna super omnibus Bonis ibidem cum eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio racione veri dotalicij Quinquaginta marcas grossorum dat et assignat, Taliter quod pueri ipsius Onssonis ipsam Adliczkam, quam diu ei dictas Quinquaginta marcas dotalicij non assignauerunt, non debent in dictis bonis impedire.

203. (Mixiko de Milczan Agnescze vxori sue super Curia et bonis, que Jesco de Sternberg alias de Lukow sibi intabulauit, cum pratis pascuis Siluis rubetis pleno Jure et dominio et alijs vniuersis pertinencijs Sexa-

[1]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1391. ginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et similiter in bonis illis, que a Machoczio Judeo Brunnensi emit et in tabulis habet, illud dotalicium debet eciam habere.)

204. Mixiko de Milczan cum Przibicone de Malotyna et Bohuscone de Sazowicz cum omnibus eorum bonis nunc habitis uel habendis mutuam simul fecerunt vnionem seu stupek.

205. Pessek de Bikowicz Priori et Conuentui Noui Monasterij sancti Thome ante Brunnam nouem laneos in villa Malkowicz tres Curticulas, Thabernam, Balneum piscinam cum vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij ibidem vlterius reseruaus, vendidit hereditarie et perpetue possidendum cum consensu domini Jodoci Marchionis Morauie, cuius literam aput tabulas exhibuerunt.

(F. XIX. r.) 206. (Jodocus Marchio Morauie Franconi de Pornicz et suis heredibus in villa Poczenicz Sex laneos censuales cum quibusdam Curticulis, cum censibus in eadem villa partis sue, cum omnibus pertinencijs Nemoribus Rubetis Aquis ceterisque quibuscumque censeantur nominibus pleno Jure et dominio, nichil sibi in dictis bonis reseruans, Jurepatronatus Ecclesie dumtaxat excepto, pro sexagintaquinque marcis grossorum vendidit hereditarie possidendos, *Saluo Jurepatronatus.)* [1])

207. (Jacobus Konczek Misliborio et Marsiconi fratribus de Radowessicz et eorum heredibus in villa Wazan Curiam de duabus Araturis, cum Agris pratis rubetis et septem et dimidium laneos censuales, tres thabernas cum duabus curticulis et quatuor alias curticulas cum vno orto sub pomerio iacente, Item in villa Buskowicz, quatuor laneos, duas Curticulas cum prato speciali, et vnam Nywam cum eorum vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant aut quibuscumque censeantur nominibus, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et prout at Czudam Olomucensem pertinere videntur, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij ibidem vlterius reseruando, vendidit hereditarie possidendam. Et Mixik de Wiczicz frater stupny, dedit ad hoc suum consensum.)

208. (Jodocus Marchio Morauie Sobyeno de Zborowicz et suis heredibus omne Jus, quod in Sborowicz post mortem matris ipsius Sobyeny super ipsum deuolutum est, seu quod ipsius Sobyeny mater Jure dotalicij habuit, cum hominibus censibus agris siluis pratis pascuis et vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi aut Successoribus suis reseruans, vendidit et dedit ex dono in veram hereditatem, Et si idem Marchio prius habet in tabulis, nullum vigorem habeat et extabuletur, vt solum ista intabulacio sit salua et bona.)

209. Przibiko de Dobromyllicz pueris suis eadem bona Dobromyllicz, que super ipsum post mortem Marquardi de Dobromyllicz sunt deuoluta, intabulat cum vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et sicut super eum sunt deuoluta, Et Boczconem de Muchnicz suorum puerorum et bonorum suorum omnium facit verum Commissarium vsque ad ipsius Przibiczconis voluntatem. 1391.

210. Jessiko de Trzebessowicz Rudolto de Czerweneho et suis heredibus in Trubka prope Wzdunkam [2]) quinque laneos et vnam curticulam cum eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

211. (Rudoltus de Czerweneho Kacznye vxori sue quinque marcas annui census minus XX grossis super Trubka, videlicet super quinque laneis, et vna curticula cum suis pertinencijs racione veri dotalicij dat et assignat, et Jarossius Kuzel suscipit.)

212. (Artlebus de Obora et Witoslaus dictus Sypyk de Obora, et heredes eorum cum omnibus bonis vbilibet habitis uel habendis fecerunt veram et mutuam vnionem seu stupek.)

213. (Agnesca vxor Wilhelmi de Olomuczan Yutcze de Crasna Janoni de Morkowicz et Protywczoni de Zastrzie suum Jus dotalicij, quod super villa Opatowicz habuit, et si quid ibi in villa defecerit, tunc super Curia ibidem, videlicet quinque marcas annui census vendidit et resignauit, prout sola tenuit, nichil sibi reseruans.)

(F. XIX. v.) 214. Mixik de Wytczicz, Elscze vxori Stephani de Czerweneho illa Rubeta, que in Opatowicz Jure obtinuit et Jure inductus fuit et possessionem habuit, eo Jure prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda, nichil in dictis rubetis sibi reseruando.

215. Oness de Przestawlk Agnescze vxori sue ibidem in Przestawlk super Curia, et quidquid ibidem defecerit, extunc super hominibus ibidem in Opathowicz Quadragintaocto marcas racione veri dotalicij dat et assignat, et Jacobus de Przestawlk frater stupny dat consensum ad hoc, et Sdislaus pater Agnescze suscipit.

216. Mixico de Nyetkowicz Priori et Conuentui Noui Monasterij sancti Thome ante Brunnam Curiam allodialem cum duobus laneis et alios duos laneos censuales in villa Malkowicz cum decimis vinearum ad dictam Curiam spectantibus pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie et perpetue possidendum, Et Jodocus Marchio Morauie dedit suum consensum per literas, quas aput tabulas exhibuerunt.

217. (Wilhelmus de Luczka Welislao de Mezcborzie et suis heredibus mediam municionem in Czechach, Molendinum cum piscina, Curiam allodialem cum agris et pratis ad hanc spectantibus, et vnam vineam, quam laborauit, et pomerium cum eorum pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam, et eciam cum vno laneo ad predictam Curiam spectante.)

218. (Misliborius de Radowessicz Anne vxori sue super villa Wazan Curia de duabus araturis agris pratis pascuis et Siluis, Item super septem et medium laneis, Item super tribus thabernis cum duabus curticulis, Item super alijs quatuor curticulis cum vno orto sub pomerio iacente, cum alijs erorum pertinencijs racione veri

[1]) *Oberhalb dieser Einlage steht von einer späteren Hand die Note: „Ista cancellacio non nocet domino Marchioni in Jurepatronatus Ecclesie sed semper saluum manet sibi.“*

[2]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1391. dotalicij Centumquinquaginta marcas grossorum dat et assignat, et superaddit ei ad hoc Quinquaginta marcas grossorum, si et quamdiu statum suum vidualem non mutauerit, Si autem mutauerit, tunc nisi Centum et quinquaginta marcas, ut prefertur, Et Jakl amicus Anue dixit, esse bonum ipsius.)

219. (Mysliborius de Radowessicz Janonem et Janonem fratres de Meylicz et Petrum de Radowessicz recipit ad omnium bonorum suorum, que habet vel habebit, vnionem que dicitur Spolek.)

220. Styepan de Czerweneho Janoni de Morkowicz et suis heredibus omne Jus suum, quod super villa Medlow cum Siluis iure obtinuit et Jure inductus est et hereditatum est ei, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

221. Hersso dictus Skrzietek de Trpenowicz Dorothee vxori sue in villa Wrahowicz super Curia allodiali vno laneo cum omnibus agris ad ipsam Curiam spectantibus dictis Nywy Kopanyny, cum pomerio, molendino superiori, obstaculo super molendinum cum silua retro molendinum, cum duobus pratis magnis, et specialiter super quarto dimidio laneis censualibus cum thaberna censuali, Item in villa Czechuowky, super Curia allodiali, cum omnibus agris pratis pascuis riuis et eorum pertinencijs ad hec spectantibus exclusis solum nouem fertonibus annui census, qui ad dictam Curiam pertinebant racione veri dotalicij, Quinquaginta septem marcas grossorum annui census in Centum septuaginta quinque marcis grossorum dat et assignat.

(F. XX. r.) 222. (Jesco et Andreas Kygowe Woytyeskoni de Melicz et Raczconi fratri suo germano et eorum heredibus in Herolticz na Hane duas curias duo molendina, duas thabernas, cum laneis curticulis pratis pascuis Siluis rubetis et vniuersis eorum pertinencijs pleno iure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil sibi reseruantes vendiderunt hereditarie possidendas.)

223. (Lytek de Choryny Janoni de Morkowicz et suis heredibus in villa Bezuchow super toto, quidquid ibidem est et quidquid ipse Lytko ibidem habuit, cum eorum omnibus pertinencijs eo Jure, prout ipse tenuit, illud Jus totum dedit et resignauit.)

224. Stiborius Pluh de Rabenstein Janoni et Philippo fratribus de Tuczap et eorum heredibus illam Curiam, quam a Petro emerat, et illam Curiam, quam a Zeuissone emerat, et illam Curiam a Rzemenczone, quam emerat cum Curticula ibidem in Tuczap, cum pratis pascuis Agris siluis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi nec suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

225. Jan de Tuczap Philippo fratri suo de Tuczap et suis heredibus Curiam in Tuczap cum curticula quam a Herzmankone emerat, cum pratis pascuis rubetis et alijs pertinencijs pleno iure et dominio dat et resignat.

226. Jessek de Zyrotyn cum Wytkone de Zyrotin fratre suo super omnibus bonis, que nunc habent, fecerunt simul congressum seu stupek excluso dotalicio vxoris.

227. Waczlaw de Kublowicz Mraxoni de Zyrawicz et suis heredibus quinque marcas annui census in Kublowicz cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio dedit et assignauit, prout solus tenuit. 1391.

228. (Woytyessek de Melicz Anne vxori sue super villa Herolticz na Hane duabus Curijs, duobus Molendinis, duabus Thabernis, super laneis Curticulis pratis pascuis rubetis siluis et vniuersis eorum pertinencijs racione veri dotalicij ducentas marcas grossorum dat et assignat.)

229. Sobyen de Zborowicz Ecclesie in Zborowicz medium laneum penes Curiam cum censu suo et suis pertinencijs, vt quilibet plebanus eiusdem ecclesie posset censum predictum percipere, dedit perpetue possidendum.

230. Mixiko de Honyeticz, Herssonem et Jeskonem fratres de Chlum et Anezkam Sororem ipsorum ad omnia bona sua, que habet in Honyeticz uel alibi habet vel habebit, recepit in veram vnionem seu stupek ipsos predictos et eorum heredes.

231. (Jodocus Marchio Morauie Johanni et Jaroslao fratribus de Mezyrziecz et eorum heredibus villam Schumycz integram cum Curia Censibus, Siluis pratis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, eciam Jurepatronatus Ecclesie ibidem incluso, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis successoribus ibidem reseruans, dedit hereditarie possidendam.)

(F. XX. v.) 232. Woytyessko de Meilicz Lyczkonem, Mixiconem et Bedrzichonem fratres de Lelcz Buskonem de Krasna facit veros commissarios suorum puerorum et eciam fratris sui Gyndrzichonis, ac eciam omnium bonorum nunc habitorum et in posterum habendorum.

233. (Henricus et Protywecz fratres de Zastrzyel Janoni de Morawan et suis heredibus ibidem in Morawan, quidquid habuerunt hereditatis aut alterius Juris, prout soli tenuerunt, nichil ipsis vlterius ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.)

234. Mraxo de Zyrawicz, Stach et Sigmund fratres de Zyrawicz, cum omnibus bonis, que nunc habent uel habebunt, sunt congressi seu fecerunt verum stupek.

235. Czenko et Jarossius fratres de Drahotuss Stupnykones cum Buzkone de Wlachowicz consenserunt et admiserunt, quod ipse Buzko possit libere vxori sue Anne super bonis suis dotalicium deputare, non obstante Stupkone, quem fecerunt.

236. Buzko de Wlachowicz Anne vxori sue ibidem in Wlachowicz super tota villa cum Municione et Curijs Molendinis et alijs eorum pertinencijs, et specialiter cum rebus mobilibus dictis nabytek, et alijs eorum pertinencijs racione veri dotalicij ducentas marcas grossorum dat et assignat, Et si dictum dotalicium non possit ibidem plene inueniri, tunc in villa Rudycz super villa et Curia ibidem cum eorum pertinencijs debet suppleri, ut sint plene ducente marce pro dotalicio, Et Laczco de Crawar et Hanussius de Przne susceperunt.

237. Jesko de Sternberg alias de Lukow Janoni de Czelczicz et suis heredibus, et Byeloni de Klynowicz, et vxori sue, Curiam in Czelczicz cum omnibus ipsius pertinencijs, quam in Sulkone de Tworowicz iure obtinuit, vendidit hereditarie possidendam.

238. Odpor. [1]) Henslik de Kowalowicz dicit, quod

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1391. orphani Daliborij non habent debitam etatem, et quia Commissarius ipsorum vendidit bona ipsorum Budissio de Kwassicz absque etate illorum orphanorum.

239. Jan Johannonis filius de Blyssicz, Janoni Peskonis filio de Blyssicz et suis heredibus tres laneos in Blissicz censuales cum suis pertinencijs et pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendos, Et si alicubi in tabulis terre fuerint inuenti, debent extabulari.

240. (Jan filius Peskonis de Blyssicz Henricum de Jarohnyewicz ad omnia illa, que habet in Blyssecz recipit in veram vnionem seu stupek.)

241. Sobyen de Sborowicz Henrico de Jarohnyewicz et suis heredibus ibidem in Sborowicz super sexto dimidio laneis, vna thaberna, cum curticula siue agro [1]) in illa parte, vbi plebanus habet Curiam, cum eorum pertinencijs centum marcas grossorum racione dotalicij seu iure dotalicij deputat et obligat in eisdem.

(F. XXI. r.) 242. (Henricus de Jarohnyewicz Johancze vxori sue in Sborowicz super sextodimidio laneis vna thaberna cum Curticula siue agro in illa parte, vbi plebanus habet Curiam, cum eorum pertinencijs racione veri dotalicij centum marcas grossorum dat et assignat, Et alias centum marcas grossorum racione dotalicij in Jarohnyewicz super Curia et hominibus ibidem cum pratis pascuis et alijs eorum pertinencijs ad dictam Curiam spectantibus dat et assignat, et sic ipsa Johanca ducentas marcas grossorum pro dotalicio in predictis bonis habebit, Ita videlicet in illa Curia, in qua ipse Henricus residet.)

243. (Johan de Lytenczicz Mixikoni de Milczan et suis heredibus Curiam ibidem Lytenczicz cum laneis Curticulis Agris pratis pascuis et vniuersis suis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit nichil sibi aut suis heredibus reseruans vendidit hereditarie possidendam.)

244. Jesko de Sternberg alias de Lukow Bolcze vxori Styepankonis super villis Drzkowa superiori et inferiori cum suis pertinencijs Octoginta marcas grossorum in verum dotalicium secundum Jus terre Morauie, exclusis tamen siluis dat et assignat, et Bohuska de Zaczowicz frater ipsius Bolcze suscepit dicens, hoc esse bonum ipsius.

245. (Jesko de Sternberg dictus de Lukow Sbynkoni de Drzienoweho et suis heredibus villam Teteczicz, videlicet illud omne, quod ibidem habuit, cum siluis pratis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum. *„Et si alicubi prius in tabulis inueniretur nullum vigorem habeat, et debet extabulari.“)*

246. (Mukarz de Kokor Skochoni et Sobyeno de Trubek et eorum heredibus ducentas quinquaginta marcas grossorum dotalicij, quas ab Anna matre eorum in Trubek habuit, dat et resignat eisdem.)

247. (Sobyen de Trubek Swene vxori sue super illo, quod Mukarz de Kokor, videlicet ducentas quinquaginta marcas grossorum, eis intabulauit, idem Sobyen super parte sua ibidem in Trubek racione veri dotalicij vigintiquinque marcas grossorum dat et assignat.) 1391.

248. (Bolka vxor Styepankonis de Wyezek Herssoni de Bohuslawicz et suis heredibus Octoginta marcas sui dotalicij, quas habuit in Wyezek, dedit et resignauit.)

249. Budiss de Kwassicz, Herssoni dicto Smetana et suis heredibus villam totam Zahlenyczie cum hominibus molendino pratis pascuis Siluis rubetis, et alijs eorum pertinencijs ad dictam villam spectantibus pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris uel dominij ibidem vlterius reseruans, vendidit hereditarie possidendam, et Benessius frater ipsius Stupny ad hoc dedit suum consensum.

250. Benessius de Kwassicz, et Budiss de Kwassicz fratres cum omnibus bonis eorum, que nunc habent uel habebunt, inuicem sunt congressi seu stupyly su sye.

251. (Beness de Kwassicz Benessio de Tlustomas et suis heredibus mediam villam Tyessnowycze et mediam Kotogyed cum hominibus censibus et alijs earum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, et specialiter medio Jurepatronatus Ecclesie ibidem in Tyessnowicz incluso, et cum alijs omnibus, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Et Budiss de Kwassicz frater ipsius Stupny ad hoc consensit.)

(F. XXI. v.) 252. (Budiss de Quassicz Petro de Crawar dat omnia sua bona sub tali condicione, ut si ipse Budissius absque pueris legittimis moreretur, et similiter si ipse Benessius de Qwassicz absque pueris legittimis eciam moreretur, tunc dictus Budiss partem suorum bonorum dat dicto Petro de Crawar et heredibus suis et similiter Benessius de Quassicz partem suorum bonorum dat Laczconi de Crawar et suis heredibus, Ita quod si ambo fratres predicti absque pueris legittimis decederent, tunc Petrus de Crawar habebit partem bonorum Budissij predicti et Laczko de Crawar habebit partem bonorum Benessij predicti.)

253. (Sdenko de Sternberg alias de Luckaw Janoni Swehle de Sobiehrd et suis heredibus Curiam in Tyessow cum Molendino Curticula et siluis et cum aliis eorum pertinencijs, quidquid ad Curiam Molendinum et Curticulam spectat, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus in predictis Curia Molendino et Curticula ac Siluis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

254. (Petrus de Crawar Friczkoni de Olssan et Anne vxori ipsius in villa Sobyesuk cum hominibus, et alijs pertinencijs suis, Octo marcas annui census, et in villa Prostyeyowiczky super hominibus duas marcas annui census [2]) racione veri dotalicij in LXXX marcis grossorum dat et assignat.)

255. Petrus de Crawar, Offkam vxorem Jorohnyewonis de Buchlowicz, que in Mylessowicz villa habuit quinquaginta marcas grossorum pro dotalicio, transduxit super Buchlowicz, videlicet super Curiam, et super homines censuales, et ad totum illud, quidquid ibidem dictus Jorohnyew tenuit, ut dicta Offka racione sui

[1]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Die Stelle von „et in villa — annui census“ ist im Orig. durchstrichen, und am rechten Rande von anderer Hand die Note beigefügt: „hec abolicio non nocet alijs scriptis et nota, quod prius fuerunt Centum marce Jam vero propter abolicionem debent esse et sunt LXXX marce dotalicij.“*

1391. dotalicij quinquaginta marcas grossorum ibidem debeat babere, Et predictus Petrus promisit ad hoc, quod illud est bonum ipsius domine Offcze, quia ipsa Offka dictum suum dotalicium ibidem in Buchlowicz in illis, ut superius est dictum, habet, que est hereditas Petri predicti, seu in quibus ipse Petrus habet hereditatem suam.

256. Misliborius de Radowessicz Petro de Crawar et suis heredibus villam Dyedkowicz cum Municione et Curia Allodiali villam Chrzenowicz et villam Mytruowky cum hominibus censibus Agris pratis pascuis Siluis Rubetis Aquis piscinis et alijs vniuersis dictarum villarum pertinencijs, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus in dictis bonis Juris aut dominij vlterius reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

257. Jesko de Raycz Petro de Crawar et suis heredibus in villa Rostanye medietatem suam ville, hominum Siluarum piscinarum pratorum Molendinorum et aliarum omnium pertinenciarum, et eciam medietatem Jurispatronatus Ecclesie ibidem cum pleno Jure et dominio, prout ipse Jesko tenuit, nichil sibi amplius ibidem Juris aut dominij aut suis heredibus reseruans vendidit hereditarie possidendam.

258. Odpor. [1]) Victor et Petrus de Krzstyetyn dicunt, quod in predictis bonis Rostanye habeant Centum marcas grossorum.

(F. XXII. r.) 259. Victor et Petrus de Krzstyenye Petro de Crawar et suis heredibus in villa Rostanye medietatem eorum ville hominum Siluarum piscinarum pratorum Molendinorum et aliarum omnium pertinenciarum et eciam medietatem Jurispatronatus Ecclesie ibidem cum pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil sibi aut eorum heredibus Juris aut dominij amplius reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendam.

260. Odpor. [2]) Artlebus de Kleczan dicit, quod dicta bona Rostanye sunt ipsius hereditaria et habeat in tabulis.

261. Petrus de Crawar Jorossio de Czimburg alias de Hwyezdlicz et suis heredibus in Starych Hwyezdlyczich et in Nemochowicz totum, quidquid ibidem habuit, prout iure terre in Onssikone de Chwalkowicz obtinuit, et eo Jure prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus ibidem vlterius reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

262. Hermannus de Naklis Canonicus Olomucensis nomine suo et nomine Bohunconis Terwardi et Elizabeth olim Mixikonis de Naklis fratrum ipsorum orphanorum fecit Daliborium de Honczowicz Canonicum Olomucensem verum commissarium, vt idem sit commissarius orphanorum predictorum et omnium bonorum in Domazelicz et Prosenicz, que dicti orphani vna cum prefato Hermanno Canonico diuisim uel coniunctim habent, taliter quod ipse Daliborius habeat potestatem faciendi cum orphanis et bonis, quamdiu ipsi orphani ad debitam eorum etatem et legittimam non peruenerint, cum autem ipsi orphani ad annos legittimos peruenerint, tunc habeant potestatem se regendi et bona sua pro ipsorum voluntate. Si autem dictus Hermannus Canonicus aut aliquis orphanus decesserit, tunc super orphanum superstitem bona omnia deuoluentur, et ad hanc commissionem Laczko de Crawar, qui habet cum predictis Hermanno et Orphanis congressum in bonis supradictis, dedit suum consensum aput tabulas terre personaliter constitutus. 1391.

263. (Jodocus Marchio Morauie Laczkoni de Crawar et suis heredibus villam Skrben cum omnibus suis pertinencijs pratis pascuis siluis aquis molendinis et alijs vtilitatibus pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut Successoribus suis iuris aut dominij reseruans, intabulat in veram hereditatem.)

264. (Laczko de Crawar Alssoni Wenceslao de Doloplass et eius heredibus ita, quod inprimis sit Alssoni et eius heredibus, et postea Wenceslao et suis heredibus, villam Skrben cum omnibus suis pertinencijs pratis pascuis siluis aquis molendinis et alijs vtilitatibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus iuris aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

265. Petrus de Sternberg Valentino de Magetin et suis heredibus Curiam in Duban, quam Jan Skrzietek habuit, cum laneo curticula pratis pascuis et vniuersis suis pertinencijs, nichil sibi aut suis heredibus in dicta Curia reseruans, sed cum pleno iure et dominio vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXII. v.) 266. Laczko de Crawar Fenye Zawyssynye villam Porubu cum omnibus eius pertinencijs pleno iure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus ibidem iuris aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

267. Tasso de Bozkowicz alias de Brandiss Fridrico de Czirchaw et suis heredibus totam villam Kelczany cum Municione, et Curia allodiali et molendinis, Item totam villam Sobolky, Item mediam villam Osswieczowany cum medio Jurepatronatus Ecclesie ibidem, Item mediam villam Genyssowicz, Item totam villam Hyssly, Item plenam et totam decimam super quatuordecim laneis in Wlkoss cum hominibus solucionibus censibus robottis agris pratis pascuis siluis rubetis aquis molendinis piscinis metis grenicijs et vniuersis vtilitatibus et pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus iuris aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendas, Et si alicubi ipse Tasso in tabulis haberet bona predicta, debent extabulari ab ipso et suis heredibus.

268. Fridricus de Czirchaw Erhardum de Cunstat facit commissarium suorum puerorum et omnium bonorum suorum, que habet uel habebit, ut sit commissarius verus et legittimus.

269. Benessius Syssma de Stralek Drsslaum filium suum seniorem facit commissarium super Sbynconem filium suum iuniorem et super omnia bona sua, que habet.

270. Pech de Pruss Offcze vxori sue super alterodimidio laneis in Prussi cum pratis pascuis et alijs pertinencijs decem et septem et dimidiam marcas racione veri dotalicij dat et assignat.

[1]. *und* [2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1391. 271. Petrus de Kostelcze Elzcze de Kostelczie Sorori post patrem Benessij Syssme et eius heredibus Curiam in Kostelecz cum agris pratis pascuis rubetis piscinis et alijs vniuersis pertinencijs pleno iure et dominio, prout idem Petrus post mortem patris tenuit, nichil sibi et suis heredibus iuris et dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

272. (Katherina de Zdanicz filia Styetynonis Janoni de Krzyzano marito suo bona sua, videlicet Zdanycze cum Municione, Wyeczemylicze, Rohotrzie, Lhotam, Schadendorff, cum siluis Rubetis piscinis pratis pascuis fluminibus molendinis vineis, cum curijs araturis et alijs omnibus pertinencijs pleno iure et dominio, et specialiter cum Jurepatronatus Ecclesie in Zdanicz, prout sola tenet, nichil sibi in dictis bonis iuris aut proprietatis reseruans, dedit et resignauit, Taliter quod post mortem meam, idem Jano cum pueris meis, quos mecum habuerit, debet dicta Bona habere. Si autem aliam vxorem duxerit, et ex ea alios pueros generauerit, illi pueri ex alia muliere generati nullam partem et porcionem in Bonis meis predictis cum pueris meis debent habere, Si autem prefatum Janonem prius quam Katherinam decedere contigerit, extunc predicta bona ad me iterum deuoluentur in veram hereditatem.)

(F. XXIII. r.) 273. Wanko de Deblin Margarethe vxori sue super villis et primo super Opido Olessnicz, villa Porzyeczie, villa Brodne, in villa Luka, et in villa Hodonyn, cum molendinis, et vnam Curiam cum aratura in Luka cum alljs omnibus pertinencijs, Item super tercia parte pratorum et siluarum, prout ipse tenuit racione veri dotalicij, in ducentis Quinquaginta marcis grossorum dat, et si aliquid in premissis bonis deficeret, tunc in alijs bonis debet suppleri, Tamen excluso Castro Luka et Jurepatronatus Ecclesiarum.

274. (Henricus de Jarohnyewicz Domankonem de Hulyn et Janonem Pesconis filium de Blissicz ad omnium bonorum suorum, que habet uel habebit, recepit ad spolek.)

275. Jano de Dubczan Seborium de Dubczan ad omnium bonorum suorum, que habet uel habebit, recipit ad spolek.

276. Wiknanus de Magetyn Valentino de Przestawlk et suis heredibus terciam partem Curie in Penczicz, que fuit Philippi, terciam partem siluarum pratorum et vnam curticulam, et in quarta parte Zatyess, prout solus a domino Jodoco Marchione habuit, cum pleno iure et dominio, nichil sibi reseruans ibidem, vendidit hereditarie possidendam.

277. (Wenceslaus Mathussius et Johannes fratres de Sardicz Climoni et suis heredibus Curiam in Sardiczky et medium laneum cum pratis et alijs pertinencijs, nichil ipsis reseruantes, sed cum pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidendam.)

278. (Wenceslaus et Stiborius de Laskowa Jarkoni de Penczyna et suis heredibus et Petro de Odunecz aput Lasskow siluam Pilowicze et Luh cum medio flumine, Item siluam Hrussowie cum medio flumine et cum metis, quas inter se fecerunt, cum pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidendam.) 1391.

279. (Benessius de Crawar Jesconi dicto Strziebrny et suis heredibus et pueris suis bona, que in Chrzenowicz habuit, cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidenda, Et ubicumque in tabulis inueniretur, nullum vigorem habeat et debet extabulari.)

280. Janko dictus Strzieberny, Margarethe vxori sue super Curia in Chrzenowicz et suis pertinencijs Quindecim marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

(F. XXIII. v.) 281. Wysko de Zaworicz Friczkoni de Olssan et suis heredibus Curiam ibidem in Olssan, que fuit Bolikonis, cum pratis agris pascuis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, et specialiter Jurepatronatus Ecclesie, quantum racione dicte Curie habuit, nichil sibi amplius ibidem Juris aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

282. Odpor. [1]) Sbynko de Wrahowicz dicit, quod illa bona Jure obtinuit.

283. Friczko de Olssan Anne vxori sue super Curia ibidem in Olssan, que fuit Boliconis, cum pratis agris pascuis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio Centum marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat. Et Wysko de Zaworzicz suscipit et dicit esse bonum ipsius, Et si in dicta Curia deficeret, tunc in alijs bonis ipsius Friczkonis debet suppleri.

284. (Welislaus de Laznyk Skonczie vxori sue super Curia in Laznyk cum suis pertinencijs Triginta octauam dimidiam marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Przibico et Mixico Subowe illud susceperunt.)

285. Bedricus de Lodyenicz Margarethe vxori super Curia in Lodyenicz cum agris pratis et suis pertinencijs Quadraginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Wenczeslaus de Wlaskow ad hoc consentit et dicit, quod sit illud bonum ipsius.

286. Benessius de Stlustomass Lunetye vxori sue, quam transduxit de Tlustomas super medium Tyesnowicz et super illo, quidquid in Kotogyed habet, cum eorum pertinencijs Centum marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Bohussie patruus ipsius de Kokor ad hoc consentit et dicit, quod hoc sit bonum ipsius.

287. Benessius dictus de Tlustomass Missliborio et Marssiconi de Radowiessicz et eorum heredibus villam Tlustomass predictam cum Curia allodiali, cum Siluis Rubetis pratis pascuis et eorum vniueris pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij reseruando aut aliquid excipiendo, sed totum sicut solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

288. (Mixiko de Tupecz Wychnye vxori sue super media Curia in Tupecz cum suis pertinencijs et super medio nabytek et super prato magno, et super ortulano vno vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Welislaus de Laznyk consensit ad hoc.)

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1391. (F. XXIV. r.) 289. Hersso Smetana de Medricz Machnye vxori sue in villa Zalenycze super quinque marcis annui census racione veri dotalicij quinquaginta marcas grossorum dat et assignat.

290. (Lowko de Drzowicz Wznathe de Meilicz et suis heredibus in villa Drzowicz duos laneos, duas curticulas mediam thabernam medium ortum cum omnibus eorum pertinencijs pleno jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

291. Jano de Domamysslicz et Mixo frater suus carnalis cum omnibus bonis, que nunc habent, uel in posterum habebunt, sunt simul congressi seu fecerunt stupek, et cum eorum heredibus mutuo.

292. (Welislaus de Meziborzie Agnescze vxori sue super Curia in Czech Ecclesia adiacente cum agris ad hec spectantibus, et super media villa in Sluzyn et eius pertinencijs racione veri dotalicij Centum quinquaginta marcas grossorum dat et assignat.)

293. Wiczko Canonicus Ecclesie Olomucensis et Bohuska de Bystrzicze Petro de Sternberg et suis heredibus et Successoribus suis in villa Pernyk Sedecim marcas annui census cum duodecim grossis cum omnibus eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsi soli tenuerunt, nichil ipsis ibidem amplius reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendas.

294. Welislaus de Meziborzie Petro de Crawar et suis heredibus villam Misleyowycze cum Curia allodiali cum Siluis pratis pascuis et alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi Juris aut dominij ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

295. Lowko de Drzowicz Byetcze vxori sue super Curia sua de duabus araturis ibidem in Drzowicz siluis pratis pascuis molendino, cum quinque laneis censualibus, duabus thabernis piscinis pomerijs et cum Municione et cum alijs pertinencijs ad predicta spectantibus, ducentas sexagenas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, et cum ortulanis ad dictam Municionem spectantibus, quod ipse Lowco habet.

(F. XXIV. v.) 296. Pawlico de Prossynecz Mixikoni de Podhradye et suis heredibus Ripam piscine et eciam quantum piscina occupat et cooperit et eciam viam inter siluam et piscinam cum pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.

297. Herka de Mrlyna Muharzonem de Cokor ad Quinquaginta marcas grossorum sui dotalicij recipit ad veram vnionem, quod dotalicium in Mrlyna dinoscitur obtinere.

298. Petrus et Jano de Domamyslicz fratres cum omnibus bonis, que habent uel habebunt, vna cum heredibus eorum sunt congressi, seu fecerunt stupek.

299. (Bolka relicta Marquardi de Rostyna pueros suos ad omnia bona, que habet, recipit in veram vnionem seu spolek.)

300. Hrzywyn de Rostutek [1]) Habard et Przibik de Zarussek ipse Rzywin cum illis, que habet in Sardiczek et in Vgesd, et ipsi fratres quod habent in Zarussek, invicem sunt congressi seu fecerunt stupek, et cum heredibus eorum.

301 Jodocus Marchio Morauie ad Ecclesiam in Styepa primo in Paczlawicz quatuor marcas annui census minus IIII grossis et in Lyska quatuor cum dimidia marca annui census, que date sunt cum pleno Jure et dominio per Jeskonem de Sternberg alias de Luckow, confirmat consentit et wlt, ut dictus census in Paczlawicz qui in Lysska ad dictam Ecclesiam hereditarie et perpetue debeat pertinere exclusa Berna. 1391.

302. Jodocus Marchio Morauie Consensit et confirmauit, vt Jesko de Sternberg alias de Luckow Preposito et Conuentui Canonicorum Regularium in Sternberg dedit et intabulauit Curiam in Tworowicz, cum vna curticula cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, ut illuc perpetue et hereditarie debeat pertinere exclusa Berna.

303. Procopius Marchio Morauie Henrico de Schonwald et suis heredibus villam totam Hluk cum Municione Curia allodiali trium araturarum Molendinis Rusticis censibus prouentibus Robottis agris pratis pascuis piscinis Rubetis Siluis fontibus palludibus aquarum decursibus piscacionibus venacionibus aucupacionibus metis grenicijs et cum omnibus et singulis prouentibus ad Municionem et villam spectantibus pleno Jure et dominio, sicut ipsa bona in suis limitibus sunt limitata, vel sicut ipse solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus et Successoribus Juris aut dominij in dictis bonis reseruando aut aliquid excipiendo, sed totaliter vendidit hereditarie possidendum, Et si alicubi in tabulis terre inueniretur, extunc nullum debet habere vigorem sed debet omnino extabulari et nichil valere.

(F. XXV. r.) 304. Henricus de Schonwald Anne vxori sue super viginti marcis grossorum annui census in Hluk et super hominibus censualibus ibidem, qui dictas viginti marcas possunt censuare, racione veri dotalicij in ducentis marcis grossorum dat et assignat.

305. Henricus de Schonwald Petrum de Crawarn facit Commissarium suum verum et legittimum suorum puerorum, quamdiu ad annos legittimos non peruenerint, et eciam bonorum suorum, quamdiu ipsi pueri ad annos suos legittimos non peruenerint.

306. (Tasso de Bozkowicz alias de Brandiss Erhardo de Cunstat et suis heredibus Bona infrascripta videlicet in Sudycz quinque laneos minus altero dimidio quartali, quinque curticulas possessas et tres desertas et vnam Curiam ibidem, Item in villa Pamyeticz quatuor laneos minus alterodimidio quartali Item in villa Baczow vnum laneum cum vna curticula, Item in villa Wokow tres laneos cum vno quartali et cum quarta parte vnius quartali et cum omnibus dictarum villarum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij ibidem amplius reseruando, vendidit hereditarie possidenda, Et vbicumque in tabulis terre inuenirentur ante, extunc nullum debent habere vigorem, ymo debent extabulari, quia nullus alius habet hereditatem et Jus ad ista bona, nisi ipse Erhardus et sui heredes.

307. (Erhardus de Starechowicz Erhardo de Cunstat et suis heredibus Bona Starechowicz videlicet villam Municionem Curiam cum agris pratis pascuis Siluis Ru-

[1]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „Rostudek“.*

1391. betis aquis piscinis et alijs vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidenda.)

308. (Sobyno de Sborowicz Anne vxori sue ibidem in Sborowicz super Curia et quinque laneis et duabus thabernis censuantibus racione veri dotalicij in Centum marcis grossorum dat et assignat.)

309. Gytka de Krasna vxor Trzenczinonis, Czenconi de Honyeticz et suis heredibus ibidem in Honyeticz Curiam et quatuor laneos cum Molendino thaberna tribus curticulis cum agris pratis pascuis siluis Rubetis aquis piscinis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout sola tenuit, nichil sibi ibidem reseruans in eisdem, vendidit hereditarie possidendum.

310. (Czenco de Honyeticz Anne vxori sue ibidem in Honyeticz super Curia et laneo thaberna Curticula et alijs pertinencijs racione veri dotalicij Quadraginta marcas grossorum dat et assignat.)

(F. XXV. v.) 311. Medliko de Drzowicz Anne vxori sue super quinque marcis annui census ibidem in Drzowicz, quas ipse Medliko habuit et Jesconi Puscze de Cunstat vendidit racione veri dotalicij, Quinquaginta marcas grossorum dat et assignat, quia ipse Jesco Puska ad hoc consensit, et admisit illud dotalicium ibidem intabulari.

312. (Bedricus de Crumsyna Skonkam vxorem suam, que suum dotalicium habuit in Crumsyn, transduxit in Vhrzecz super quatuor laneos censuantes sex marcas grossorum, sed ipsa Skonka solum quinque marcas census in eisdem laneis pro dotalicio debet habere, videlicet in quinquaginta marcis grossorum dotalicij, Et Bistrzicze de Zenycz pater ipsius consentit dicens, ipsius esse bonum.)

313. Woyslawa de Prossynek Anne filie sue super media Curia ibidem in Prossynek, quam Herbort tenuit, decem marcas sui dotalicij dedit et resignauit, et Henrico de Hlynska marito ipsius cum ipsa Anna dedit ei simul in verum dotalicium.

314. (Johan de Rostyna Wanykoni de Muchnicz et suis heredibus omnium bonorum suorum, que in Rostyn habet, intabulat verum stupek.)

315. (Sdenko de Wezek Herssoni de Bohusslawicz et heredibus suis Curiam in Wezek, que olim Stiepankonis fuit, et vnum laneum censualem thabernam curticulam cum siluis piscina cum alijs pertinencijs, prout solus tenuit, exclusa area pro piscina dicta Nabrodku, sed cum alijs omnibus vendidit hereditarie possidendam, Et si alicubi prius intabulatum fuerit, illud debet extabulari et nullius esse firmitatis.)

316. Elizabeth de Smrsnicz dicta Pelssonissa Curiam in Smrzicz tria quartalia et duo prata et omne Jus sui dotalicij, quod habuit ibidem Jacssoni dicto Cstas de Costelecz dat et resignat, nichil sibi reseruans.

317. Tomliko de Kaplicz Woislao Puklicze de Czetkowicz et suis heredibus illam porcionem ville Kozlowicz, quam Tomliko tenuit, cum Molendino siluis pratis et pleno dominio, nichil sibi reseruans, vendidit heredi-

tarie possidendam, excluso feudo domini Marchionis, 1391.
quod ibidem eciam habere dinoscitur.

318. Woislaus Puklicze de Czetkowicz Clare vxori sue super illa porcione illius ville Kozlow cum suis pertinencijs racione veri dotalicij Quinquaginta marcas grossorum dat et assignat.

(F. XXVI. r.) 319. (Hersso de Wezek Annam vxorem suam, que habuit dotalicium suum in Teteticz, transduxit in Wezek super Curiam et super vnum laneum censuantem [1]) et super medietate siluarum et cum alijs pertinencijs ad Curiam spectantibus videlicet quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij assignando, Et Sdenko frater ipsius ad hoc consentit.)

320. (Ludmilla de Rostutyek Lybomironem maritum suum ad omnem suam hereditatem, quam habet in Rostyeka, videlicet Curiam quatuor laneos censuales prata siluas et cum alijs pertinencijs ad dictam Curiam spectantibus recipit in verum stupek et in spolek.)

321. Jan de Drnowicz Kacznye vxori sue ibidem in Drnowicz super Municione et Curia et quarto dimidio laneis duabus curticulis pratis pascuis siluis Riuis, et quidquid ibidem habuit, racione veri dotalicij Centum vigintiquinque marcas dat et assignat.

322. (Petrus de Costelcze Mikulony de Costelcz et suis heredibus Curiam tres curticulas thabernam et medium quartale cum agris pratis pascuis siluis rubetis et alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

323. Sdislaus de Lhotka Annam vxorem Pessiconis, que in Lubeswarz habuit dotalicium, transduxit super Hrabie videlicet super quinque laneis siluis et alijs pertinencijs videlicet racione veri dotalicij ibidem ei Octoginta marcas grossorum assignando, Et ipse Sdislaus solus dicit, ipsius esse bonum.

324. (Kaczna de Przedmostye cum suis pueris Jacssoni de Przedmostye et suis heredibus Curiam ibidem cum pleno Jure et dominio et cum agris vendidit hereditarie possidendam.)

325. Wawrzynecz de Rzymycz Byetam, que in Serbcziech habuit dotalicium transduxit in Rzymycz super Curia propugnaculo cum omnibus agris ad Curiam spectantibus, prato dicto Seborz et cum alio prato dicto Zamostnye in sua media parte, et super terciodimidio laneis censuantibus terciam dimidiam marcas videlicet racione veri dotalicij ei ibidem Septuaginta quinque marcas grossorum assignando, Et Sdislaus frater suus ad hoc consentit et dicit ipsius esse bonum.

(F. XXVI. v.) 326. Vlricus de Chomutowicz Anne vxori sue super Curia in Chomutowicz cum agris pratis pascuis molendino siluis Rubetis et alijs vniuersis pertinencijs, prout solus tenuit, racione veri dotalicij Quinquaginta marcas grossorum dat et assignat.

327. Sbynko de Drzenowa Annam vxorem suam facit Commissariam veram et legittimam suorum puerorum sub tali condicione, quod sit commissaria, quamdiu suum statum vidualem non mutauerit, et quamdiu pueri ad debitam etatem non peruenirent.

[1]) *Die im Orig. nachfolgenden zwei Worte: „vnam marcam“ sind durchstrichen.*

1391. 328. (Sobyn de Sborowicz Lewam de Crawichora Auunculum suum ad omnium bonorum suorum, que habet uel habebit, recipit in verum spolek.)

329. Jodocus Marchio Morauie Capitulo Ecclesie in Chremsir omnia illa, que in litera nostra cum appenso sigillo nostro de dato Anno domini M⁰ CCC⁰ octogesimo septimo continentur, intabulamus confirmanus approbamus et in veram hereditatem vnimus, ut perpetuis temporibus hereditarie illa omnia bona, que in dicta litera continentur, debeant pertinere, Et specialiter Nyetkowicz villam retro Morkowicz, cum omnibus suis pertinencijs pleno iure et dominio, et eciam vnum pratum in Tyessano seu prope Tyessan cum pleno dominio approbamus confirmamus, ut ad dictum Capitulum perpetue debeant pertinere cum alijs omnibus, que in dicta litera continentur, et eiusdem litera data fuit videlicet datum Brunne feria tercia proxima ante diem sancti Laurencij. [1]) Anno domini Millesimo CCC⁰ octogesimo septimo.

330. Jodocus Marchio Morauie Consensit, vt Wenceslaus Doloplass villam suam hereditariam dictam Swesedlicze integram prope Przaskawicze cum hominibus censibus agris Siluis Rubetis riuis et vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, exclusis tantummodo tribus quartalibus ad Ecclesiam in Tynecz spectantibus, sed cum alijs omnibus Capitulo Ecclesie Olomucensis intabulare potuisset, quam intabulacionem predictam ville predicte approbamus confirmamus et in veram hereditatem vnimus.

331. Wocko de Holnstein Petro Hecht de Rossicz et suis heredibus villam Strabyssow cum agris pratis pascuis siluis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam, nichil sibi aut suis heredibus ibidem Juris aut dominij reseruando.

332. Henricus de Rabstein Ahnykonis filius cum suis fratribus Wenceslao Doloplas et suis heredibus in villa Bystrzicz vnum laneum cum pratis et alijs vniuersis pertinencijs pleno iure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum, Et si alicubi prius intabulatum existit, extunc debet extabulari et nullius fieri firmitatis.

(F. XXVII. r.) 333. Zawisse de Bystrzicz Laczkoni de Crawar et suis heredibus mediam villam Hlubeczkeho cum agris pratis pascuis siluis et alijs pertinencijs prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

334. (Wiknanus de Magetin Mixikoni de Podhradie et suis heredibus in villa Orzechowe nouem et medium laneos cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendos.)

335. Sûcz Spoczenicz, Sbinkoni de Drzenoweho agros prope Teteticz dictos Vlehli cum pleno iure et dominio dedit dicto Sbinco (sic) et heredibus suis.

336. (Pawlico de Morawan Jutkam et Dorotheam filias suas ad illa omnia, que habet uel habebit, recipit in verum spolek seu vnionem.)

337. (Albertus de Domamyslicz Hanussio de Chremsir et suis heredibus in villa Sulessowicz Curiam Thabernam et duas curticulas cum suis pertinencijs, prout solus tenuit, nichil sibi Juris aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam, *et si in tabulis prius alicubi haberet, nullum vigorem habeat, quia Henricus et Smyl fratres pro se et suis heredibus renuncciant eisdem bonis.)* 1391.

338. (Hanussius de Chremsir Margarethe vxori sue super Curia Thaberna et duabus curticulis et in Sulessouicz [2]) et eorum pertinencijs racione veri dotalicij Triginta marcas grossorum dat et assignat.)

339. Mathias de Rathay Jesconem Puskam de Cunstath facit suum verum et legittimum commissarium suorum puerorum et omnium bonorum, que habet uel habebit.

340. (Jesko de Sternberg alias de Luckow Wlczkoni de Popowicz et suis heredibus vnum laneum in Poczenicz, prout solus tenuit, dedit in veram hereditatem.)

341. (Lowko et Chunsso fratres de Senicze Theodrico de Senicz et suis heredibus Curiam in Senicz cum agris pratis pascuis et alijs pertinencijs pleno iure et dominio et specialiter medio Jurepatronatus Ecclesie incluso, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

342. Jano de Domamysslicz Jesconi de Zerawicz et suis heredibus duas marcas annui census in villa Medlowicz super tribus laneis et curticula et eorum pertinencijs Jure dotalicij, prout solus tenuit, vendidit possidendas et ibidem sibi et suis heredibus nichil reseruando.

(F. XXVII. v.) 343. (Bohussie de Bystrzicze Bohussium de Kokor et suos heredes ad omnia bona sua, que habet uel habebit, recipit in veram vnionem seu stupek.)

344. Jacobus de Zezdetyna Mikulassonem de Zezdetyna ad omnia bona sua, que habet uel habebit recipit in veram vnionem seu spolek, Ita tamen quod si ipse Jacobus moreretur, tunc ipse Mikulass Sdencze filie Jacobi de illis bonis viginti marcas grossorum debet expedire.

345. Odpor. [3]) (Adamco dicit, quod illa bona, super quibus Jacobus fecit vnionem, prius Jure obtinuit.)

346. Vlricus Zarussek Gytcze vxori sue ibidem in Zarusek super octo curticulis censualibus et super medio molendino in Kozyczicz et in Zarusek super altera dimidia araturis Curie, quam cum Janone simul habent, super pratis pascuis siluis et eorum pertinencijs, prout solus Vlricus pro sua parte tenet, racione veri dotalicij octoginta marcas grossorum dat et assignat.

347. Benessius de Wrbatek Smyloni de Lesnicz et suis heredibus in Stytowicz tres sexagenas grossorum annui census super septem quartalibus censualibus et vno prato cum eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

[1]) *d. i. den 6. August.*

[2]) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1391. 348. (Margaretha Relicta Czenkonis Jeskonem de Klobuk ad suum dotalicium, quod habet in Olssan, recipit in veram vnionem seu spolek, videlicet super octoginta marcis.)

349. Pessiko de Holohlaw Jezdonouy de Opathowicz et suis heredibus in Lyboswarzich villam cum Curia agris pratis pascuis siluis piscinis molendinis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi Juris aut hereditatis ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

350. Jezdon de Opathowicz Domcze vxori sue in Lyboswar super Municione Curia cum pratis pascuis siluis et piscinis et suis pertinencijs racione veri dotalicij sexaginta marcas grossorum dat et assignat.

351. Wlczko Canonicus Ecclesie Olomucensis Sudkonem de Podole et suos pueros Vlricum de Zakrzowicz super illis bonis, que habet in Zakrzowicz et in villa Hrabyssyna ad Jus dotalicij, quod habet a Swathoborio, recepit in veram vnionem seu spolek.

(F. XXVIII. r.) 352. Janek Draho de Wrbatek Smyloni de Lessnicz et suis heredibus super media Curia in Wrbatek et super medio prato duas marcas annui census cum pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

353. Johannes de Sternberg alias de Luckaw pueris suis legittimis et eorum heredibus omne Jus suum seu illa bona Sylperk, que Jure obtinuit et inductus est et Jure sibi est hereditatum, cum omnibus eorum pertinencijs, prout Jure obtinuit, dat et resignat, et eciam cum illis villis ad Sylperg spectantibus et earum omnibus pertinencijs, que omnia in Quingentis marcis grossorum obtinuit.

354. Anna de Medlowicz Adam maritum suum et suos pueros ad omnia bona hereditaria, que habet uel habebit, recipit in veram vnionem seu spolek.

355. Jacobus de Zarussek Habardo fratri suo de Zarussek et suis heredibus omnem hereditatem et Jus hereditarium, quod a patre suo habet in Zarussek et in Mussnicz, cum pleno Jure et dominio nichil sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam. [1])

356. (Jano Swach de Eywanye Jessiconi de Crumssyna et suis heredibus Curiam in Eywanye alterum dimidium laneum [2]) censuantem duas curticulas pratum et nywy cum suis pertinencijs pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

357. (Jano Swach de Eywanye Jessiconi de Crumssyna et suis heredibus Curiam in Eywanye cum agris videlicet alterodimidio laneis ad Curiam spectantibus, Item medium laneum censuantem, duas curticulas cum pratis et nywis cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam. Et si alicubi prius intabulatum existit, illud nullum vigorem habeat et debet extabulari.)

358. (Zawisse de Wyskowicz Johanne vxori sue ibidem in Wiskowicz super tercio dimidio laneis, de quibus Curiam fecit, cum suis pertinencijs racione veri dotalicij Quindecim marcas grossorum dat et assignat.) 1391.

(F. XXVIII. v.) 359. Martinus Kabat Pawlikoni de Prossenicz villam integram Prossyenky cum hominibus agris pratis pascuis siluis piscinis Curia et alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, dedit sibi et suis heredibus hereditarie possidendam.

360. (Janek de Wrbatek Benessio fratri suo de Wrbatek et suis heredibus mediam Curiam in Wrbatek cum medio prato cum alijs pertinencijs absque nywa pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam, nichil sibi aut suis heredibus reseruans absque nywa, Et si alicubi prius fuerit intabulatum, illud debet extabulari et nullius fieri firmitatis.)

361. Benessius de Wrbatek Anne vxori sue super media Curia in Wrbatek cum medio prato et suis pertinencijs racione veri dotalicij Quadraginta marcas grossorum dat et assignat, Et Henricus Auunculus ipsius Anne consentit et dicit, esse ipsius bonum.

362. Janek Draho de Wrbatek Adamkoni de Wrbatek et suis heredibus Nywam ab Curia, que iacet in Konczynach in fine Dyelow cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi Juris aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

363. (Janek Draho de Wrbatek Elzkam vxorem suam, que in Wrbatek habuit dotalicium, transduxit in magnam Senicze super Curiam cum suis pertinencijs ibidem ei racione veri dotalicij Quinquaginta marcas grossorum assignando, Et Theodericus pater ipsius Elcze illud admisit, quod illud dotalicium super Curia sua predicta est assignatum et dicit, quod illud sit bonum ipsius.)

364. Hersso de Bohuslawicz Sbynconi de Drzenoweho Curiam in Teteticz cum agris vna curticula siluis et alijs pertinencijs pleno iure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXIX. r.) 365. (Pessik de Studencze Magdalene Relicte Johannis Scriptoris et eius heredibus Curiam in Studencz cum suis pertinencijs vniuersis et specialiter cum siluis pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Eciam ad dictam Curiam tres curticule spectant, et hoc eciam vendidit iam dicte Magdalene, heredibus et Magistro Johanni dicto Marauus de Noua ciuitate fratris ispsius Magdalene.)

366. (Mixiko de Chudobyna Offcze vxori sue, que suum dotalicium habuit in Hlussowicz, transduxit super villam Pulicz videlicet super Curia allodiali et tribus laneis cum vno quartali, in quibus laneis sunt quatuor marce annui census, racione veri dotalicij Quinquaginta marcas grossorum ei assignando, Sub tali condicione, quod quamdiu statum suum vidualem non mutabit, tunc dictam Curiam cum agris pratis pascuis Riuis et alijs vniuersis pertinencijs cum pecoribus et pecudibus et eciam illos tres laneos cum vno quartali censuali cum hominibus et alijs vtilitatibus et pertinencijs teneat

[1]) *Der im Orig. unmittelbar vor dieser Einlage stehende Name „Habardus de Zarusek“ ist durchstrichen.*

[2]) *Diese drei Worte stehen oberhalb der durchstrichenen: „medium laneum.“*

1391. pacifice et quiete, Si autem statum suum vidualem mutauerit, extunc solum quinquaginta marcas grossorum pro suo dotalicio habeat in Curia et tribus laneis cum vno quartali ut prefertur, Henricus frater ipsius consentit et dicit, esse bonum ipsius.)

367. Hersso Skrzietek de Trpenowicz fuit presens et consensit ad predictam intabulacionem in Pulicz renunccians eisdem bonis et dicens, se nullum Jus pro se aut suis fratribus aut heredibus ibidem habere, petens ut, si alicubi prius dicta bona Pulicz in tabulis haberet, nullum vigorem debent habere et debent extabulari.

368. Hersso de Trpenowicz Mixikoni de Chudobyna et suis heredibus villam dictam Pulicze integram cum hominibus censibus agris pratis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi Juris aut dominij sibi aut suis heredibus ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXIX. v.) 369. (Fena Relicta Zawissij de Lessna Hanussium de Przsna et Wenceslaum Doloplaz super bona sua hereditaria videlicet villam Poruba cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout sola tenuit, nichil excipiendo recepit in veram vnionem seu spolek, Et taliter quod post mortem ipsius Fene tunc dicta villa cum suis pertinencijs super eosdem Hanussium et Wenceslaum debent deuolui.)

370. Theodericus de Senycze pueros Jankonis de Wrbatek recipit illos pueros, quos cum Elzka filia ipsius idem Janko habuerit uel habebit, ad omnia bona sua, que in Senicz habet uel habebit, in veram vnionem seu na spolek.

371. Theodericus de Senycze Jankoni de Wrbatek et suis heredibus vnum ortum in Senicz cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, dat in veram hereditatem.

372. Smylo de Lesnicz Theodericum de Senicz et suos heredes dimittit liberos ab illa vnione et spolkone, ad quem ipse Theodericus receperat ipsum Smylonem, et intabulauerat illi, illa intabulacio ubicumque inueniretur nullum vigorem habeat et extabuletur.

373. Swatobor de Zaworicz Wiskoni et Domanoni fratribus de Zaworicz et eorum heredibus in Koyssow Municionem Curiam cum pratis pascuis siluis rubetis molendinis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, dat et ressignat, Item in Olesnem mediam villam et medium Judicium cum pleno dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, Item in Hrabysyne tres laneos thabernam et fabrum. Item in Rudye duas marcas censuales cum siluis ad hoc spectantibus cum pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans dat predictis in veram hereditatem.

374. Odpor. [1]) Sdenyek de Wezek dicit, quod dat Wisskoni et Domanoni, quia aliud Jure prius obtinuit.

375. Odpor. [2]) Jesko Puska de Cunstat Camerarius dicit, quod illa bona, que Swathobor Wiskoni et Domanoni dat, obtinuit Jure et sint sua.

(F. XXX. r.) 376. Jesko Puska de Cunstat Medlykoni de Wrahowicz et Johanni presbitero fratri ipsius et Medliconis heredibus in Drzowicz super quinque laneis censualibus et super tribus curticulis dat eis in veram hereditatem cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, possidendum. 1391.

377. (Medliko de Wrahowicz Jeskoni Puscze de Cunstat et suis heredibus dat illos quinque laneos, et tres curticulas in Drzowicz sub tali condicione, quod si ipse Medlico cum suis heredibus et cum Johanne presbitero fratre suo decederent, tunc dicti lanei et Curticule cum pleno Jure et dominio super ipsum Jeskonem Puskam et ipsius heredes deuoluentur.)

378. Bedricus de Lodyenicz cum Bohussio de Freystat et cum Rachutone de Lodyenicz fratre suo cum omnibus bonis eorum, que habent uel habebunt, fecerunt congressum seu stupek.

(F. XXX. v.) 379. Anno domini Millesimo CCC[o] Nonagesimo Secundo post festum sanctorum Petri et Pauli Apostolorum [3]) celebratum est generale Colloquium presidentibus infrascriptis videlicet Serenissimo principe domino Jodoco Marchione et domino Morauie, Jeskone Puska de Cunstat Camerario, Sulicone de Konicz Czudario, Jescone Notario Tabularum, Supremis Beneficiarijs Czude Olomucensis, Johanne vicenotario Tabularum, Erhardo de Cunstat, Petro de Sternberg, Petro de Plumnaw, Jaroslao de Mezyrzicz, Laczcone de Crawar, Wilhelmo de Pernstein, Stiborio de Czimburg, Tassone et Wankone de Bozkowicz, Smilone de Cunstat alias de Lestnicz, Jescone et Sdenkone fratribus de Sternberg alias de Lukow, Pawlicone de Sowynecz, Wockone de Holnstein et alijs quam pluribus Nobilibus et Strenuis viris. 1392.

(F. XXXI. r.) 380. (In nomine domine Amen, dum humane nature rimamur incerta, dum collabentis vite ruinam conspicimus, dum certissime mortis apropinquantes molestias intuemur, Profecto ad considerandas nostre vite semitas, ad discuciendum lege consciencie tenebras, et ad obtinendum fauorem propicium Justi Judicis domini dei nostri argumentis non tam probabilibus, quam eciam ad sensum demonstrantibus animamur, eo quidem forcius, quo nil latet Judicis tanti noticiam, quo cuncta nuda sunt oculis eius, quo sue potencie nichil est, quod resistere valeat quouis modo. Idcirco nos Petrus de Crawar, dominus in Plumnaw tenore presencium recognoscimus vniuersis, Quod ob remedium anime nostre atque vxoris nostre Katharine omniumque heredum nostrorum specialiterque domini Benessij de Crawar patris nostri carissimi, domineque Elizabeth matris nostre, domini Wockonis de Crawar awi nostri necnon subscriptorum dominorum domini Benesschy de Crawar canonici Pragensis Ecclesie, dominique Henrici domini in Plumnaw ac domini Johannis cruciferi, patruorum nostrorum de Crawar, et domini Johannis de Crawar domini in Tyczczin nostri dilectissimi patrui, quorum bona possidemus, cupientes misericordiam omnipotentis dei ex donis ipso propicio

[1]. *u.* [2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[3]) *d. i. nach dem 29. Juni.*

1392. nobis collatis graciosius impetrare, ne in examine discussiuo districti sui Judicij seuerum Judicem senciamus et ut animabus genitorum nostrorum fratrum sororum patruorum cunctorumque amicorum nostrorum omniumque fidelium viuorum et mortuorum, quorum nos uel genitores nostri bonis vsi sumus debite uel iniuste domino ipso permitente proficiat ad salutem, Animo deliberato de certa nostra sciencia, et bona ac libera voluntate accedente ad hoc consensu Petri filij nostri de Crawar dicti de Plumau et Reuerendissimi in Christo patris ac domini Nicolai Olomucensis Episcopi Capitulique Olomucensis conueniencia speciali, prout in literis ipsorum confectis et concessis desuper aparet manifeste, Ad honorem omnipotentis dei et saluatoris nostri ac genitricis eius gloriose uirginis Marie specialiterque propter moderne solempnitatis adinuencionem seu institucionem, Cuiusquidem festiuitatis talis perhibetur fore Tytulus Wisitacio elegantissime uirginis Marie in montana ad Elizabeth nempe cordis nostri intima, magne caritatis, cum feruencia nos conpellunt faciuntque anhellare sinceriter ad tante magnifice comparatricis laudissonam festiuitatem, Eatenus monasterium nostrum nowum in Ciuitate nostra Prostays sub titulo et inscripcione ac vocabulo premisso, per nos fundatum, et erectum pro inhabitacione fratrum Canonicorum Regularium ordinis Sancti Augustini, vt ibidem Prepositus cum duodecim fratribus habeatur continuo diuine pietatis aspirante clemencia construendum duximus, et in ipsius structura deuoto caritatis studio procedemus eius adiuuante presidio, qui cuncta felicibus tuetur incrementis, Et vt dicti . . Prepositus et Conuentus monasterij nostri successoresque eorum eo quiecius cultui diuino vacare valeant, atque laudes liberiori animo deo ut depromant, Quo melius et sufficiencius temporalibus suffragijs fuerint adiuti, dictis . . . Preposito et Conuentui ac monasterio ipsorum in perpetuum Curiam nostram collonariam ibidem in Prostays ante Ciuitatem iacentem, que wlgo Kopecz vocatur, cum omnibus agris cultis et incultis ceterisque deinceps ad eandem spectantibus Curiam, qualicumque censeantur nomine, tribuimus et donamus, Ipsa tamen cum area seu loco in quo ipsum propugnaculum fuit situatum necnon et fossato circumiacente, quod Halterz wlgo nominatur, villas quoque nostras integras Crassicz cum suis omnibus pertinencijs et dominio pratis pascuis aquis Riuulis et aquarum decursibus [1]) (F. XXXI. v.) singulisque prouentibus et vtilitatibus, Nil nobis et heredibus nostris seu successoribus proprietatis aut dominij in prenominata villa reseruantes, necnon molendinum eidem ville adiacens cum suis vsibus et pertinencijs damus presentibus et assignamus, Insuper villam nostram Mysleyowicz cum allodiali Curia et Molendino atque piscina pratis pascuis riuulis piscacionibus aucupacionibus Censibus prouentibus et vniuersis vtilitatibus cum pleno dominio et Jure, nichil nobis heredibus successoribusque nostris Juris seu 1392.
dominij in prenominata villa reseruantes, damus et serie presencium assignamus Monasterio memorato Siluamque ad eandem villam spectantem cum suis metis et graniciebus circumferencialiter distinctis iamdictis conferimus et donamus, Preterea villam Lhotham cum allodiali Curia ibidem atque agris cultis et incultis ad eandem concernentibus Curiam, cum praytis, que wlgo Nakuserzy dicuntur et silua ad iam dicte ville Curiam pertinente, Cunctisque alijs vsibus, quibus appellari possent nominibus cum pleno dominio et Jure damus et assignamus Monasterio supradicto, Nichilominus in villa Knyehnyczky vnum laneum agri censuantem cum duabus curticulis necnon et piscinam prope prefatam villam situatam cum ipsorum Juribus vniuersis et dominio tradimus prefato monasterio et donamus et elargimur supradictis [2]) vinumque nostrum, quod nos et heredes nostros concernebat de vineis in monte Kussercz fundatis, ad opidum nostrum Costelecz spectantibus, tam ex parte decimarum quam eciam montanorum, precipue de vineis, que iam sunt fundate, aut in futurum deo adiuuante fundabuntur prefato monasterio donamus et elargimur, Siluam vero nostram wlgariter Kuterzawa nominatam, que ad bona nostra Plumnaw spectabat, inter montes Smylowo Hradysczye et Oberska wrata iacentem, ex integro et totaliter sepe iam dictis tradimus et donamus duntaxat propter monasterij restauracionem seu vtilitatem hoc solum eximentes, vt ligna silue memorate cuipiam non vendantur, sola tamen tuicione excepta omnium bonorum ad dictum monasterium pertinencium, que dicti Monasterij Prepositus aut Conuentus habent pro presenti siue in futurum altissimo largiente habebunt, que ad nos heredes et successores nostros dominos de Crawar, tamquam ad veros fundatores dinoscitur pertinere Juridice et debebit, Tali tamen adiecta condicione, Si nos Petrum predictum heredes et successores nostros iam dicti Monasterij fundatores de presenti ire contingerit luce seu seculo, Extunc huiusmodi tuicio ad nobilem Petrum de Crawar dictum de Straznicz filiastrum nostrum aut ipsius heredes masculini sexus deuoluetur, In casu vero si prefatus dominus Petrus de Crawar dictus de Straznicz filiaster noster heredes et successores ipsius masculini sexus eciam de Crawarn ab hac migrauerint luce, Extunc super Seniori Barone de Crawar huiusmodi Tuicio deuoluatur aut quemcumque dominorum seu Baronum de Crawar prepositus et Conuentus eiusdem Monasterij eligere decreuerint, super illo cadat Tuicio memorata, volumus eciam, vt sepedicti Monasterij Prepositus et Conuentus fundacionis nostre in duorum mensium spacio eundem sibi Tutorem eligant ex dominis premissis tutorum post decessum, Si autem prescripti Prepositus et Conuentus Tutorem sibi eligere distulerint in prenarati temporis spacio, Extunc qui senior fuerit ex pre-

[1]) *Am unteren Rande dieser Blattseite steht von einer Hand des XVI. Jhdts. folgende Note: „Tento list gest wymazan Na Smluwu knieze Jana administratora Klasstera Prostiegowskeho s wuoli, a wprzitomnosti geho, a Gestli zeby se kde czo wijcze nasslo gesstoby ktomu klassteru a bratrzim swiedczilo, toho wsseho se tyz kniez Jan na mystie bratrzy swych odrzieka.“*

[2]) *Die ganze Stelle von „Preterea villam — supradictis“ ist durchstrichen und nebstbei die Worte „prefato monasterio“ und „elargimur“ noch unterpunctirt und am rechten Rande von einer andern Hand die Note beigefügt: „Vacat absque preiudicio omnium aliorum.“*

1392. dictis dominis de Crawar, aput eundem ipsa Tuicio debebit permanere, Excepta eciam Berna Regali de bonis, que dicti Monasterij Prepositus et Conuentus habere dinoscitur, aut in posterum altissimo suffragante habuerint, quam nobis heredibus et successoribus nostris seu predictorum bonorum Tutoribus ad colligendum reseruamus, Prescripta vero bona Preposito Conuentuique monasterij nostri per nos errecti et fundati dedimus contulimus et tenore presencium conferimus et donamus perpetuis temporibus possidendum pacifice et quiete, Jure dirrecti dominij et proprietatis decernentes a nobis heredibus et successoribus nostris dominis de Crawar easdem villas atque bona prenotata cum omnibus ipsorum pertinencijs liberas solutas fore simpliciter et exemptas, Specialiterque ipsa Bona, que eidem Monasterio in posterum per nos heredes et successores nostros dominos de Crawar diuina suffulti clemencia dare augmentare volumus et pretendimus, volunt et pretendunt, Eaque tabulis terre intabulare, Cumque vero nos heredes et successores nostri eundem nostrum suppleuerimus aut suppleuerint intentum in bonorum augmentacione monasterij prefati, Extunc volumus, vt dicti Monasterij prepositus sub consciencia sua secundum pensam et bonorum quantitatem adque tunc huiusmodi augmentata et superaddita bona se extendere poterint vltra prescriptum numerum plures sibi fratres coasumant propter diuini cultus dilatacionem ampliorem, Rogantes nichilominus in domino omnes successores nostros dominos de Crawar et obsecramus per viscera misericordie domini dei nostri, Quatinus ipsum Monasterium, id est Prepositum et fratres deo ibidem in feruida deuocione famulantes recomendatos habeant foueant et tueantur, ac benigno pietatis fauore prosequantur, volentes ipsos participes fieri omnium bonorum operum et oracionum, que in eodem monasterio adiuuante domino peragentur, Eciam prefati Prepositus et Conuentus procurent, vt missa de beata uirgine cottidie decantetur, Postquam autem sorte fatali nos atque conthoralis nostra viam vniuerse carnis ingrediemur, ob salutem animarum nostrarum eodem die obitus nostri aut vxoris nostre vigilias trium leccionum cum missa defunctorum decantare tenebuntur et debebunt perpetuis temporibus infuturo, Ipso die nostri obitus aut vxoris nostre annis singulis vigilias nouem leccionum cum missa defunctorum decantando perficere non obmittant, Superaddimus eciam cum aliquis de dicti monasterij fratribus decesserit in viam carnis vniuerse migraturus, vt alium loco defuncti iam dicti Prepositus et Conuentus in quartali vnius anni statuant sub excommunicacionis pena et assumant, volumus insuper vt fratres prememorati monasterij nostre fundacionis viuant more fratrum in Rudnicz in Monasterie Regulariter faciendo, Rectoremque scole debent in expensis suis benigno animo enutrire, concedimus eciam Preposito et fratribus plenam et omnimodam potestatem, Si nos nostri heredes ac successores seu tutores eos in eisdem bonis vellemus aut vellent inpedire aliqualiter, Extunc sit eisdem potestas nos Citandi spirituali uel terestri Jure quocies ipsis fuerit necesse, Ita uel reclamacione hoc exquirente. Nos quoque Petrus pretactus Petrus de Crawar dictus de Plumnaw eiusdem filius Petrus dictus de Straznicz Benesschius de Crawar dictus in Crumpnaw, Petrus de Sternberg et Laczko de Crawar dictus in Helfenstain promittimus omnes in solidum manibus coniunctis omnia et singula prenotata suis cunctis in articulis de uerbo ad uerbum rata grata ac inviolabilia obseruare bona nostra fide Tabulisque terre quantocius poterimus in terra Morauie in Ciuitate Olomucensi intabulare, Vt autem premissorum bonorum donacio et singula prescripta maioris efficacie existant et vigoris in euidencius testimonium Sigilla nostra cum Sigillis nobilium dominorum Hinczonis de Lippa awunculi nostri, Stiborij de Czimburg dicti de Towaczow, Jaroslai de Mezerziecz et Jodoci de Lethowicz alias de Ronow fratrum nostrorum de certa sciencia et voluntate omnium nostrorum presentibus sunt appensa, datum et actum in Castro nostro Plumnaw feria quarta die omnium sanctorum [1]) Anno dominice incarnacionis Millesimo Trecentessimo Nonagesimo primo.) 1392.

381. (Insuper prefatus Peter de Crawar alias de Plumnaw de gracia speciali Preposito et Conuentui Monasterij supradicti superaddidit et donauit in villa Rakusky octo Marcas annui Census, cum pratis, Aquis siluis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio solum Berna Regali et tuicione reseruatis.)

(F. XXXII. v.) vacat.

(F. XXXIII. r.) 382. (Anna de Schonwald Petrum de Slywicz maritum suum suscepit ad suum dotalicium et ad omnia bona sua, que habet in Schonwald, cum eorum omnibus pertinencijs in veram vnionem.)

383. Elska Skochonis Protywczoni de Zastrziel et suis heredibus in Chwalnow antiqua et Juueni super illo, quidquid ibidem habuit, Septem fertones et duos grossos annui census sui dotalicij vendidit.

384. (Elska Skochonis Dyetrzichonem Kawfung et suos heredes super residuum dotalicium suum, quod habet preter Chwalnow antiquam et Juuenem, suscepit in veram vnionem et eciam bonorum mobilium dictorum Nabytek.)

385. Dyetrzich de Morawan Protywczonem de Zastrzel super omnia bona sua hereditaria, que habet in Morawan cum eorum pertinencijs suscepit in veram vnionem.

386. (Bartossius de Morawan Dyetrzichoni de Morawan super Curia in Mostyenycz cum suis pertinencijs preter medium laneum censualem in Jure dotalicij vigintiquinque marcas grossorum dat.)

387. Misliborius de Prus alias de Radowessicz ad altare sancti Jeorgij, in Ecclesia ibidem in Prus, quod errexit in villa Buzcowicz, super quinque laneis censualibus cum eorum pertinencijs Quinque marcas annui census cum pleno Jure pro Rectoribus eiusdem Altaris dedit perpetue possidendas, solum ipse Misliborius pro se et suis successoribus Bernam regalem et tuicionem ac Juspatronatus ipsius Altaris in dictis laneis reseruando. Jodocus Marchio dominus Terre dedit ad hoc consensum suum et per Johannem de Morkowicz mandauit intabulari.

388. (Clara de Kozlowicz Michalkonem maritum suum

[1]) *d. i. den 1. November.*

1392. de Chorynye super quinquaginta marcas dotalicij sui, quas habet in Kozlowicz, suscepit in veram vnionem.)

389. Odpor. [1]) Henslinus de Kowalowicz ex parte orphanorum Daliborij de Trawnyk facit odpor dicens, quod bona eorum in Trawnyk sunt vendita, et ipsi orphani non habuerunt annos legitimos.

390. (Cecilia de Lhotka Agnescze filie sue dotalicium suum, quod habet in Lhotka et Patslawicz, commutauit id est ad illud dotalicium ipsam suscepit in veram vnionem.)

391. Benessius de Stralek dictus Syssma Anne vxori sue in Hradczan et in Wolbramicz medium Bonorum suorum dictorum Nabyt intabulat exclusis Equis, qui equitantur et eciam equis arantibus.

392. Odpor. [2]) Jan filius Benessij Syssme dicit, quod ipse Benessius non debuit illud Nabyt ab ipso alienare.

(F. XXXIII. v.) 393. (Wilhelmus de Rohatecz Bohussio de Kossoweho et suis heredibus Curiam allodialem et tres laneos censuales in villa Petrowicz cum eorum pertinencijs ortis pratis pomerijs et in villa Podole quatuor laneos censuales et in villa Wawrzencze duos laneos censuales cum eorum pertinencijs et piscinis pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum.)

394. Fridericus de Czirchow Hanussium Kyspurk Sororium suum suscepit in veram vnionem, videlicet istorum in et super Hysly villam cum Curia, hominibus, pratis pascuis piscinis Siluis, et in villa Wlkoss super decimas quatuordecim laneos ibidem cum eorum pertinencijs.

395. (Fridericus de Czirchow Erhardum de Cunstat seniorem suscepit in veram vnionem omnium bonorum suorum hereditariorum vbilibet habitorum nichil excipiendo preter villam Hysly, et decimas in villa Wlkoss, ad que Hanussium Kyspurg sororium suum suscepit in vnionem.)

396. Dyetrzich et Bernhardus fratres, filij Jenczonis Spramonis, Janoni de Morkowicz et suis heredibus omnem hereditatem bonorum suorum et bona in Bezuchow super villa hominibus censibus siluis pratis et alijs pertinencijs pleno Jure, prout soli tenuerunt, nichil sibi reseruantes, dant et intabulant in veram hereditatem.)

397. Myrko de Chlum Janonem de Morkowicz fecit Commissarium omnium bonorum suorum et puerorum suorum, ita quod debet esse Commissarius, quamdiu pueri legittimam etatem non habuerint, et eciam Johannem de Lompnicz dictum Klamoska eodem modo fecit Commissarium cum Janone prefato.

398. Margaretha de Schonwald Monialis Monasterij Sancte Clare in Olomuncz Nicolao de Schonwald et suis heredibus in villis Myrotyn et Lybyna Nouem fertones annui census, quos Jure obtinuit in Jeskone de Schonwald, resignauit et dedit in veram hereditatem videlicet super quatuor laneis illarum villarum predictos Nouem fertones dedit.

399. (Mykulass de Mezirzicz Dorothee vxori sue in Opatowicz et in Lhota supra Opatowicz super illis omnibus, quidquid ibidem habet, quinquaginta marcas 1392. grossorum racione veri dotalicij assignauit, et Mathias frater ipsius Dorothee suscepit et dicit, satis esse pro dotalicio.)

400. Dorothea de Zerawicz Relicta Czyhowkonis cum pueris tam cum illis, quos cum priori marito habuit, videlicet Protywczone, quam eciam cum illis pueris, quos cum domino Czyhowka habuit, cum suo dotalicio vbicumque habet videlicet in Zerawicz et Yurgow fecit congressum seu stupyla se gest na spolek.

401. Woyslawa de Prossyenek Herbortonem cum alijs quatuor Junioribus pueris suis ad residuam medietatem sui dotalicij, quod in Prossyenek habet, recepit in veram vnionem.

402. Janek de Krakowcze Petrzikonem de Lichtnow et Bohunkonem filium suum ad omnia bona sua vbilibet habita recepit in veram vnionem videlicet Petrzikonem fratrem suum et Bohunkonem fratruelem.

(F. XXXIV. r.) 403. Barthon de Netczicz Erhardo de Cunstat seniori et suis heredibus Curiam in Netczicz cum Curticula pratis pascuis et alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans in eisdem, vendit in veram hereditatem eciam inclusis Siluis.

404. Adliczka de Wiskowicz relicta Helmonis Alsonem Kabath et Janonem filios suos ad suum dotalicium, quod in Wiskowicz habet, recepit in veram vnionem.

405. Alsso Kabath et Jan fratres Adliczkam de Wiskowicz ad omnia bona eorum vbilibet habita receperunt in veram vnionem.

406. Dywa de Czekynye Anne vxori sue filie Petrziconis in villa Lybenicz super septem laneis minus vno quartali censualibus racione veri dotalicij decem marcas annui census in Centum marcis grossorum sortis dat.

407. (Genyk de Dobroticz Dyetochoni de Vgezd et Hedwicze vxori eius et pueris eorum in Hradsowicz super decem et septem laneis cum dimidio et Thaberna minori ibidem Jus dotalicij, quod habuit, vendidit.)

408. Odpor. [3]) Andreas de Scharowecz facit odpor dicens quod plus vendidit de Jure dotalicij, quam debuit Genyko de Dobroticz.

409. (Kaczna de Chwalkowicz Jostonem Maritum suum ad Curiam in Chwalkowicz et vnum laneum censualem cum pratis pascuis siluis et alijs eorum pertinencijs recepit in veram vnionem seu na spolek.)

410. Gyndrzich de Lukowa Hedwicze vxori sue ibidem in Lukowa super Curia thaberna et Curticula cum eorum pertinencijs decem et septem cum dimidia marcas grossorum racione dotalicij deputauit et Derslaus de Stralek suscepit et dicit, satis esse.

411. Stephanus de Czerweneho dictus Czerny Elscze vxori sue super Curia in Kozoged dicta Pardussonis, quam nunc Adam tenet cum suis pertinencijs, viginti marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit, et Gezdon de Rudky suscepit dicens, satis esse.

412. (Sdislaus de Lhota Anne vxori sue super hominibus censualibus ibidem in Lhota duas marcas annui census in viginti marcis grossorum racione veri dotalicij dedit et Benessius pater ipsius [4]) de Strzyetez suscepit dicens satis esse.)

[1]. [2]. *u.* [3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[4]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1392. 413. Benessius de Strzietcz Anne filie sue vxori Sdislai de Lhota, in villa Webrzwenky super hominibus censualibus et possessis vnam marcam annui census in decem marcis racione veri dotalicij deputauit.

414. Roman de Myslegowicz Petro dicto Pletcze et suis heredibus (sic).

(F. XXXIV. v.) 415. Jarek de Popowicz Janoni de Morkowicz et suis heredibus in villa Poczenicz tres laneos censuales cum omnibus eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

416. Wlczko filius Jarkonis Janoni de Morkowicz et suis heredibus vnum laneum in villa Poczenicz censualem cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil in eodem laneo sibi reseruans, vendidit hereditarie.

417. Welislaus Wlassak et Sobyehrd fratres de Strzietez Jeskoni dicto Puska de Cunstat et suis heredibus in Chudobyn et Sawyn duas marcas grossorum et septem grossos annui census cum omnibus eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil sibi reseruantes, resignauerunt in veram hereditatem.

418. (Welislaus Wlassak et Sobyehrd fratres de Strzietez Sulikoni de Konycz et suis heredibus in Chudobyn et Sawyn vnam marcam et quatuor grossos annui census cum omnibus eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, resignauerunt in veram hereditatem.)

419. Slawek Nyemecz Jeskoni Puska de Cunstat et suis heredibus in Lessan Curiam ibidem cum Agris grenicijs et alijs suis pertinencijs cum silua supra villam iacente et ad Curiam spectante et eciam et eciam (sic) cum purkrecht et cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans aut suis heredibus, vendidit hereditarie possidendam et eciam inclusis vtrisque segetibus Curie eiusdem.

420. Odpor. [1]) Buzek frater ordinis minorum facit odpor et dicit, se habere porcionem paternam in eisdem bonis, et quod de eisdem bonis habuit necessitatem in Conuentu existens.

(F. XXXV. r.) 421. (Jan dictus Swehla de Sobyehrd Jutcze vxori sue super omnibus illis, que in Tyessaw habet ot eciam super Nabyt et super omnibus eorum pertinencijs pleno Jure et dominio Centum marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit et Jessiko Pykna frater ipsius suscepit.)

422. (Przibiczek de Dobromilicz Johancze vxori sue in Dobromilicz super octo laneis censualibus cum suis pertinencijs racione veri dotalicij Centum vigintiquinque marcas grossorum deputauit, et Jan de Dubczan frater ipsius Johanczie suscepit dotalicium et dicit sufficere.)

423. Przibiczek de Dobromilicz Johancze vxori sue in Dobromilicz super octo laneis censualibus cum suis pertinencijs racione veri dotalicii Centum vigintiquinque marcas deputauit, et Jan de Dubczan suscepit dotalicium et dicit sufficere.

424. Przibiczek de Dobromilicz Janonem de Dubczan dictum Medwiedek fecit Commissarium suorum bonorum et puerorum verum et legittimum, ut sit Commissarius tamdiu, quamdiu ipsi pueri non venerint ad debitam etatem. 1392.

425. (Jan de Dubczan Agnezcze vxori sue ibidem in Dubczan super parte sua bonorum omnium ibidem in pingnore veri dotalicij Centum viginti marcas grossorum deputauit et Przibiczko de Dobromilicz suscepit et dicit sufficere.)

426. (Jan de Muchnicz Janoni de Dubczan et Agnezcze vxori ipsius in Muchnicz tres marcas annui census in pignus veri dotalicij deputauit.)

427. Anna relicta Boczkonis de Muchnicz Janonem et Petrum pueros suos super dotalicium suum in Kyssielouicz suscepit et in veram vnionem et ipsi Jan et Petrus fratres prefatam Annam Matrem suam eciam susceperunt in omnium Bonorum suorum vnionem.

428. Beness (?) de Cziehowicz Janoni Wenceslao Barssoni et Katherine pueris olim Cziehowkonis in Zierawicz Curiam Molendinum cum siluis pratis pascuis, ac eciam homines ibidem censuales cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil Sibi reseruans, dat in veram hereditatem.

429. Elska relicta Jacubconis de Przieslawlk Janoni et Wlczkoni pueris suis super dotalicio suo in Dobrczicz Triginta quinque marcas grossorum dedit.

430. (Elzka Relicta Jacubconis de Przieslawlk Onssonem de Przieslawlk super residuo dotalicio suo videlicet Quadraginta marcis grossorum recepit in veram vnionem, videlicet na spolek.)

(F. XXXV. v.) 431. Margaretha de Racowich Petrum Plecze Maritum, Janonem et Mathiam pueros suos et alios omnes suos pueros, quos habebit, super omnem suam hereditatem, que super ipsam ab eius predecessoribus deuoluta est in Racowich, recepit in veram vnionem videlicet na spolek, videlicet super duos laneos Curticulam vnam cum pratis pascuis Siluis, prout ipsa Margaretha habuit a suis predecessoribus.

432. Jessco Dupnik de Nietcowicz Zwyestoni de Topolan et suis heredibus duos laneos in Cowalowicz cum vno purkrecht, et vno orto cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil Sibi reseruans, vendidit in veram hereditatem.

433. (Jodocus Marchio Morauie Mertlino de Kuss Magistro Pixidum in Wrahowicz super tribus laneis et tredecim Curticulis cum eorum pertinencijs Jus dotalicij Septuaginta Marcarum, quod super ipsum Marchionem deuolutum est, donauit.)

434. (Mertlinus predictus de Kus Magister Pixidum Katherine vxori sue totum Jus dotalicij in Wrahowicz, quod a domino Jodoco Marchione habet intabulatum, dat pro dotalicio.)

435. Czenko de Wieczemirzicz Seborium de Dubczan recipit in veram vnionem bonorum suorum et puerorum suorum, id est recipit ipsum na spolek ad se et ad pueros suos.

436. Witko de Strazowicz Zibrzidoni de Pornicz et Offcze filie Raczkonis Curiam in Doloplaz, prout ab Elzka habuit ipsam intabulatam, prout solus tenuit, ni-

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1392. chil Sibi reseruans vendidit [1]) in Jus dotalicij videlicet Triginta marcarum grossorum.

437. Petrus de Lechoticz Anne vxori sue ibidem in Lechoticz super toto, quidquid ibidem habet, nichil excludendo, Octuagintaquinque marcas grossorum in pignus veri dotalicij deputauit.

438. (Offka de Pornicz Janonem de Poczenicz maritum suum et pueros illos, quos cum eo habuerit, recepit in sui dotalicij vnionem, quod habet in Pornicz.)

439. Jessco de Chrzenowicz Janonem de Chrzenowicz ad omnia bona sua, que habet in Chrzenowicz, recepit in veram vnionem, videlicet na Spolek.

440. Juhan de Skalicze Sdynkam vxorem suam recepit ad se et ad pueros suos in veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

441. (Onsso de Wieczemielicz Juhannoni de Wieczemilicz et suis heredibus Curiam allodialem cum pratis pascuis [2]) ac alijs suis pertinencijs, prout solus tenuit, nichil Sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. XXXVI. r.) 442. Jodocus Marchio Morauie Sbyncze Conthorali olim Vlrici de Bozcouicz ad eius dotalicium, quod in Eyvanowicz ex parte mariti sui habet, superaddidit quatuor marcas annui census, ut easdem Jure dotalicij eodem modo haberet, sicut ibidem in Eywanouicz aliud suum dotalicium a prefato Marito suo habet.

443. Johannes de Sternberg alias de Lucaw Abbatisse et Conuentui Monasterij sancte Clare Monialium in Olomucz sex marcas annui et perpetui Census in villa Skoronicz super quintodimidio laneis ibidem cum suis pertinencijs pro Anima patris sui dedit perpetue possidendas, nichil aliud sibi et heredibus suis in eisdem laneis et Censu reseruando, nisi Bernam regalem et tuicionem.

444. (Johannes de Sternberg alias de Lucow Priorisse et Conuentui Monialium Monasterij Sancte Anne in Suburbio Brvnnensi in Skoronicz super Nonodimidio laneis et media Curticula cum eorum pertinencijs, decem marcas perpetui census pro Anima Hyzle Conthoralis sue dedit perpetue et herediditarie possidendas, nichil aliud heredibus et successoribus suis ac Sibi in dictis laneis et Censu reseruando, nisi Bernam regalem et Tuicionem.)

445. Johannes de Sternberg alias de Lucaw plebanis et Ecclesie in Ludsslawicz ibidem in villa Ludsslauicz super quatuor laneis minus vno quartali et tribus Curticulis cum suis pertinencijs septem marcas perpetui census pro Animabus Bohuscze de Sazowicz et domini Nicolai plebani ibidem dedit hereditarie possidendas, solum sibi heredibus et successoribus suis in dictis laneis et Censu Bernam regalem et tuicionem reseruando, et pro anima Anne vxoris Bohuscze.

446. (Johannes de Sternberg alias de Lucaw Agnezcze vxori Mixiconis de Mylczan super villa Ludsslawicz et super toto ibidem decem Marcas annui Census in pignus veri dotalicij et in Sexaginta marcis grossorum sortis deputauit, Wiknanus dicit, quod sit bonum ipsius domine.) 1392.

447. (Johannes de Sternberg alias de Lucaw Anne vxori Pawliconis de Ostratha ibidem in villa Ostratha alteramdimidiam marcas grossorum annui Census in pignus veri dotalicij in Quindecim marcis grossorum deputauit.)

448. (Johannes de Sternberg alias de Lucaw cum Janone et duabus puellis Orphanis olim Bohuscze de Sazowicz et cum bonis eorum vbilibet habitis fecit congressum seu stupek, dominus Jodocus Marchio Morauie dedit Consensum suum et literam suam sub sigillo suo pendenti ad illam congressionem, quamdiu Orphani ad debitos annos non venerint.)

449. Item dominus Jodocus Marchio ad predictas intabulaciones, videlicet pro Monasterijs sancte Clare in Olomucz, sancte Anne in Brvnna et Ecclesie in Ludslauicz, dedit consensum suum et literam suam cum Sigillo pendenti.

(F. XXXVI. v.) 450. Laczko de Crawar Boczkoni et Nikolassoni de Labut fratribus et eorum heredibus villas Zelatowicz (et Podole) cum omnibus Censibus agris pratis pascuis Siluis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil Sibi et heredibus suis ibidem reseruando, vendidit in veram hereditatem.

451. (Laczko de Crawar Kaczne vxori Budslai de Rosczenye super villa et bonis Prussy prope Prerowiam terciamdimidiam marcas annui census in pignus veri dotalicij in vigintiquinque marcis grossorum sortis nomine ipsius Budslai deputauit.) *Et si quid plus haberet de dotalicio in Prus, nullum responsum aut Jus debet habere ad illud, si quid in Prus haberet, nam huic expresse renuncciauit Kaczna predicta.*

452. Laczko de Crawar Kaczne vxori Russonis olim de Doloplaz super hominibus in Vzed censualibus quinque marcas annui census in pignus veri dotalicij in Quinquaginta marcis grossorum sortis deputauit, Et Wilhelmus de Rathay dicit esse bonum ipsius domine predicte.

453. (Kaczna de Charwat olim Russonis de Doloplaz vxor Wilhelmum de Rathay et pueros suos super dotalicium suum, quod in Vzed habet, recipit in veram vnionem.)

454. (Wenceslaus de Doloplaz natus Russonis Wenceslao Doloplaz et suis heredibus Curiam in Charwath duos laneos censuales Thabernam vnam et quinque Curticulas pratis pascuis siluis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil Sibi et suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

455. (Petrus de Crawar alias de Plumnaw Katherinam vxorem Stachonis de Kokor transducit de ipsius dotalicio, quod habuit in Zyrotky et Lhotka [3]) et ducit eam super Lyppow, quod retro Wessele iacet, ibique in Lyppow eidem Katherine super hominibus censualibus quatuordecim marcas grossorum annui census in pignus

[1]) *Die im Orig. nachfolgenden drei Worte „in veram hereditatem“ sind durchstrichen.*

[2]) *Die im Orig. nachfolgenden zwei Worte „et silvis“ sind durchstrichen.*

[3]) *Diese zwei Worte „et Lhotka“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1392. veri dotalicij in Centum quadraginta marcis grossorum sortis dat et assignat, et Pessco de Bykowicz pater ipsius Katherine dicit, ipsius esse bonum.)

456. Stacho de Kokor Katherine vxori sue super vno laneo censuali in Prosseniczich cum suis pertinencijs vnam marcam grossorum annui census in pignus veri dotalicij in decem marcis grossorum sortis deputauit, et Pessco pater ipsius Katherine dicit, ipsius fore bonum et sufficere.

457. Wissko de Zaworicz Andree de Leznicz et suis heredibus propungnaculum et Curiam in Zaworzicz cum tribus laneis minus vno quartali ad Curiam spectantibus Quinque laneos et vnum quartale censuales, tres ortulanos, et vnam thabernam cum pomerijs pratis cum vno molendino in flumine Hoczowa et littus aque Morawe et granicijs ville Lestyna vsque ad grenicias Koyschow ville, et ambo litora fluminis Hoczowa a grenicijs ville Postrziemilow vsque in Morawan, duas siluas vnam retro molendinum et aliam sub piscinis, et tres piscinas cum alijs eorum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi aut heredibus suis ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

458. (Andreas de Leznicz Hilbrantonem fratrem suum amicalem et Henreich de Luczca Sororium suum super bonis Zaworzicz et super Pywonyn et Waczlawow, que in domino Smilone de Hoenstain Jure obtinuit cum eorum omnibus pertinencijs recepit in veram vnionem.)

(F. XXXVII. r.) 459. (Stach de Kokor Peskoni de Bykowicz et suis heredibus in Zyrotka Curiam cum agris pratis et siluis et in Lhotka, quidquid habuit cum pratis et siluis ac cum vniuersis pertinencijs ad Zyrotka et ad Lhotka spectantibus, prout solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidenda.)

460. (Pessek de Bykowicz Zdyncze vxori sue super Zyrotka, quidquid ibidem habuit et super Lhotka eciam quidquid ibidem habet cum omnibus eorum pertinencijs, Centum marcas grossorum in pignus veri dotalicij deputauit cum agris pratis et Siluis et alijs vniuersis pertinencijs.)

461. Pessek de Bykowicz Janonem Zbraslawecz et Jeskonem de Chudychrom fecit Commissarios omnium bonorum suorum, vbilibet habitorum, et eciam puerorum suorum, quamdiu pueri ad debitam etatem non venerint.

462. Henslinus de Starawes Sbynkoni de Dubczan et suis heredibus in Chwalkowicz Nouem fertones annui census super altero dimidio laneo ibidem cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

463. Sbynek de Dubczan Margarethe Seborij filij sui vxori in Chwalkowicz super Sex laneis et vna thaberna et duabus Curticulis, et in Wyeczemyriczych super tribus laneis et vna Curticula cum eorum pertinencijs Quindecim marcas annui census in pignus veri dotalicij in Centum quinquaginta marcis sortis deputauit, et Hersso dictus Skrzietek frater ipsius suscepit dicens sufficere.

464. (Czenko de Wyeczemyericz Sbinkoni de Dub- 1392.
czan et suis heredibus super altero dimidio laneis et vna Curticula ibidem in Wyeczemyricz duas marcas annui census Jure dotalicij obligauit in viginti marcis grossorum.)

465. Wenceslaus de Lasskow Janoni et Beneskoni fratribus de Lyderzow Curiam ibidem in Lasskaw cum Agris pratis pascuis et siluis et alijs vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi nec suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

466. (Henricus de Schonwald Jeskonem de Zyrotyn omnium bonorum suorum, vbicumque habet, recepit in veram vnionem seu na spolek.)

467. (Onsso de Swabenycz Sazeme de Tassow Sororino suo bona infrascripta videlicet Curiam in Swabenycz, quam tenet, cum praitis pratis ortis pascuis agris siluis rubetis cum medio Balneo, tribus thabernis Curticulis et piscinis, et in Dyetkowicz, ac in Seboricz, quidquid ibidem habet, ac cum alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, dedit de sua bona voluntate.)

468. Odpor.[1]) Smylo de Lestnycz facit odpor et dicit, quod Onsso de Swabenycz non potuit illa bona dare, quia in tabulis eadem bona prius habet.

(F. XXXVII. v.) 469. Sazema de Tassow Janonem, Johannonem et Sdenkonem filios Wlczconis de Dobroczkowicz super illa bona videlicet (in Swabenycz Curia et alijs suis pertinencijs et)[2]) in Dyetkowicz ac Seborzicz, prout ab Onssone de Swabenycz habet in tabulis, recepit in veram vnionem seu na spolek.

470. (Sazema de Tassow Mykulassoni de Swabenycz et suis heredibus vnum laneum in Dyetkowicz, in quo iam ipse Mykulass residet, cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio dedit in veram hereditatem.)

471. (Mixiko de Milczan Dorothee vxori Hanusschij de Mylczan Curiam in Litenczicz et septimamdimidiam marcam census annui super hominibus censualibus ibidem cum omnibus eorum pertinencijs in pignus veri dotalicij in Centum marcis grossorum sortis deputauit et cum siluis et alijs pertinencijs.)

472. Matuss de Strabenycz Anne vxori sue super Curia ibidem in Strabenicz et super eius pertinencijs et super toto, quidquid ibidem habet Triginta marcas grossorum in pignus veri dotalicij deputauit.

473. (Sobyen de Trubek Sobyenonem de Zborowicz recepit in veram vnionem ad se et ad pueros suos et omnium bonorum suorum in Trubek et vbicumque habet.)

474. (Johan de Wyeczemyericz Anne vxori sue super Curia ibidem in Wyeczemyericz et suis omnibus pertinencijs intra Curiam et extra Curiam existentibus quadraginta marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit.)

475. Onsso de Prziestawlk Dyetrzichonem dictum Kozera et Jeskonem de Kostelecz fecit Commissarios omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et eciam puerorum suorum, quamdiu ipsi pueri ad annos debite etatis non venerint.

476. Sigismundus de Nedachlebicz Kaczne vxori sue

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Bei dieser gelöschten Stelle steht am rechten Rande von anderer Hand die Note: „delecio ista non viciat alia scripta.“*

1392. super Curia ibidem in Nedachlebicz et omnibus suis pertinencijs et bonis suis hereditarijs, que ibidem habet, Nonaginta marcas grossorum in pignus veri dotalicij deputauit et cum Siluis, Et Pesko de Bikowicz suscepit dicens sufficere.

477. (Clyma de Vrczicz Magdalene vxori Peskonis filij sui super Curia in Sardiczky cum suis pertinencijs vigintiquinque marcas racione veri dotalicij deputauit, Et Mikulass et Hartman de Losticz susceperunt et dicunt sufficere.)

(F. XXXVIII. r.) 478. Machna relicta olim Jeskonis de Popowek Wlczconi de Opatowicz super quarto dimidio laneis in Dluhawes super vno molendino et vna thaberna et in Wrchoslawicz super piscina et Siluis omne suum jus dotalicij dedit et intabulauit.

479. Buzko plebanus de Poczenicz Mraxoni et Sigismundo fratribus de Zerawicz et eorum heredibus suam porcionem bonorum in Zerawicz paternam ipsum concernentem et cum eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, dedit in veram hereditatem.

480. Zympl de Smrzicz Agnescze vxori sue et Petro fratri suo patrueli Tria quartalia in Smrzycz cum suis omnibus pertinencijs, dedit eis similiter in veram hereditatem.

481. (Alsso Doloplaz Hedwicze vxori sue in Skrbenye super hominibus censualibus duodecim cum dimidia marcas grossorum annui census racione veri dotalicij in Centum vigintiquinque marcis sortis deputauit, et Hromada de Huorka suscepit et dicit sufficere.)

482. (Henricus de Newogicz Merklino et Mendlino Judeis Brunnensibus Newogicz, Letossow, Lhotkam, Neustich, Dobessowicze, et in Sardiczky, quidquid habuit, cum Curijs piscinis Siluis et vniuersis pertinencijs eorum resignauit in veram hereditatem.)

483. (Merklinus et Mendlinus Judei Brunnenses Jacobo dicto Konczek et suis heredibus bona videlicet Newogicz, Letossow, Lhotkam, Neustich, Dobessowicze, et in Sardiczky, quidquid habuerunt, cum hominibus Censibus, Agris Curijs pratis pascuis Siluis montibus vallibus et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi vlterius ibidem reseruantes, vendiderunt in veram hereditatem.)

484. (Jacobus Konczek Machne vxori sue in villa Letossow super hominibus censualibus et possessis cum eorum pertinencijs decem marcas grossorum annui census in Centum marcis grossorum racione veri dotalicij deputauit.)

485. Jacobus Konczek Sbynkonem de Drzyenoweho fecit Commissarium suum et commisit sibi ad fideles manus omnia bona sua et pueros suos, quamdiu ad etatem debitam non venirent.

486. Adam de Vgezd Wladiczyeho Ludcze vxori sue super Curia ibidem in Vgezd Wladiczie cum agris pratis siluis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs Sedecim marcas racione veri dotalicij deputauit.

(F. XXXVIII. v.) 487. Dobessius Bedrzich et Jan fratres de Vderlicz Wenczlaw Ciui Olomucensi, vxori et eorum heredibus medium laneum cum vna Curticula in villa parua Senycz cum omnibus eorum pertinencijs, nichil sibi reseruando, cum pleno dominio vendiderunt hereditarie possidendum.

488. (Gezdon dictus Medek de Stichowicz Jenczonem fratrem suum de Stichowicz ad omnia bona sua vbilibet habita recepit ad veram vnionem seu na spolek.) 1392.

489. (Adam de Wyezek Jeskoni et Gyrzikoni fratribus de Wyezek et eorum heredibus Curiam ibidem in Wyezek cum agris pratis et vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

490. Jan de Zahorowicz Wiknano de Magetin et suis heredibus vnum laneum in Nezdenycz duas Thabernas et duas Curticulas cum Jurepatronatus Ecclesie ibidem et alijs eorum vniuersis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem vlterius reseruans, dedit in veram hereditatem.

491. (Bedrzich de Lodyenycz Mixoni et Janoni fratribus de Ruda et eorum heredibus in Sluhonowye super quarto dimidio laneis duobus ortis cum eorum pertinencijs omne Jus dotalicij, quod habuit, vendidit, nichil sibi reseruans, et illud Jus dotalicij est quinquaginta marcarum.)

492. (Bedrzich de Lodyenicz Martinum de Drahanowicz ad omnia bona sua vbilibet habita recepit in veram vnionem.)

493. (Zawisse de Byelowicz Przibikoni de Byelowicz et suis heredibus super illa Curia in Bielowicz, quam simul cum ipso Przibicone habuerunt, suam partem totam, quam habuit, cum omnibus suis pertinencijs, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

494. (Lyczek de Strabenicz Mixikoni de Strabenicz et suis heredibus Curiam ibidem in Strabenicz cum agris pratis pascuis et rubetis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem vlterius sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam, et eciam vxori ipsius Mixikonis.)

495. Wanyko de Podole Janonem filium Jacobi fratris sui recepit in veram vnionem ad se et ad pueros suos videlicet Mixonem et Gregorium, et ad omnia bona, que habet in Podole, cum pratis siluis et alijs eorum pertinencijs, ut habeant verum spolek in eisdem bonis in veram hereditatem.

(F. XXXIX. r.) 496. Jan de Schonwald Bernhardo de Schuczendorff dicto Hecht et suis heredibus decem marcas grossorum annui census in villis Plnkuth, Brzwencze, Myrotyn, et Malylybyn cum hominibus Judicijs et alijs eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus habuit, nichil sibi in eisdem decem marcis annui census reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

497. (Bernhardus de Schuczendorf dictus Hecht Agnescze vxori sue in Schonwald super decem laneis minus vno quartali et vno molendino cum eorum pertinencijs decem et octo sexagenas grossorum annui census racione veri dotalicij, Et eciam in villis Plnkuth Brzwencze Myrotyn et Malylybyn septem sexagenas grossorum annui census eciam racione dotalicij deputauit totum in ducentis quinquaginta sexagenis grossorum sortis.)

498. Mech de Lhota Ewam vxorem Witkonis de Lhota, de Kowarzow, vbi habuit partem sui dotalicij, transduxit in Jaworowich super alterodimidio laneis et vna curticula cum suis pertinencijs, ut loco Kowarzow tantum de dotalicio habeat in Jaworowich absque diminu-

1392. cione, et si aliquid deficeret ipsi, tunc Bernhardus Hecht de Schuczendorf et Kuncz de Zezwole dicunt, quod satis habet pro Kowarzow.

499. (Mech et Witko fratres de Lhota Kunczoni de Zezwole et suis heredibus villam integram Kowarzow cum hominibus censibus agris pratis pascuis cum Silua dicta Lom, et medietatem silue dicte Skaly cum alijs eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruantes, nisi residuam medietatem Silue dicte Skaly, aliud totum vendiderunt hereditarie possidendum.)

500. Chunczo de Zezwole Benessio de Sawyn et suis heredibus villam Kowarzow integram cum hominibus censibus Agris pratis pascuis et cum Silua dicta Lom et medietatem silue dicte Skaly cum alijs eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

501. Margaretha de Ostrowan Swatuskonem maritum suum de Zborzeticz super dotalicium suum, quod habet in Ostrowan, recepit in veram vnionem seu na spolek.

502. (Wenceslaus de Doloplaz Annam vxorem suam de Swessedlicz, vbi habuit suum dotalicium, transduxit in Bystrzicz, vbi eidem racione veri dotalicij Quinque marcas grossorum annui census in Quinquaginta marcis grossorum sortis deputauit, et Mixiko de Milczan dixit, fore bonum ipsius.)

503. (Jaroslaus de Senicze Stiborio de Petcze Sdencze vxori eius et ipsorum heredibus Curiam allodialem in Wiskowicz cum alterodimidio laneis censualibus et duabus Curticulis pratis pascuis Siluis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

504. Sudka Relicta olim Mozyezonis Jurziconi filio suo in villa magna Laznyk vnum laneum cum agris pratis et rubetis, et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio dedit hereditarie possidendum.

(F. XXXIX. v.) 505. Jesko dictus Puska de Cunstat decano . . . preposito . . et Capitulo Ecclesie Olomucensis in villa Zessow super medio laneo ibidem cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio exclusa sola Berna regali dedit perpetue possidendum, In quo quidem medio laneo census annuus est Quinque fertones minus duobus grossis et hoc sit pro anima Sbyncze olim Henslini de Witczow Conthoralis.

506. Jesko dictus Puska de Cunstat Plebanus Ecclesie in Ottoslawicz in villa Zessow super medio laneo ibidem cum suis pertinencijs Quinque fertones minus duobus grossis census perpetui dat perpetue possidendum pro anima domini Sbislai presbiteri dicti de Stralek, Attamem Bernam regalem et tuicionem eiusdem medij lanei sibi heredibus et Successoribus suis reseruando.

507. (Dobessius de Lyssow Stanykoni de Vderlicz et suis heredibus in Lyssow Municionem cum Curia agris fluminibus pratis pascuis Siluis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus habuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

508. (Stanyk de Vderlicze Bedrzichonem de Wilemow 1392.
ad illa bona in Lyssow videlicet Municionem Curiam cum Agris fluminibus pratis pascuis Siluis et alijs vniuersis pertinencijs cum pleno Jure et dominio recepit in veram vnionem seu na spolek.)

509. (Stanyk de Vderlicze Anne vxori sue in Lyssow super Municione et Curia cum agris pro dotalicio viginti marcas grossorum deputauit, et Bedrzich de Wilemow, quem ad vnionem recepit, ad hoc consensit.)

510. Zybrzyd de Pornycz Johannem de Wranowicz et eius pueros recepit in veram vnionem ad se et ad orphanam Offkam, et ad omnia bona sua, vbicumque habet in Wyeczemyericz et in Pornicz. [1])

511. Artlebus de Kleczan Petro de Crawar alias de Plumnaw et suis heredibus omne Jus suum, quod super Rostanye habet, uel quodcumque habere potuit resignat in veram hereditatem et fatetur, nullum Jus amplius ibidem se habere, et si alicubi in tabulis fuerit sibi intabulatum, nullius esse debet vigoris, et petit Camerarium Czudarium et Notarium, qui pro tempore fuerint, ut si alicubi preterquam hic inuenirent, quod habeant potestatem delendi.

512. (Jesko Puska de Cunstat Erhardum seniorem de Cunstat facit verum Commissarium suorum Juniorum puerorum videlicet Erhardi et Pothe et aliorum puerorum, si quos post hoc ipsum procreare contingeret, ut sit ipsorum Commissarius, vsque dum ad annos ipsorum legittimos pervenerint, Sub tali condicione, quod si Jan senior filius ipsius Puscze non bene regeret bona, aut suos fratres Juniores, et ipse senior Erhardus de Cunstat aut alij amici viderent non bene disponentem ipsum Janonem neque regentem bona uel pueros, tunc ipse Erhardus senior de Cunstat disponat et regat tam bona quam pueros vsque ad eorum annos, Si autem viderent, quod dictus Jan bene regit bona et pueros, et amicis hoc placeret, quia bona non dilapidat, sed cum fratribus aut sororibus, si quas haberet bene viuit, tunc prefatus Erhardus senior de Cunstat permittat ipsum Janonem in regimine bonorum et puerorum et consulat sibi et promoueat ipsum in eo, quamdiu idem Jan bene et prudenter regeret bona et pueros, ut prefertur, Exclusis illis omnibus, que Anne vxori sue ipse Jesko Puska intabulauit, ut in eisdem nullomodo ipsam debeat impedire.)

(F. XL. r.) 513. Anno domini Millesimo Tre- 1397.
centesimo Nonagesimo Septimo sabbato proximo post festum sancti Procopij Confessoris et Boemie patroni gloriosi [2]) Cellebratum est colloquium dominorum, presidentibus supremis Officialibus, Nobili Jeskoni dicto Puska de Cunstat Camerario, Sulicone de Konycz Czudario, et Theoderico prothonotario Illustrissimi principis domini Jodoci Marchionis Morauie, tunc terre tabularum Notario, Presentibus ibidem predicto Illustrissimo domino Marchione Jodoco et nobilibus dominis Erhardo de Cunstat, Petro de Crawar alias de Plumnow,

[1]) *Der Schluss „et in Pornicz“ ist ausgekratzt und dabei steht am Rande von einer andern Hand: „abrasio non preiudicat.“*

[2]) *d. i. den 7. Juli.*

1397. Laczcone de Crawar, Jescone de Sternberg alias de Lukow, et Jarossio, Bernhardo, Przedborio de Czimburg et Alssone de Czimburg, Alssone de Mohelna, Erhardo de Skal, Paulicone de Sowynecz, Budissio de Quassicz, Johanne de Lompnicz, Wancone de Czirnahora, Mathesone de Lichtenstain, Wokone de Holenstain, Wilhelmo de Luczka, Sigismundo et Smilone de Lethowicz, Erhardo de Luczan, Boczkone de Lestnycz, Baronibus Marchionatus Morauie Judicio presidentibus et causas Judiciales adinuenientibus.

514. Sigismundus de Lethowicz cum fratre suo Smylone ibidem de Lethowicz cum omnibus suis bonis, que nunc habet inuicem sunt congressi.

515. Wznatha Hecht de Rossicz Gytcze sue Conthorali, in villis Brankowicz et Trutmanycz, quidquid ibidem habet siluis piscinis molendinis et alijs suis pertinencijs Quingentas sexagenas grossorum racione veri dotalicij assignauit et deputauit, et Wilhelmus de Borotyn frater ipsius Gytcze suscepit illud dotalicium, et si quid ibidem deficeret, hoc suppleri debet in bonis dicti Wilhelmi.

516. Jodocus Marchio Morauie Alssoni de Ryczan mediam [1]) villam Chylcze cum Curia ibidem cum censibus siluis pascuis et alijs suis vniuersis pertinencijs prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, dedit hereditarie possidendam.

(F. XL. v.) 517. (Jodocus Marchio Morauie Erhardo de Cunstat Castrum Buzow cum omnibus suis bonis et pertinencijs ac vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistant, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem Juris proprietatis aut dominij reseruans, eidem Erhardo et suis heredibus dedit hereditarie possidendum cum bonis Losczycz opido et alijs pertinencijs, sicut solus tenuit.)

518. (Elska de Wyczkow pueros suos Johannem de Dubczan et Elskam super dotalicio suo, quod habet in Wilemow et Paterzyn in veram suscepit vnionem quod dicitur (Stupek) spolek. [2])

519. Mabka de Przedmostye Jankonem maritum suum super Curia sua, quam habet in Przedmostye cum vniuersis eius pertinencijs, recipit in veram vnionem cum heredibus ipsius Jankonis.

520. (Boczko de Cunstat alias de Lestnycz Ecclesie parrochiali Omnium sanctorum in Wissehorzie ibidem videlicet in Wissehorzie tres marcas, Item in villa Podols octo marcas cum molendino et alijs vniuersis pertinencijs Judicio et Curia allodiali dumtaxat exceptis, In villa mediam septimam marcas in Pawlow, In villa Zadlowicz dimidiam terciam marcas et in magna Senycz decem marcas grossorum census annui dedit donauit et applicauit.[3])

521. (Jan de Chudobin Anne Conthorali sue, super villa Nassoborky Curia et eius pertinencijs Septuaginta quinque marcas racione dotalicij deputat et assignat.)

522. Johannes de Freynstat (et Johannes frater suus) filius Rudolfi Henrico de Damoborzicz Municionem Rokytnicz cum Curia ibidem villam Lukowa cum vniuersis 1397. eorundem bonorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit (sibi et sibi) hereditarie possidendam et suis heredibus, prout solus eadem bona tenuit et possedit.

523. Adam de Poppowicz plebanus in Tassow Artlebo de Wetherzow suis heredibus, et Clare sorori ipsius Bona Mykulczicz cum omnibus eorum pertinencijs et utilitatibus pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda.

524. (Clara de Wetherzow Hinkoni de Milyczyn fratribus eius et heredibus Municionem Wetherzow et villam ibidem cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, prout sola tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

525. Hinko de Myliczyn Margarethe Conthorali sue, super Municione Wetherzow, villa ibidem et super vniuersis eorum pertinencijs super pleno dominio ibidem, Quadringentas marcas racione veri dotalicij deputat et assignat. [4])

(F. XLI. r.) 526. Zwyesto de Obyedowicz, Offcze Conthorali Nyemczonis, in villa Kowalowicz integra cum suis pertinencijs decem marcas grossorum census annui racione dotalicij in Centum marcis grossorum deputat et assignat, et Bartholomeus de Sebetaw, pater ipsius Offcze illud suscepit dotalicium, et si quid ibidem deficeret, hoc adimpleri debet in bonis eius.

527. Odpor. [5]) Katharina vxor Janaczonis Kuzelonis contradicit et facit odpor asserens, quod villa Kowalowicz cum suis pertinencijs, in qua Zwyesto predictus decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum Offcze Conthorali Nyemczonis deputauit, sit sua vera hereditas.

528. Jacubek de Zesdyetyn Wilhelmo de Sowaczowa et suis heredibus In villa Zdyetyn duos laneos censuales, quos ibidem habuit, cum vniuersis pertinencijs vendidit hereditarie possidendos.

529. (Mathias Johannis de Gewicz presbiter Jankowy dicto Ryntfleyss de Cokor Curiam allodialem in Wognicz cum agris pratis pascuis et vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, sibi Jankowy et suis heredibus vendidit hereditarie possidendam.)

530. Janko dictus Ryntflayss de Kokor Sbynconem et Mukarzonem de Kokor fratres suos germanos super Curia in Woynycz et suis vniuersis pertinencijs, nichil penitus excluso, in veram suscipit vnionem, quod dicitur na spolek.

531. Wenceslaus de Lasskow Benessio de Lasskow et suis heredibus, Curiam ibidem in Lasskaw cum tribus curticulis, flumine, Siluis pratis pascuis et singulis suis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum, (Et eciam Johanni de Lasskaw fratri dicti Benessij dictam Curiam cum curticulis et suis pertinencijs vendidit, sicut su-

[1]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*
[2]) *Das im Orig. vorstehende Wort „Stupek“ ist durchstrichen.*
[3]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer anderen Hand die Note: „Alibi est intabulatum, quere in VI.º folio post“.*
[4]) *Unmittelbar unter dieser Einlage steht am unteren Rande dieser Blattseite noch der Name „Zwyest“, mit welchem auch die nächstfolgende auf dem anderen Blatte befindliche Einlage beginnet.*
[5]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1397. perius est expressum, et sibi ibidem nichil omnino reseruauit. [1])

532. Mikess de Othoslawicz, et Czenko frater ipsius de Othoslawicz cum omnibus bonis eorum, que vbicumque habent, alter videlicet cum altero inuicem sunt congressi.

533. Henricus de Mezyrziecz Alssoni de Czimburg villam Schumycz integram cum censibus redditibus vtilitatibus, ac alijs vniuersis et singulis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem Juris aut proprietatis reseruando, vendidit sibi et suis heredibus Jure hereditario possidendum.

534. Anna de Stawissicz Mrazonem Wenceslaum maritum suum super Quinque marcis census annui, quas in quinquaginta marcis racione dotalicij habet in villa Stawissicz, in veram suscipit vnionem, na spolek.

535. Clara de Wetherzow Jesskoni dicto Kuzel et suis heredibus Bona et hereditates, que et quas habet in villa Arclebow, et que ad Czudam Olomucensem pertinent, cum suis singulis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout sola tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis reseruans, intabulauit et dedit hereditarie possidenda.

(F. XLI. v.) 536. Ottanek de Penczicz Dywe de Czekynye et suis heredibus terciam partem molendini et terciam partem thaberne, que sunt sita inter Penczicz et Lhotam villas, cum eorum vniuersis pertinencijs, prout solus tenuit, nichil sibi omnino ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

537. (Boczko de Cunstat alias de Lestnycz, Elscze Conthorali sue in bonis Lestnycz Municionem videlicet ibidem et vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus existunt, ducentas quinquaginta sexagenas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat et Johannes dictus Klamoska de Lompnicz suscepit idem dotalicium.)

538. Sigismundus de Lethowicz Offcze de Oppathowicz Conthorali Jacobi et suis heredibus dimidium septimum laneos cum omnibus eorum pertinencijs in villa Borotyn cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis reseruans, et quidquid ad dictos laneos Communitatis siluarum pertinet, vendidit hereditarie possidendos.

539. Benessius de Oppatowicz, Wyeczkowy de Oppatowicz et suis heredibus in villis Oppatowicz et Smolna, quidquid ibidem habuit, nichil omnino sibi ibidem reseruans, pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs vendidit hereditarie possidendum.

540. Offka de Oppatowicz Conthoralis Jacobi, Nestazkam, Kaczkam et Claram filias Jacobi super omnibus bonis suis, vbicumque habet, suscipit in veram vnionem vnacum pueris earum et specialiter in villa Borotyn.

541. (Bystrzycze de Woynycz Elcze de Synczan in villa Vhercz integra cum suis vniuersis pertinencijs viginti sexagenas census annui Jure dotalicij in ducentis sexagenis grossorum deputat et assignat, et Smylo de Rychemburg illud suscepit, et quid ibidem in villa Vhercz deficeret, hoc debet adimpleri in bonis eius.)

542. (Beness de Straleka Rzehorzoui de Schymrze et suis heredibus Curiam allodialem cum tribus Curticulis ibidem in Schymrze cum pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem Juris proprietatis aut dominij reseruans, cum vniuersis suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam.) 1397.

543. Rzchorz de Schymrze Ondrussoni de Schymrze et suis heredibus ibidem in Schymrze mediam Curiam allodialem, et vnam curticulam, cum singulis ad hoc pertinentibus vendidit hereditarie possidendam.

544. (Ondruss de Schymrze Elscze Conthorali sue super media Curia allodiali et vna curticula in villa Schemrze et eorum vniuersis pertinencijs octo marcas grossorum veri dotalicij deputat et assignat.)

545. Mirko de Chlum Hedwygi Conthorali sue in Municione Drazowicz et villa ibidem ac alijs vniuersis ad dicta bona spectantibus Quindecim marcas grossorum census annui in Centum et quinquaginta marcis grossorum Jure dotalicij deputauit, et assignauit, Et Mixiko de Chylecz suscepit idem dotalicium, et quidquid ibidem in bonis Drazowicz predictis deficeret, hoc suppleri debet in bonis eius.

546. Katherina de Chwalkowicz Jodocum de Prachowicz maritum suum In villa Chwalkowicz ad vnum laneum censualem recepit in veram vnionem na Spolek.

(F. XLII. r.) 547. (Hrdko de Vhrzicz, Czrhonem de Kokor super bonis et villis videlicet Stawyssicz, Chrzepicz, et in Sadkow, quidquid ibidem habet, recipit in veram vnionem.)

548. (Illustris Jodocus Marchio Morauie Jesskoni de Wissehorzowicz et suis heredibus Bona Sborowicz cum agris, pratis, pascuis, siluis censibus fructibus vtilitatibus et alijs vniuersis pertinencijs et prouentibus, quibuscumque censeantur nominibus, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem Juris proprietatis aut dominij reseruans, et cum Jurepatronatus Ecclesie, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda.)

549. (Stanyko de Vderlycz Dobessio et Janoni fratribus de Lyssow, sicut ab eis emerat Municionem et Curiam in Senyczka, et vnam marcas (sic) census annui ibidem cum vniuersis eorum pertinencijs, nichil omnino ibidem sibi reseruans, videlicet in Lyssow.)

550. (Stanyko de Vderlicz Dobessio et Janoni fratribus de Lyssow ibidem in Lyssow Municionem et Curiam et in Senyczka vnam marcam grossorum census annui, sicut a predictis fratribus emerat, sic viceuersa ipsis et eorum heredibus cum vniuersis eorum pertinencijs, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruans, resignauit viceuersa et dedit hereditarie possidendam.)

551. Sbynko de Lukych Janoni de Chudobyn et suis heredibus Ibidem in Lukych vnam marcam census annui in et super duobus laneis censualibus ibidem in Lukych, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi in eisdem duobus laneis Juris proprietatis uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

552. (Jessiko de Morzycz, Elyzabeth Conthorali sue, ibidem in villa Morzicz integra in hominibus censualibus solummodo ibidem, vtilitatibus et prouentibus alijs exclusis, Quindecim marcas grossorum census annui, in Centum quinquaginta marcis grossorum Jure veri do-

[1]) *Bei dieser durchstrichenen Stelle steht am linken Rande von anderer Hand die Note: „Ista cancellacio non preiudicat alijs.“*

1397. talicij deputat et assignat, Et Artlebus dictus Sczyrka de Obora suscepit illud dotalicium.)

553. (Wytoslaw dictus Sypyk Margarethe Conthorali sue in villa Milessowicz in parte illa, que ad Czudam Olomucensem pertinet, Sex marcas grossorum census annui in Sexaginta marcis grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, et Petrus de Plumnaw suscepit idem dotalicium, Ita quod quidquid in dicta villa Milessowicz quoquomodo deficeret, hoc suppleri debeat in bonis eius.)

554. Illustris Jodocus Marchio Morauie Venerabili Capitulo Olomucensis Ecclesie villas Sussicz et Radslawicz, cum hominibus censibus Curijs allodialibus, agris pratis siluis pascuis venacionibus aucupacionibus, vtilitatibus redditibus et prouentibus in quibuscumque rebus consistunt, ac vniuersis et singulis dictarum villarum pertinencijs, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem Juris proprietatis aut dominij uel suis heredibus aut Successoribus Marchionibus Morauie reseruans, vendidit hereditarie et in perpetuum possidenda.

555. Anna de Lechoticz Conthoralis Mixiconis de Kokor, eidem Mixiconi de Kokor suo marito in villa Lechoticz quinquaginta marcas grossorum racione dotalicij sibi deputauit super dotalicio, quod ibidem in Lechoticz habet.

(F. XLII. v.) 556. (Bohussius de Kokor Anne de Lechoticz vxori Mixiconis de Cokor filij sui in hereditatibus et bonis suis, que habet in villa Kokor, quinque marcas grossorum census annui in Quaquaginta marcis grossorum Jure dotalicij deputauit et assignauit, et Petrus de Trpyn frater ipsius Anne suscepit idem dotalicium, ita quod quidquid in dictis hereditatibus et bonis deficeret, hoc debet suppleri et adimpleri in bonis eius.)

557. Anna de Lechoticz Conthoralis Mixiconis de Kokor, eundem Mixiconem de Kokor maritum suum et pueros suos, quos prius cum alio marito habuit et illos eciam pueros, si quos cum prefato Mixicone suo marito habebit in futuro, super triginta marcis grossorum, quas racione dotalicij sui habet in villa Lechoticz, suscepit in veram vnionem.

558. Czenko de Tuczyn Drslaum de Strallek suorum puerorum et bonorum, que habet in Tuczyn et alibi vbicumqne, facit Commissarium.

559. (Jacobus plebanus de Morawiczan, Elscze sorori et Vlrico de Lhota fratri Ipsius Elscze super vno laneo[1]) censualibus dimidiam alteram marcas et duodecim grossos annui census, in Bohuslawicz, et super vna curticula, et vna Nywa ibidem in Bohuslawicz cum pleno Jure et dominio, nichil in eisdem sibi reseruans, dedit liberaliter de sua sua (sic) voluntate ipsis et eorum heredibus Jure hereditario in perpetuum possidenda.)

560. Idem Jacobus plebanus de Morawiczan Jakubczoni de Bohuslawicz et Marco de Styepanow et eorum heredibus vnam Curiam allodialem, octo laneos censuales, duas Curticulas cum Jurepatronatus Ecclesie ibidem in Bohuslawicz cum pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem Juris proprietatis aud Dominij reseruans, prout solus tenuit, dedit liberaliter hereditarie possidenda. 1397.

561. (Wenceslaus dictus Byel de Klynowicz Agnescze Conthorali sue in media Curia allodiali et medio laneo in villa Czelczicz vigintiquinque marcas grossorum racione et Jure dotalicij deputat et assignat et Barssico de Czyhowicz suscepit idem dotalicium, et quidquid ibidem deficeret, illud debet suppleri in bonis suis.)

562. Wyeczek de Oppatowicz, Kaczne vxori sue de Oppatowicz Ibidem in Oppatowicz in Curia allodiali et pratis ad illam spectantibus, nec non in Silua dicta Dubowka sita retro Straznycz, Item in villa dicta Smolna in quartodimidio laneis censualibus et in illo prato, quod ad dictam villam Smolna pertinet, et in Silua dicta Olssie cum prato ad predictam Curiam in Oppatowicz spectantibus Septuagintaquinque grossos racione veri dotalicij deputat et assignat, Et Offka Relicta Jacobi de Oppatowicz illud dotalicium suscepit ita, quod quidquid in dictis bonis deficeret, hoc debet in suis adimpleri.

563. Leonardus de Studenecz, Katherine Conthorali sue in Curia allodiali et tribus curticulis, nec non in bonis mobilibus et immobilibus ibidem in Studenecz et in omnibus, que habet ibidem, nichil excluso penitus, Centumquinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat deputat et assignat, et Johannes Klamoska de Lompnicz suscepit idem dotalicium.

564. Benessius de Lasskow Anne vxori sue super bonis in Lyderzow et hominibus censualibus ibidem Centum vigintiquinque marcas grossorum racione et Jure dotalicij deputat et assignat, et si quid ibidem deficeret, hoc debet adimpleri in Curia allodiali ibidem in Lyderzow, Et Skocho et Bohussius de Czerthory illud susceperunt dotalicium, et si quid ibidem deficeret, hoc suppleri debet in bonis eorum.

(F. XLIII. r.) 565. Welislaus dictus Holub Adamkoni de Paczow Ibidem in Paczow super alterumdimidium laneum in Curia allodiali ibidem et vnum quartale censuale cum siluis pratis et alijs vniuersis pertinencijs sibi Adamkoni et suis heredibus vendidit hereditarie possidendum nichil sibi ibidem reseruans.

566. Gyndrzich de Przilnka, Katherine vxori sue in villa Przieluka integra cum suis vniuersis pertinencijs Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Et Drslaus de Straleka suscepit idem dotalicium, et quidquid ibi deficeret, hoc in bonis suis debet impleri.

367. Czrho de Kokor, Hanussio de Wicstain et suis heredibus villam dictam Buk integram cum pleno Jure et dominio ac vniuersis pertinencijs et utilitatibus, cum Curia allodiali ibidem in Buk et in Radwanycz vnam thabernam et in Penczicz vnam Curiam allodialem cum hominibus censualibus, et Municionem ibidem in Penczicz cum siluis pratis pascuis et alijs singulis dictorum bonorum pertinencijs, nichil sibi Juris proprietatis aut dominij reseruando, prout solus tenuit, dedit hereditarie possidendam, et si dicta bona in tabulis terre alicui alteri intabulata existerent, debent continuo aboleri et extabulari.

568. (Przedbor de Czimburg cum Mathussio fratre suo Czimburg cum omnibus bonis ipsorum, que habent

[1]) *Diese zwei von derselben Hand geschriebenen Worte stehen oberhalb der durchstrichenen „tribus laneis.“*

1397. videlicet alter eorum cum bonis cum altero inuicem sunt congressi vnus cum alio.)

569. (Stephanus de Chudobyn Mixiconi de Chudobyn Curiam allodialem in Wrahowicz, tres curticulas, siluas, prata duo, cum flumine, et Nywas, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem Juris proprietatis uel dominij reseruans, Sibi et suis heredibus vendidit hereditarie possidendam.)

570. Buzko de Lhota, Wenceslao de Podole et suis heredibus, Curiam allodialem ibidem in Lhota, cum fluminibus pratis, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi Juris proprietatis uel dominij ibidem reseruans, cum omnibus suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam.

571. Jacobus de Krumsyn Dorotheam Conthoralem suam super omnibus bonis suis, que vbicumque habet, suscepit in veram vnionem na spolek.

572. Cecilia de Lhota Conthoralis Protywczonis super omnibus bonis suis, que habet in Lhota et in Paczlawicz, pueros suos suscepit in veram vnionem.

573. (Dyetrzich de Senycze Jesskoni de Senycze et suis heredibus, in villa Senycz, Curiam allodialem duo prata et medium Juspatronatus Ecclesie ibidem, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem, uel suis heredibus reseruans vendidit hereditarie possidendam.)

574. (Johan de Wyczemerzicz Stephano de Wyczemerzicz Katherine vxori sue et ipsorum heredibus Ibidem in Wyczemyericz Curiam allodialem cum pratis et alijs suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam, nichil sibi reseruans.)

575. Johanka Conthoralis Gychonis de Drzowicz Janonem filium suum super dotalicio suo, quod habet in Drzowicz, suscepit in veram vnionem.

(F. XLIII. v.) 576. Jan de Drzowicz predictus Jankonem de Rakussek super bonis et hereditatibus, quecumque habet in Drzowicz, suscipit in veram vnionem.

577. (Erhardus de Zoprostowicz Witussio de Roscenye et suis heredibus in villa Symrze mediam Curiam allodialem, quod vocatur na Hrachowcze, cum pratis pascuis siluis et vniuersis pertinencijs, quibuscumque nominibus appellantur, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam fluminibus eciam inclusis ibidem.)

578. Jakubek de Zesdyetyna Zuboni de Zesdyetyna et suis heredibus Ibidem in Zesdetyn, [1]) et in Sczytowycz tres marcas census annui cum prato, quod Ostrow dicitur, et in Wrbatek septem quartalia agrorum censualia, cum pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs suis, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

579. (Sobyehrd de Strzyetez Welislaum dictum Wlassak et Hanconem plebanum in Drahanowicz fratres suos germanos super omnibus bonis suis, que vbicumque habet, suscipit in veram vnionem na spolek vna cum heredibus Wlassakonis fratris sui predicti.)

580. (Gyndrzich de Vnyeticz Aymanoni de Vnyeticz et suis heredibus Ibidem in Vnyeticz partem suam totam bonorum et Jus, sicut eum concernit, et sicut dicta bona a Hrzywyno de Rosczytek ibidem conparauerat, eidem Haymano et suis heredibus dedit hereditarie possidendum, nichil sibi ibidem reseruans, cum pleno Jure et dominio et pertinencijs suis.) 1397.

581. (Protywecz de Zastrzezl suum dedit consensum ad hoc, ut Johannes de Raplicz.) [2])

582. (Protywecz de Zastrzezl in villa Chwalnow, quidquid ibidem habet, Nouem fertones et tres grossos census annui Margarethe et Johanni marito suo de Draplicz Jure dotalicij deputat et assignat.)

583. (Gyndrzich de Zastrzezl Margarethe et Johanni de Draplicz marito suo in villa Zastrzezl tres fertones minus tribus grossis census annui Jure veri dotalicij deputat et assignat.)

584. Wytko de Strazowicz Protywczoni de Zastrzizl, et suis heredibus, In villa Leskowecz vnum laneum censualem cum suis vniuersis pertinencijs vendidit hereditarie possidendum, prout solus tenuit.

585. Mixiko de Tuczap Agnescze de Vnyeticz sue Conthorali in bonis Tuczap videlicet Curia allodiali, tribus curticulis siluis pratis pascuis et eorum pertinencijs omnibus vigintiquinque marcas grossorum Jure dotalicij deputat et assignat, Et Hayman de Vnyeticz suscepit illud dotalicium, et si quid ibidem deficeret, hoc impleri debet in bonis eius.

586. (Anna relicta Vlrici de Chomutowicz super bonis suis et dotalicio, quod habet in Chomutowicz, pueros suos videlicet Laurencium Margaretham filiam Byetkam et Bychnam filias suas suscepit in veram vnionem.)

(F. XLIV. r.) 587. (Mixik de Dluhomyl Zwyestoni de Topolan In Dluhomyl Curiam allodialem et quartumdimidium quartale censuale cum omnibus suis pertinencijs, nichil sibi ibidem reseruans, prout solus tenuit, Sibi Zwiestoni et suis heredibus vendidit hereditarie possidendum.)

588. (Johanka de Komorowa Jarossio de Czimburg et suis heredibus In villa Komoraw Curiam allodialem cum curticula siluis pratis pascuis et vniuersis suis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam, prout sola tenuit.)

589. Mathias de Zarussek Krzeczowczoni de Zarussek et suis heredibus Ibidem in Zarussek Curiam allodialem cum agris pratis pascuis siluis et vniuersis suis pertinencijs, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

590. Krzeczowecz Jesko de Zarussec Brigide vxori sue In Curia allodiali in Zarussek agris pratis pascuis siluis et vniuersis eorum pertinencijs Quinque marcas census annui in quinquaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et frater ipsius Brigide patruelis suscepit illud dotalicium, sic quod quidquid ibidem deficeret, hoc in bonis suis adimpleri debet, Stibor de Wisskowicz.

591. (Jessek Krzeczowecz de Zarussek et Brigida

[1]) *Die im Orig. nachfolgenden drei Worte „vnum laneum censualem“ sind durchstrichen.*

[2]) *Dieser Anfang einer unvollendeten Einlage ist durchstrichen, und am rechten Rande steht von einer andern Hand das Wort: „vacat“. Vergl. die Einlage Nr. 582.*

1397. sua Conthoralis Lybomyrio de Rosczytek Ibidem in Rosczytek Jus dotalicij, quod habuerunt, videlicet quinquaginta marcas grossorum, sibi et suis heredibus vendiderunt.

592. (Mraxo de Mylonycz Bystrziconi de Oynycz et suis heredibus In Milonowicz Juspatronatus Ecclesie cum vna Curticula, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans vendidit et dedit hereditarie possidendum.)

593. Agneska de Longa villa Johannes et Benessius filij ipsius dicti de Oppatowicz, Agneska predicta quidquid in villa in Wrchoslawicz et Longavilla, dotalicij obtinet, et Johannes et Benessius filij sui predicti cum omnibus eorum bonis, omnes insimul tam mater quam filij predicti, que habent in dictis bonis Wrchoslawicz et Longavilla inuicem sunt congressi, ipsa videlicet cum dotalicio et ipsi cum bonis predictis.

594. (Gyndrzich de Jarohnyewicz, Jarossio de Starewssy et Jakubconi de Zrakodaw et eorum heredibus In villa Jarohnyewicz Curiam cum duabus araturis pratis siluis vnum laneum censualem minus medio quartali, duas thabernas, Septem curticulas censuales, Item in Drazowicz vnam curticulam cum pleno Jure et dominio vniuersis et singulis pertinenijs, sicut solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

595. (Laczko de Crawar alias de Helfenstein Sdyncze Conthorali Pessikonis de Bykowicz Super opido Hustopecze suo decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum Jure dotalicij deputat et assignat, Wyeczko de Oppatowicz patruus prefate Sdyncze suscepit idem dotalicium, et quidquid in dicto opido deficeret, hoc impleri debet in bonis suis.)

(F. XLIV. v.) 596. Tasso de Bozkowicz Fridrico de Czirchau et suis heredibus et ad manus fideles nobilis Erhardi de Cunstat villam Suobolky integram cum hominibus censibus agris siluis pratis pascuis vtilitatibus et vniuersis eius pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

597. Gezdon de Liboswar Domcze Conthorali sue Ibidem in Liboswar ad illa, que prius sibi intabulauit pro dotalicio, plenas et integras ibidem Robottas addidit, et dedit Jure dotalicij.

598. Andreas de Paulowicz Bonussy vxori sue octo marcas grossorum census annui In villa Pawlowicz super septem laneis censualibus quatuor curticulis vna thaberna, media Curia allodiali cum singulis pertinencijs pratis videlicet et vna piscina, exclusis solummodo siluis, Jure dotalicij deputat et assignat, Et Sobyeno de Zborowicz illud suscepit dotalicium, et quidquid ibidem deficeret, hoc in bonis eius debet adimpleri.

599. (Jessek de Senycz Offcze Conthorali sue in magna Senycz super Curia allodiali, que fuit olym Kunssiconis et suis vniuersis pertinencijs Jurepatronatus solummodo excluso Triginta marcas grossorum Jure dotalicij deputat et assignat, Et Johan de Wranowicz pater Offcze predicte illud suscepit, et quidquid ibi deficeret, debet impleri in bonis eius.)

600. Jarossius de Byelowicz dictus Kuzel Henrico de Jarohnyewicz et suis heredibus In villa Trubky duos laneos censuales et vnam curticulam censualem et tres curticulas minores cum siluis pratis pascuis et vniuersis eorum pertinencijs cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans ibidem, vendidit hereditarie possidendos. 1397.

601. Sobyeno de Trubek Henrico de Jarohnyewicz et suis heredibus In villa Trubky Curiam allodialem, quinque laneos censuales, et duas thabernas, tres curticulas, Molendinum sub villa Trubky situm, cum siluis pratis agris pascuis Riuis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam vnacum Balneo ibidem in Trubky.

602. (Bolek de Bystrzicz Henrico presbitero et Damykoni fratribus de Swabenycz et eorum heredibus Curiam allodialem in Dyedkowicz prope Swabenycz agris pratis pascuis vtilitatibus et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

603. Petrus alias Jaross de Antiqua villa et Orphani Henslini de Antiqua villa, Misliborio de Prus et Katherine sorori sue et Janoni filio ipsius Katherine, et eorum heredibus, in villa Chwalkowicz super Curia allodiali ibidem tres marcas grossorum census annui cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil omnino sibi et heredibus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem (reseruans?) vendidit hereditarie possidendas.

(F. XLV. r.) 604. (Janacz de Vgezd Mykulassoni de Rossekacz et Ewcze vxori ipsius villam Dobrkowicze integram cum hominibus censibus agris siluis pratis pascuis ac vniuersis ipsius pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij ibidem (sic) reseruans, predictis Mikulassoni et Ewcze et eorum heredibus vendidit hereditarie possidendam, et si alicubi alibi in tabulis intabulata inuenirentur, non debent aliquem vigorem habere sed debent deleri de tabulis.)

605. Troyan de Trpenowicz Herssoni de Trpenowicz, fratri suo et suis heredibus, Curiam allodialem ibidem in Trpenowicz cum pratis fluminibus pascuis Siluis et alijs vniuersis pertinencijs et pomerijs, et specialiter cum silua, que ad Czechowicz olim spectabat, cum pleno Jure et dominio, sicut solus tenuit, nichil sibi in eadem Curia et suis pertinencijs reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

606. Hersso dictus Skrzyetek de Trpenowicz et Raczko frater eius plebanus in Wessele cum omnibus bonis eorum, que vbicumque habent, alter eorum videlicet cum altero, inuicem sunt congressi, hoc est stupily su sye.

607. (Protywecz de Pawlowicz Perchte Conthorali sue In villa Pawlowicz super septem laneis censualibus et duabus Curticulis, et in media parte siluarum, ad hoc spectancium, que habere ibidem dinoscitur et super vniuersis pertinencijs decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum, in pingnus veri dotalicij deputat et assignat, Et Petrus Kygowecz de Kygowecz frater ipsius Perchte illud dotalicium suscepit et si quid ibidem deficeret, hoc in bonis suis debet adimpleri, Et Andreas de Pawlowicz frater germanus ipsius Perchte dicit et fassus est, esse bonum ipsius Perchte.)

608. (Protywecz de Pawlowicz Jarossio de Czimburg

1397. et suis heredibus In villa Nemochowicz in toto illo, quidquid ibidem in quatuor laneis censualibus habuit cum suis vniuersis pertinencijs, nichil excluso penitus, Quinque marcas grossorum census annui vendidit hereditarie possidendas, et cum hoc quinque grossos census.)

609. (Pessek de Bykowicz Wankoni de Bozcowicz et suis heredibus villam Zyrotky cum Curia allodiali et villam Lhotky integras cum hominibus censibus agris pratis pascuis Siluis vtilitatibus et vniuersis dictorum bonorum pertinencijs cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi Juris proprietatis uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

610. Anna in Tussicz Mixikoni de Honyeticz Quadraginta marcas grossorum, quas Jure dotalicij sui habuit in villa Honyeticz super Curia allodiali, laneis thaberna, Curticulis et alijs vniuersis pertinencijs vendidit et resignauit, Et Hersso et Andreas de Turowicz Auunculi ipsius Anne ad hoc consenserunt dicentes esse bonum suum.

611. Raczko plebanus in Wessele et Troyan de Trpenowicz fratres, Jeskoni de Rakussek alias de Klobuk et Wenceslao de Rakussek fratri suo germano et eorum heredibus, Curiam Allodialem in Wrahowicz cum vno laneo agris cultis et incultis ad ipsam spectantibus, qui wlgariter nunccupantur Nywy et Koppanyny, cum pomerio et molendino superiori, cum aquis Riuulis et obstaculo supra molendinum, cum silua Luzek dicta retro Molendinum, cum duobus pratis magnis, et pascuis, et cum alijs omnibus ad dictam Curiam spectantibus, et specialiter cum quatuor laneis hereditarijs censualibus et agro censuali, qui in wlgari Koppanyna dicitur, et cum quatuor curticulis censualibus, cum thaberna censuali, cum quarta parte Jurispatronatus Ecclesie in Wrahowicz, cum pleno Jure et dominio vniuersis pertinencijs, prout soli tenuerunt, nichil eis ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.

(F. XLV. v.) 612. Martinus et Buzko fratres de Drahanowicz Mikulassoni de Wogetyn et suis heredibus villam dictam Czrhow integram, cum Curia allodiali, hominibus censibus agris pratis siluis pascuis virgultis cum pleno Jure et dominio ac vniuersis et singulis pertinencijs, nichil sibi ibidem Juris proprietatis aut dominij reseruantes, prout soli tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidendam.

613. Jodocus Marchio et dominus Morauie Domine Katrussy Conthorali Budissij de Quassicz In et super bonis Tlumaczow Sexingentas marcas grossorum modo inferius expresso deputauit et dedit, videlicet quod ipsa Katrussie eidem Budissio marito suo de hijs superius nominatis pecunijs dedit post se racione dotalicij ducentas marcas, Et si predicta Katrussie prius moreretur, quam ipse Budissius maritus suus, tunc quadringente marce grossorum residue ad ipsum Budissium deuoluentur libere, Si vero ipse Budissius prius fuerit mortuus, quam ipsa Katrussie, tunc prefate Quadringente marce grossorum ad ipsam Katrussie vxorem suam deuoluentur libere, de quibus potuerit tunc disponere 1397. iuxta suam voluntatem.

614. Dywa de Czekynye Wenceslaum dictum Doloplaz et Janconem de Krakowcze omnium bonorum suorum, ubicumque habet, et suorum puerorum facit Commissarios, id est porucznyky moczne.

615. Maress de Lhotka Lytoltowy fratri suo germano et suis heredibus In villa Laznykach tres laneos censuales, vnam curticulam et pomerium, cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

616. Lytoldus de Laznyk Annam vxorem suam de dotalicio suo, quod habuit in Zdyslawicz, eam transducendo, In villa Laznykach super tribus laneis censualibus vna curticula et pomerio, quadraginta marcas grossorum racione et Jure veri dotalicij deputat et assignat, in Molendino eciam ibidem et alijs omnibus suis pertinencijs.

617. (Agnezka de Dyedcowicz Sulkoni dicto Mykesska de Dyedkowicz In villa Dyedkowicz super septem quartalibus agrorum et praetis, que Nywy vocantur, cum suis pertinencijs, Jus suum dotalicij, quod ibidem habuit, Sibi Sulkoni Mekescze et suis heredibus vendidit et dedit videlicet viginti marcas grossorum.)

618. Odpor.[1]) Leonardus de Borzythowa contradicit supradicte intabulacioni et facit odpor, dicens quod ipse supradicta septem quartalia agrorum et Nywy cum suis pertinencijs a predicta Agneska suis pecunijs conparasset, et refert se ad libros minoris Czude, volens hoc probare.

619. Buzko de Drahanowicz, Martino de Drahanowicz suo fratri et suis heredibus Omne Jus suum, quod sibi in villa Drnowicz quomodolibet conpetebat, in bonis in hominibus et alijs ibidem pertinencijs, dedit hereditarie possidendum, nichil sibi reseruans.

620. (Martinus de Drahanowicz Dorothee vxori sue super vniuersis bonis, nichil excluso penitus, que habet in villa Drnowicz, Quindecim marcas grossorum census annui in Centum quinquaginta marcis grossorum in pignus veri dotalicij dat et deputat, Et Sbynko de Drzyenoweho pater ipsius Dorothee suscepit predictum dotalicium, et si quid ibidem deficeret, hoc debet suppleri in bonis eius.)

(F. XLVI. r.) 621. (Hrzywyn de Rosczytek Dorothee, vxori Martini Noskonis, in Blatnem Vgezdye super media villa quinque marcas grossorum census annui in quinquaginta marcis grossorum racione dotalicij dat et deputat, transducendo ipsam de dotalicio suo, quod olim habuit in villa Nyetkowicz, Et Damyanus frater ipsius Dorothee germanus illud suscepit dotalicium et dicit, esse bonum suum, et si quid ibi deficeret, hoc compleri debet in bonis eius.)

622. (Janko de Krakowcze Henrico de Jarohnyewicz et suis heredibus in villis Trubky et Zdysslawicz[2]) Jus suum dotalicij, videlicet ducentas quinquaginta marcas grossorum, quas ibidem habuit et eciam super Molendinis, et parte tercia pomerij, vineis et Siluis, sicut

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Die zwei Worte „et Zdysslawicz" sind durchstrichen und am Schlusse der Einlage steht von einer anderen späteren Hand die Note zugeschrieben: „Henricus extabulavit Zdislauicz, sed alia sibi reservavit, quia illam villam vendidit."*

1397. solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit [1]) possidendum in pignus veri dotalicij, possidendum.)

623. Boczko de Cunstat alias de Lestnycz Ecclesie parrochiali Omnium Sanctorum in Wissehorzie et ibidem in Wissehorzie dimidiam terciam marcas grossorum census annui, In villa Pawlow quatuor marcas grossorum eiusdem census, Item in villa Zadlowicz duas marcas census, Item in magna Senycz tredecimam dimidiam marcas grossorum census, Item in Wrbatka duas marcas grossorum census annui in perpetuum donauit et dedit, Sic quod Altari sancte Katherine, quod est in predicta Ecclesia situm, nouem marce grossorum, census annui in perpetuum dari debeant atque solui de censibus supradictis. *Nota: „quod de villa Senycz XI. marce census et XXVI. grossi census annui ad villam Swabenicz super VI. laneis percommutacionem sunt translate Ita quod plebanus in illo censu XI. marcarum et XXVI. grossorum in Senycz nullum iam Jus debet habere nec sui Successores.*

624. Erhardus de Luczan dictus de Cunstat Ecclesie parrochiali Omnium Sanctorum in Wissehorzie, In villa dicta Magna Senycz tres marcas grossorum annui census, Item in Swabenycz duas marcas et decem grossos census annui in perpetuum dedit et donauit.

625. Benessius de Chudobyn Mixiconem de Chudobin fratrem suum super omnibus suis bonis, que habet vbicumque, suscepit in veram vnionem, id est na spolek.

626. (Martinus de Drahanowicz Buzkoni de Drahanowicz fratri suo totum Jus suum, quod in Borzuthow ipsum concernebat et ad eum post mortem matris est deuolutum, nichil sibi reseruans ibidem, eidem Buzkoni fratri suo et suis heredibus dedit et resignauit hereditarie possidendum.)

627. Buzko de Drahanowicz Anne de Zerawicz Conthorali sue in omnibus bonis suis, que habet in Borzuthow, Nouem marcas grossorum census annui in nonaginta marcis grossorum dedit et deputauit in pignus veri dotalicij, Et Jesko Kuzel de Zerawicz pater dicte Anne suscepit idem dotalicium, et si ibidem quid deficeret, debet in bonis suis suppleri.

628. Martinus de Drahanowicz et Buzko de Drahanowicz cum omnibus bonis ipsorum, que vbicumque habent, fecerunt congressum, quod wlgariter stupek dicitur.

629. (Jesko dictus Dupnyk z Nyetkowicz Benessio de Tlustomast in Osseczan Municionem cum Curia allodiali quintum dimidium laneos censuales vnam curticulam, in medio laneo ex alia parte dimidium sextum grossos census annui, In Kowalowicz super moledino dimidium alterum grossos census annui et quatuor pullos et vnam sexagenam ouorum, et molicionem ibidem in Molendino gratis sine precio, quocies necessitas ipsius exegerit, cum siluis pratis pascuis pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, sicut solus tenuit, Sibi et suis heredibus vendidit hereditarie possidendum.)

630. Odpor. [2]) Katherina de Osseczan contradicit et odpor facit dicens, quod bona in Osseczan cum Municione et Curia superius nominata, que Jesko Dupnyk Benessio de Tlustomast intabulauit, sunt hereditas sua paterna, et quod ad vendicionem huiusmodi eius non accessit consensus.

(F. XLVI. v.) 631. Jodocus Marchio Morauie Mixiconi de Honyeticz, quidquid ibidem Juris habuit et ad eum est deuolutum, totum illud, nichil sibi reseruans, sibi et suis heredibus dedit hereditarie possidendum. 1397.

632. Hersso de Popowicz Zdenkoni de Wyezek et suis heredibus In villa Wyezky Curiam allodialem vnum laneum censualem, vnam thabernam, vnam curticulam, cum siluis piscinis pratis pascuis cum pleno iure et dominio et vniuersis suis pertinencijs, prout solus tenuit, nichil ibidem omnino sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

633. Misliborius de Prus Petrum de Radowessicz ad omnium bonorum suorum, que habet, recepit in veram vnionem, que dicitur na spolek.

634. Katherina de Chwalkowicz Margarethe de Chwalkowicz sue filie Ibidem in Chwalkowicz Curiam allodialem cum siluis pratis pascuis et vniuersis pertinencijs excluso solummodo vno laneo censuali, quod ibidem pro se reseruat, dedit hereditarie possidendam.

635. Margaretha de Chwalkowicz Holaczonem de Borzuthow maritum suum et pueros, quos habebit cum predicto marito suo, ad Curiam allodialem in villa Chwalkowicz, siluas, prata, pascua et omnes pertinencias eorum, excluso vno laneo censuali, suscepit in veram vnionem, na spolek.

636. (Illustris Jodocus Marchio Morauie Johanni Klamoscze de Lompnicz et suis heredibus omne Jus suum, quod sibi quoquo modo in bonis Dubrawicz competebat, et ad eum est deuolutum, dat hereditarie possidendum.)

637. (Benessius de Tlustomast Petro de Trpyn et suis heredibus In villa Czessnowicze Municionem cum Curia allodiali, quatuor laneos censuales, vnam thabernam, quinque curticulas et medium Juspatronatus Ecclesie ibidem, cum siluis pratis pascuis, Item in villa Kotoged dimidium tercium laneos censuales et tres curticulas cum thaberna cum pleno Jure et dominio dictorum bonorum ac vniuersis eorum pertinencijs, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi omnino reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

638. Petrus de Trpyn Katherine vxori sue In villa Czessnowicze predicta super Municionem ibidem et Curia allodiali, quatuor laneis censualibus, vna thaberna, quinque curticulis, siluis pratis pascuis Octoginta marcas grossorum in pignus veri dotalicij dedit et deputauit, Et Henricus de Jarohnyewicz patruus ipsius Katherine suscepit idem dotalicium ita, quod si quid ibidem deficeret, hoc debet suppleri in bonis eius.

639. Woytyechius de Melicz Artlebo de Hradek et suis heredibus villam Nemoticz integram cum hominibus censibus agris Molendino piscinis siluis pratis pascuis vtilitatibus et eius vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus Juris uel dominij in bonis eisdem reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam, Jurepatronatus Ecclesie ibidem incluso, et si dicta alicubi Bona uel commissio inuenta existerent, in tabulis debet extabulari, et nullum vigorem dicta Commissio habere debet.

640. (Przedbor de Czimburg Elscze Conthorali sue super villis videlicet Turowicz cum Curia et Molendino

[1]) *Das im Orig. nachstehende Wort „hereditarie“ ist ganz durchstrichen.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1397. ibidem, Item super villa Lyppowa, et in media parte ville Lhotka, triginta marcas grossorum census annui in trecentis marcis grossorum Jure dotalicij dat et assignat, et si quid ibidem deficeret, hoc in alijs eius propinquis bonis debet adimpleri, Et Laczco de Crawar alias de Helfstain suscipit illud dotalicium.)

(F. XLVII. r.) 641. (Laczko de Crawar alias de Helfstain Elscze de Crawar Conthorali Przedborij de Czimburg et ipsi Przedborio de Czimburg marito suo super villis Bernarticz et Huorka et earum vniuersis pertinencijs viginti marcas grossorum census annui in ducentis marcis grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat.)

642. (Petrus de Crawar et Marquardus de Sternberg Nobili domine Anne Relicte olim Petri de Sternberg villas et Bona infrascripta ad Castrum Sternberg pertinencia, videlicet Klynowicz, Czyhowicz, Vgesd, Hnogicz, Hussowa, Mossczanky, Benatky, Dubany, Curiam Pernyk, Luzyczie, Lhota, Babyczie, Welislaw, Chabyczow, Stachowa, Lypyna, Lodyenycz, Dolow, Wessele, Zezhule, Krahuiczy, Ondrzegowicz, Sedmdwuor, Nouamuillam, Stara Lybowa, Czabowa, Reycharticz, Cristanowicz, Rudno, Meywald, Bluczy, Jacubczowicz, Steniek Herczwald, Tylouicz mediam et Lompnicz mediam cum siluis piscinis pratis et alijs vniuersis supradictorum bonorum pertinencijs in duobus Milibus et quingentis sexagenis grossorum racione veri dotalicij dant et assignant.)

643. Odpor. [1]) Prepositus de Landskrona et Canonici regulares ibidem faciunt odpor asserentes, quod villa Vgesd predicta, que nomine dotalicij domine Anne Relicte Petri de Sternberg est intabulata, sint bona eorum et quod eam suis pecunijs conparassent. [2])

644. Procopius dei gracia Marchio Morauie Bolcze Conthorali Zacharie dicti Sessel de Wssetat in villa Tyemycz totum censum, quem solummodo ibidem habet, in Centum quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat.

645. Idem Procopius Marchio Morauie Margarethe Conthorali Janonis de Morawan in et super villa Wlkoss viginti marcas grossorum census annui in ducentis marcis grossorum Jure dotalicij dat et deputat.

646. Petrus de Crawar et Marquardus de Sternberg Preposito... Canonicis regularibus et Conuentui Monasterij sancte Marie in Sternberg (villam Wytonicz integram) et villam Kysselowicz mediam cum hominibus censibus agris pratis siluis pascuis pleno Jure et dominio, nichil prorsus excluso, sed cum vniuersis eorum pertinencijs et vtilitatibus, nichil ibidem sibi uel eorum heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruantes, supradicto Monasterio dederunt perpetuis temporibus possidendam pro remedio anime olim Petri de Sternberg.

647. Odpor. [3]) Abbas et Conuentus Monasterij Gradicensis prope Olomuncz ordinis Premonstratensis faciunt odpor et contradicunt asserentes, quod villa Lodyenycz media cum alia villula deserta Lodyenyczky cum silua Ratnow dicta et alijs eorum pertinencijs, que nomine dotalicij Anne Relicte olim Petri de Sternberg sunt intabulata, sint bona eorum et dicti Monasterij, et dicunt, se literas bonas super eo obtinere, et quod dicte ville non sint intabulate alteri. 1397.

648. Odpor. [4]) Marquardus de Sternberg facit odpor contra odpor predicti Abbatis et Conuentus predictum, quod predicte ville, contra quas fecerunt odpor, videlicet mediam Lodyenycz et villulam desertam Lodyenyczky Stephanus de Sternberg Zdenko filius eius, Albertus Episcopus Luthomislensis, filius dicti Stephani, Petrus de Sternberg nepos eius eadem bona sine impedimento a multis annis tenuerunt, et dicte ville post mortem eorum ad eum sunt deuolute.

(F. XLVII. v.) 649. (Jodocus Marchio Morauie Alberto dicto Wlk de Mylyczin et suis heredibus villam dictam Bzowe cum vniuersis eius pertinencijs, que post mortem olim Kanyewczonis ad eum est deuoluta dat hereditarie possidendam, Et Petrus de Crawar fuit Nunccius ex parte predicti Marchionis, ad cuius relacionem intabulacio prius facta est.)

650. Sdenco de Sternberg alias de Lucow Elscze Conthorali Alberti de Sternberg alias de Lukow filij sui in Opido suo Freynstat Sexaginta marcas grossorum census annui in Sexingentis marcis grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, Et si aliquid ibidem deficeret, extunc in villa dicta Freystatska suppleri debet et adimpleri, Et Jesko de Sternberg dictus de Lukow ad hoc suum dedit consensum.

651. Budissius de Quassicz Katrussy Conthorali sue in villa Trawnyk Municione ibidem et alijs vniuersis eorum pertinencijs Trecentas marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Johannes Klamoska de Lompnycz idem suscepit dotalicium, cum Siluis pratis, Curia allodiali, fluminibus et alijs pertinencijs omnibus, eciam in villa Trawnyk inclusis.

652. (Petrus de Crawar et Marquardus de Sternberg Oprudoni de Zarazicz et Margarethe ipsius Conthorali et suis pueris in villa Mosczenycze vnam Curiam cum aratura vna et tres laneos censuales, vnam tabernam et vnam curticulam et in deserta villa Jeuissouicz tres desertos laneos cum siluis et pratis et vnum molendinum cum omnibus eorum pertinencijs, in quibuscumque rebus existunt, nichil sibi ibidem reseruantes, exclusa solummodo Berna regali, dant hereditarie possidendum.)

653. Petrus de Crawar et Marquardus de Sternberg Martino de Drahanowicz et suis heredibus duos laneos censuales in Poczenycz cum eorum vniuersis pertinencijs, nichil excluso penitus, dant hereditarie possidendos.

654. Petrus de Crawar et Marquardus de Sternberg Sdenkoni et Jesconi de Sternberg dictis de Lukow Municionem Kolyczyn cum villa ibidem et Curia allodiali, villam Nyezkowicze, villam Mysloczowicze, villam Sazowycze, vilam Machowalhota, villam Hosstyssowalhota, villam Lechotycze, villam Markowa, villam Mezyrzyeczie, villam Syrotczie, villam Zyranowicze, villam Blazycze, cum hominibus censibus agris siluis pratis piscinis molendinis pascuis pleno Jure et dominio cum Jurepatronatus Ecclesiarum nichil sibi in bonis eisdem

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht der unrichtig gefasste und eben darum durchstrichene Anfang der Einlage Nr. 644: „Procopius Marchio Morauie Zacharie dicto.“*

[3]. und [4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1397. bonis (sic) et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruantes et generaliter cum omnibus dictorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus existunt, predictis Sdenkoni et Jeskoni fratribus et eorum heredibus dant hereditarie possidendum cum villa Raczkowa eciam inclusa.

655. (Procopius Marchio Morauie Jeskoni dicto Kuzel de Zerawicz et suis heredibus villam Ratysskowicz integram cum hominibus censibus agris pratis ac vniuersis et singulis suis, in quibuscumque rebus existunt, nichil ibidem sibi omnino reseruans, cum pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.)

656. Budissius de Quassicz Katrussy Conthorali sue in Opido Tlumaczow in illis bonis in quibus post se ipsa sua Conthoralis sibi dotalicium deputauit, viginti marcas grossorum census annui in ducentis marcis grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, Et Johannes Klamoska de Lompnicz hoc suscepit.

(F. XLVIII. r.) 657. Doman de Zaworzicz Jeskoni dicto Puska de Cunstat et suis heredibus in villa Dluhomylow tres marcas grossorum census annui in bonis et hominibus bene possessis cum pleno Jure et dominio, nichil sibi uel suis heredibus Juris proprietatis uel dominij, que ad censum predictarum trium marcarum, reseruando dat et intabulat hereditarie possidendum.

658. (Jan de Krakowcze Friczkoni de Olssan Anne vxori sue et eorum heredibus Curiam allodialem dictam Rownye cum agris omnibus ad illam pertinentibus, medium riuulum cum siluis pratis pascuis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil omnino ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

659. (Machna Relicta olim Wlachnonis Pessikoni et Bolikoni fratribus filijs suis et eorum heredibus in villa Vherczich totum, quidquid habet ibidem, et Jus sui dotalicij, quod habet ibidem, nichil excluso penitus nichil sibi ibidem reseruans [1]) possidendum dedit in Jus veri dotalicij.)

660. Margaretha de Wildemberg Janonem de Morawan maritum super dotalicio suo toto, quod habet in Wlkoss, suscepit in veram vnionem na spolek.

661. Vlricus de Lhota Gytcze Conthorali sue Super mediam villam dictam Rzymycze, super hominibus siluis pratis et vniuersis eorum pertinencijs et piscinis, sicut ea solus tenuit, Centum viginti quinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, et Sobyeno de Sborowicz hoc suscepit.

662. Jan de Wyczkow alias de Ptenye Skoncze [2]) Conthorali sue in bonis Ptenye quinquaginta marcas grossorum ad illas ducentas quinquaginta marcas prius intabulatas addendo dat et assignat, Sic quod in bonis Ptenye et Bernow habeat racione sui dotalicij cum predictis quinquaginta marcis, quas racione dotalicij sibi deputauit in bonis Ptenye et Bernow Trecentas marcas grossorum, exclusa Municione et Curijs.

663. (Idem Jan de Ptenye Benessium et Albertum fratres de Wyczkow ad omnium bonorum suorum hereditariorum, vbicumque habet, suscepit in veram vnionem, na spolek.)

664. (Henricus de Jarohnyewicz Johancze Conthorali sue transducendo ipsam de dotalicio suo, quod habuit in Jarohnyewicz et in Sborowicz, In bonis Trubky, sicut ea a Jarossio et Jancone de Krakowcze conparauit, vigintiquinque marcas grossorum census annui in ducentis quinquaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij deputat dat et assignat super hominibus censualibus et possessis ibidem in Trubky, Et Sobyeno de Sborowicz illud suscepit.) 1397.

665. Henricus de Jarohnyewicz Janonem de Blyssicz ad omnium bonorum suorum, que habet, recepit in veram vnionem na Spolek.

(F. XLVIII. v.) 666. Wenceslaus de Domamyslicz Anne sue Conthorali in Domamyslicz super Curia allodiali ibidem et in quarta parte molendini et eorum vniuersis pertinencijs Quinquaginta Marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, et Erhardus de Cunstat illud suscepit.

667. Sobyehrd de Strzyetez Welisslaum dictum Wlassak de Strzyetez et Hanconem plebanum de Drahanowicz super hereditatibus et bonis, quas habet in villis inferius expressis videlicet in villa Schonwald super duodecimam dimidiam marcas census annui minus VI. grossis, In villa Brzwenczy quinque fertones grossorum census, In morauiculi Lybyna super vna marca grossorum et decem grossis census, In Myrotyn vnam marcam et decem grossos census, In Bohdalicz dimidiam terciam marcam census In hereditatibus, et ibidem in Bohdalicz in Curia duarum araturarum super quinquaginta marcis grossorum, quas racione dotalicij habet, In Sussicz in hereditatibus dimidiam octauam marcas census, que quidem bona superius nominata et heredi-tates Jure terre obtinuit, suscepit in veram vnionem, que dicitur Spolek vna cum heredibus Welislai Wlassaconis predicti.)

668. Bussek de Krasna Pessiconi de Czechowicz et suis heredibus in Lhota dicta Patslawska hereditates suas et bona cum hominibus censibus siluis pratis et alijs vniuersis pertinencijs totum illud, quidquid ibidem habuit, nichil sibi ibidem reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum, suam videlicet porcionem, et si alicubi alibi hoc intabulatum existeret, illud debet extabulari et deleri et nullum debet habere vigorem.

669. (Pessico de Czechowicz Katherine vxori sue In Lhota Patslawska et vniuersis ad hoc spectantibus, que ibidem habet, Septuaginta quinque marcas grossorum Jure dotalicij dat et assignat, Et Bedricus de Lilcze suscepit illud, et quid ibi deficeret, debet suppleri in eius bonis.)

670. Artlebus de Hradek Protywczoni de Pawlowicz et suis heredibus villam Chwalkowicz cum hominibus censibus agris pratis siluis pascuis cum pleno Jure et dominio, prout eadem bona ipse tenuit et possedit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, cum Jurepatronatus Ecclesie ibidem incluso vendidit hereditarie possidendam.

671. (Artlebus de Hradek Vrsule Conthorali sue in Nemoticz super hominibus censualibus ibidem decem marcas census annui in Centum marcis grossorum in

[1]) *Die im Orig. nachfolgenden drei Worte: „vendidit dedit hereditarie“ sind unterpunctirt.*

[2]) *Dieser Name steht oberhalb des durchstrichenen „Jutcze“.*

1397. pingnus veri dotalicij dat et assignat, Et Bedricus de Lylcze illud suscepit, et si quid ibi deficeret, hoc debet impleri in bonis suis.)

672. (Artlebus de Hradek [1]) Lyczconem et Bedricum fratres suos de Lylcze ad bona Nemoticz ad illa solummodo, que vltra dotalicium vxoris sue resultant, recepit in veram vnionem.)

673. Barssiko de Czihowicz Jesconi dicto Puska de Cunstat et suis heredibus, in Wzdunka viginti marcas grossorum census annui, quas Jure terrestri obtinuit, et sibi adiudicate sunt, nichil sibi ibidem occasione dicti census omnino reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

674. (Offka de Blissicz Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus Curiam allodialem in Blyssicz cum siluis pratis agris pascuis cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam vna cum suis vniuersis pertinencijs.)

(F. XLIX. r.) 675. Johan de Rosczyn Dorothee vxori sue super quinque laneis censualibus, quos habet in villa Rosczyn Sex marcas annui census in Sexaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Onsso de Kunkowicz frater Dorothee predicte hoc suscepit, et quidquid ibi deficeret, hoc in bonis suis debet impleri.

676. Andreas Sarowecz de Sarow Katherine Conthorali sue in Hradssowicz super tercio dimidio laneis censualibus et possessis, duabus curticulis, vna thaberna na Wozyczy tres marcas grossorum census annui in Triginta marcis grossorum Jure dotalicij dat et assignat, Et si quid ibidem deficeret, hoc debet in Sarow, in bonis bene possessis et non inbrigatis adimpleri, Et Hrdko de Vhrzecz frater Katherine illud suscepit.

677. Valentinus de Magetin Herardo de Lyderzowa et suis heredibus in Opprostowicz Curiam allodialem cum pratis piscinis siluis agris pascuis, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, cum vniuersis suis pertinencijs, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam, cum hominibus censualibus et fluminibus ad hoc spectantibus. [2])

678. (Mixico de Trabenycz, Ewe de Trabenycz et Semyslawoni ibidem fratri eius et eorum heredibus Curiam allodialem in Trabenycz cum pratis agris pascuis et eorum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

679. (Przibiczko de Zarussek Anne vxori sue super altero dimidio laneo censualibus et bene possessis in Mutnycz [3]) decem et octo marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat, et Lytoldus de Laznyk frater patruelis ipsius Anne illud dotalicium suscepit, et quidquid ibi deficeret, hoc debet impleri in bonis eius.

680. (Anna de Laznyk Mikulowy de Pawlowicz et suis heredibus triginta marcas grossorum, quas Jure dotalicij in Zdisslawicz super Municione ibidem et Curia pratis pascuis agris et eius pertinencijs habuit, vendidit eo Jure, sicut sola tenuit.)

681. Przessko de Rakussek Petro de Crawar alias de Plumnaw et suis heredibus In villa Rakusky Curiam allodialem cum tribus Curticulis cum pratis siluis pascuis et flumine, cum omnibus eorum pertinencijs, nichil sibi ibidem reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam. 1397.

682. (Hanussius de Witstayn Katherine Conthorali sue In villa Buk super hominibus censualibus ibidem et possessis decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

683. (Hrzywyn de Rosczytek Machne Conthorali Matyeykonis de Zarussek In Sardyczky super duobus laneis censualibus et eorum pertinencijs dimidiam terciam marcas grossorum census annui in vigintiquinque marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, et Matyeyko de Zarussek maritus ipsius Machne illud suscepit, et quidquid ibi deficeret, hoc debet impleri in bonis eius.)

684. (Damyanus de Nyetkowicz Georgius et Mixico fratres de Nyetkowicz Martino dicto Nossek de Naczessicz et suis heredibus Curiam allodialem, Sex laneos censuales et vnam curticulam In Nyetkowicz cum hominibus agris pratis siluis riuis et alijs vniuersis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruantes, sicut soli tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidendam.)

(F. XLIX. v.) 685. (Martinus de Naczessicz Mikulassoni dicto Roman de Misleyowicz et suis heredibus In villa Nyetkowicz Curiam allodialem, Sex laneos censuales et vnam curticulam, cum hominibus agris pratis siluis Riuis et alijs suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

686. (Mikulass dictus Roman de Mysleyowicz Anne vxori sue super bonis In Nyetkowicz videlicet ibidem super Curia allodiali sex laneis censualibus et vna Curticula super hominibus agris pratis pascuis siluis Riuis ac vniuersis pertinencijs, nullo prorsus excluso, Centum vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, et Artlebus Sczyrka de Obora et Parcziffal eius filius illud susceperunt, et quidquid ibidem deficeret, hoc impleri debet in bonis eius.)

687. Bussko de Krasna Janoni Holencze de Senycz et suis heredibus In villa Czessicz Curiam allodialem, duos medios laneos, duas Curticulas, cum pratis pascuis Riuis et alijs eius pertinencijs, nichil sibi reseruans, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

688. Sdenko de Wezek Wisskoni de Zaworzicz et suis heredibus omne Jus suum, quod in villis in Olessne et Hrabyssina Jure terre obtinuit, nichil sibi prorsus reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

689. (Gytka de Oppatowicz, ad dotalicium suum, videlicet quinquaginta marcas grossorum, quas habet in Oppatowicz super villa ibidem et Curia octo pueros suos recepit in veram vnionem, na spolek.)

690. Sbynka de Drzyenoweho Anne Conthorali sue Super villa Teteticz videlicet super hominibus censuantibus ibidem Sex marcas census annui in Sexaginta

[1]) *Das im Orig. vorstehende „Rad“ ist unterpunktirt.*

[2]) *Am rechten Rande steht von einer spätern Hand: „Odpor quere post.“*

[3]) *Die im Orig. nachfolgenden Worte „in Zarussek“ sind durchstrichen.*

1397. marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, transducendo eam de dotalicio suo, quod habuit in Tuczap et Petrus dictus Kygowecz frater Anne predictum illud suscepit, et si quid ibi deficeret, hoc suppleri debet in bonis eius.

691. Anna Conthoralis Jeskonis Klyssonis Sbynkoni de Drzyenoweho et suis heredibus in villa Vherczy duos laneos censuales, cum eorum vniueris pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil in eisdem laneis sibi reseruantes, prout soli tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidendos.

692. (Protywecz de Pawlowicz Perchte de Habrowan In villa Chwalkowicz duodecim laneos censuales et bene possessos cum vniuersis dictorum laneorum pertinencijs, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendos.)

693. (Perchta [1]) de Habrowan duodecim laneos censuales et bene possessos cum eorum pertinencijs in villa Chwalkowicz pueris suis omnibus dat et resignat.)

694. Jessko dictus Kuzel de Zerawicz Dorothee Conthorali sue In Artlebow media villa, in parte illa, que ad Czudam Olomucensem pertinet, et eius partis vniuersis pertinencijs siluis pratis vineis piscinis viginti marcas grossorum census annui in ducentis marcis grossorum Jure dotalicij dedit et deputauit, et Gymramus de Vgezd frater ipsius Dorothee illud suscepit ita, quod si quid ibi deficeret, hoc in bonis eius debet impleri.

(F. L. r.) 695. Hussye de Prowazye Jesskoni dicto Puska de Cunstat et suis heredibus In villa Klobuczky super hominibus censualibus et possessis, et Molendino ibidem et suis vniuersis pertinencijs, pleno Jure et dominio, Septem marcas grossorum census annui, nichil sibi ibidem Juris uel dominij reseruans, prout solus habuit, et tenuit, vendidit hereditarie possidendum, et si illud alicubi sibi uel suis heredibus alibi intabulatum existeret, illud petiuit idem Hussie per Camerarium et officiales Czude maioris Olomuczensis extabulari et deleri, eo quod nullum vigorem debent obtinere.

696. Bartoss de Morawan Jesconi dicto Puska de Cunstat et suis heredibus In villa Klobuczky super hominibus censualibus et bonis possessis quatuor marcas grossorum census annui, nichil sibi in dicto censu Juris proprietatis uel dominij reseruans, cum omnibus dicti census pertinencijs, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

697. (Janacz de Vgesd Mikulassoni de Rozssochacz Ewcze Conthorali ipsius et eorum heredibus) (sic).

698. Anna de Laznyk Janonem de Laznyk maritum suum In villa Wladiczy Vgesd ad dotalicium suum videlicet Sedecim marcas grossorum, quas in Curia ibidem habere dinoscitur, suscepit in veram vnionem na spolek.

699. (Sudka de Poczenicz Jesconem dictum Kuzel de Zerawicz ad dotalicium suum videlicet Centum marcarum, quod habet in Poczenycz recipit in veram vnionem, id est na spolek.)

700. (Arnestus de Eywanye Janoni de Meylicz et suis heredibus In villa Pawlowicz Curiam allodialem vnum laneum et duas curticulas censuales cum pratis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.) 1397.

701. Venerabile Capitulum Olomucensis Ecclesie Wenceslao Doloplass In villa Bystricz dimidium septimum laneos censuales cum vna Curticula, cum vniuersorum dictorum laneorum et Curticule pertinencijs, cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruantes, commutando bona pro bonis, Sibi Wenceslao et suis heredibus dant et assignant possidendum hereditarie.

702. Wenceslaus dictus de Doloplass eidem Olomucensi Capitulo In villa Charwaty [2]) laneos censuales quatuor, vnam thabernam, quinque Curticulas, et Rubeto retro Curiam, cum aquis singulis ad hoc spectantibus cum pleno Jure et dominio ac vniuersis pertinencijs, prout solus tenuit, nichil prorsus ibidem sibi (reseruans?) commutando bona pro bonis dat in perpetuum possidendum.

703. Woyslaus et Jano fratres de Paczlawicz cum omnibus et singulis eorum bonis, que habent, sunt inuicem congressi, hoc est stupyly su sye.

(F. L. v.) 704. Jodocus Marchio Morauie Sdenkoni de Sternberg et suis heredibus Municionem Zlyn cum opido et villas ac bona inferius nominata, videlicet villam Brzeznicz, Item mediam villam Selythowicz, Item villam Trnawam, villam Klyczowka, villam Czepkowa, villam Mladczowa, villam Zbozna, villam Prsczna, villam Bonyetyna, Item villam Czeykowicz cum Municione ibidem vineis, decimis, Curijs allodialibus, Siluis et piscinis, Item Senstrass cum Jurepatronatus ecclesie, Curijs allodialibus, piscinis, decimis et eciam cum Jurepatronatus ecclesie in supradicta Czeykowicz, Item bona in Lowczycz, Item in Nyempczicz parua vineas cum pleno dominio, cum hominibus dictorum bonorum omnium censibus agris siluis pratis pascuis Riuis fluminibus et alijs vniuersis pertinencijs dictorum bonorum et vtilitatibus, in quibuscumque rebus existunt, nullo prorsus excluso, nichil sibi in bonis predictis et suis heredibus uel Successoribus Marchionibus Morauie Juris proprietatis uel dominij reseruans, et specialiter cum Jurepatronatus Ecclesiarum omnium bonorum predictorum prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.[3])

705. Jesko dictus Pusska de Cunstat Proczkoni de Cunstat fratri suo germano et suis heredibus omnia bona sua et Jus suum [4]), que fuerunt Alschonis olim de Cunstat, et que ipse Jesko Puska predictus habuit et tenuit, videlicet in Lyssicz et in villis omnibus cum eorum vniuersis pertinencijs et vtilitatibus, que solummodo ad porcionem dicti Alssonis pertinebant cum pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, dedit et resignauit hereditarie possidenda.

706. Wissko de Zaworicz Domanoni fratri suo de Zaworicz et eius heredibus In Dluhomylow Curiam allodialem cum hominibus censualibus siluis piscinis pratis pascuis cum curticulis et Riuis cum pleno Jure et dominio, Bonis ibidem solummodo Jeskonis dicti Puska de Cunstat exceptis, cum vniuersis dicte Curie pertinencijs, nichil excluso penitus nichil sibi ibidem reser-

[1]) *Der im Orig. vorstehende Name „Anna“ ist durchstrichen.*
[2]) *Das im Orig. nachstehende Wort „quinque“ ist durchstrichen.*
[3]) *Am rechten Rande steht von einer andern Hand: „Odporquere“. Siehe Einlage n. 723.*
[4]) *Das im Orig. nachfolgende Wort: „tenet“ ist durchstrichen.*

1397. uans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

707. (Jacobus dictus Klas de Tyessan Knaboni de Drzowicz, Margarete vxori sue et eorum heredibus In Tyessan Curiam allodialem cum duobus laneis, vnam curticulam, pratis agris et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, quemadmodum quondam Troyan tenuit et ad Procopium Marchionem fuerat deuoluta, vendidit hereditarie possidendam, nichil ibidem reseruans, cum pleno dominio et specialiter eo Jure, si quod Marchioni Procopio ibidem competisset.[1])

708. Bartoss de Morawan Slawyene Conthorali sue, transducendo eam de dotalicio suo, quod habuit In Klobuczky, super Curia allodiali In Mostyenycz vna Curticula cum siluis pratis pascuis et super vniuersis pertinencijs super pleno Jure et dominio ad hoc spectante, nichil excluso penitus, Quadraginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat sibi.

709. Jan de Zarussek Pawliconi de Morawan et suis heredibus Curiam allodialem in Zarussek cum curticulis pratis siluis pascuis Riuis ac alijs omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, prout illud solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum, Et In Cogissicz partem suam totam, quam habet cum illis omnibus, que ad eandem partem suam pertinent, vendidit similiter nichil sibi ibidem reseruans hereditarie possidendam.

710. Lyderz de Ewanye Sbinconi de Dubczan et suis heredibus In Wyczemyricz tres marcas grossorum census annui et duodecim grossos cum pleno Jure et dominio, nichil reseruans sibi in censu predicto, cum suis omnibus pertinencijs, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendas.

711. (Henricus Heruolt de Herolticz Mikulassoni de Mezyrzyecze et suis heredibus Curiam allodialem in Chrudychrom cum hominibus agros habentibus et soluentibus vna Curticula cum siluis pratis fluminibus et alijs vniuersis ad eam pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruans, sed sicut solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. LI. r.) **712.** Zympflinus de Smrzicz Anne vxori sue Ibidem in Smrzicz super Curia allodiali, tribus quartalibus super pratis agris pascuis et vniuersis suis pertinencijs decem et octo marcas grossorum racione veri dotalicij dat et deputat, et Pessko pannifex de Prostans pater ipsius Anne illud dotalicium suscepit ita, quod quidquid ibidem deficeret, hoc debet in bonis eius impleri.

713. Odpor. [2]) Elyzabet mater et Margaretha eius filia de Chomutowicz odpor faciunt et contradicunt dicentes, quod in Curia allodiali in Tyessan et eius pertinencijs, quam Jacobus Klas de Tyessan Knaboni de Drzowicz vendidit et intabulauit, tam ipsa mater quam eciam eius filia predicta habent earum dotalicium et referunt se ad tabulas terre.

714. Odpor. [3]) Jacobus dictus Klas predictus contra predictum odpor, facit suum odpor et contradicit dicens, quod Elyzabet de Chomutowicz et Margarete eius filie dotalicium earum, quod habebant supra predicta Curia allodiali in Tyessan eis plene et integraliter expediuit et soluit, et quod ipse videlicet mater et filia a tabulis terre recesserunt, et non permiserunt extabulare earum dotalicium nec eciam voluerunt. 1397.

715. (Petrus de Crawar alias de Plumnow Anne Conthorali Johanonis de Wyczemyricz Super villa Sobyessucz super hominibus censualibus octo marcas grossorum annui census in Octoginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Sic quod quandocumque ipsam Annam mori contingeret, quod tunc Johan de Wyczemericz plenum Jus debet habere ad dotalicium supradictum, sicut superius continetur, Idem Petrus de Crawar supradictum dotalicium in Sobyessucz predicte Anne dedit et deputauit transducendo eam de priori dotalicio eius, quod ipsa Anna habuit in Wyczemyricz.)

716. (Friczco de Olssan et Anna sua Conthoralis Petro de Crawar et suis heredibus Curiam allodialem dictam w Rowny prope Krakowcze cum agris omnibus ad illam pertinentibus, medium riuulum cum siluis pratis et pascuis pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.) [4])

717. Czyhuowka de Czyhowicz Petro de Crawarn et eius heredibus Curiam allodialem de vna aratura in villa Olssan et duos laneos censuales tres tabernas braxatiles, quatuor curticulas et duo prata, et cum parte Jurispatronatus seu Collacionis Ecclesie ibidem ad hoc spectante, ac pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

718. (Petrus de Crawar alias de Plumnaw Anne Conthorali Johanonis de Wyeczemyericz In villis Chrzenowiczky et Mytrowky super hominibus censualibus octo marcas grossorum census annui in Octoginta marcis grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, et Jacubek de Rakodaw frater ipsius Anne illud suscepit, et quidquid ibi deficeret, hoc impleri in bonis eius debet, hoc tamen specialiter expresso, quod quandocumque predictam Annam mori contigerit, quod tunc statim Johan de Wyeczemyericz ipsius maritus plenum Jus debet habere ad dotalicium supradictum superius expressatum, Idem Petrus de Crawar supradictum dotalicium in villis Chrzenowiczky et Mytruowky predicte Anne dedit et deputauit transducendo eam de suo priori dotalicio, quod habuit in villa Sobyessucz, videlicet super hominibus censualibus, et supradictus Jacubko frater ipsius suscipiens illud dotalicium dixit et asseruit, hoc esse bonum tam predicte Anne quam Johanis ipsius Mariti, et si aliquid ibi deficeret, hoc in bonis eius impleri debet.)

719. Jezdon Medek de Stychowicz Petro de Crawar et suis heredibus In Stychowicz Curiam allodialem, quinque laneos censuales, tres curticulas, duas thabernas

[1]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand: „Odpor quere post †“ Siehe Einlage n. 713.*

[2]) *Steht am rechten Rande von einer andern Hand, und gehört zu der Einlage n. 707.*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[4]) *Unmittelbar vor dieser Einlage steht im Orig. der unrichtig gefasste und eben darum durchstrichene Anfang derselben, wie folgt: „Friczco de Olssan, Petro de Crawar et eius heredibus.“*

1397. vnum Molendinum, Riuulum, cum pratis siluis pomerijs et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis ibidem Juris proprietatis uel dominij reseruando, nisi solummodo medium laneum et curticulam retro Curiam excipiendo, quam pro se et suis heredibus reseruat, sed tamen regalem Bernam de predicto laneo medio et curticula, dicto Petro de Crawar debet soluere, illa omnia superius expressa vendidit hereditarie possidenda.

(F. LI. v.) vacat.

(F. LII. r.) **720.** Jodocus Marchio et dominus Morauie Bernhardo de Schuczendorff et suis heredibus Castrum Brnyeczko, Curiam allodialem, et opidum Brnyeczko et bona et villas infrascriptas videlicet Medelske, Obyedne, Wenkow, Nedwyezye, Kamenne, et in villa Rohly quod ad Brnyeczko pertinet, totum illud, villam Struppssin, cum hominibus agris censibus pratis siluis riuis molendino et generaliter cum omnibus pertinencijs bonorum dictorum et eorum vtilitatibus et obuencionibus, in quibuscumque rebus existant, nichil excluso penitus, prout Miksso dictus Morawa eadem bona tenuit et possedit, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidenda.

721. Bernhardus de Schuczendorff Bohussium et Janonem fratres de Schonwald ad omnium bonorum suorum, que habet in terra Morauie recepit in veram vnionem, quod wlgariter dicitur Spolek [1]) (Sic tamen quod si predictum Bernardum mori contingeret, quod tunc predicti fratres Bohussius et Jano de Schonwald Margarethe filie ipsius Bernhardi Mille marcas grossorum dare debent in paratis pecunijs uel in bonis illis, ad quorum vnionem sunt recepti demonstrare, que Mille marcas valerent, et postquam vnum ex illis factum fuerit, tunc dicta Margaretha non debet eadem Bona omnia impetere uel impedire quocumque Jure) *Nota quia Bohussius et Jano fratres de Schonwald Margarethe filie Bernhardi de Schuczendorff Mille marcas expediuerunt ad plenum, et ideo extabulacio facta est, sed vnioni non debet preiudicare in aliquo.*

722. Wissko de Zaworzicz, Elscze vxori sue Super villis videlicet Studenka et Trzemesska in hominibus censualibus et bonis ibidem bene possessis Quindecim marcas grossorum census annui in Quinquaginta et Centum marcis grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, et Jano de Schonwald frater ipsius Elscze illud suscepit, ita quod quidquid ibidem deficeret, hoc debet adimpleri in bonis eius.

723. Odpor. [2]) Jessko de Sternberg alias de Lukow pro parte sua et omnium suorum heredum odpor facit et contradicit, asserens quod Marchio Jodocus nullum Jus habuit intabulandi Bona Zlyn cum villis omnibus et suis pertinencijs et Bona Czeykowicz, que intabulauit fratri suo Sdenkoni de Sternberg alias de Lukow, et dicit, quod ipse et sui heredes dicta bona habent in tabulis terre ipsius inscripta, et habent veram congressionem cum Wilhelmo de Zlyn, cuius eadem bona fuerunt.

724. Bernhardus Hecht de Schuczendorf Anne Conthorali Bohussij de Schonwald In villa Cholyna super hominibus ibidem censualibus et bonis bene possessis et non inbrigatis Quindecim sexagenas grossorum census annui in Centum quinquaginta sexagenis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat iuxta consuetudinem terre Morauie, et Johannes Klamoska de Lompnicz illud suscepit et dicit, quod hoc bonum est ipsius Anne, et si quid ibi deficeret, hoc impleri debet in bonis eius. 1397.

725. Jodocus Marchio et dominus Morauie Petro de Crawar alias de Plumnow et suis heredibus Bona et villas inferius specifice scripta, videlicet Lesczyna, Rowenske, Ruda, Hertwykow, Janussow, Sczedrakow, Hostyz welika, Hostyz mala, Kubczow, Kompnatka, Wraskow, Budissow, tres maleatores, qui wlgariter hamry dicuntur, cum hominibus censibus agris pratis pascuis siluis fluminibus, riuis, molendinis, cum Jurepatronatas Ecclesiarum dictorum bonorum, cum vniuersis eorundem bonorum pertinencijs et vtilitatibus ac obuencionibus, in quibuscumque rebus existant, cum pleno Jure et dominio, quemadmodum dicta bona ad ipsum Marchionem post mortem olim Stephani de Sternberg sunt deuoluta, nichil ibidem sibi heredibus suis et Successoribus Marchionibus Morauie in eisdem bonis Juris proprietatis aut dominij reseruando, dedit hereditarie et in perpetuum possidenda cum villa media in Sweybohow et Judicio ibidem seu aduocacia inclusis.

726. Odpor. [3]) Adam de Przestawlk odpor facit et contradicit dicens, quod Walentinus de Magetin Curiam in Opprostowicz cum suis singulis pertinencijs Herardo [4]) de Lyderzow vendere et intabulare non potui ex eo, quod dicta Curia eque bene est sua sicut ipsius et cum hoc refert se ad tabulas terre, quia verus est suus Congressarius id est Stupnyk.

(F. LII. v.) **727.** Zacharias Sessel de Wssetat Bolke vxori sue de Holstain totum suum Nadbyt in equis, in armis, in annonis, in pecoribus, et pecudibus post mortem suam dedit liberaliter et donauit.

728. (Vnka de Magetin Jarosskoni de Laznyk et suis heredibus ibidem in Laznyk medium laneum censualem cum vniuersis et singulis suis pertinencijs, nichil sibi in eodem medio laneo reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

729. Wychna de Tupcze Stephanum maritum suum Ibidem in Tupcze ad dotalicium suum, videlicet viginti quinque marcas grossorum, quod habere dinoscitur, in veram suscepit vnionem, na Spolek.

730. Zwiesto de Topolan Margarethe vxori Andree de Zarzowa super Curia allodiali in Dluhomylow et hominibus censualibus ibidem et vniuersis eius pertinencijs Quadraginta marcas grossorum in pingnus veri dotalicij iuxta consuetudinem terre dat et assignat de sua libera voluntate.

731. Hrzywyn de Rosczytek Pessikoni dicto Nyemczek et suis heredibus In Ostrowanky duos laneos censuales, duas curticulas, cum pleno Jure et dominio cum suis vniuersis pertinencijs, nichil sibi ibidem reseruans,

[1]) *Am linken Rande steht von anderer Hand die Note: „Ista vnio permanet in suo vigore.“*

[2]) *Steht am rechten Rande und gehört zu der Einlage n. 704.*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[4]) *Der im Orig. vorstehende Name „Lyderzow“ ist durchstrichen.*

1397. eidem Pessiconi dicto Nyemczek de Dyedkowicz dedit hereditarie possidendos.

732. Stiborius dictus Pluh de Rabstain Mabkam sororem suam In villa Suchaloza ad quinque sexagenas grossorum census annui suscepit in veram vnionem de sua libera voluntate.

733. (Mikulass de Mezyrzieczie Dorothee Conthorali sue In Chudychrom super Curia allodiali et super hominibus agros habentibus et censualibus, vna Curticula, siluis pratis fluminibus et eius vniuersis pertinencijs, nichil prorsus excluso, Centum marcas grossorum racione veri dotalicij dat et deputat, et Pauliko de Morawan pater Dorothee predicte illud suscepit, et si quid ibi deficeret, hoc suppleri in bonis eius debebit.

734. Mixess de Chudobyn Offcze vxori sue, transducendo ipsam de dotalicio suo, quod in villa Pulicz super Curia allodiali habuit, eidem Offcze in eadem villa Pulicz super quatuor laneis censualibus bene possessis racione veri dotalicij Quinquaginta marcas grossorum dat et assignat, Si vero post mortem ipsius predicta Offka in statu suo viduali permanserit, tunc in villa Pulicz predicta super dimidio quarto laneo censuali Sex marcas grossorum census annui in Sexaginta marcis grossorum in pingnus veri dotalicij debet habere sine impedimento quolibet, et Henricus de Rakussek frater ipsius Offcze illud suscepit, et si quid sibi ibi deficeret, hoc debet impleri in bonis eius.

735. (Jan de magna Laznyk Anne conthorali sue transducendo eam de suo dotalicio suo (sic) quod habuit in villa Sedlczy super Curia allodiali In magna Laznyk predicta super dimidio altero laneis censualibus siluis pratis et rebus mobilibus, que nadbyt dicuntur, cum vniuersis pertinencijs Sedecim marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

736. (Rachman de Vgesd Anne Conthorali Janonis de magna Laznyk In Wladyczy Vgezd super Curia allodiali Sedecim marcas grossorum racione dotalicij deputat et assignat, Ita quod ipsa Anna vna cum illis Sedecim marcis sibi per maritum suum Janonem in magna Laznyk deputatis habeat integraliter XXXII. marcas pro suo dotalicio.)

737. Magdalena Strachotonis filia de Chomutowicz Jeskonem maritum suum In Chomutowicz ad Curiam allodialem, medium laneum duabus curticulis pratis pascuis siluis et omnibus eius pertinencijs, bonis et hereditatibus suis, que et quas ibi habet, suscepit in veram vnionem, na spolek.

(F. LIII. r.) **738.** Anna Janowa de Sedlicz recoguouit publice, quod Wytko de Dobrczicz vigintiquinque marcas grossorum, quas ipsa racione sui dotalicij habuit super Curia in Sedlcze, ab ea redemit et comparauit, et ideo prefata Anna dicto Wytkoni de Dobrczicz et suis heredibus supradictum suum dotalicium, quod sicut premittitur, habuit in Sedlcze super Curia, cum omni Jure suo quod ibidem sibi conpetebat, dedit et resignauit.

1398. (F. LIII. v.) **739.** Anno domini Millesimo CCC⁰ Nonagesimo octauo post festum Sancti Johannis Baptiste primo Sabbato [1]) Celebratum est Colloquium dominorum ex mandato Illustrissimi principis domini Jodoci Marchionis Morauie presidentibus officialibus videlicet nobili Jeskone dicto Puska Camerario, Sulikone de Konycz Czudario, et Jescone locum Notarij tenente, et eciam presentibus dominis infrascriptis: Erhardo de Cunstat, Laczcone de Crawar, Petro de Crawarn, Wilhelmo de Pernstein, Erhardo de Skal, Jescone et Sdencone fratribus de Lukow, Bernhardo, Alberto, et Alssone de Czimburg, Wockone de Crawar, Wankone de Bozkowicz, Johanne de Lompnicz, Jarossio de Czimburgh, Boczkone de Lestnycz, Budissio et Benessio de Quassicz, Sigismundo et Smilone de Lethowicz, Jaroslao et Marquardo de Sternbergh, Paulikone de Sowynecz et alijs multis Juuenibus Baronibus. 1398.

(F. LIV. r.) **740.** Jodocus Marchio Morauie Erhardo de Cunstat heredibus et Successoribus suis Bona infrascripta videlicet Castrum cum Municione seu Ciuitate Tribouia piscina et duobus molendinis ibidem Theloneo, Item villam antiquam Tribouiam, villam Vlicze feudalem, [2]) que in wlgari Dytrichsdorf nunccupatur, Item villas Rychnow Trzebowarow, antiqua Kutyna, noua Kutyna, Mladiekow Vndankx cum Molendino, Sussicze, Lynharticze cum Molendino, Podlessie, que est feudalis, villam Radyeczow feudalem, Borssuow cum molendino, Luczky cum tribus piscinis, Chrzenowa, Brzezyna, Grona, Malykuow, Mezyhorzie, Hartunkuow, Drofflyk, Janowa, Rudne, Pohled, Gryna circa piscina (sic) extra Ciuitatem iacentem, Zayff Petrussow, Vtyechow cum Curia ibidem feudali, Zypotyn, Bohdalowek maiori et minori, Perklyssow, Porussow, Item Siluas nunccupatas Sintenhengst Rychnowsky, Mistrowecz, Prklyssowu, Zypoty, Hartunkow, Steynperk, Dubowicze, cum agris cultis et incultis, montibus vallibus Rubetis venacionibus aucupacionibus pratis pascuis hominibus censibus, vasallis feudis ad dicta bona spectantibus, Jurepatronatus ecclesiarum incluso cum pleno Jure et dominio et alijs vniuersis eorundem bonorum pertinencijs, nichil prorsus excluso, sed per omnia, sicut pater ipsius domini Marchionis et ipse solus eadem bona tenuit, predictus dominus Jodocus dedit eis in veram hereditatem perpetuis temporibus possidenda, ut possit ipse Erhardus heredes et successores sui de eisdem bonis disponere vendere dare alienare aut de ipsis facere iuxta omnem eorum voluntatem, sicut de alijs suis proprijs et naturalibus bonis, Et si alicubi ista bona sunt intabulata, debent deleri, el nullum habere vigorem, nisi solummodo in loco isto.

741. Jodocus Marchio Morauie Erhardo de Cunstat heredibus et Successoribus suis Bona infrascripta videlicet Spranek locum Municionis nominatum cum bonis ad hoc spectantibus, videlicet cum villa Jaworowe, In villa Sobaczow, quidquid ad Spranek pertinet, cum Curia et Molendino ibidem, Item villam Bezdyekow Molendino, villam Hradnyczie cum hominibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis aquis vena-

[1]) *d. i. den 29. Juni.*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1398. cionibus et alijs vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil prorsus excipiendo sed per omnia, prout bona eadem Borzutha de Radkuow tenuit, in veram hereditatem ipsis dedit, ut possint eadem tenere vendere dare et disponere de ipsis iuxta omnem eorum voluntatem, sicut cum alijs naturalibus eorum bonis.

742. (Fridricus de Czirchow Katherine vxori sue in villa Sobolkach super hominibus censibus Siluis pratis pascuis et alijs vniuersis eorum pertinencijs, in ducentis quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij demonstrauit, Et ad hoc consensit Erhardus de Cunstat personaliter constitutus, Et Sigismundus de Lopoczie suscepit idem dotalicium loco fratris ipsius domine.)

743. Fridricus de Czirchow Petrum de Czirhow fratrem suum super Municione Kelczan et araturis allodialibus cum pratis pascuis et super villa Kelczany cum molendinis pratis Siluis et alijs vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio suscepit in veram vnionem videlicet na spolek.

744. (Fridricus et Petrus fratres de Czirchow, Zoffkam Sororem ipsorum ad quadraginta sexagenas grossorum in villa Kelczan receperunt in veram vnionem Sub tali condicione, quod postquam ipse Fridricus decesserit, quod ipsa Zoffka sit in possessione illius ville Kelczan et Municionis tam diu, quo usque dicte quadraginta sexagene grossorum sibi fuerint persolute.)

Et ad istas duas vniones dominus Erhardus de Cunstat consensit.

(F. LIV. v.) **745.** (Erhardus de Cunstat Katherine Conthorali Mertlykonis Magistri pixidum In villa dicta Vlycze ad Tribouiam spectante super hominibus censualibus ibidem Septem marcas annui census racione veri dotalicij dedit, Et Pesslinus dictus Stubner patruus ipsius suscepit illud.)

746. Jodocus Marchio Morauie consensit per literas suas patentes, ut Henricus senior de Lypa et filij sui cum Johanne orphano Ptaczkonis de Pirkstein haberent vnionem super bonis ipsius orphani videlicet Honczowycze Municione et villa ibidem, Item cum villa Brzezowa cum molendino, et quidquid in Jessow habet et in villa Mezycze cum eorum vniuersis pertinencijs, Sic tamen, ut illa vnio tamdiu duret, quousque idem orphanus ad annos debite etatis non peruenerit.

747. (Jodocus Marchio Morauie Alberto de Czimburg et suis heredibus racione suorum seruitiorum, que sibi exhibuit et exhibere poterit diligencius in futurum, Bona Vgezd cum hominibus censibus pratis pascuis Siluis rubetis piscinis fluminibus cum vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi Juris proprietatis aut dominij et suis Successoribus reseruans, dedit hereditarie possidenda.)

748. (Jesko Puska de Cunstat Erhardo de Cunstat heredibus suis et Successoribus primo in Lyssicz Curiam aliodialem homines censuales et Curticulas, cum agris cultis et incultis Siluis pratis pascuis, et omne Jus, quod ibidem habuit, cum Jurepatronatus ecclesie quarta parte, Item quartam partem Balnei in Lyssicz, Item quartam partem municionis Rychwald, et totum quidquid habuit in Lhota, in Kunycz, in Hlubokem, et Curiam allodialem in Styechow cum suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij in dictis bonis reseruans, et specialiter cum monte Siluarum, quem a Kunycone comparauerat, resignauit et dedit hereditarie possidendam in via permutacionis pro alijs bonis.) 1398.

749. Erhardus de Cunstat Jeskoni dicto Puska de Cunstat et suis heredibus villam Starechowycze integram cum duabus piscinis Jus patronatus ecclesie ibidem cum Curia allodiali cum agris cultis et incultis siluis pratis pascuis hominibus censibus et Curticulis et vniuersis eorum pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil sibi heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis et dominij in dictis bonis prorsus reseruans, dedit hoc et resignauit hereditarie possidendum In via permutacionis pro alijs bonis.

750. Sigismundus de Ronow alias de Lethowicz Elscze Conthorali sue in Borotin super Municione ibidem in hominibus censibus et Curia allodiali ibidem cum pratis pascuis, et in villa Nyrow integra super hominibus censualibus agris pratis pascuis et eorum bonorum vniuersis pertinencijs ducentas quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et Proczko de Lyssicz pater ipsius Elscze suscepit idem dotalicium et dixit, quod esset bonum suum.

751. Proczko de Cunstat alias de Lyssicz Katherine Conthorali sue in Lyssicz super hominibus censualibus vigintiquinque sexagenas annui census in pignus veri dotalicij deputat et assignat, Et Pauliko de Sowynecz[1]) suscepit idem dotalicium et dixit, esse bonum suum et predicte vigintiquinque sexagene census racione dotalicij deputate in quinquaginta et ducentis sexagenis sunt.

(F. LV. r) **752.** Offka de Drnowicz omnes pueros suos, quos habet, super suo dotalicio, videlicet Centum XXV. marcarum, quod habet in Drnowicz, recepit in veram vnionem, Sic tamen quod quamdiu predicta Offka vixerit, non debent eam ipsius pueri in dicto dotalicio impedire, post mortem autem eius dotalicium predictum ad ipsos pueros deuoluetur.

753. Sigismundus de Ronow alias de Lethowicz Elscze Coniugi sue villam Wranowa et duas araturas cum pratis et riuulo ibidem cum hominibus censibus agris et vniuersis pertinencijs nichil prorsus excipiendo cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, dedit liberaliter de speciali gracia et donauit, Tali tamen condicione notanter expressa, quod si post mortem ipsius predicta Elska cum pueris ipsius manere voluerit, quod tunc bona eadem obtineat, Si vero nollet cum pueris manere uel forte maritum duceret, quod tunc bona iam dicta pueri sui et non ipsa debeant habere.

754. (Petrus de Jewyssowicz Przibiconi Schelmberg dicto Syp et suis heredibus in Buyanowicz Sex laneos VII. Curticulas mediam Curiam allodialem et medietatem ville deserte Probstdorff dicte, Item quartam partem Jurispatronatus ecclesie in Buyanowicz cum agris pratis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij prorsus reseruando.)

755. Sigismundus de Ronow alias de Lethowicz Petrum

[1]) *Die im Orig. nachfolgenden drei Worte „pater ipsius Katherine" sind unterpunctirt.*

1398. de Crawar alias de Plumnaw omnium bonorum suorum, que habet uel habiturus est in futuro, et omnium puerorum suorum facit verum commissarium post mortem ipsius Sigismundi.

756. Alsso de Cunstat alias de Lyssicz Proczkoni de Cunstat alias de Lyssicz Ibidem in Lyssicz Curiam allodialem cum hominibus vniuersis ibidem, quos habet, et in villis Lhota, Kunycz, Hluboka et Czechowa totum, quidquid habuit et possedit et quartam partem Castri in Rychwald cum siluis pratis pascuis et vniuersis eorum pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi Juris proprietatis et suis heredibus reseruans, prout solus tenuit, eidem Proczkoni et suis heredibus vendidit hereditarie possidendam, Jurepatronatus ecclesie ibidem incluso, Et Jesko Puska de Cunstat constitutus personaliter ad hoc consensit resignans et renunccians omni Jure, si quod in prefatis bonis et porcione ipsius Alssonis sibi conpeteret uel habere videretur.

757. (Jodocus Marchio et dominus Morauie Gerhardo de Meraw et suis heredibus villam Postrzelmow videlicet Trigintaquinque marcas et XV. grossos annui census in eadem cum suis omnibus pertinencijs videlicet Agris cultis et incultis pratis pascuis montibus vallibus et omnibus alijs ad dictam villam spectantibus pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus et Successoribus Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendas.)

758. Benessius de Stralek alias de Hraczan Drslawoni filio suo et eius heredibus villam Hradczany cum Municione ibidem, cum Curia allodiali, hominibus censibus agris pratis pascuis siluis et vniuersis eorum pertinencijs et in villa Nahassowicz laneum cum agris, qui dicuntur Nywy, siluis et suis omnibus pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, dedit hereditarie possidendum in via permutacionis dando bona pro alijs bonis.

759. Drslaus de Stralek Benessio de Stralek patri suo et Sbynconi de Stralek fratri suo et eorum heredibus Curiam allodialem in villa Lhota dicta Kozarzyna cum hominibus censualibus agris pratis siluis pascuis et in villa Blazycz vnam curticulam, Item villam Krzstomyl integram iacentem prope Drzewohosticz cum Molendino ibidem siluis pratis pascuis agris censibus hominibus cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi in dictis bonis et suis heredibus Juris uel dominij reseruando dedit hereditarie possidendam, dando bona pro bonis in via permutacionis.

(F. LV. v.) **760.** Jodocus Marchio et dominus Morauie Sbinconi de Drzenowe et suis heredibus in villa Vhercze Septem cum medio laneos vnam Curticulam duarum araturarum, vnum Molendinum et duas piscinas, prata nemora cum pleno Jure et dominio et alijs eorum vniuersis pertinencijs, absoluens eadem bona a feudo suo, vendidit hereditarie possidendos.

761. (Martinus de Drahanowicz Mixikoni de Wyczycz et suis heredibus in villa Poczenycz duos laneos censuales cum omni Jure et vniuersis pertinencijs ad illos spectantibus, nichil sibi ibidem et suis heredibus Juris uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possi- 1398.
dendos, Et illi duo lanei fuerunt quondam Petri de Sternberg.)

762. (Wilhelmus de Sobaczowa Magdalene Conthorali Peskonis de Losticz transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit in Sardicz, In villam Zdyetyn super duobus laneis ibidem censualibus et eorum pertinencijs vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit, Et Mikulass de Losticz illud suscepit asserens, esse bonum ipsius Magdalene.)

763. Gyndrzich de Zastrzizl Semykoni de Vgezd et suis heredibus totum, quidquid in villis Labuthy et Ransperk habuit et possedit, cum agris siluis pratis pascuis, cum pleno Jure et dominio et vniuersis eorum pertinencijs, nichil ibidem sibi uel suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum, hoc tamen notanter expresso, quod prefatus Semyko et sui heredes et Successores de bonis iam dictis Quatuor marcas census annui, quamdiu reempte non fuerint, Monasterio et Conuentui in Welegrad dare soluere et assignare annis singulis teneantur, Quamprimum vero dicte quatuor marce annui census per ipsum [1]) reempte seu liberate fuerint, dictus Semyko heredes sui et successores ad solucionem dicti census minime tenebuntur.

764. Margaretha Relicta Stiborij de Czimburg Przedboroni de Czimburg filio suo et eius heredibus totum illud, quidquid in villa Rymycz vltra duodecim marcas census annui Anne et Katherine virginibus suis filiabus per eam deputatis resultat et est superfluum, cum pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs, nichil sibi ibidem amplius reseruans, dedit hereditarie possidendum, et hoc post mortem domine Margarethe.

765. Margaretha Relicta Stiborij de Czimburg Alberto Bernhardo et Matussoni fratribus de Czimburg filijs suis et eorum heredibus omne Jus dotalicij sui, quod habuit in et super bonis Wyrowany et eius pertinencijs post mortem suam dedit hereditarie possidendum.

Matuss de Czymburg et sui heredes dimittunt, totam partem dotalicij ipsos concernentis, et iam nullum Jus habent ad illud dotalicium in Wyrowany et ob hoc non est facta delecio, ne Alberto et Bernhardo preiudicaret. [2])

766. Margaretha Relicta olim Stiborij de Czimburg Katherine moniali professe Monasterij beate Marie virginis in Antiqua Brunna in villa Rymycz super hominibus censualibus ibidem duas marcas grossorum annui census post mortem suam percipiendas dat et assignat, Sic tamen, quod post mortem predicte Katherine filie sue prefate due marce census annui ad Albertum, Bernhardum et Matussium fratres de Czimburg, filios ipsius, deuoluantur.

767. Margaretha Relicta olim Stiborij de Czimburg Anne virgini filie sue in et super villa Rymycz decem marcas census in hominibus censualibus ibidem post mortem suam dedit et deputauit, et in euentum vbi in virginitate permanens Anna ab hoc seculo decederet, extunc dicte decem marce grossorum census annui ad Albertum, Bernhardum, Przedborium et Matussium fra-

[1]) *Dieses Wort steht oberhalb der durchstrichenen drei Worte: „Conuentum dicti Monasterij.“*

[2]) *Der von anderer Hand geschriebene Schluss dieser Einlage steht am rechten Rande.*

1398. tres de Czimburg filios suos deuoluantur. Si vero contingeret, quod predicta Anna maritum legittimum duceret, tunc Przedbor de Czimburg filius suus poterit quandocumque voluerit, dictas decem marcas census annui cum centum marcis grossorum ab ea liberandi et pariter redimendi, velut Jus dotalicij hoc requirit.

(F. LVI. r.) 768. (Hersso dictus Skrzyetek Kuncze Conthorali sue legittime In Trpenowicz villa super Curia allodiali ibidem cum quatuor laneis ad eam pertinentibus, duobus pratis cum pomerio et duobus rubetis, Item super medio laneo censuali ibidem in Trpenowicz et quinque curticulis, Item in Czechowicz super quatuor laneis censualibus et Sex curticulis censualibus ibidem, Item in Wrahowicz super tercio dimidio laneis et tribus curticulis censualibus ducentas [1]) quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, et Petrus de Zezwole frater Kuncze suscepit idem dotalicium dicens, fore bonum suum, Et ad hanc presentem Intabulacionem Raczko plebanus in Wessele frater prefati Herssonis Skrzietkonis suam dedit voluntatem.)

769. Polka de Dobroskowicz Zachariam dictum Sessel de Wssetat Super suo dotalicio videlicet Centum quinquaginta marcarum grossorum, quod habet in villa Tyemycz suscipit in veram vnionem, id est na spolek.

770. (Czenko de Ottoslawicz Katherine de Rathay Conthorali sue In Brodek opido et in villa Snehoticz super porcione sua ibidem eum concernente Tredecimam mediam marcam grossorum census annui in C marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Si vero aliquid ibidem in Brodek et in Snehoticz deficeret, hoc debet sibi adimpleri in bonis Ottaslawicz, et Jesko dictus Puska suscepit idem dotalicium ad manus ipsius Katherine.)

771. (Franko de Pornycz Dyethochoni de Lylcze et suis heredibus In villa Poczenycz Septem laneos censuales, quatuor curticulas, vnam thabernam, et nemora, cum omnibus suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem Juris proprietatis aut dominij vlterius reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

772. (Dyetoch de Lylcze Elscze Conthorali sue In villa Poczenycz super Septem laneis censualibus, quatuor Curticulis, vnam thaberna et nemoribus Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et Franko de Pornicz pater ipsius Elscze id suscepit dotalicium dicens, esse bonum suum.)

773. (Czenko de Ottoslawicz Katherine de Rathay Conthorali sue In Brodek opido et in villa Snehoticz super porcione sua eum ibidem concernente duodecim marcas grossorum cum media census annui in Centum vigintiquinque marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Si vero ibidem aliquid deficeret hoc sibi adimplere debet in bonis Ottaslawicz, et Jesko dictus Puska de Cunstat suscepit idem dotalicium ad manus ipsius Katherine.)

774. (Petrus de Stibicz Alssonem fratrem suum de Stibicz Super dotalicio Centum quinquaginta marcis grossorum in Schonwald, quod post mortem sue vxoris ad eum est deuolutum, et super alijs bonis, que habet uel habiturus est vbicumque alibi suscepit in veram vnionem.) 1398.

775. Hersso de Popowicz Sdenkoni de Wezek et suis heredibus Jutcze et Zdene ipsius Sororibus indiuisis Octoginta marcas grossorum dotalicij in Wezek, quas a Conthorali Styepankonis de Wezek conparauit, vendidit et dedit.

776. (Czenko de Tuczin Anne vxori sue de priori suo dotalicio, quod habuit in villa Lhota, transducit eam in villam Tuczyn, vbi super Curia allodiali et duabus curticulis cum suis pertinencijs et pleno dominio cum Siluis pratis eciam super Nadbytek Quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij sibi deputauit et dedit, Et Pardus de Zyranowicz frater ipsius Anne suscepit idem dotalicium, et dicit, quod sit sufficiens.)

(F. LVI. v.) 777. Czenko de Tuczyn Petro de Weletyn, Herssoni et Smiloni ipsius fratribus et eorum heredibus Quinquaginta marcas grossorum dotalicij in villa Lhota prope Hradssowicz cum suis pertinencijs vendidit et resignauit, sicut solus tenuit illud pignus dotalicij.

778. Wytoslaus dictus Sypyk Artlebo dicto Scyrka de Obora et suis heredibus, quidquid in Milessowicz habuit, et omne Jus, si quod ipse uel sui heredes ibidem habuissent, resignauit et resignat, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis uel dominij ibidem amplius reseruando, In omnem modum sicut eis Petrus de Plumnaw hoc intabulauit.

779. Artlebus dictus Sczirka de Obora Wytoslaum dictum Sypyk ipsum solum absque heredibus super omnibus bonis illis, quecumque habet in Milessowicz, suscepit in veram vnionem.

780. Hersso dictus Skrzietek de Trpenowicz Zychoni alias Sigismundo de Nedachlebicz et suis heredibus ibidem in Nedachlebicz vnum laneum censualem cum suis pertinencijs pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem uel suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruans, prout a Wawakone Jure terre obtinuit, vendidit hereditarie possidendum.

781. Philippus Woyslai filius de Paczlawicz Dyetochoni de Lylcze et suis heredibus Ibidem in Paczlawicz Septem laneos censuales, vnum Molendinum et totum, quidquid ibidem habet, cum parte Jurispatronatus ecclesie ibidem, pleno Jure et dominio cum vniuersis suis pertinencijs, nichil sibi et suis heredibus Juris et dominij ibidem reseruans, dedit liberaliter et donauit ex fauore speciali, Et huius presentis intabulacionis Nunccius fuit Nobilis Erhardus de Cunstat, ad cuius relacionem facta est presens intabulacio.

782. Mixik Zub de Zezdyetyn Janussy Conthorali sue transducendo eam de suo priori dotalicio, quod habuit in Laskow, deputat sibi in villa Zdyetyn super thaberna et laneis censualibus et curticulis cum eorum pertinencijs quintam dimidiam marcam census annui, et in villa Wrbatek super Septem quartalibus censualibus cum eorum pertinencijs dimidiam terciam marcam grossorum annui census Jure veri dotalicij, et Jacubko de Zdyetyn Auunculus ipsius domine suscepit idem dolalicium et dicit, esse bonum suum, et si quid ibidem deficert, debet in bonis proprijs supplere.

[1]) *Die im Orig. vorstehenden drei Worte: „vigintiquinque marcas grossorum“ sind unterpunctirt.*

1398. 783. (Jessek Kuzel de Zerawicz Buzkoni de Drahanowicz et suis heredibus In villa Klobuczky super tercio dimidio laneis censualibus et tribus curticulis et super quartali VIII. grossos soluente Item in Medlowicz super tribus laneis censualibus et vna curticula [1]) cum eorum pertinencijs Sex marcas grossorum annui census deputauit et dedit in pingnus veri dotalicij.)

784. (Jodocus Marchio et dominus Morauie Leonardo de Poczenycz et suis heredibus In Dyedcowicz prope Swabenycz duos laneos cum vno quartali, qui iuste super eum erant deuoluti, dedit hereditarie possidendos.)

785. Jan Holenka Dorothee Conthorali sue In Tyessicz super Curia allodiali vno laneo duabus curticulis cum pratis cum suis pertinencijs, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, in Septuaginta duabus marcis grossorum racione veri dotalicij deputauit, Et Leonardus de Poczenicz frater ipsius Dorothee illud suscepit et dixit, quod esset bonum suum.

(F. LVII. r.) 786. Sdenko de Sternberg alias de Lukow Buskoni de Krasna et suis heredibus In Czyestyn suam medietatem paternam sicut eam habuit a patre, sit multum uel modicum, cum eorum pertinencijs, nichil sibi aut suis heredibus reseruando, sed cum pleno iure et dominio intabulat, Eciam illum locum vbi Kuchynka fuit, et eciam vbi Rybnyczek fuit in orto, que loca frater suus Jesko de Sternberg sibi dedit cum medietate Jurispatronatus ecclesie ibidem et alijs vniuersis pertinencijs, nichil sibi reseruans ibidem vendidit hereditarie possidendam, Et ipse Jesko de Sternberg Stupnik ipsius personaliter constitutus ad presentem intabulacionem suam dedit voluntatem.

787. Margaretha Relicta Stiborij de Czimburg Jesconi de Sternberg alias de Lukow et suis heredibus In Skoronycz tres marcas annui census, quas a matre sua habuit, pleno iure et dominio et suis vniuersis pertinencijs didit hereditarie possidendas.

788. (Doman de Kokor Dorothee Conthorali sue In Kokor in medictate sua ibidem cum suis pertinencijs in Septuagintaquinque marcis grossorum racione veri dotalicij deputauit cum consensu Bartossij fratris sui indiuisi, et Luduicus pater Dorothee illud suscepit.)

789. Janussie de Laskow vxor Mixikonis [2]) Zub Benessio [3]) (et Janoni fratribus) de Luderzow ibidem in Laskaw totum suum dotalicium quod habuit, cum vniuersis suis pertinencijs vendidit eo Jure prout sola tenuit nichil ibidem sibi reseruando.

790. (Vlricus de Mezycz Margarethe vxori sue legittime in Mezycz super Curia allodiali cum omnibus suis pertinencijs Triginta marcas grossorum in pignus veri dotalicij deputauit, cum consensu Domanonis de Kokor sui Stupnykonis, Et Sdislaus de Paczowa pater Margarethe hoc suscepit.)

791. Artlebus de Kunkowicz Onssoni filio suo In Kunkowicz In Chwalenow In Morawan, quidquid ibidem in porcione habuit et ad eam spectauit, cum vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio dedit hereditarie possidendum, Et nobiles Laczko et Petrus de Crawar fuerunt a domino Marchione Nunccij ad presentem intabulacionem. 1398.

792. Slawuss, Onsso et Almuz fratres de Kunkowicz cum omnibus bonis eorum, que habent, fecerunt veram congressionem videlicet Stupugy se.

793. (Mukarz de Kokor Anne Conthorali sue In et super villa Prossynek ad Pawlowicz spectante et eciam in Paulowicz in illa parte a pomerio in hominibus censualibus, in quibus duodecim marce cum dimidia census annui possint conquiri, in Centum vigintiquinque marcis grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Et Hruth frater Anne illud suscepit.)

794. Benessius de Stralek et Drslaus filius suus cum omnibus eorum bonis, que habent, sunt congressi videlicet stupili gsu se, Et Sbynko filius prefati Benessij indiuisus stat cum ipsis in eodem congressu ad omnia ipsorum bona cum suis omnibus bonis.

795. Drslaus de Stralek Jan et Sbynko fratres de Stralek cum omnibus eorum bonis inuicem sunt congressi et Benessius de Stralek pater ipsorum stat cum eis eciam in eodem congressu.

796. Andreas de Leznicz Dorothee vxori sue In Zaworzicz super Municione Curia cum tribus laneis ad eam spectantibus cum pomerijs et quinque laneis censualibus tribus curticulis vna thaberna Molendino ad Zaworzicz pertinente, tribus piscinis cum pratis ad Curiam spectantibus et duobus rubetis, et vno litore aque Morawe ab antiquo spectante, in ducentis marcis grossorum pignus veri dotalicij deputauit, Et specialiter bona mobilia videlicet Nadbyt de gracia speciali sibi dedit.

(F. LVII. v.) 797. Smylo de Sternberg alias de Hoenstein Sdenkoni et Jeskoni fratribus de Sternberg alias de Lukow et eorum heredibus legittimis condescendit et resignat Castrum suum dictum Hoenstein, et Opidum dictum Schylperg et alias omnes villas ad dictum Castrum spectantes cum omni Jurepatronatus ecclesiarum cum fluminibus Molendinis siluis ad ipsum Castrum spectantibus et alijs vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et possedit hereditarie propterea, quia prefati Sdenko et Jesko in eodem Smilone predicta bona Jure terrestri obtinuerunt, et debita ipsius Smylonis suis proprijs pecunijs persoluerunt.

798. Odpor. [4]) Ex parte domini Jodoci Marchionis Morauie Wilhelmus de Pernstein Capitaneus terre fecit odpor dicens, quod ipse dominus Marchio habet Jus ad dicta bona superius expressa.

799. Odpor. [5]) Andreas de Leznycz contra predictam intabulacionem bonorum videlicet Pywonyn et Waczlawow villarum, quas dicit se iure terre obtinuisse et Smilonem de Hoenstain cum potencia tenere, facit odpor.

800. Hayman de Vnyeticz Procopium de Vnyeticz So-

[1]) *Die Stelle von „Item in Medlowicz — vna curticula“ ist durchstrichen und am rechten Rande von anderer Hand die Note beigefügt: Nota quia in istis Sex marcis census due marce deperierunt racione abolicionis, que non viciat alia.*

[2]) *Dieser Name steht oberhalb des durchstrichenen „Janonis.“*

[3]) *Die im Orig. nachfolgenden drei Worte „et Janoni fratribus“ sind durchstrichen und am rechten Rande steht von anderer Hand die Note: Ista abolicio in prima linea non nocet alijs.*

[4]. *u.* [5]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1398. rorium suum recipit eum na spolek omnium bonorum suorum, que vbicumque habet.

801. (Henricus de Jarohnyewicz Woytyesskoni de Meylicz et suis heredibus In Zdislawicz quintum dimidium laneos censuales, quatuor Curticulas et Sex grossos annui census super Thaberna et quatuor grossos annui census super vno agro, vnam vineam et terciam partem pomerij et vnum pratum sub Sdyslawicz cum omnibus eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris et dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum, et Jan de Blissicz ipsius Spolecznyk ad hoc consensit.)

802. (Henricus Jarohnyewicz Woytyesskoni de Meylicz in Sdislawicz quintumdimidium laneos censuales quatuor curticulas, et sex grossos annui census super Thaberna et quatuor grossos census annui super vno agro, vnam vineam et terciam partem pomerij et vnum pratum sub Sdyslawicz cum omnibus eorum pertinencijs, prout solus tenuit et possedit, pro octoginta marcis grossorum in pingnus veri et iusti dotalicij eidem Woytyeskoni de Meylicz et suis heredibus vendidit possidendum.)

803. (Sulko dictus Mikeska de Dyedkowicz pueris Wlczkonis de Dobroczkowicz Jus suum dotalicij, quod habuit in Dyedkowicz, super Septem quartalibus agrorum et super Nywys cum omnibus eorum pertinencijs pro viginti marcis grossorum in pingnus veri dotalicij vendidit et dedit nichil ibidem sibi reseruando, Et dominus Johannes Loczyka plebanus de Borowicz hoc suscepit.)

804. (Jesko de Sternberg alias de Lukow Dorothee vxori Hanussij de Lytenczicz In villa Drazowicz integra super hominibus censualibus et Curia allodiali ibidem cum omnibus et singulis eorum pertinencijs, nichil prorsus excluso, Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et dominus Johannes Loczyka plebanus in Borowicz frater Dorothee suscepit illud dotalicium.)

805. Margaretha Relicta olim Stiborij de Czimburg Przedborio de Czimburg filio ipsius et suis heredibus dotalicium suum, quod in et super villis Lypowe et Radkowa habuit et tenuit, cum omnibus suis pertinencijs nichil amplius ibidem reseruans vendidit possidendum.

806. Woytyechius de Meylycz Buskonem de Krasna et Lyczkonem de Lylcze omnium bonorum suorum, vbicumque habet, et omnium puerorum suorum veros facit Commissarios.

(F. LVIII. r.) 807. (Jenyko de Dobroticz Alberto de Czimburg alias de Sehradicz et suis heredibus omne Jus suum dotalicij, quod habuit in villa Tyessow prope Brodam Vngaricalem, videlicet quindecim marcas grossorum census annui pro Centum et quinquaginta marcis grossorum in pignus veri dotalicij possidendum cum omnibus suis pertinencijs, nichil prorsus sibi ibidem uel suis heredibus reseruando.

808. (Mikulass filius Onssikonis de Czelechowicz Janonem de Paulowicz ad omnium bonorum suorum, que habet tantum in Domamyslicz, recepit in veram vnionem videlicet na spolek.)

809. (Hrdko de Vhrzecz Welene Coniugi sue legittime In et super villa Stawyssicz integra super hominibus[1]) in bonis bene possessis Quindecim marcas grossorum census annui Jure veri dotalicij in Centum et quinquaginta marcis grossorum deputat et assignat cum consensu et voluntate Czrhonis de Kokor sui Stupnykonis, Et Lyczko de Lylcze pater ipsius Welene id suscepit dotalicium.) 1398.

810. Johannes de Wodyerad Wytoslaum fratrem suum germanum de Wodyerad et suos pueros legittimos ad omnium bonorum suorum, que vbicumque habet, in veram suscipit vnionem, videlicet na spolek.

811. Anna de Muchnycz Petrum filium suum recipit[2]) ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet ibidem in Muchnycz cum suis pertinencijs, Tali tamen condicione notanter expressa, quod quamprimum dictam Annam mori contigerit, ipse Petrus predictus Margarethe filie ipsius Anne decem marcas grossorum in predicto dotalicio dare debeat et deputare.

812. Lorencz de Prerouia Mostnyk Mickkoni de Prerouia et suis heredibus et Anne, quam tradidit marito in Lypnyk, sue filie omne Jus suum, quod sibi competit in et super ponte sito in Prerouia, nichil sibi omnino reseruans, dedit hereditarie possidendum.

813. (Anna Conthoralis Sbinkonis de Wrahowicz Sigismundo filio suo omne Jus sui dotalicij, quod habuit ibidem in Wrahowicz cum omnibus suis pertinencijs, nichil ibidem sibi reseruans, dedit liberaliter et donauit ex gracia speciali.)

814. (Sigismundus de Wrahouicz dictus Czalta omnes pueros Herssonis de Wrahowicz sui patrui in veram vnionem recepit illius dotalicij cum suis pertinencijs, quod habet in Wrahonicz et quod Anna mater sua sibi dedit.)

(F. LVIII. v.) 815. Elska Kawffungonis filia Henrico de Zastrzyzl et suis heredibus in villa Lytenczicz Tres marcas et duos grossos census annui super tribus laneis censualibus vna thaberna et vna curticula, Item in villa Skrabenycz super Curia allodiali et vna curticula Tredecim lottones grossorum census annui, Item in villa Lyska duas sexagenas grossorum census annui super quatuor laneis censualibus et ipsorum pertinencijs Jus suum dotalicij, quod super predictis bonis habuit, eodem Jure dotalicij vendidit possidendas, nichil ibidem amplius sibi reseruando.

816. (Hersso de Trpenowicz Luduico de Vbussyn heredibus suis et Successoribus In Wsselitka Municionem, araturam, duos laneos censuales et Sex curticulas, Item in Klobuky duas araturas agrorum, quatuor Curticulas, vnam piscinam, cum siluis pratis pascuis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam, Et dominus Raczko plebanus in Wessele frater Herssonis indiuisus ad presentem intabulacionem consensit.)

817. (Luduicus de Vbussin Anne Conthorali sue In villa Klobuky super duabus araturis agrorum quatuor Curticulis vna piscina et omnibus eius pertinencijs,

[1]) *Die zwei Worte „super hominibus“ sind unterpunctirt.*

[2]) *Steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1398. nichil prorsus excluso, Quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit et dedit, Et Doman de Kokor pater Anne illud suscepit dotalicium.)

818. Anna de Strzietez Conthoralis Benessij eundem Benessium maritum suum ad decem marcas grossorum sui dotalicij, quod a patre suo habet in Brzwencze suscepit in veram vnionem videlicet na Spolek.

819. Odpor Abbatis. [1]) Wykerius Abbas Monasterij Gradicensis suo et Conuentus nomine faciunt odpor, quod villa Lodyenycz media cum alia villula deserta Lodyenyczky cum Silua Ratnow et alijs earum pertinencijs, que nomine dotalicij Anne Relicte Petri de Sternberg sunt intabulata, sunt bona Monasterij et dicunt, se habere literas super eo et non debent alijs intabulari, et fecit eciam odpor, quod pars ville Tyessikow et prata in Wstrzenye sint eciam ipsius Monasterij.

820. (Pawliko de Sowynecz Kaczne Conthorali sue talem graciam sibi facit specialem videlicet in Pnowicz villa Municionem cum eadem villa Pnowicz cum Curijs allodialibus Molendinis piscinis pratis pratis (sic) pascuis Siluis et alijs pertinencijs cum fluminibus et Riuis, Item villam Ratiborow, Item villam Krotendorf alias Brzytow, villam Lawka cum hominibus censibus pratis pascuis siluis Rubetis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vltra dotalicium ipsius domine, quod prius in tabulis habet, superaddidit et dedit de gracia speciali Tali sub condicione, Quod ipsa Kaczna dicta Bona teneat et possideat pacifice cum illis pueris, quos cum ipso Paulikone habet uel habebit, si et in quantum ipsi pueri uoluerint matri sue obedire, Qui autem nollent obedire tunc iuxta consilium seniorum dominorum de Cunstat tales pueri Inobedientes excludantur, et ipsa domina habeat potestatem assumendi alios pueros suos, qui vellent ei obedire, et maneat cum ipsis in dictis bonis pacifice, quamdiu maritum non duxerit Sed medio tempore quamdiu bona eadem tenuerit pacifice, bona dotalicij sui, que habet in Passeka et in Krzywa ad Castrum Sowynecz debent pertinere. Si vero (F. LIX. r.) maritum duxerit, tunc predicta bona, que de gracia speciali sunt sibi addita, ad pueros Paulikonis deuoluantur, et ipsa domina ad suum dotalicium predictum reuertatur, Et simili modo fiat, si domine non placeret cum pueris manere, quod tunc bona sibi superaddita dimittat pueris, et ad suum dotalicium reuertatur, Et si contingeret hoc fieri, quod de bonis supradictis sibi additis ad dotalicium suum reuerteretur, tunc omnia bona mobilia, que dicuntur Nadbyt, recipiat secum preter equos aratiles, quos post se dimittat in bonis supradictis et alia omnia, sint pauca uel multa, secum tollat.)

821. Odpor. [2]) Suliko de Konycz facit odpor et dicit, quod predicta bona sint Jesskonis filij Pawlikonis de Sowynecz, et ipse Suliko habet accionem cum ipso Jessicone pro debitis, que soluit pro eo et dicit, quod eadem bona ex parte matris ad eum sunt deuoluta.

822. Jutka Relicta Alssiconis de Leznycz Andree de Leznycz et suis heredibus Curiam allodialem in Leznycz cum agris pratis pascuis et vniuersis pertinencijs, prout sola tenuit, nichil ibidem sibi reseruans, eo Jure dotalicij, sicut sola tenuit, pro Centum quinquaginta marcis grossorum vendidit possidendam. 1398.

823. Andreas de Leznycz Wytoslaum dictum Sypyk de Obora ipsum solum absque heredibus ad omnium bonorum suorum, que habet vbicumque, excluso dotalicio vxoris sue, legittime suscipit vnionem, videlicet na spolek.

824. Artlebus de Wetherzow Elscze dicte Maynuska Conthorali sue legittime Ducentas sexagenas grossorum In et super villa Mikulczycz super hominibus censualibus Curijs Molendino pratis pascuis et vniuersis ipsius pertinencijs, nichil prorsus excluso, et in Municione ibidem Jure veri dotalicij deputat et assignat, consenciente ad hoc domina Clara ipsius Artlebi Stupnycze, Et Wznatha de Meylicz frater Elscze idem dotalicium suscepit.

825. Albrecht dictus Wlk de Mylyczyn Przibiconi et Hinconi de Miliczyn ipsius fratribus et heredibus eorum omnia bona sua, vbicumque ea habet, dedit liberaliter et donauit, Et Erhardus de Cunstat senior fuit Nunccius domini Marchionis, ad cuius relacionem presens facta est intabulacio.

826. (Clara Relicta Johannis de Krumpsin ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Krumpsin recipit omnes pueros suos, Sic tamen, quod post mortem ipsius Clare idem dotalicium ad eosdem pueros deuoluatur.)

827. Boczko de Cunstat alias de Lestnycz Adamkoni de Paczow et suis heredibus, quidquid ibidem in Paczow habuit, sit parum uel multum cum pleno Jure et dominio censibus agris hominibus pratis pascuis rubetis et vniuersis pertinencijs, nichil ibidem sibi uel suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

828. Jan Swehla de Sobyehrd Alberto de Czimburg alias de Sehradicz et suis heredibus In Tyessow Curiam allodialem cum vna curticula vnum Molendinum cum pratis Siluis flumine et alijs vniuersis eius pertinencijs cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris aut dominij reseruando vendidit hereditarie possidendam.

(F. LIX. v.) 829. Manyetha de Czastkow Sdenkonem maritum suum super suis hereditatibus videlicet octauodimidio laneo et vna curticula, [3]) que habet in Orzechowe prope Polessowicz recepit in veram vnionem.)

830. Mirko de Chlum Mixikoni de Wazan alias de Rohu et suis heredibus totum Jus suum, quod habuit in Orzechowe prope Byzencz cum vniuersis pertinencijs, nichil omnino sibi et suis heredibus ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

831. Mixik de Rohu alias de Wazan Anne Conthorali sue super toto illo, quod habet in Orzechowe prope Byzencz cum vniuersis pertinencijs, nichil prorsus excluso, ducentas marcas grossorum in pingnus veri dotalicij deputat et assignat.

832. (Pardus de Zyranowicz Petro de Weletyn Herssoni et Smyloni fratribus suis et eorum heredibus villam Lhotam supra Hradczowicz integram cum hominibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis Rubetis Siluis et vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, in

[1]) u. [2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[3]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1398. quibuscumque rebus sunt, cum pleno Jure et dominio, nichil prorsus sibi et suis heredibus in bonis eiusdem reseruans, prout solus tenuit et possedit, vendidit hereditarie possidendam.)

833. Bedrzich de Lodyenycz Jankonem de Lodyenycz suum patruum ad omnium bonorum illorum, quecumque nunc habet in Lodyenycz uel habebit in futuro, suscipit vnionem videlicet na Spolek.

834. Margaretha de Tuczap Mixikonem suum filium ad hereditatem suam et bona, que habet in Tuczap suscepit in veram vnionem, Sic tamen, quod quamdiu Margaretha vixerit, non debet eam Mixiko suus filius in eodem dotalicio impedire, post mortem autem ipsius domine bona et hereditates predicte ad eundem Mixiconem deuoluentur.

835. Mirko de Chlum Hedwygi Conthorali sue medietatem bonorum mobilium videlicet Nadbyt, vbicumque ea habet, vltra dotalicium suum dat sibi de gracia speciali.

836. Anna Relicta Andree de Vstye et Johannes filius suus, ipsa cum dotalicio suo et Johannes cum hereditate sua, quam habet in Vstye inuicem sunt congressi, videlicet fecerunt Stupek.

837. Petrus de Crawar alias de Plumnaw Bohunconi dicto Puklicze et suis heredibus villam Dyedkowicz cum Municione et Curia allodiali ibidem, cum hominibus censibus agris pratis pascuis et cum illa sola Silua dicta Skaliczka, et cum pomerio et metis et grenicijs, prout eadem villa ab alijs villis est distincta et cum alijs pertinencijs ad dictam villam Dyedkowicz pertinentibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruans, preter piscinam maiorem et ripam, quam piscina eadem mergere posset, et eciam alijs siluis reseruatis solum, quod silua dicta Skaliczka, ut prefertur, ad Dyedcowicz Iure hereditario debeat pertinere, vendidit hereditarie possidendam.

(F. LX. r.) 838. (Petrus de Crawarn alias de Plumnaw Sobyenoni de Sborowicz et suis heredibus villam Hosczycz integram cum Curia allodiali cum hominibus censibus agris pratis pascuis Siluis et vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Jurepatronatus ecclesie incluso, nichil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij in dictis bonis reseruans, vendidit hereditarie possidendam, In illis metis et grenicijs, prout bona eadem ab alijs bonis circumadiacentibus ab antiquo sunt distincta.)

839. (Petrus de Crawarn alias de Plumnow Pessiconi dicto Kopacz de Studencz et suis heredibus villam Murzynow integram cum Curia allodiali ibidem hominibus censibus agris pratis pascuis Siluis et alijs vniuersis suis pertinencijs cum pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris aut dominij reseruando, in illis metis et grenicijs, prout villa eadem ab alijs villis ab antiquo est diuisa, vendidit hereditarie possidendam.)

840. (Petrus de Crawarn alias de Plumnaw Mathyeykoni de Nyempczicz et suis fratribus et[1]) Andree de Pawlowicz et eorum heredibus Curiam allodialem in Strabenycz alterumdimidium laneos censuales duas Curticulas cum pratis pascuis siluis et vniuersis suis pertinencijs pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruans, in illis metis et granicijs, prout eadem bona sunt ab alijs distincta, vendidit hereditarie possidendum.) 1398.

841. (Martinus de Radaticz Commissarius Lowkonis de Drzowicz Jeskoni dicto Puska de Cunstat et suis heredibus Ibidem in Drzowicz Municionem cum Curia allodiali Molendinis piscinis pratis pascuis Siluis rubetis agris cultis et incultis metis et grenicijs et alijs suis vniuersis pertinencijs, prout ipse Lowko tenuit, dum viuebat, pleno Jure et dominio, nichil sibi aut pueris ipsius Lowkonis reseruando, vendidit hereditarie et hoc fecit tamquam verus Commissarius virtute commissionis, que in tabulis continetur), Et si dicta bona alicubi alibi intabulata inuenirentur, debent extabulari et nullum habere vigorem, nisi in isto presenti loco.

842. (Sudka de Poczenycz Relicta Schuczonis Jacobo de Borzitow et suis heredibus Curiam allodialem in Poczenycz cum agris et alodijs dictis purkrecht cum pratis Siluis et Thabernis Curticulis media piscina et alijs eorum vniuersis pertinencijs Jure dotalicij, prout sola in Centum marcis grossorum tenuit, vendidit possidendam eodem Jure.)

843. Jacobus de Borzutow Sigmunde Conthorali sue super Curia allodiali in Poczenycz, et agris dictis purkrecht pratis Siluis thabernis curticulis et alijs pertinencijs Quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, et Johannes de Morawan frater Sigmunde suscepit dotalicium.

844. Jan de Drzowicz Jeskonem de Rakussek ad omnium bonorum suorum, que vbicumque habet, suscipit vnionem.

845. Marquardus de Sternberg Jaroslaum de Sternberg fratrem suum ad omnium bonorum suorum, que solummodo habet uel habiturus est in terra Morauie, suscepit vnionem.

(F. LX. v.) 846. Petrus de Crawarn Preposito et Conuentui Monasterij in Landskrona in villa Dyedycz prope Wysskow Sedecim laneos minus vno quartali et duos paruos agros, Sex thabernas, Quatuor curticulas, quinque Nywas in illa parte ville, que est versus Wisskow, cum eorum vniuersis pertinencijs Juribus vtilitatibus pascuis pleno iure et dominio ad illa solum, que sunt superius nominata, nichil sibi in eisdem et suis heredibus reseruando, vendidit hereditario Jure in perpetuum possidenda.

847. (Petrus de Crawarn Janowy de Luderzow Pro dotalicio Katherine vxoris ipsius In Buchlowicz in illis bonis omnibus, que Jarohnyew ab ipso Petro tenet, Sola Curia allodiali ibidem exclusa, quam pro se reseruauit, Sexaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit et Bene) (sic).

848. Sowka Relicta Vlrici de Bohuslawicz Buzkoni de Wlachowicz et suis heredibus In Bohuslawicz dotalicium, quod ipsa ibidem videlicet Sexaginta marcas grossorum vendidit eo Jure dotalicij, sicut sola tenuit.

849. Gedrudis Relicta Wiknanonis In Trssicz super

[1]) *Die vier Worte „et suis fratribus et“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1398. dotalicio suo Jeskoni Puska de Cunstat et suis heredibus duas marcas annui census super hominibus censualibus dotalicij sui in Trssicz cum pleno Jure et dominio census predicti duarum marcarum deputauit, et hoc prius factum est, antequam ipsa cum pueris congressum fecit.

850. (Gedrudis Relicta Wiknanonis Sulikoni de Konycz et suis heredibus In Trssicz super dotalicio suo vnam marcam grossorum annui census in vndecim marcis grossorum liberanda deputauit, et hoc prius factum est, antequam ipsa congressum cum pueris fecit.)

851. Gedrudis Relicta Wiknanonis cum omnibus pueris suis, quos habuit cum Wiknanone, Ipsa videlicet cum suis dotalicijs, que vbicumque habet, et ipsi pueri cum ipsa e conuerso cum omnibus bonis eorum, que vbicumque habent, fecerunt simul congressum, videlicet Stupyly su sye.

852. (Bohussius de Schonwald Wytkoni de Luczan et Kunathoni de Zyltran et eorum heredibus duodecim marcas grossorum census annui In Schenwald in porcione paterna, quam tenet, cum pleno Jure et dominio, quoad predictum censum XII. marcarum, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendas.)

853. (Hanussius de Brunna Janoni dicto Mazanecz de Parzicz et suis heredibus Super Curia allodiali in Sulessowicz Thaberna et duabus Curticulis et alijs vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio Quatuor marcas grossorum census annui vendidit hereditarie possidendas.)

854. (Jan dictus Mazanecz de Parzicz Margarethe vxori sue In Drazowiczky super toto illo, quidquid ibidem habet, nichil prorsus excluso, Centum marcas grossorum in Jus veri dotalicij deputauit, et Jan de Pawlowicz Auunculus Margarethe illud suscepit.)

(F. LXI. r.) 855. Mykulass de Wogetyn Zdyncze vxori sue legittime Super tota villa Czrhow et eius omnibus pertinencijs, nichil prorsus excluso, vigintiquinque marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Wytoslaw frater ipsius Zdyncze suscipit illud.

856. (Mixiko et Hanussius fratres de Mylczan Jessikoni de Morzicz et suis heredibus In Lytenczicz vnam Curiam cum duabus araturis, Octo marcas grossorum annui census minus vno grosso cum pratis pascuis fluminibus et Siluis et Jurepatronatus ecclesie ibidem incluso, Item villas Skawsko superiorem et inferiorem cum pratis pascuis Siluis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio prout solus (tenuit?) nichil omnino sibi et suis heredibus ibidem Juris aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

Nota. Sed ambas villas dictas Skawsko superiorem videlicet et inferiorem idem Jessico pro se et suis heredibus reseruat extabulacione presenti non obstante.

857. (Clyma de Vrziczicz Philippo de Oppatowicz et suis heredibus in villa Sardiczky Curiam allodialem et medium laneum censualem cum pratis pascuis et vniuersis alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil prorsus excluso, vendidit hereditarie possidendam.)

858. Henricus de Jarohnyewicz Johankam Conthoralem suam transducens eam de priori suo dotalicio, quod habuit prius eidem Johancze super illis omnibus, que a Sobyeno et Jarossio comparauit, cum omnibus suis pertinencijs, nullo prorsus excluso, ducentas quinqua- 1398.
ginta marcas grossorum in pingnus veri dotalicij in Trubky dat et assignat, Et Sobyeno de Sborowicz frater ipsius Johancze illud suscepit, Et Jan de Blyssicz congressarius seu Stupnyk Henrici ad hoc consensit.

859. (Jan dictus Mazanecz Henricum de Jarohnyewicz omnium puerorum suorum et bonorum, que vbicumque habet, verum facit commissarium.)

860. Herbordus de Buchlowicz Jeskoni de Sternberg alias de Lukow et suis heredibus Curiam allodialem in Buchlowicz cum censu ad illam spectante et alijs vniuersis pertinencijs suis pomerio et siluis, prout solus tenuit, et cum Jurepatronatus ecclesie ipsum concernente, nichil prorsus excluso, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam, et si Bonussie vxor Herbordi in dictis bonis suum haberet dotalicium et inueniretur in tabulis, debet deleri et nullum habere vigorem.

861. (Marquardus et Jaroslaus fratres de Sternberg Bonussy vxori Herbordi de Buchlowicz transducentes eam de suo priori dotalicio eidem domine in Mistricz super hominibus et agris censuantibus dotalicium eius, videlicet decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum in pingnus veri dotalicij deputauit, Et Mixiko frater Bonussie illud suscepit asserens esse bonum suum.) *Hec extabulacio facta est de consensu Bonusse, et Arcleb Sczyrka de Obora dixit, esse bonum suum.*

862. (Jesko de Sternberg alias de Lukow Elscze Relicte Wilhelmi de Zlyn in Buchlowicz super Curia allodiali et censu annuo ad hoc spectante pomerio Siluis et alijs vniuersis pertinencijs, prout ab Herbordo de Buchlowicz emit, nichil excipiendo, ducentas marcas grossorum in pingnus veri dotalicij deputauit.) *De voluntate domine Elscze hec abolicio facta est.*

(F. LXI. v.) 863. (Sobyeno de Sborowicz Anne vxori sue In Hosticz villa et suis pertinencijs super hereditatibus possessis ad hoc spectantibus decem marcas grossorum annui census in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit et de gracia speciali superaddidit sibi, ut ipsa Anna sit in possessione omnium bonorum cum pueris, quos cum ipso Sobyeno habuerit, et quamdiu cum pueris manserit, et maritum non duxerit, Si autem cum pueris manere noluerit aut maritum duxerit, tunc teneat dotalicium suum, quod habet et alia pueris dimittat, Et Artlebus de Ryczan frater Anne illud suscepit.)

864. Anna de Luczky vxor Herbordi ipsum Herbordum suum maritum Super dotalicium suum, quod habet in Ruda suscepit in veram vnionem videlicet ad tres marcas grossorum annui census, quas habet ibidem.

865. Bohuska de Bystricz Wenceslao de Doloplaz et suis heredibus In villa Mrskless vnum laneum censualem et vnam curticulam cum suis pertinencijs, pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus ibidem reseruans, sed prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

866. (Sobyeno de Sborowicz Woytiechoni de Meylicz et suis heredibus totum, quidquid in Sborowicz habuit videlicet tredecimum dimidium laneos censuales quartum dimidium laneos ad Curiam spectantes, tres thabernas cum curticulis pratis vnam curticulam sine agris,

1398. que plebano data est, sed cum alijs omnibus Siluis pratis pascuis et cum illo Jure, quod in Balneo habuit, et cum vniuersis suis pertinencijs pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruando Juris aut dominij, vendidit hereditarie possidendum, Jurepatronatus Altaris penes ecclesiam excluso, quod pro se reseruauit ipse Sobyeno.)

867. Przibiko de Zarussek Habardo de Zarussek fratri suo et eius heredibus Ibidem in Zarussek Curiam allodialem cum Siluis pratis pascuis pomerijs Curticulis duabus et alijs vniuersis suis pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil prorsus excipiendo, nec aliquid pro se ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

868. Bohussius de Bistrzicz Martinkoni[1]) dicto Pacholik, Alberto, Bohussio, Janoni et Erasmo de Strzyelneho filijs suis dat eis et eorum heredibus medietatem bonorum Strzielneho et medietatem Hluboczkeho cum omnibus eorum pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, dat eis hereditarie possidendam, Ita quod quamdiu vixerit ipse Bohussius pacificus in eisdem bonis permaneat, post mortem autem eius supradicta bona ad predictos suos filios deuoluentur Jure hereditario.

869. Mixiko dictus Zub de Sczytowicz Janonem Byeleho de Domamyslicz omnium puerorum suorum propriorum et fratris sui orphanorum ac bonorum suorum et dictorum orphanorum omnium verum fecit commissarium.

870. Sazema de Tassow filijs Wlczkonis de Dobroczkowicz alias de Swabenycz totum, quidquid ipsius Aunculus Onsso sibi dedit in villa Swabenycz, videlicet Curiam allodialem cum nemoribus piscinis fluminibus pascuis, quinque laneis, octo curticulis, quinque thabernis, duobus maccellis, medio Balneo et in Wsseborzicz Curiam allodialem, quinque laneos, et vnum nemus dictum Hayg, Item in Dyedkowicz medium laneum cum nemoribus illis, que Onsso habuit, et cum dictorum bonorum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, dedit et resignauit.

(F. LXII. r.) 871. Czenko de Drahotuss Commissarius orphanorum Erhardi de Drahotuss fratris sui in Swatoborzicz prope Kygow Curiam allodialem, octauum dimidium laneos censuales, duodecim curticulas, Balneum cum Riuulis cum pascuis, in quibus communitas pascit, et eorum vsu, prout communitas eis vtitur in dicta villa cum pratis et vniuersis eius pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et orphanis predictis Juris proprietatis aut dominij reseruando, Johanni de Morawan et eius heredibus vendidit hereditarie possidendum.

872. (Bohussius de Kossowa Smiloni de Ossoweho et suis heredibus In villa Petrowicz Curiam allodialem cum tribus laneis censualibus vnum pomerium duas piscinas et Municionem ibidem et alijs vniuersis ipsius pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Item in villa Podole quatuor laneos censuales, Item in Wawrzynczy villa duos laneos censuales cum eorum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil in eisdem supradictis bonis sibi et suis heredibus Juris aut dominij reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.) 1398.

873. Johannes de Morawan Sbynkonem de Kokor facit verum Commissarium ipsum et eciam Protywczonem de Zastrzyzl ipsos ambos insolidum omnium puerorum suorum et bonorum, vbicumque ea habet.

874. Andreas de Raczowalhota Jakubkonem de Myessecznalhota recipit in veram vnionem omnium bonorum suorum, que vbicumque habet.

875. Herzmanko de Tuczapp prope Byzencz Mixiconem de Tuczapp suum priuignum suscipit in veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet vbicumque.

876. Zwyesto de Topolan Andree Zahora et suis heredibus In Dluhomylow Curiam allodialem et quartum dimidium quartale cum omnibus suis pertinencijs, pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

877. Leonardus de Borzuthow omnes pueros suos, quos habet uel habebit in futuro, super illis omnibus bonis, que habet in Poczenycz, sint multa uel pauca, nichil prorsus excipiendo, cum eorundem bonorum vniuersis pertinencijs suscepit in veram vnionem, videlicet na Spolek, et hoc ad veram hereditatem.

878. Raczek de Leznycz Philippum de Leznycz filium Koldyn recipit ad veram vnionem illius Curie allodialis cum suis pertinencijs, quam habet in Leznycz.

879. Doman de Zaworicz Proczkoni de Buzow et suis heredibus In Dluhomylow Curiam allodialem cum agris pratis pascuis nemoribus et vniuersis suis pertinencijs et specialiter cum censu annuo, qui resultat vltra census annuos, Jeskoni dicto Puska de Cunstat per eum venditos, cum aquis omnibus ad hoc pertinentibus cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruans, exclusis illis, que ibidem predictus Jesko Puska de Cunstat habet, vendidit hereditarie possidendam, et cum hominibus censualibus, quos habuit ibidem Doman habuit (sic), Et si predicta bona, que sunt intabulata Proczkoni, alicubi in tabulis terre inuenirentur, debent aboleri et nullum habere vigorem.

880. Odpor.[2]) Jesko Puska de Cunstat facit odpor dicens, se Jus propinquius habere ad bona superius intabulata, quam ipse Doman et de hoc refert se ad literas.

(F. LXII. v.) 881. (Mixiko de Vgezd Hanussio de Prus et suis heredibus villam Opattowicze cum Curia allodiali agris pratis siluis fluminibus pascuis hominibus censibus Juribus vtilitatibus et vniuersis eorum pertinencijs cum Molendino pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, sed nec aliquid excludens, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum, Et si dicta villa Opatowicz alicubi in tabulis terre inuenta fuerit, debet statim extabulari et aboleri et nullum habere vigorem, nisi solummodo in hoc loco.)

882. Lowkonis Commissarius fuit et est Martinus de Jempnicz et huiusmodi Commissio debuit intabulari, prout super eo fuerunt Nunccij ad Tabulas terre missi a domino Marchione, Suliko de Konycz et Wanko de

[1]) *Die im Orig. nachfolgenden zwei Worte „filio suo“ sind durchstrichen.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1398. Deblin, et medio tempore Lowko mortuus est, Attamen predicti Nunccij de mandato domini Marchionis dictum Martinum de Jempnicz, Commissarium factum, sibi commissionem bonorum et puerorum Lowkonis intabulauerunt.

883. Rachna de Olssan Barssiconi suo marito legittimo et omnibus pueris suis, quos cum eodem suo marito habuit, Curiam allodialem In Olssan cum vna curticula et duobus ortis, que paterna hereditas sua fuit, cum vniuersis suis pertinencijs et prato, prout sola tenuit, dedit liberaliter et donauit.

884. Jarossius de Laznyk Symakoni de Laznyk et suis heredibus medium laneum in Laznyk cum omnibus suis pertinencijs, nichil prorsus excluso, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

885. Agneska Relicta olim Mathie de Rathay Hermanno, Johanni et Jesconi filijs suis omne suum dotalicium, quod habuit in Rathay et in Wiczow, videlicet in Rathay quindecim marcas grossorum census annui et in Wyczow decem marcas grossorum annui census in ducentis quinquaginta marcis grossorum eo Jure, quo sola tenuit, dedit liberaliter et resignauit, Et Nobilis Laczco de Crawar fuit Nunccius ex parte domini Jodoci Marchionis ad tabulas, ut prius intabulacio fieret.

Hermannus Katherina et alij orphani Mathie de Rathai recongnoscunt, quod nullum Jus habent ad bona Wyczow dotalicia, sicut a matre ipsorum habuerunt, sed in Rathay sibi reseruauerunt. [1])

886. Jesko dictus Puska de Cunstat Annam de Ottoslawicz Conthoralem suam legittimam et Laczkonem de Crawarn alias de Helffenstain fecit veros Commissarios et Tutores omnium bonorum suorum, vbicumque ea habet uel habebit, et duorum filiorum suorum Erhardi et Pothe Taliter, quod si domina Anna Conthoralis sua post mortem ipsius Jesconis in viduitate permanserit, quod tunc ipsa cum domino Laczcone in solidum sint veri Commissarij et Tutores bonorum, et puerorum duorum, ut prefertur, Si autem maritum duxerit, tunc ab huiusmodi Commissione et Tutela sit exclusa, contenta existens de bonis in Ottoslawicz et alijs ad eadem pertinentibus, prout prius in Tabulis terre est ei assignatum et inscriptum, et amplius Laczko predictus solus remaneat Tutor et Commissarius ut prefertur.

887. Jesko Puska de Cunstat Erhardum et Potam filios suos ad omnium bonorum suorum, que habet uel habebit, recipit veram vnionem, et hoc vsque ad beneplacitum sue voluntatis.

(F. LXIII. r.) 888. Elska de Drahotuss filia Fridussij, Monialis Monasterij Sanctimonialium sancti Jacobi in Olomuncz, Jesconem dictum Puska de Cunstat, ad omnium bonorum suorum in Wlkoss videlicet super Municione hominibus censualibus agris pratis fluminibus siluis, et in Bochorz super Siluis pratis fluminibus et alijs vniuersis eorum pertinencijs, ad quecumque Jus habet, recepit veram vnionem, videlicet na Spolek.

889. Jesko dictus Puska de Cunstat Anne de Ottaslawicz Conthorali sue legittime primo Municionem Ottaslawicz et totum, quidquid in villa ibidem habet, Item totam villam Dobrochow, Item totum quidquid habet in Wranowicz, Item totam villam Kobylnyk, Item totam villam Lhotka, cum Curijs allodialibus omnibus, agris pratis pascuis piscinis Molendinis Siluis fluminibus Riuulis riuulis (sic) rubetis vineis, ortis pomerijs, metis grenicijs, prout eadem bona ab antiquo sunt limitata, et cum hominibus censibus Solucionibus Robottis, Juribus vtilitatibus et fructibus, in quibuscumque rebus consistant, et alijs vniuersis eorum pertinencijs intra et extra existentibus, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, dedit eidem Anne libere, et hec omnia bona, ut prefertur, sibi loco dotalicij ad tempora solummodo vite ipsius Anne assignauit, vt quamdiu vixerit, sit pacifica et quieta in possessione dictorum bonorum cum suis pertinencijs absque quorumcumque impedimento, Et cum eadem decesserit, tunc predicta omnia bona cum suis pertinencijs super pueros, quos ipse Jesko Puska, cum ipsa Anna habuit uel habebit, statim deuoluantur, Et eciam specialiter omnem hospitalitatem omnium Curiarum allodialium, videlicet Nabyt, sint peccora uel pecudes, omnia dedit eidem Anne. 1398.

890. Jesko dictus Puska de Cunstat Clare Conthorali Sulikonis de Konycz In Drzowicz super Municione Curia allodiali Molendinis piscinis pratis pascuis Siluis rubetis Agris cultis et incultis metis et grenicijs et alijs vniuersis suis pertinencijs, nichil prorsus excipiendo, Trecentasquinquaginta marcas grossorum denariorum Pragensium in pingnus veri dotalicij deputat et assignat, et eciam super hominibus censibus vtilitatibus et vniuersis pertinencijs dictorum bonorum Drzowicz, prout ea a Lowkone de Drzowicz comparauit.

891. (Jesko Puska de Cunstat Sulikoni de Konycz et suis heredibus Municionem in Drzowicz cum Curia allodiali, molendinis piscinis pratis siluis pascuis rubetis Agris cultis et incultis cum hominibus censibus Juribus vtilitatibus obuencionibus et emolumentis et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout a Lowkone de Drzowicz eadem bona comparauit, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. LXIII. v.) 892. Anno domini Millesimo CCC^{o} Nonagesimo Nono Post Octauas Epiphanie [2]) Celebratum est Colloquiorum (sic) dominorum presidentibus domino Jescone dicto Puska de Cunstat Camerario, Sulikone de Konycz Czudario, et Jescone Notario Supremis, ac presentibus dominis et Baronibus infrascriptis videlicet Erhardo de Cunstath, Laczkone de Crawar, Sdencone et Jescone fratribus de Sternberg alias de Lukow, Petro de Plumnaw, Henrico de Mezyrziecz, Sigismundo et Smilone de Lethowicz, Wokone et Laczkone de Crawar alias de Tyczyn, Wancone de Bozcowicz, Jarossio, Przedborio, Bernhardo et Mathussio de Czimburgh, Erhardo de Luczan, et Cunykone de Drahotuss. 1399.

(F. LXIV. r.) 893. (Anna de Tyessicz Philippo de Paczlawicz et suis heredibus totum, quidquid ibidem in Tyessicz in hereditatibus habuit, cum pleno Jure et

[1]) *Der von anderer Hand zugeschriebene Schluss dieser Einlage steht am rechten Rande.*

[2]) *d. i. nach dem 13. Jänner.*

1399. dominio et suis vniuersis pertinencijs videlicet Curiam et terciumdimidium laneos et duas Curticulas, prout sola tenuit, nichil ibidem sibi reseruans, dedit hereditarie possidendum.)

894. Philippus de Paczlawicz Anne de Tyessicz vxori sue (super illo toto, quidquid sibi per ipsam Annam hereditarie in Tyessicz est intabulatum Centum marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit Et) [1]) In Paczlawicz super Septimo dimidio laneis et Molendino cum suis omnibus pertinencijs Septuaginta marcas grossorum racione predicti dotalicj dat et assignat, Et Benessius de Tlustomast patruus ipsius Anne illud suscepit, Et Dyetoch de Lilcze, Stupnyk ipsius Philippi, ad huiusmodi intabulacionem suum dedit consensum.

895. Procopius Marchio Morauie Marquardo de Gyekwe et suis heredibus villam Prossynky integram cum agris censibus hominibus Juribus fructibus et vniuersis suis pertinencijs, pleno Jure et dominio, nichil sibi uel suis Successoribus Juris proprietatis aut dominij reseruans, prout solus tenuit, hereditarie [2]) vendidit possidendam.

896. Odpor. [3]) Erhardus de Cunstat, Capitaneus terre Morauie, ex parte Jodoci Marchionis odpor facit dicens, quod ad eandem villam Prossynky Jus melius habeat, et quod eandem villam dedit Pessiconi, Piknossi et Jankoni de Malenowicz alias de Petrowicz.

897. (Alsso de Wezek Kuniczkonem de Drahotuss ad omnium suorum bonorum vbicumque ea habet veram suscipit vnionem, hoc est na Spolek, videlicet ad bona in Wezky et alia.)

898. Vlricus de Lhota Wsseborium de Dubczan et Janonem de Rzymycz facit veros Commissarios suorum omnium bonorum, que in Lhota uel alias vbicumque habet, et eciam omnium suorum puerorum in euentum mortis sue, quod sint veri Comissarij dictorum bonorum et puerorum, quamdiu ipsi pueri ad annos debite etatis non peruenerint.

899. Albertus et Bernhardus fratres de Czimburg cum omnibus eorum bonis, vbicumque ipsa in hereditatibus et in obligacionibus habent, fecerunt verum congressum, videlicet Stupugy se.

900. Albertus de Czimburg Jarossium de Czimburg patruum suum facit verum Commissarium omnium bonorum suorum, ut post mortem suam sit verus Commissarius omnium suorum bonorum et puerorum, quamdiu ijdem pueri ad debitam etatem non peruenirent, Taliter quod si ipse Albertus aliquam filiam habuerit, tunc Bernhardus frater suus, si ipsam cum consilio amicorum matrimonio copulauerit, ducentas marcas grossorum debet ei dare racione dotalicij, ut amplius ipsa ad bona hereditaria nullum Jus debeat habere, Si autem aliquam filiam ad Monasterium dederit, tunc eidem de Quinque marcis grossorum annui census ad tempora vite ipsius condescendat, et post mortem talis filie census idem ad ipsum Bernhardum et suos heredes deuoluatur, Si autem idem Bernhardus post mortem suam aliquas filias reliqueret, quod tunc prefatus Albertus eisdem filiabus similiter et eodem modo det, 1399. sicut Bernhardus dare tenetur, det filiabus ipsius Alberti, prout superius exprimitur Taliter tamen, quod filie amborum postquam eis illa data fuerint, ut prefertur, nullum Jus de cetero ad bona et hereditates debeant habere.

Et ad predictam Commissionem Jarossio factam Bernhardus de Czimburg frater eius suum dedit consensum.

(F. LXIV. v.) 901. (Jan de Muchnycz filius Wanykonis cum consensu et voluntate Auunculi sui dicti Roman Jarossio de Czimburg et suis heredibus totum, quidquid habuit in Muchnicz, cum pleno Jure et dominio et alijs vniuersis eorum pertinencijs, nichil ibidem sibi uel suis heredibus proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum, Et idem Roman dicit, quod sit hoc bonum ipsius Janonis, Et si alicubi in tabulis inueniretur, debet aboleri, et nullum vigorem obtinere.)

902. Johannes de Sternberg alias de Lukow Buskoni de Krasna et suis heredibus mediam villam villam Tyesstyn cum Curia allodiali medio Jurepatronatus ecclesie cum suis omnibus pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando vendidit hereditarie possidendam, Et Sdenko de Sternberg frater eius dedit ad hoc suum consensum.

903. Odpor. [4]) Erhardus de Cunstat, Capitaneus terre Morauie, ex parte Jodoci Marchionis Morauie facit odpor dicens, quod Judei ipsius Marchionis habent Jus ad dictam villam Tyesstyn racione suorum debitorum.

904. Sdenko de Sternberg alias de Lukow Agnescze vxori Stephani de Hayczendorff dicti Schenknar In villa Kostelecz, in bonis possessis et liberis Quinque marcas grossorum annui census in pingnus veri dotalicij dat et assignat, Et Mukarz de Kokor, qui eam marito tradidit, illud suscipit, Et Jesko de Sternberg alias de Lukow frater ipsius Sdenkonis ad hanc intabulacionem suum dedit consensum.

905. (Anna Relicta Janaczonis de Nedachlebicz Onssoni et Slawossoni fratribus de Kunkowicz suum dotalicium videlicet quod in Nedachlebicz Sex marcas grossorum census et [5]) In Wannow et in Mostyenycz Quatuor marcas grossorum census annui eo Jure dotalicij, sicut sola tenuit, nichil ibidem sibi reseruando dedit.)

906. (Zacharias dictus Sessel de Wssetat et Bolka Conthoralis sua Mixonem et Czenkonem fratres de Ottoslawicz et Dobessium de Jezow recipiunt, in veram vnionem, videlicet na Spolek, omnium bonorum suorum suorum (sic) que habent in villis Dobrosskowicz et Tyemycz cum eorum vniuersis pertinencijs pratis pascuis Siluis, eo omni Jure et dominio, prout soli tenuerunt, Et eciam cum bonis mobilibus, que dicuntur Nadbyt, que habent ibidem.)

907. Petrus et Alsso fratres Stibicz [6]) Bohussio de

[1]) *Am linken Rande dieser durchstrichenen Stelle steht von anderer Hand: Ista extabulacio alijs non debet preiudicare, que sequuntur.“*

[2]) *Das im Orig. vorstehende Wort „dedit“ ist durchstrichen.*

[3]. *u.* [4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[5]) *Die Stelle von „quod in Nedachlebicz bis census et“ ist durchstrichen und am rechten Rande steht von anderer Hand die Note: „Ista abolicio in secunda linea non preiudicat alijs intabulatis.“*

[6]) *Der im Orig. vorstehende Name „Tibicz“ ist durchstrichen.*

1399. Schonwald et Bernhardo de Schuczendorf et eorum heredibus Centum quinquaginta marcas grossorum In Schonwald, quas Jure dotalicij tenuerunt, eodem Jure vendiderunt, nichil amplius ibidem sibi Juris proprietatis uel dominij reseruantes.

908. Sulko de Radkow Franconi et Henrico filijs suis totum, quidquid in Oppatowicz habuit, cum suis pertinencijs, et Borzuthe filio suo Juniori totum, quidquid ibidem in Opatowicz in illa parte ville, vbi Boczko de Lestnicz eciam habet videlicet laneos Subsides et Molendinum, cum suis pertinencijs, ac in villa Brthowye quidquid habuit, dedit pro eorum porcione, Sic quod ipse Borzutha specialiter ibidem in Opatowicz et in Brthowye habeat suam porcionem, ut prefertur.

909. Wilhelmus de Kozussicz Vitkonem dictum Sypyk de Obora facit verum Commissarium omnium bonorum suorum et puerorum.

(F. LXV. r.) 910. Henricus de Radkow Frankoni fratri suo de Radkow et suis heredibus totum, quid in Opatowicz habuit uel in villis ad Opatowicz spectantibus, et que a patre suo Sulkone ibidem uel fratre suo Proczkone habere potuit, cum omnibus eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil amplius ibidem sibi reseruans Juris proprietatis uel dominij, vendidit hereditarie possidendum, Sed porcione Borzuthe semper salua permanente.

911. (Franko de Radkow Anne Conthorali sue In Opatowicz super Municione et tribus araturis agrorum, laneis, Curticulis et super illo toto, quidquid in illa parte in qua Municio est sita habet, Item in Malonyn et in Smolna villis, in eorum pertinencijs pratis Siluis pascuis Quadringentas quinquaginta sexagenas grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, Et Jacobus de Vpolessicz frater Anne illud suscipit dicens sufficere eidem.)

912. (Sbinko presbiter de Krumpsyn et Jan de Czelechowicz faciunt congressum, videlicet Stupugy se, cum Janone dicto Hussie de Krumpsin cum omnibus bonis illis, que simul in Krumpsin habent, Et ipse Jan dictus Hussie cum illo toto, quidquid in Kozoged habet congressum facit cum ipsis vniuersis.)

913. Johanka Relicta Zawissij de Wisskowicz Sobyenonem fratrem suum et ipsius heredes ad omnia bona sua, que in Wiskowicz habet, cum omni eo Jure et dominio, prout sola tenet, in veram suscepit vnionem, videlicet na Spolek.

914. Paulus de Buskowicz Jacobo dicto Konczek de Prus et suis heredibus vnum laneum in Buskowicz cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil in eodem sibi aut heredibus suis reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

915. Busko de Krasna Woytiechoni de Meilicz et Bohussio de Kokor totum, quidquid in Tyesstyn habet, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenet et habet, dedit eis sic quod ipsi illud post mortem suam debeant habere.

916. Odpor. [1]) Suliko de Konicz, officialis domini Jodoci Marchionis Morauie, ex parte eiusdem domini Marchionis facit odpor dicens, quod Judei ipsius domini Marchionis eadem bona Tyesstyn obtinuerunt Jure terre.

917. Przibiko Schelnberg dictus Syp Gezdononi dicto Medek de Stichowicz et suis heredibus in Buyanowicz Sex laneos Septem Curticulas mediam Curiam allodialem, et medietatem ville deserte Probsdorf dicte, Item quartam partem Jurispatronatus ecclesie in Buyanowicz cum Agris pratis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum, Nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando. 1399.

(F. LXV. v.) 918. (Gezdon dictus Medek de Stichowicz Zdyncze Conthorali sue In Buyanowicz super Sex laneis Septem Curticulis et media Curia allodiali, et super medietate ville deserte dicte Probsdorff cum eorum pertinencijs Agris pratis pascuis et alijs Centum decem et septem sexagenas cum media sexagena grossorum Pragensium in pingnus veri dotalicij dat et assignat, Et Sigismundus de Nedachlebicz frater Zdyncze illud suscepit.)

919. (Mirko de Chlum Erhardum de Cunstat facit verum Commissarium omnium bonorum suorum et puerorum, quamdiu ipsi pueri ad annos debite etatis non peruenerint.)

920. (Wilhelmus de Lytenczicz Gyndrzichoni de Zastrzel et suis heredibus totum, quidquid in Lytenczicz habet, cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio eciam Jurepatronatus ecclesie ibidem incluso, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruans, prout solus tenuit, dedit hereditarie possidendum.)

921. (Elska de Sternberg alias de Swyetlow Wokonem de Crawarn maritum suum et Petrum de Crawarn alias de Plumnow recepit in veram vnionem, videlicet na Spolek, Castri Swyetlow et omnium bonorum ad illud Castrum pertinencium, in quibuscumque rebus consistant, prout eadem bona ad ipsam Elskam Jure hereditarie spectant, cum pleno Jure et dominio nichil excipiendo.)

922. Woko de Crawarn Elscze de Sternberg Conthorali sue In villis Bartusschendorff super quadraginta tribus marcis grossorum census annui, et in Zylyna super duodecim marcis grossorum annui census, et in Zeyptendorff super vigintiquinque marcis annui census, cum dictarum villarum vniuersis pertinencijs racione veri dotalicij in Octingentis marcis grossorum dat et assignat, Et Petrus de Crawar alias de Plumnaw, illud suscepit.

923. Laczco de Crawar Junior Wokonem de Crawar fratrem suum Laczkonom de Crawar seniorem et Johannem de Crawar alias de Crumpnaw ad omnium bonorum suorum, que vbicumque habet, veram suscipit vnionem videlicet na Spolek.

924. Wocko de Crawarn alias de Stalberg Laczconem de Crawar Juniorem fratrem suum et Laczkonem de Crawar alias de Helffenstain seniorem recipit ad veram vnionem omnium suorum bonorum, que vbicumque habet.

925. (Petrus de Crawarn alias de Plumnow Adliczcze vxori Maczkonis de Ostrow in villa Ottenslag super hominibus censualibus ibidem Quinque marcas grossorum annui census racione veri dotalicij in quinquaginta

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1399. marcis grossorum dat et assignat, Et si ipsa Adliczka moreretur, tunc Maczko maritus suus cum pueris ipsorum illud dotalicium debet habere, Et (sic)

(F. LXVI. r.) 926. (Artlebus de Wetherzow Adliczkam de Wetherzow Sororem suam suscipit in veram vnionem bonorum Mykulczicz et aliorum omnium bonorum suorum, que vbicumque habet.)

927. (Henricus de Damoboricz Offcze Conthorali sue In villa Lukowe super hominibus censualibus et alijs pertinencijs decem sexagenas grossorum census annui racione veri dotalicij in Centum sexagenis grossorum dat et assignat, Et si quid ibidem defecerit, tunc in villa Rokytnycze debet suppleri, ut decem sexagenas annui census habeat, et residuum fiat ipsius Henrici, Et Henricus de Schonwald suscepit illud dotalicium et dicit sufficere.)

928. Dywa de Czekynye Petrzikonem de Lychtnow facit verum Commissarium omnium suorum bonorum, vbicumque ea habet, et eciam suorum puerorum omnium.

929. (Dobessius dictus Vderlicze Vrsule vxori sue In Lyssow super Municione, Curia allodiali, Agris pratis pascuis et alijs suis vniuersis pertinencijs Septuagintaquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Nicolaus de Vgezdecz, frater germanus ipsius Vrsule, illud suscepit.)

930. (Benessius de Lyderzow Jarcze Conthorali Janonis fratris sui indiuisi de Lyderzow Ibidem in Lyderzow super Curia allodiali Agris pratis pascuis piscinis Siluis et eorum pertinencijs vniuersis nonaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij, dat et assignat, Et si ibidem quid defecerit, hoc in bonis Laskow debet adimpleri, quod plene habet nonaginta marcas dotalicij Et Zycho de Nedachlebicz frater ipsius domine illud, dotalicium suscepit.)

931. Jenyko de Dobroticz Sigismundo seu Sichoni de Nedachlebicz et suis heredibus ibidem in Nedachlebicz Curiam allodialem cum agris pratis et Silua, et ipsius Curie pertinencijs intra et extra villam, cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris aut dominij reseruans vendidit hereditarie possidendam.

932. (Sigismundus seu Sicho de Nedachlebicz Kaczne Conthorali sue In Nedachlebicz super Curia allodiali agris pratis Silua et ipsius Curie pertinencijs vniuersis intra et extra villam, et super laneo Lyskonis ibidem, Sexaginta marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Et Vitko Sypyk frater Kaczne suscepit idem dotalicium.

(F. LXVI. v.) 933. (Pessiko dictus Kopacz Janoni de Neptenye et Benessio ac Philippo filiastris suis et eorum heredibus villam Murzynow integram cum agris pratis pascuis siluis Molendino Curijs allodialibus et vniuersis alijs ipsius pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

934. Wanko de Bozkowicz Stachoni de Wodyerad et suis heredibus In Wodyerad Curiam allodialem cum agris pascuis pratis Siluis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum. 1399.

935. Anna de Tyessicz Henrico de Jarohnyewicz dicto Albo et suis heredibus In villa Trubka super altero dimidio laneo (sic) censualibus viginti marcas grossorum, eo Jure dotalicij, sicut sola tenuit, vendidit possidendas.

936. (Benessius de Tlustomast Margarethe Coniugi sue In villa Osseczan super Quinque laneis Quatuor Curticulis et vna thaberna et eorum pertinencijs Septuagintaquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et si quid ibidem defecerit, tunc ibidem in Osseczan In Curia allodiali debet adimpleri, quod integraliter possit habere dictum dotalicium, Et Henricus de Jarohnyewicz frater Margarethe idem dotalicium suscepit.)

937. Boczko de Cunstat alias de Lestnicz Janoni de Dobroczkowicz et fratribus suis germanis et eorum heredibus, (Curiam allodialem de duabus araturis in Dyedkowicz cum Septimo dimidio laneis censualibus et Quinque Curticulis, Thaberna, Siluis pratis pascuis et eorum omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et) [1]) In Swabenicz quatuor Curticulas maiores et vnam paruam et tres praetas, que dicuntur Nywy, dat permutando cum prefatis Janone de Dobroczkowicz et fratribus suis, pro eorum bonis hereditarijs que a Sazema de Tassow [2]) habuerunt hereditarie possidendas.

938. Jan filius Wlczkonis de Dobroczkowicz cum fratribus suis germanis et indiuisis Boczkoni de Cunstat alias de Lestnycz et suis heredibus In Swabenycz tria quartalia [3]) censualia cum eorum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil ibidem sibi reseruans (sic), resignauit et dedit, permutando pro alijs bonis hereditarijs, que ipse Boczko ipsis immediate intabulauit.

(F. LXVII. r.) 939. Odpor. [4]) Jessiko de Sowynecz Dorothea filia Paulikonis de Sowynecz dicta Koldyna et Katherina Relicta Andree de Nechwalin faciunt odpor et dicunt, quod Pauliko de Sowynecz in Colloquio dominorum proxime preterito Kaczne vxori sue dotalicium in bonis Pnowicz et eorum pertinencijs intabulauit, ad que quidem bona ipse Jessico et dicte sue Sorores dicunt se Jus habere, et referunt se ad tabulas terre.

940. Mykulass de Neczycz, Henricum de Jarohnyewicz, Barssonem dictum Czyhowka, Vlricum de Lhota et Woyslaum de Paczlawicz recipit in veram vnionem, videlicet na spolek omnium bonorum suorum et puerorum, Sic tamen, quod postquam pueri ipsius Mykulassonis ad annos debite etatis peruenerint, possint tunc licite de bonis eorum disponere, sicut eorum placuerit voluntati, predicta vnione non obstante.

941. (Siliko de Paczlawicz Agneskam de Paczlawicz Sororem suam, vxorem Marssonis transducit de Lhotka in Paczlawicz super Curiam allodialem, duos laneos

[1]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand die Note: „Hec extabulacio non nocet alijs scriptis.“*

[2]) *Diese drei Worte „Sazema de Tassow“ stehen unterhalb der durchstrichenen „Wlczcone patre eorum.“*

[3]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „agrorum“ ist durchstrichen.*

[4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1399. censuales, tres Curticulas, duas thabernas cum pomerijs pratis pascuis nemoribus et alijs vniuersis pertinencijs, super quibus Centum vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij sibi deputat et assignat, Et dicit eidem sufficere.)

942. Stephanus de Wezek Sdenkoni de Wezek et suis heredibus Curiam allodialem ibidem in Wezek cum agris pratis pascuis Siluis pomerijs et alijs suis vniuersis pertinencijs, Eciam cum vno laneo censuali vna Curticula vna thaberna ibidem pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil excipiendo nec pro se reseruando, dat hereditarie possidendam.

943. Jarossius de Starawess Dorothee vxori sue In Jarohnyewicz super Curia allodiali cum suis pertinencijs Triginta marcas grossorum nomine veri dotalicij deputat et assignat, Et Sbinko de Drzyenoweho illud suscepit et dixit sufficere.

944. Jarossius de Starawess pueros Henzliconis de Starawess ad omnium suorum bonorum, vbicumque habitorum, veram recipit vnionem, videlicet na Spolek, Et Jacubek de Rakodaw ad hoc consensit.

945. Dorothea Relicta Budkonis Smylonem de Borotyn filium suum et Przibiconem de Suchdol ad sui dotalicij, videlicet Centum marcas grossorum, quod habet in Rubanye veram suscipit vnionem, Sic tamen quod tempore vite sue non debeant ipsam in ipso dotalicio impedire.

(F. LXVII. v.) 946. Sigismundus alias Sich de Nedachlebicz Jaroslaum de Nedachlebicz ad omnium suorum bonorum, que ibidem in Nedachlebicz obtinet, veram suscipit vnionem videlicet spolek, Sic tamen quod postquam pueri, si quos habuerit, ad annos debite etatis venerint, de dictis bonis sicut eis placuerit possint disponere, predicta vnione non obstante.

947. Dobessius de Vderlicz Wilhelmum de Sobaczow facit verum Commissarium omnium suorum bonorum et puerorum, Taliter quod quamprimum pueri ipsius ad etatem debitam peruenerint, possint tunc de bonis ipsis disponere, prout eis placuerit, predicta Commissione non obstante.

948. (Marsso de Lhotka Sobyeno de Trubek et suis heredibus villam Lhotkam integram cum hominibus censibus agris pascuis pratis et alijs suis vniuersis pertinencijs et cum quodam prato Sub villa Laznyk iacente, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil excipiendo, nec aliquid Juris proprietatis aut dominij pro se aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

949. (Dobessius de Vderlicz Vlrico de Mezycz et Libussio de Senycz et eorum heredibus In Sczytowicz super duobus hominibus censualibus duas sexagenas minus duobus grossis annui census eo Jure, prout in Benessio Chytra Jure obtinuit, eodem Jure vendidit hereditarie possidendas.)

Doman de Kokor Stupnyk patris illorum orphanorum videlicet Vlrici de Mezycz fecit istud extabulari et intabulari Sulikoni de Conycz, et dixit illud esse bonum. [1])

950. (Sobieno de Trubek Swene Conthorali sue In Lhotka super tota eadem villa cum hominibus censibus agris pratis psscuis et eius vniuersis pertinencijs Septuaginta marcas grossorum racione veri dotalicij deputat, Quia de vigintiquinque marcis grossorum dotalicij, quas in Trubka habuit, super predictam villam Lhotkam est transducta.) 1399.

951. Johannes dictus Stahler Ciuis Olomucensis Janoni dicto Medwyedek de Dubczan et suis heredibus in Paterzyn super Curia allodiali vnam marcam grossorum annui census, prout (in Hyncone de Paterzyn) Jure terre obtinuit in Elska matre Medwyekonis eodem omni Jure vendidit hereditarie possidendam.

(F. LXVIII. r.) 952. Jan de Kokor Ciuis Olomucensis Michaeli dicto Rorozek et suis heredibus In Oynycz Curiam allodialem et vnam Curticulam cum pratis pascuis et vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

953. Artusse Relicta Mikssonis Polnkopye et Margaretha eius filia Kunye vxori Mykulassonis et eidem ac Damyano fratri de Przerow et heredibus eorum villam Przeczkowicz totam et (in Nezdenycz Curiam allodialem cum duabus Curticulis) [2]) cum hominibus censibus Agris pratis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout sole tenuerunt, nichil ibidem pro se reseruantes, predicte Kunye et pueris predicti Mikulassonis ex ipsa procreatis dant hereditarie possidendam, Et si alicubi reperiretur in tabulis, aboleri debet et nullum prorsus habere vigorem.

954. Henricus de Jarohnyewicz Wlczconem de Rzykowicz Henricum de Sobyebrzich et Michalkonem de Choryna ad omnium suorum bonorum, que habet in Trubka et in Blyssicz, veram suscipit vnionem.

955. Doman de Zaworzicz Wokoni et Swatoborio de Zaworicz et alijs fratribus et Sororibus ipsorum indiuisis ac eorum heredibus In Koyssow Municionem, Curiam cum pratis pascuis siluis rubetis et alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Item in Olessne mediam villam, et medium Judicium, cum pleno Jure et dominio, Item in Hrabissyne tres laneos, Thabernam et fabrum, Item in Rudye duas marcas grossorum census annui, cum Siluis ad hoc spectantibus, pleno iure et dominio, prout solus habuit, nichil sibi aut suis heredibus in bonis predictis Juris proprietatis aut dominij reseruando, intabulauit hereditarie possidendum, Ita quod licet ipse Doman prius dicta bona habeat in tabulis cum Wiskone sibi intabulata, tamen illis omnibus predictis bonis renuncciat, ut eadem intabulacio, quoad eum et ipsius heredes nullum habeat vigorem.

956. Odpor. [2]) Jesko Puska de Cunstat facit odpor asserens, quod in predictis bonis superius intabulatis Jus sibi conpetit et refert se ad literas.

957. (Barsso Czyhowka Mikulassonem de Neczicz patruum suum ad omnium suorum bonorum vbicumque habitorum veram recipit vnionem, videlicet na Spolek.)

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von derselben fremden Hand: „Doman de Kokor.“*

[2]) *Am linken Rande steht von einer andern Hand die Note: „Ista abolicio non preiudicat alijs.“*

[3]. *u.* [4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1399. 958. Odpor. [1]) Abbas et Conuentus Monasterij Gradicensis prope Olomuncz faciunt odpor dicentes, quod villa Lodyenycz media et Silue dicte Rachnow cum pratis na Strzyeny sint et pertineant ad ipsum Monasterium ab antiquo, et Relicta Petri de Sternberg tenet illa et occupat.

(F. LXVIII. v.) 959. (Jan de Wladiczieho Vgezda Annam vxorem suam transducit de Wladiczieho Vgezd in Tupecz, [2]) super media Curia allodiali et super orto et magno prato, et in eisdem sibi racione veri dotalicij Sedecim marcas grossorum dat et assignat, Et si quid ibidem deficeret, hoc debet in alia medietate dicte Curie adimplere, ut plene habeat XVI marcas racione dicti dotalicij, et Jan de Tupecz frater Anne illud suscepit et dicit sufficere.)

960. (Sdislaus de Knyehnicz, Henrico de Vnyeticz In Wiskowicz super Curia allodiali duabus Curticulis et alijs eorum pertinencijs, Jure dotalicij decem marcas grossorum eidem Henrico et suis heredibus intabulat eodem Jure dotalicij, sicut solus tenuit.

961. (Mikulass de Neczicz Gyndrzichoni de Zastrziel et suis heredibus Bona sua In Lytenczicz duas Curias allodiales cum quinque laneis ad duas Curias spectantibus, cum agris pratis hinnulario fluminibus Riuis pascuis Siluis ad easdem curias spectantibus Jurepatronatus ecclesie in Lytenczicz incluso et eciam octauum dimidium laneos censuales et Septem Curticulas censuales Balneum et cum pertinencijs alijs vniuersis ad Curias et laneos spectantibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem pro se aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

962. (Rachman de Vgezd Przibiconi de Sobyehrd et suis heredibus In Vgezd Curiam allodialem duas Curticulas, cum agris pratis piscina [3]) pascuis Siluis pleno iure et dominio cum omnibus eorum pertinencijs, prout solus tenuit, nichil ibidem pro se uel suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

963. (Przibico de Sobyehrd Janonem de Sobiehrd fratrem suum In Vgezd ad illius Curie allodialis duarum curticularum cum Agris pratis piscina pascuis Siluis cum pleno Jure et dominio, cum omnibus eorum pertinencijs ad veram recepit vnionem videlicet Spolek.)

964. Erhardus de Cunstat, Capitaneus terre Morauie, de mandato domini Jodoci Marchionis Morauie Mikulassoni de Neczicz et suis heredibus In Morzicz Jus dotalicij, videlicet Centum quinquaginta marcas grossorum, prout super ipsum dominum Marchionem fuit deuolutum, ita eodem Jure vendidit possidendum, Et si alicubi reperiretur in tabulis, debet aboleri et nullum habere vigorem.

965. Dorothea filia Pauliconis de Morawan Mikulassonem de Chudyechrom maritum et omnes illos pueros, quos cum ipso habet, ad omnium illorum bonorum, que a patre suo habuit uel habet, veram recipit vnionem, videlicet Spolek.

(F. LXIX. r.) 966. Wlczko de Kozussecz Pueros Janonis de Czelczicz Ibidem in Kozussecz ad dimidij tercij lanei vnius Curticule cum pratis pascuis Siluis et alijs eorum pertinencijs in veram recipit vnionem, videlicet Spolek. 1399.

967. Przibiko de Byelowicz Mabcze vxori sue super toto illo, quidquid habet in Byelowicz, nichil prorsus excluso, sed prout solus tenuit, Septuaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Petrus de Plumnaw illud suscepit, dicens sufficere.

968. Mabka vxor Przibiconis de Byelowicz Petrum de Crawar alias de Plumnaw facit verum Commissarium sue persone et dotalicij, Sic quod post mortem mariti sui, idem Petrus de Plumnaw de huiusmodi Commissione se intromittere debeat.

969. Janek dictus Jamka Jakubconem Pastorka [4]) de Podhagie ad omnium suorum bonorum vbicumque habitorum veram recipit vnionem, videlicet Spolek.

970. Wanuch de Welyke Rudky Zawissio de Rudky et eius heredibus In villa Rudka Curiam Allodialem cum curticulis pratis pascuis Siluis et eius vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem pro se reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

971. (Zawissius de Rudky Anne Conthorali sue In villa Rudka super Curia allodiali et Curticulis pratis pascuis Siluis et eius vniuersis pertinencijs viginti-quinque marcas grossorum nomine veri dotalicij deputat et assignat, Et Wanuch de Welike Rudky pater predicte Anne illud suscepit, dicens satis esse.)

972. Odpor. [5]) Adam de Przestawlk odpor facit pro eo et ex eo, quod Valentinus de Magetyn alias de Przestawlk, existens suus verus Stupnyk, vxori sue in bonis Magetin et alijs sibi dotalicium intabulauit, quod facere non poterat pro eo, quod fuit suus Stupnik, et ipse hoc facere non potuit sine voluntate sua.

(F. LXIX. v.) 973. Dominus Smylo de Wiczow, pro tunc Canonicus et officialis Olomucensis, verus Commissarius domine Agnetis Relicte olim Mathie de Rathay, veniens cum litera patenti domini Jodoci Marchionis Morauie sigillo suo pendente sigillata, in qua continebatur, quod eadem Relicta in vita uel in morte dotalicium suum, quod habet in Rathay et in Wiczow possit totaliter uel diuisim dare et legare cuicumque vellet pro sua voluntate, Cuius quidem litere vigore prefatus dominus Smilo Commissarius illud totum dotalicium, quod in Rathay uel in Wiczow prefata Agnes Relicta habuit, [6]) pueris masculis tantummodo ipsius Agnetis legittimis, quos cum predicto Mathia suo marito habuit, et intabulauit eo Jure pleno, prout ipsa Relicta habere dinoscebatur, et prout eciam eadem Agnes dum viueret sic disposuit de dicto dotalicio et prefatum dominum Smilonem Commissarium petiuit sic fieri et sic intabulari.

974. Jesko dictus Puska de Cunstat Camerarius Czude Olomucensis pueris masculis tantum modo orphanis olim Mathie de Ratay, quos cum Agnete olim vxore sua

1) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
2) *Der im Orig. vorstehende Name „Tuczer“ ist durchstrichen.*
3) *Dieses Wort steht im Orig. oberhalb der Zeile von derselben Hand.*
4) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*
5) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
6) *Das im Orig. nachfolgende Wort: „filijs“ ist durchstrichen.*

1399. habuit, Illud Jus dotalicij, quod ipsa Agnes in Rathay et in Wiczow habuit, et a domino Jodoco Marchione Morauie pro se impetrauerat; dictis pueris masculis dedit et resignauit, nichil sibi de dicto dotalicio in Rathay uel in Wiczow, quod eadem Agnes habuit, relinquendo sed nec suis heredibus.

975. Milotha de Laznyk Wychnam vxorem Styepankonis de Tynecz transducit eam de Tupecz in Laznyk super vno laneo censuali et Molendino, et in eisdem vigintiquinque marcis grossorum racione veri dotalicij sibi deputat et assignat, Si vero aliquid ibi deficeret, illud suppleri debet in Curia allodiali ibidem in Laznyk. 1399.

(Tria sequencia folia sunt excisa, quartum vacat.)

Knyehy prwnyeho pana Petra z Crawarz

pana Plumlowskeho naywyssyho Komornyka Olomuczskeho.*)

Primum colloquium.

1406. (F.I.v.) 1. Sabbato proximo post Epiphaniam domini [1]) Anno domini Millessimo quadringentesimo Sexto Celebratum est Colloquium per Serenissimum principem dominum Jodocum Marchionem Morauie ac Nobiles viros dominos Petrum de Plumnaw Camerarium, Johannem de Lompnicz Czudarium, et Andream de Modricz Canonicum Brunnensem Notarium Tabularum terre, Supremos presentibus Nobilibus dominis Erhardo de Cunstat seniore, Laczkone de Crawarn, Johanne de Sternberg alias de Lukow, Wilhelmo de Pernstein, Erhardo de Skal, Wokone de Crawarn alias de Gyczyn, Boczkone de Lestnicz, Alberto de Lukow, Petro de Straznicz, Benessio de Quassicz, Czenkone de Lypa, Hincone de Lethowicz, Wznatha et Jodoco dictis Hecht de Rossicz, ac Vlrico ibidem de Rossicz, Johanne Puska de Cunstat et alijs quam pluribus.

(F. II. r.) 2. (Illustris princeps dominus Jodocus Marchio Morauie Mysliborio dicto Ryss de Kladnycz et suis heredibus villam Kladnycz cum hominibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis Riuis aquis et alijs suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio dedit hereditarie possidendam.) 1406.

3. (Mysliborius dictus Ryss de Kladnycz Wenceslao de Przyekaz et Johanni filiastro suo et eorum heredibus Curiam allodialem in Kladnycz cum Municione ibidem et dimidium alterum laneos agrorum cum suis pertinencijs et septem laneos censuales minus vno quartali, vnam thabernam et tres Curticulas, cum siluis nemoribus pratis et pascuis et alijs vniuersis dicte Curie pertinencijs pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

4. Johannes de Neptenye Offcze de Bukowyny, Sue Conthorali, super medietate vile Neptenye et super Curia allodiali ibidem et super piscina et pomerio et super medietate pratorum et siluarum ibidem ad Curiam predictam spectancium et super hominibus censualibus pocioribus medietatis ipsius ville et eius pertinencijs, viginti marcas census annui in ducentis marcis grossorum denariorum Pragensium in pingnus veri dotalicij dat deputat et assignat, Et Andreas de Pawlowicz frater Offcze illud suscepit dotalicium, Et dictus Johannes de Ptenye dictum dotalicium Offcze sue vxori ibidem assignat transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod in villa Lukowe habuit et in Rokytnycz.

5. Erhardus de Lestnycz alias de Luczan vendidit villam integram Luczan, que ipsum porcione paterna

[1]) *d. i. den 9. Jänner.*

*) *Dieser aus einer etwas späteren Zeit herrührende Titel des VII. Olmützer Buches steht auf der Vorderseite des Umschlages oberhalb des mit einer goldenen Bügelkrone gezierten Krawař'schen Wappens. (Die nähere Beschreibung dieses mit dem verschlungenen Namen „Krawarz" so wie auch des auf der Rückseite des Umschlages befindlichen, mindergezierten Krawař'schen Wappens, siehe in der Geschichte der Landtafel S. XXVII.) Der Umschlag selbst ist ein Fragment einer Orig. Pergament-Urkunde, in welcher Anton, Bischof von Concordia, als päpstlicher Executor entscheidet, dass der Magister Peter, Sohn des Blasius, gleichzeitig die Canonicate an der Prager, Olmützer und St. Peter- und Paul-Kirche zu Brünn behalten dürfe, und in den Besitz derselben eingeführt werden solle.*

Der Inhalt dieses Urkunden-Fragmentes lautet:

Reuerendis in Christo patribus et dominis dei gracia . . Archiepiscopo Pragensi . . Episcopo Olomucensi eorumque in Spiritualibus Vicarijs et Officialibus, nec non Venerabilibus et discretis viris dominis. . Prepositis, Decanis et Capitulis singulisque Canonicis et Personis Pragensis et Olomucensis et sancti Petri in Brunna Olomucensis diocesis ecclesiarum et presertim illi et illis ad quem uel ad quos Canonicorum recepcio et admissio et prebendarum dignitatum personatuum, et officiorum in dictis ecclesijs collatio prouisio et presentacio eleccio seu quouis alia disposicio pertinet communiter uel diuisim Omnibusque alijs et singulis quorum interest et intererit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur communiter et diuisim. Antonius eadem gracia Episcopus Concordiensis Executor ad infrascripta vnacum infrascriptis nostris in hac parte Collegis cum illa clausula quot vos uel duo aut unus vestrum per vos uel alium seu alios &c. a sede apostolica specialiter deputatus. Salutem in domino et mandatis nostris ymmouerius apostolicis firmiter obedire. Literas Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacij diuina prouidencia pape noni, vnam videlicet graciosam cum filis sericis rubei croceigue coloris Aliam vero Executoriam cum cordula Canapea veris bullis plumbeis ipsius domini nostri pape impendentibus more Romane Curie bullatas sanas et integras non viciatas non cancellatas non corruptas nec in aliqua sui parte suspectas Sed omni prorsus vicio et suspicione carentes nobis per honorabilem virum magistrum Petrum Blasij in eisdem literis apostolicis nominatim coram notario publico et testibus infrascriptis

1406. continebat (sic) cum curia allodiali Sex laneorum, et duobus molendinis, Censibus redditibus Agris cultis et incultis, pratis pascuis nemoribus Rubetis silius aquis et eorum decursibus, Riuis alijsque vniuersis et singulis dicte ville pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, cum Curticulis pomerijs et ortis, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, honorabili et religioso fratri Stephano et Conuentui Monasterij fratrum Cartusiensium vallis Josaphat prope Dolan, presentibus et futuris per eos perpetuis temporibus possidendam, Item quia hec Bona quesita in tabulis non poterant reperiri, Ideo idem Erhardus suo et heredum suorum nomine renunciauit omni Juri sibi et dictis suis heredibus in bonis eisdem conpetenti, Que bona si vnquam reperirentur in tabulis, ad hoc ut deleantur consensit, quum nullam debent habere roboris firmitatem. 1406.

6. Petrus de Crawar alias de Plumnaw, Supremus Camerarius Czude Olomuczensis, Renuncciauit pro se et suis heredibus omni Juri et proprietati, si quod in illa parte bonorum ville Dyedycz fratribus et Monasterio in Lankskrona per eum intabulate sibi et dictis suis heredibus conpeteret siue racione congressionis siue alio quouis modo et dicit, quod in ea parte ville Dyedycz dictis fratribus Monasterij in Landskron intabulate sibi et suis heredibus nichil conpetit Juris, excepta quadam litera, quam ab ipsis fratribus de Landskrona obtinet, quam wlt expresse, ut illam sibi obseruent et teneant iuxta earum continenciam et tenorem.

(F. II. v.) 7. Item Illustrissimus princeps dominus Jodocus Marchio Brandemburgensis Marchio et dominus

presentatas, nos cum ea qua decuit reuerencia noneritis recepisse, Quarum quidem literarum apostolicarum vnius videlicet graciose tenor sequitur de uerbo ad uerbum et est talis: Bonifacius episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio magistro Petro Blasij Canonico Pragensi Capellano nostro Salutem et apostolicam benediccionem. Grata tue deuocionis obsequia, que nobis et apostolice sedi hactenus impendisti et adhuc solicitis studijs impendere non desistis nec non vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita quibus personam tuam fidedignorum testimonijs iuuari percepimus nos inducunt ut tibi reddamur ad graciam liberales, Volentes itaque tibi premissorum obsequiorum et tuorum meritorum intuitu graciam facere specialem vnum in Pragensi et alium in Olomucensi ac alium in sancti Petri in Brunna Olomucensis diocesis ecclesijs Canonicatus cum plenitudine iuris Canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis eciam prouidemus, ac vnam in Pragensi et aliam in Olomucensi ac aliam in sancti Petri ecclesijs predictis prebendas, nec con dignitatem uel personatum seu officium cum cura uel sine cura in aliqua ecclesiarum earumdem eciam si ad dignitatem uel personatum seu officium huiusmodi consueuerit quis per eleccionem assumi et dignitas ipsa in Pragensi uel Olomucensi maior post pontificalem aut in sancti Petri ecclesijs predictis principalis fuerit si que uel si qui aut si qua vacant ad presens uel cum simul aut successiue uacauerint quas uel quos seu que tu per te uel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra vnius mensis spacium postquam tibi uel eidem procuratori vacacio illarum uel illorum innotuerit duxeris acceptandas uel acceptandos seu acceptanda conferendas uel conferendos seu conferenda tibi post acceptacionem eandem cum omnibus Juribus et pertinencijs suis donacioni apostolice reseruamus districcius inhibentes venerabilibus fratribus nostris.. Archiepiscopo Pragensi et Episcopo Olomucensi et dilectis filijs ecclesiarum predictarum Capitulis ac illi uel illis ad quem uel ad quos in dictis ecclesijs prebendarum necnon dignitatum personatuum uel officiorum collacio prouisio presentacio eleccio seu queuis alia disposicio communiter uel diuisim pertinet, ne de huiusmodi prebendis ac dignitate uel personatu seu officio interim eciam ante acceptacionem eandem nisi postquam eis constiterit quod tu uel procurator predictus illas uel illos seu illa uolueritis acceptare disponere quoquomodo presumant ac decernentes exnunc irritum et inane si secus super hijs a quocumque quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus de certo Canonicorum numero et quibuscumque alijs statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum contrarijs Juramento confirmacione apostolica uel quacumque firmitate alia roboratis Aut si aliqui apostolica uel alia quauis auctoritate in eisdem ecclesijs in Canonicos sint recepti uel ut recipiantur insistant, Seu si super prouisionibus sibi faciendis de Canonicatibus et prebendis ac dignitatibus personatibus uel officijs in dictis ecclesijs speciales aut alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis uel legatorum eius literas impetrarent eciam si per eas ad inhibicionem reseruacionem et decretum uel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus eciam auctoritate nostra in ecclesijs ipsis receptis uel prebendas ac dignitates seu personatus uel officia huiusmodi expectantibus in eisdem preterquam venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus et dilectis filijs familiaribus nostris domesticis continuis commensalibus te in assecucione prebendarum ac dignitatis uel personatus seu officij huiusmodi quibuscumque constitucionibus et ordinacionibus apostolicis contrarijs nequaquam obstantibus volumus anteferri sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem prebendarum ac dignitatum personatuum uel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari, Seu si eisdem Archiepiscopo Episcopo et Capitulis uel quibusuis alijs communiter uel diuisim a prefata sit sede indultum quod ad recepcionem uel prouisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint quoque de Canonicatibus et prebendis ac dignitatibus uel personatibus seu officijs ipsarum ecclesiarum aut allijs beneficijs ecclesiasticis ad eorum collacionem prouisionem presentacionem eleccionem seu quamuis aliam disposicionem coniunctim uel separatim spectantibus nulli valeat prouideri per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mencionem et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali uel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam effectus huiusmodi gracie impediri valeat quomodolibet uel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mencio specialis, Aut si presens non fueris ad prestandum de obseruandis statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum solita Juramenta dummodo in absencia tua per procuratorem ydoneum et tum ad ecclesias ipsas accesseris corporaliter illa prestes. Sin quidem ut asseris parrochialem ecclesiam de Durenholcz et sancti Petri in Snoyma ac sancti Michaelis Archangeli in Pozericz Capellas nec non Altare sancte Catherine situm in ecclesia in Gostel dicte diocesis super quibus Capella sancti Petri et Altare de quibus eciam nuper tibi tunc certo modo vacantibus apostolica auctoritate mandatum fuit prouideri in palacio apostolico litigare proponis et que quidem Capelle et Altare sine cura sicut obtines, et nos dudum tibi de beneficio ecclesiastico sine cura ad collacionem prouisionem presentacionem seu quamuis aliam disposicionem predicti Olomucensis et dilectorum filiorum prepositi decani et Capituli singulorumque Canonicorum ecclesie Olomucensis prefate communiter uel diuisim pertinente vacante uel vacaturo necnon de Canonicatu et prebenda in Cobtitz in dicta ecclesia sancti Petri tunc certo modo vacantibus quorum possessionem nondum habes per diuersas nostras literas graciose mandauimus prouideri, quodque alias in Canonicatum dicte ecclesie sancti Petri auctoritate ordinaria receptus fuisti quam quidem recepcionem exnunc cassamus et irritamus et nullius esse volumus roboris uel momenti Volumus autem quod quamprimum vigore presencium Canonicatum et prebendam dicte ecclesie sancti Petri fueris pacifice assecutus predictos alios Canonicatum et prebendam in Cobtitz ac omne ius tibi in eis seu eos quomodolibet competens dimittere tenearis, Nos insuper tecum ut

1406. Morauie etc. dotator benignus Monasterij domus vallis Josaphat, fratrum ordinis Curtussiensis prope Dolan, cuius quidem structure primum suis manibus iniecit lapidem in dei nomine fundamento pro sustentacione victu pariter et amictu ac necessarijs vsibus fratrum ordinis supradicti, Fratri Stephano eius loci primo Priori et eorum Successoribus in perpetuum Ad laudem et gloriam altissimi Creatoris ac intemerate virginis eius matris Marie, et Jeronimi gloriosi ob spem salutis eterne donauit, dedit et largitur, prebuit, ac cum effectu realiter assignauit et in corporalem possessionem omnium bonorum infrascriptorum predictum fratrem Stephanum et Conuentum ad hoc, ut Successores eorum bonis illis pociantur, perpetue introduxit, Curias duas allodiales in villa Palonyn sitas, cum agris cultis et incultis et cum suis in quibuscumque rebus consistant seu qualitercumque wlgaribus nominibus appellentur, pertinencijs vniuersis cum mero et pleno dominio Siluis nemoribus aquis aquarumve decursibus fluminibus Riuis Piscinis, ab alijs bonis circumadiacentibus distinctas pariter et diuisas, quemadmodum olym felicis recordacionis genitor ipsius Illustris princeps dominus Johannes Marchio Morauie possedit et tenuit suis pecunijs comparata, Item eadem donacione accensus donauit et dedit eisdem Cartussiensibus et Successoribus eorum Bona sua in montibus prope Castrum iam erectum et destructum Tepenecz videlicet villam Gywowa cum agris cultis et incultis montibus vallibus, Siluis Nemoribus pratis pascuis aquis aquarumve decursibus flumine Bystrzicze, Riuis et alijs pertinencijs ad dictam villam spectantibus, 1406.

huiusmodi dignitatem uel personatum seu curatum officium si illam illum uel illud tibi presencium vigore conferri contingerit recipere et vnacum dicta parrochiali ecclesia vel alio beneficio ecclesiastico curato seu incompatibili quod te Canonice assequi contigerit usque ad Quinquennium retinere ac huiusmodi parrochialem ecclesiam necnon dignitatem vel personatum seu officium aut beneficium curatum huiusmodi simul vel successiue ex causa pronuncciacionis uel alias tociens quociens tibi placuerit dimittere et loco dimissi uel dimissorum aliud uel alia simile uel dissimile aut similia uel dissimilia beneficium uel beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica duo tantum incompatibilia recipere et per huiusmodi Quinquennium retinere libere et licite valeas generalis Concilij et quibuscumque alijs Constitucionibus apostolicis necnon predictis et aliarum ecclesiarum in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint statutis et consuetudinibus contrarijs nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore presencium de speciali gracia dispensamus, Prouiso quod parrochialis ecclesia ac dignitas uel personatus seu officium aut alia beneficia huiusmodi debitis non fraudentur obsequijs et animarum cura in eis quibus illa imminet nullatenus negligatur, Volumus autem quod alterum ex duobus incompatibilibus huiusmodi pro aliquo alio beneficio ecclesiastico cum eorum reliquo compatibili infra Quinquennium huiusmodi permutare, Alioquin dictam parrochialem ecclesiam uel si illam dimiseris illud ex duobus imcompatibilibus huiusmodi quod prius assequeris et quam uel quod extunc vacare decernimus omnino dimittere tenearis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre collacionis prouisionis reseruacionis inhibicionis constitucionis voluntatis et dispensacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum VIII. Kalendas Maij Pontificatus nostri Anno Decimo. Alterius vero litere scilicet Executorie tenor sic incipit. Bonifacius episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri Episcopo Concordiensi et dilectis filijs Pragensi et Olomucensi Officialibus Salutem et apostolicam benediccionem, Grata dilecti filij magistri Petri Blasij Canonici Pragensis Capellani nostri deuotionis obsequia que nobis et apostolice sedi hactenus impendit et adhuc solicitis impendere studijs non desistit, necnon vite ac morum honestas aliaque laudabilia probiiatis et virtutum merita quibus personam fidedignorum testimonijs iuuari percepimus nos inducunt, ut sibi reddamur ad gracium liberales etc. Et sic sunt, Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos uel (duo uel) vnus vestrum per vos uel alium seu alios eundem Petrum uel procuratorem suum eius nomine exnunc auctoritate nostra in singulis Pragensi et Olomucensi ac sancti Petri ecclesijs predictis recipi facientes in Canonicum et in fratrem stallo sibi in choro et loco in Capitulo cuiuslibet ecclesiarum earundem cum dicti Juris plenitudine assignatis prebendas, nec non dignitatem uel personatum seu officium huiusmodi per nos ut premittitur reseruatas uel reseruatos seu reseruata si tempore huiusmodi nostre reseruacionis vacabant, et postea vacauerant, aut simul uel successiue vacauerint eidem Petro post acceptacionem predictarum cum omnibus Juribus et pertinencijs suis auctoritate prefata conferre et assignare curetis Jnducentes eum uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prebendarum ac dignitatis personatus seu officij Juriumque et pertinenciarum predictarum et defendentes inductum ac facientes ipsum Petrum uel dictum procuratorem pro eo ad dignitatem personatum uel officium huiusmodi, ut est moris admitti, sibique de ipsorum Canonicatuum et prebendarum ac dignitatis uel personatus seu officij fructibus redditibus prouentibus iuribus et obuencionibus vniuersis integre responderi, Non obstantibus omnibus supradictis Seu si eisdem Archiepiscopo Episcopo et Capitulis uel quibuscumque alijs communiter uel diuisim a prefata sede indultum existat, quod incendio suspendi uel excommunicatam non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mencionem, Contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo, Datum Rome apud Sanctum Petrum VIII. Kalendas Maji Pontificatus nostri Anno dei. . . Post quarumquidem literarum apostolicarum presentacionem et recepcionem nobis et per nos ut premittitur factas fuimus per dictum magistrum Petrum Blasij coram nobis personaliter constitutum cum instancia debita requisiti, quatenus ad execucionem dictarum literarum apostolicarum et in eisdem contentorum iuxta traditam seu datam? ab eadem apostolica sede nobis formam procedere dignaremur. Nos igitur Antonius Episcopus et Executor prefatus volentes mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reuerenter exequi ut tenemur, Idcirco auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte dictas literas apostolicas et hunc nostrum processum omniaque et singula in eis contenta vobis vniuersis et singulis supradictis communiter et diuisim intimamus insinuamus et notificamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducimus et deduci volumus per presentes, Et nichilominus vos dictos Archiepiscopum Pragensem et Episcopum Olomucensem vestrosque in spiritualibus vicarios et officiales, necnon prepositos decanos singulosque Canonicos et personas et Capitula dictorum Pragensis et Olomucensis ac sancti Petri in Brunna, Olomucensis diocesis ecclesiarum tenore presencium requirimus et monemus primo secundo tercio et . . . vobisque nichilominus et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatenus infra Sex dierum spacium postquam pro parte dicti magistri Petri Blasij vigore presencium super hoc fueritis requisiti, aut aliquis vestrum fuerit requisitus immediate sequentium, quorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies vobis uniuersis et singulis supra dictis pro tercio et peremptorio termino ac Canonica monicione assignamus dictum magistrum Petrum . . . . dictarum literarum apostolicarum et presentis nostri processus formam et tenorem in dictis vestris ecclesijs in Canonicum et in fratrem recipiatis, sibique uel dicto eius procuratori suo nomine stallum in choro et locum in Capitulo cuiuslibet. . . (Das Uebrige ist abgeschnitten!!)

Auf den 6 ersten unbezeichneten Blättern dieses Quaternes ist der äusserst magere und dürftige Index zu den nachfolgenden zahlreichen Einlagen enthalten. Das siebente Blatt ist herausgeschnitten. Die Vorderseite des mit I. bezeichneten Blattes ist leer.

1406. quemadmodum ab alijs bonis circumadiacentibus distincta fuerant vniuersis et cum deserto Molendino, Item quia iure hereditario perpetue possidenda, Item quia donaciones cetere, quibus prefato Monasterio Reuerendus pater olym dominus Albertus de Sternberg episcopus Luthomislensis subuenire voluit, robur firmitatis sine ipsius domini Marchionis consensu speciali gracia et fauore, quoad possessionem perpetuam non poterant obtinere, Idcirco de nouo ipsius speciali munificencia eidem fratri Stephano et Conuentui ac eorum Successoribus, ut puta villam integram Dolan, villam Thowirz, villam Morawiczan, villam Polonyn integras, Item villam Luczan integram, quam de nostro adiutorio ab Erhardo de Lestnicz pecunijs compararunt, cum omnibus illarum villarum agris cultis et incultis censibus redditibus montibus vallibus siluis, Nemoribus virgultis, Pratis pascuis aquis et earum decursibus ortis pomerijs fluminibus Riuis piscinis Molendinis venacionibus aucupacionibus limitibus gadibus granicijs et alijs quibuscumque specialibus censeantur nominibus, in quibuscumque rebus consistant seu quibuscumque wlgaribus nominibus nuncupentur, cum mero et pleno dominio, nichil prorsus excluso, seu pro eorum possessoribus prioribus reseruato, et expresse cum Jurepatronatus ecclesiarum supradictarum villarum, donat dedit et inscribi terre tabulis imperauit, Ita ut per se prefata Bona prior et fratres predicti teneant et possideant, et ad nullum allium preterquam ad prefatum dominum Marchionem et Successores suos respectum habeant, ipsum dotatorem suum benefactorem promotorem et dominum perpetue recognoscant, hoc rite expresso quod quocies Bernam indici contigerit domino Marchioni predicto heredibus et Successoribus suis et nulli alteri illam soluant secundum Registrum et consuetudinem prout in antiquis libris Bernarum lucidius expresatur.

(F. III. r.) 8. (Katherina de Zdanycz Relicta olim Bubnonis Alssonem de Cunstat alias de Lyssicz ad bonorum suorum omnium, que habet in Zdanycz, Wyeczemylicz et Rohotrzie, cum omnibus suis pertinencijs, que sunt bona hereditaria ipsius, veram suscipit vnionem et na Spolek cum pleno Jure et dominio bonorum predictorum.)

9. Byetha Relicta Wawrzienkonis de Rzymicz Janonem filium suum ad sui dotalicij, quod habet in Rzymycz, veram suscepit vnionem et Spolek.

10. Elyzabeth de Mezyrziecz vxor Petri de Sowynecz eundem Petrum suum maritum ad sui dotalicij, vbicumque illud habet, veram suscipit vnionem.

11. (Katherina Relicta Mixikonis de Wytczicz Janonem fratrem suum de Rzymycz in veram suscipit vnionem sui dotalicij, quod habet ibidem in Wytczicz.)

12. (Jan de Czymburg Anezcze z Herstayn matri sue ducentas et quinquaginta sexagenas grossorum In et super Curia allodiali in Schumycz super pratis pascuis Riuis et suis omnibus pertinencijs excluso Jurepatronatus ecclesie, et Berna Regali et eciam succisione siluarum et myczenye et alijs vniuersis dat ad vite sue dumtaxat tempora et assignat [1]) et eciam super Molendino ibidem cum pleno Jure et dominio dat eciam eidem matri sue ligna de siluis ad ignem et ad structuras neccessarias, Ita quod predictas pecunias videlicet CCL sexagenas ibidem habeat, donec statum viduitatis non mutauerit et illas peccunias non possunt eidem splatyty.) 1406.

13. Jan de Czymburg Agnezcze de Herstayn matri sue In et super villa Schumycz integra et Curia allodiali ibidem cum pratis pascuis riuis pleno dominio ac Molendino ibidem et suis vniuersis pertinencijs excluso Jurepatronatus ecclesie Berna regali et siluarum succisione et myczenye ducentas et quinquaginta sexagenas grossorum denariorum Pragensium dat et assignat, ut super dictis bonis easdem peccunias dicta mater sua habeat, et illas sibi pagare et splatyty nullus possit, quamdiu statum suum viduitatis non mutauerit, dedit eciam predicte domine Anezcze matri sue ligna de siluis pro igne tantummodo sufficiencia, et ad structuras necessarias et oportunas sibi et suis hominibus.

14. (Katherina Relicta olim Fridrichonis de Czyrchaw Hessonem de Lelekowicz ad ducentas quinquaginta marcas grossorum sui dotalicij, quod habet in villa Sobolkach, et super siluis pratis Riuis et super Robottis et eorum vniuersis pertinencijs, sit multum uel parum, veram suscipit vnionem.)

(F. III. v.) 15. Anna Relicta Lowkonis de Syssma cum filijs suis Johanne et Dywa fecit congressum cum suo dotalicio, quod habet in Syssma.

16. Johannes et Dywa fratres de Syssma cum bonis suis, que habent ibidem in Syssma cum predicta matre sua Anna Relicta Lowkonis de Syssma verum congressum faciunt.

17. Herka de Mrlyna cum filio suo Jeskone et filia Katherina facit verum congressum cum suo dotalicio, quod habet in Mrlyn.

18. Jesko de Mrlyn et Katherina soror sua cum bonis eorum, que habent in Murlyn, congressi sunt cum Herka matre sua.

19. Kunka de Zezwole Relicta olim Herssonis ad sui dotalicij, quod habet in Trpenowicz, Kunczonem de Zwole patrem suum ac Petrum et Marquardum fratres suos veram suscipit vnionem et eciam in Czechuowka et Wrahowicz ad vnionem sui dotalicij, quod habet ibidem suscepit eosdem.

20. (Elska de Kokor Albertum de Kralicz maritum suum et Mixikonem de Kokor fratrem suum ad sui dotalicij, quod habet in villis Kowarzow et super Curia sita in Hrabye, et in Lhota villa, veram suscepit vnionem et Spolek.)

21. Anna Relicta Dywonis de Czekynye pueros suos Dywonem et Sdenkonem filios ac Annam et Margaretham in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Lybenycz, suscepit.

22. Perchta Relicta Bohussij de Kokor Mixonem, Zdenkonem, Zawissium et Mraxssonem filios suos ad sui dotalicij, quod habet in Kokor, veram suscipit vnionem.

23. Anezka Relicta Frankonis de Pornycz Dyetochoni de Lylcze totum suum dotalicium, quod habuit in Pornycz, intabulauit sibi et suis heredibus.

[1]) *Diese Stelle von „et alijs“ bis „assignat“ ist im Orig. durchstrichen.*

1406. 24. Dorothea filia Stiborij de Lytawy Martinum dictum Bukowecz filium suum ad sui dotalicij, quod habet in Tyessicz, et Nadbyt veram suscipit vnionem.

(F. IV. r.) 25. Jana de Prerouia Annam filiam suam ibidem de Prerouia et Martinum filium et Margaretham filiam ipsius suos nepotes ad XXXII marcas grossorum sui dotalicij, quod habet super Curia allodiali super Prerouia, veram suscepit vnionem et na Spolek.

26. Michko de Prerouia Annam filiam suam et Martinum et Margaretham suos nepotes, ad pontis (et Curie allodialis) quem habet sub Ciuitate Prerouia veram suscepit vnionem, (que Curia est hereditas sua).

27. *Anno domini M⁰ CCCC⁰ LXVI⁰ Margaretha de Przerow dicta Wierna habens Maritum hanc Curiam superius pro se intabulatam fecit extabulari et promisit, se super dictam Curiam nunquam reuersuram, Et cum ea ac pro ea fideiussores infrascripti sunt, et promiserunt manu coniuncta in solidum Officialibus Tabularum et Czude Olomuczensis presentibus et futuris Wanko Sekyrka de Przerow et Wanko de Laznik, se heredes et bona sua, que nunc habent uel habebunt in futurum, obligauerunt, quod non debent esse liberi et libera, si quouis modo Margaretha predictam Curiam impeteret, et quod omnia damna propter hoc recepta, debeant Officialibus rependere. Actum feria IIII. Agathe.* [1])

28. (Hinko de Ronaw alias de Lethowicz Johannem et Sigismundum filios Jodoci de Ronow suscepit ad veram vnionem Castri sui Lethowicz cum Opido ibidem et omnium bonorum et villarum ad hoc spectancium cum pleno Jure et dominio et eciam cum Naprawy.)

29. (Hinko de Ronaw alias de Lethowicz Czenkonem de Lethowicz fratrem suum germanum, ac Johannem et Sigismundum filios Jodoci de Ronaw suscepit in veram vnionem Castri Lethowicz cum opido ibidem ac omnium bonorum et villarum ad hoc spectancium pleno iure et dominio et eciam cum Naprawy.)

30. Wenceslaus Vgecz de Chudyechrom (Wieczkonem de Oppatowicz et) [2]) Jessikonem Susska de Ponykwe recepit in veram vnionem bonorum suorum, que obtinet in Chudychrom.

31. Illustrissimus princeps dominus Jodocus Marchio Morauie, Messkoni de Rostanye alias de Vgezd et suis legittimis heredibus, et domine Gytcze Conthorali sue, Curiam cum Aratura cum pratis et nemoribus ad eam spectantibus in villa Rostanye, que ad Castrum Czymburg pertinebat, cum agris cultis et incultis et alijs vniuersis pertinencijs ad illam Curiam spectantibus dedit hereditarie possidendam, Et hec intabulacio facta est ad mandatum ipsius domini Marchionis per eius patentes literas, Cuius facti Nunccius fuit dominus Erhardus senior de Cunstat ab ipso missus ad tabulas.

32. Johannes dictus Puska de Cunstat Johanconi de Wranowicz et suis heredibus Curiam in Wranowicz, in qua sunt duo lanei, et Curticulam, que censuat Sex grossos et duos pullos, nichil sibi in eadem Curia et Curticula reseruando dedit hereditarie possidendam, et si alicubi in tabulis ipsa Curia in Wranowicz et curticula eidem Johanni Puscze aut suis heredibus intabulata existeret, nullum debet habere vigorem, cui Curie et curticule renuncciauit. 1406.

33. Johannes Puska de Cunstat Nobilem Erhardum seniorem de Cunstat ad omnium bonorum suorum, que habet et notanter Castri Ottoslawicz cum dictorum bonorum pertinencijs vniuersis in veram suscepit vnionem et na Spolek eorum dumtaxat Bonorum, que ad hanc Olomuczensem Czudam spectare dinoscuntur.

(F. IV. v.) 34. (Anna Relicta Przechonis de Rakussek Nobili domino Petro de Plumlaw Supremo Czude Olomuczensis Camerario et eius heredibus Curiam allodialem in Rakussek cum hominibus censualibus pratis pascuis Siluis Riuis et alijs pertinencijs suis vniuersis, excluso prato, quod situm est retro Curiam predictam, dedit in perpetuum hereditarie possidendam.)

35. Anna Relicta Przechonis de Rakussek Mixikoni de Chudobin et vxori sue Offcze et eorum heredibus pratum, quod iacet retro Curiam allodialem in Rakussek, dedit hereditarie possidendum.

36. (Slawuss de Chwalnowa Anne filie olim Marquardi nigri de Medrzicz In et super Curia allodiali in Chwalnow super tribus laneis censualibus et super vno quartali et super Tribus Thabernis ibidem in Chwalnow et in media Dubrawa siluarum ad dictam Curiam spectante cum pratis riuis ac pleno dominio, prout solus tenuit, Centum et vigintiquinque marcas grossorum denariorum Pragensium nomine veri dotalicij deputat, dat et assignat, Et Onsso et Almuz fratres congressores ipsius Slawussonis ad hoc consenseruut, Quod quidem dotalicium dominus Laurencius plebanus in Bysencz et Johannes de Hranicz fratres patrueles ipsius Anne susceperunt.)

37. Pauliko de Przestawlk Bohunkoni et Johanni fratribus de Magetin et eorum heredibus Curiam allodialem in Bolelycze cum censibus agris pratis et alijs vniuersis pertinencijs, nichil ibidem sibi reseruans, dedit hereditarie possidendam.

38. Odpor [3]) Adamek de Przestawlk contra superius proximam intabulacionem facit odpor dicens, quod habeat Jus ad Curiam in Bolelycze.

39. (Almuz de Kunkowicz Margarethe Conthorali sue Curiam allodialem in Kunkowicz et Tres marcas census annui cum siluis pratis et piscinis, Item in Mostyenycz Quatuor marcas census annui super Sex medijs laneis et super vna Curticula, Et in Chwalnow vnam marcam census annui super Thaberna et super medio laneo Centum et vigintiquinque marcas grossorum denariorum Pragensium nomine veri dotalicij deputat, dat et assignat, Et Franko de Morkowicz frater ipsius Margarethe illud suscepit dotalicium.)

40. Odpor [4]) Nota, Onsso de Przestawlk facit odpor contra Ondrzeykonem de Prziluk, quia ipse vadium suum in Prziluk abemit et contradicit, si illud vadium cuiquam intabulari per eum contingeret.

41. Mixsso de Mydlowar Byetkam vxorem suam et suos heredes ad Curie sue, quam habet in Mydlowar cum suis pertinencijs suscepit in veram vnionem, id est Spolek.

[1]) *d. i. den 5. Februar 1466.*

[2]) *Am Schlusse der Einlage steht von anderer Hand zugeschrieben: „Ista abolicio non nocet alijs Intabulatis.“*

[3]) *Steht am rechten Rande von einer andern Hand.*

[4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1406. 42. Illustrissimus princeps dominus Jodocus Marchio Morauie Almuzoni de Kunkowicz dotalicium Centum XXV. marcarum grossorum, quod Kaczna de Kunkowicz super Curia allodiali in Kunkowicz et super tribus marcis census cum siluis pratis et piscinis habuit, dum viueret, Et in Mostkowicz super quatuor marcis census annui et super Sex medijs laneis et vna curticula, Et in Chwalnow super vna marca census vna thaberna et super medio laneo, quod quidem dotalicium fuit ad eum per mortem ipsius Kaczne deuolutum, dedit et intabulauit sibi et suis heredibus eo Jure, sicut ad eum est deuolutum, huius negocij Nunccius fuit Nobilis Petrus de Plumnaw, missus ab ipso domino Marchione ad Tabulas.

(F. V. r.) 43. Elska Relicta Wiskonis de Koyssow Katherine, filie sue, et Benesskoni de Wyczkow marito eiusdem filie sue, Omne Jus sui dotalicij, quod habet in villis Studenka et Trzemessko dedit et intabulauit ipsis et ipsorum heredibus.

44. Sudka de Nenessowicz cum suo dotalicio in Nenessowicz, quod habuit ibidem super Curia allodiali, videlicet XV. marcis grossorum cum Martino et Johanne filijs suis est congressa.

45. Wenceslaus de Morkowicz cum Anna matre sua cum omnibus bonis suis, que habet in Morkowicz, fecit congressum et eciam cum omnibus alijs suis Bonis ad hanc Czudam spectantibus cum ea fecit congressum.

46. Anna de Morkowicz Relicta Janonis cum Wenceslao filio suo ac Johanne, Milotha, Agnezka et Margaretha suis nepotibus cum suo dotalicio In Morkowicz, quod Jure terre in eodem suo filio obtinuit, et eciam in illis bonis, que pertinent ad hanc Czudam in parte ipsius Wenceslai, verum fecit congresum.

47. Jaroslaus filius Jaroslai de Sternberg Anne Relicte Marquardi de Sternberg Swe Stryne In et super villis Mystrziczich, Jawornyczky et in Wczelarzie, in hominibus censualibus agris cultis et incultis Aquis pratis pascuis Siluis ac vniuersis dictarum villarum pertinencijs pleno iure et dominio Quingentas sexagenas grossorum denariorum Pragensium titulo veri dotalicij deputat et assignat.

48. Odpor [1]) Petrus de Plumnaw Supremus Camerarius facit adpor contra hanc Intabulacionem Jaroslai filij Jaroslai de Sternberg dicens, eum Jus non habere, quod posset supradictum dotalicium intabulare.

49. Anna Relicta Marquardi de Sternberg Petrum filium suum et Jaroslaum de Sternberg Socerum suum in Dewerzie ad suum dotalicium videlicet Quingentas sexagenas grossorum, quod sibi (per Jaroslaum) super villis Mystrziczich Jawornyczky et Wczelarzie in hominibus censualibus agris cultis et incultis aquis pratis pascuis Siluis et earum villarum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio deputatum existit, in veram suscipit vnionem id est na Spolek.

50. (Jaroslaus filius Jaroslai de Sternberg Wznathe dicto Hecht de Rossicz et suis heredibus medietatem ville Oswyeczyman cum medio Jurepatronatus ecclesie ibidem, cum vniuersis pertinencijs et fructibus ad dictam medietatem spectantibus, in quibuscumque sunt rebus, dedit hereditarie possidendam, prout eadem bona Marquardus de Sternberg tenuit et possedit.) 1406.

51. Odpor [2]) Petrus de Plumnaw Supremus Camerarius huius Czude facit odpor contra Intabulacionem Jaroslai filij Jaroslai de Sternberg, factam Wznathe Hecht de Rossicz dicens, quia Jaroslaus non habet Jus ad illa bona.

52. Artlebus Sczirka de Obora Annam filiam suam vxorem Romanonis et eius heredes suscepit in veram vnionem ville Mylyssowycze cum vineis et siluis et alijs omnibus, que ibidem in Mylyssowicz habet.

(F. V. v.) 53. Erhardus Senior de Cunstath Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus Curiam in Sobaczow, et tres Curticulas cum Molendino ibidem sito in Sobaczow, et vnum quartale lanei cum pratis siluis Aquis fluminibus pascuis montibus vallibus cum pleno Jure et dominio et vniuersis suis pertinencijs, prout ipse solus aut sui officiales tenuerunt, vendidit hereditarie possidendam, dictamque Curiam in Sobaczow cum alijs superius specifice expressatis Ipse Erhardus senior de Cunstat sibi extabulauit et extabulat, et ipsi Wilhelmo de Sobaczow et eius heredibus intabulat.

54. (Jodocus dei gracia Marchio Morauie Erhardo dicto Pusska de Cunstat Juniori et suis heredibus Curiam in parua Slatynkach cum omnibus ipsius Curie pertinencijs, emittens de feudo ad veram hereditatem sibi et suis heredibus dedit et assignauit, Et huius rei Nunccius fuit ad Tabulas Erhardus senior de Cunstat ex parte prefati domini Marchionis.)

55. (Erhardus dictus Pusska de Cunstat Junior Welyzoni dicto Pulecz de Pulycz et sorori sue Margarethe et eorum heredibus Curiam sitam in parua Slatynkach cum omnibus ipsius Curie pertinencijs dedit hereditarie possidendam.)

56. Jacobus de Krumpsin et Johannes de Drzowicz filius Gychonis [3]) cum omnibus eorum bonis, que vbicumque habent, ad inuicem sunt congressi videlicet in Krumpsyn et in Drzowicz.

57. (Jacobus de Krumpsin et Johannes de Drzowicz filius Gychonis Przechonem Jeskonis filium de Rakussek ad omnium bonorum suorum, que in Krumpsin et in Drzowicz habent, veram susceperunt vnionem, id est na Spolek.)

58. Roman de Myssleyowicz Onssoni de Kunkowicz et suis heredibus [4]), In villa Nyetkowicz Curiam Allodialem Sex laneos censuales et vnam Curticulam cum hominibus agris pratis Siluis Riuis et alijs suis omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

59. (Erhardus dictus Pusska Junior de Cunstat Erhardum de Skal alias de Cunstat et suos heredes ad omnium bonorum suorum ad Czudam Olomuczensem spectancium veram suscepit vnionem, id est na Spolek.)

60. (Erhardus dictus Pusska Junior de Cunstat cum Erhardo de Cunstat alias de Skal et cum suis heredibus cum omnibus suis bonis, qualiacumque sunt, ad Czudam

1. u. 2) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

3) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

4) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1406. Olomuczensem spectantibus verum fecit congressum id est Stupek sie snym [sic].)

61. Wilhelmus de Pernstein Przibikoni [1]) Schyponi dicto Schelmberg et suis heredibus Omne Jus suum dotalicij videlicet Mille sexagenas grossorum, quod habuit in villis Borssicz, In Luka, In Wnorowach et in Spysku, nichil sibi reseruans omnino, eodem Jure dotalicij vendidit hereditarie possidendum cum omnibus suis pertinencijs Molendinis aquis siluis pratis pascuis prout solus tenuit [2]).

(F. VI. r.) 62. Johannes Pusska de Cunstat alias de Ottoslawicz Jakubkoni et Jenczoni et Raczkoni fratribus de Rakodaw et eorum heredibus villas Postupky, Myrutky, Buganowicze, et in villa Zarzycziczye, quidquid hereditatis habuit, cum dictarum villarum hominibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis Molendinis, Curijs allodialibus Riuis montibus vallibus aquis et alijs vniuersis dictarum villarum et bonorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistant pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis et dominij in dictis villis reseruando, vendidit hereditarie perpetuis temporibus possidendas, et si alibi dicta bona eidem Johanni Puscze et suis heredibus [3]) essent intabulata, illis renuncciauit.

63. Odpor [4]) Erhardus senior de Cunstat facit odpor contra hanc intabulacionem superius factam dicens, se esse Congressarium seu Stupek habere cum Johanne Pusska de Cunstat.

64. Clara Relicta Adamkonis de Sczytowicz Janonem dictum Surdyk fratrem suum de Ryssicz ad sui dotalicij, quod habet in Sczytowicz et in Werbatky super tribus quartalibus, veram suscipit vnionem.

65. (Jodocus Marchio Morauie Jeskoni dicto Hrusska et suis heredibus illa Bona in Radkow cum suis omnibus pertinencijs [5]), que largicione sua tenuit in feudum, ab eodem feudo absoluit illaque sibi et suis heredibus dedit perpetuis temporibus hereditarie possidenda, Cuius negocij Erhardus de Cunstat alias de Skal fuit Nunccius ad tabulas terre, missus ab ipso domino Marchione Jodoco.)

66. (Sbynko de Drzyenoweho Margarethe de Newogicz Decem marcas census annui in villa Vherczich prope Morkowicz super hominibus censualibus racione veri dotalicij deputauit in Centum marcis grossoum, transducendo eam de suo priori dotalicio, quod habuit in Letossow, sic quod dotalicium suum in Vherczich habere deinceps debeat, Et Nicolaus de Morzicz frater ipsius domine illud dotalicium suscepit dicens, esse bonum suum.)

67. Proczko de Cunstat alias de Lyssicz Alssonem fratrem suum [6]) de Cunstat alias de Lyssicz ad omnium suorum bonorum ad hanc Czudam pertinencium veram suscepit vnionem.

68. Jesko Hruska Nicolaum Scriptorem in Montibus-chuttnis et suos heredes ad illa Bona omnia cum suis pertinencijs (et singula), que donacione domini Jodoci Marchionis Morauie in Radkow obtinet, et que sunt per ipsum Marchionem a feudo absoluta et liberata, in veram suscepit vnionem. 1406.

69. Erhardus senior de Cunstat Proczkoni de Cunstat alias de Lyssicz et suis heredibus [7]) Totum, quidquid habuit in Lyssicz sit multum uel parum, nichil omnino ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

70. Odpor [8]) Margaretha, Dorothea et Offka sorores de Krzeczkowicz faciunt odpor contra Artussie matrem ipsarum pro eo, quod ipsa Badnyrzie et presbitero Domankoni bona in Krzeczkowicz intabulauit, et dicunt se Jus habere ad illa Bona.

(F. VI. v.) 71. Odpor [9]) Kaczna de Lyssicz Relicta Paulikonis de Sowynecz facit odpor contra Johannem Puska de Cunstat, qui bona sua intabulauit Erhardo seniori de Cunstat et dicit, quia eundem Johannem citauerit ad Jus suum, quod Jus sibi debet facere in Possudek hic Olomucij.

72. Reuerendus in Christo pater dominus Laczko episcopus Olomucensis Hanussio de Przne et domine Elscze Conthorali sue et eorum heredibus villas Wissoka et Lhotka cum Molendino et cum Curia et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis Successoribus reseruando, vendidit hereditarie possidendas, Et dominus Woko de Krawarz ad hoc suum dedit consensum.

73. (Hersso Smetana de Zahlenicz Elscze vxori sue super curia Allodiali in Zahlenycz cum Agris cultis et incultis pratis Robottis et super quatuor marcis grossorum annui census, cum omnibus alijs ad dictam Curiam spectantibus, Centum marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit ac dedit, Et Hersso de Lyppowe Auunculus eius domine illud suscepit dotalicium dicens, esse bonum suum.)

74. (Illustris Jodocus Marchio Morauie Erhardo de Cunstat seniori et suis heredibus Castrum Malenowicz cum opido ibidem et curia allodiali de duabus araturis cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, villam Tetczowicz cum Curia allodiali duarum araturarum et Jurepatronatus ecclesie ibidem, villam Bunyeow cum Curia allodiali de vno aratro, villam Ottrokowicze cum Curia allodiali de vno aratro, villam Kwyetkowicze, villam Kozynecz cum Curia allodiali de vno aratro, villam Dubrawiczky, villam Wyssie Dubrawiczky, villam Bohuslawiczie, villam Weledubrawy, villam Brzezuowka, villam Kraczenowicze, villam Luka cum Curia allodiali de vno aratro, villam Teczowska Lhota, villam Brzezynka, cum hominibus censualibus rusticis agris cultis et incultis montibus vallibus siluis pratis pascuis nemoribus rubetis fluminibus Riuis, aquis fructibus Juribus et emolimentis singulis ac alijs vniuersis eorum bonorum pertinencijs, in quibuscumque rebus consistunt, nichil ibidem sibi Juris aut suis heredibus et Successoribus Marchionibus Morauie penitus reseruando, dedit liberaliter perpetuis

[1]) *Dieser Name steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*
[2]) *Das im Orig. hier noch nachfolgende Wort „possidendum“ ist theilweise ausgekratzt.*
[3]) *Diese drei Worte „et suis heredibus“ stehen oberhalb der Zeile.*
[4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[5]) *Diese vier Worte „cum suis omnibus pertinencijs“ stehen oberhalb der Zeile.*
[6]) *Diese zwei Worte „fratrem suum“ stehen oberhalb der Zeile.*
[7]) *Diese drei Worte „et suis heredibus“ stehen oberhalb der Zeile.*
[8] *u.* [9]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1406. temporibus hereditarie possidendum, Molendinis et piscinis inclusis, Cum quibus bonis suprascriptis potest ipse Erhardus senior de Cunstat libere disponendi et ordinandi (sic), seu illa cuicumque dandi alienandi obligandi et vendendi iuxta eorum beneplacitum voluntatis tamquam hereditatem propriam.)

75. Elska Relicta Zawissij de Bohuslawicz Jakubkoni de Bohuslawicz et suis heredibus duos laneos in Bohuslawicz cum suis omnibus pertinencijs, quos olym Jacobus plebanus de Morawiczan sibi et fratri suo Vlrico de Lhota dederat, intabulauit hereditarie possidendos, Ad quam intabulacionem predictus Vlricus consensit.

(F. VII. r.) 76. Mathussius de Czimburg Agnezcze Conthorali sue In opido Conycz XXXII sexagenas census annui In villa Destbel septimamdimidiam sexagenas minus XXIV grossis, In villa Gessenycz Quinque sexagenas XXVII grossos, In villa Brzcze IV sexagenas, In villa Ochoze V sexagenas XI grossos, In Krzemenecz duas sexagenas XXV et medium grossos, In villa Rimarzow IV sexagenas XVI grossos, In villa Desczne IV sexagenas XXVI et medium grossos et in villa Suchdol XI sexagenas XXII grossos nomine veri dotalicij deputat et assignat, Ita quod in supradictis villis et bonis ipsa Agnezka nomine sui dotalicij Septuaginta quinque sexagenas census annui in Quingentis sexagenis grossorum Pragensium in pingnus veri dotalicij obtineat et habeat, Et si quid ibidem deficeret hoc in alijs bonis et villis sibi debet adimplere, Et dominus Petrus de Plumnaw Supremus Camerarius Czude Olomuczensis illud suscepit dotalicium.

77. Odpor [1]) Siliko de Conycz facit odpor contra Mathussium de Czymburg pro eo, quia in bonis Conycz dotalicium vxoris sue deputauit et dicit, in ipsis bonis domicella Ewa professa Monasterij sancte Katherine habet a suis predecessoribus habet (sic) V marcas census, quarum due marce ad heredes suos deuolui debent, videlicet ipsum Sulikonem et eius heredes, post eius obitum, et tres marce census Monasterio predicto remanebunt.

78. (Laczko de Crawarn Zbynkoni dicto Hrzywnacz et de Nyewossicz et suis heredibus villas Bynow et Byezkowicze integras cum hominibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis Molendinis Siluis fluminibus aquis alijsque vniuersis dictarum villarum pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij uel heredibus reseruans, pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendas.)

79. (Zbynko dictus Hrzywnacz de Nyewossicz Anne Conthorali sue Super villis Bynow et Byezkowicze et super hominibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis Molendinis aquis fluminibus et alijs omnibus dictarum villarum pertinencijs, pleno Jure et dominio, Trecentas et Quinquaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij deputat et assignat, Et Boczko de Labut patruus ipsius Anne illud suscepit dotalicium.)

80. (Anna olim vxor Mikssikonis Burgrauij de Byzencz Protywczonem de Zastrzyzl maritum suum [2]) ad sui dotalicij videlicet ducentas marcas grossorum, quas a suo priore marito Mixicone in villa Orzechowe habuit prope Byzencz, in veram vnionem suscepit, id est na Spolek.) 1406.

81. (Agnezka de Chlum Kunczoni de Zwole et suis heredibus Jus dotalicij sui, quod habuit in Schonwald super decem laneis minus vno quartali et vno molendino cum eorum pertinencijs decem et octo sexagenas census annui et eciam super villis Plnkuth, Brzwencze, Myrotyn et mali Lybyn Septem sexagenas census annui eo dumtaxat Jure dotalicij, quo illud habuit et tenuit, in ducentis quinquaginta sexagenis vendidit.)

82. Jodocus Marchio Morauie Katherine Conthorali Proczkonis de Buzaw In et super Bonis Wranowe et villis infrascriptis videlicet Lhotka cum Municione, Strzyetez, Swynaw, Waczetyn, Rownye et Petykow cum vna curia allodiali ac super hominibus censibus dictorum Bonorum et villarum Judicibus agris cultis et incultis Molendinis siluis pascuis pratis rubetis montibus vallibus piscatoribus aquis et eorum vniuersis pertinencijs Quingentas sexagenas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dedit et deputauit Et huius negocij nunccius fuit ad tabulas Laczko de Crawar ab ipso domino Jodoco Marchione missus, Qui eciam dotalicium suscepit supradictum.

(F. VII. v.) 83. (Czenko de Tuczyn Anne Conthorali sue In villa Czernotyn super XI laneis cum medio laneo cum laneo Judicis ibidem decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum Pragensium in pingnus veri dotalicij deputat dat et assignat, Et Pardus frater ipsius Anne illud suscipit dotalicium.)

84. Petrus de Crawarn alias de Straznicz filius domini Wenceslai dominum Laczkonem de Crawarn omnium bonorum suorum, que habet ad hanc Czudam, et eciam suorum puerorum facit Commissarium.

85. Ondrzegek de Zaworzicz Albertum de Leznycz suum filiastrum ad omnium bonorum suorum, que (in Zaworzicz et) [3]) In Wenceslai Pywonyn obtinet, excepto vxoris sue dotalicio in veram suscepit vnionem, id est na Spolek.

86. Albertus de Leznycz Ondrzeykonem de Zaworzicz patruum suum ad omnia bona sua, quecumque habet in Leznycz, in veram vnionem suscepit.

87. (Jarossius de Czimburg alias de Hwyezdlycz Alberto de Czimburg patruo suo et suis heredibus Municionem Hwyezdlicz cum omnibus villis et bonis ad eam spectantibus cum hominibus censibus agris pratis pascuis Molendinis piscinis Siluis et alijs vniuersis suis pertinencijs, excepta sola villa dicta Snowydek et eius pertinencijs, dedit hereditarie possidendam cum pleno iure et dominio. Et ad hanc intabulacionem fuerunt Nunccij ex parte domini Jodoci Marchionis Erhardus senior de Cunstat, Laczko de Crawar, et Petrus de Plumnaw.)

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Diese zwei Worte „maritum suum“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[3]) *Am Schlusse der Einlage steht die zu dieser durchstrichenen Stelle gehörige und von anderer Hand geschriebene Note: „Ista abolicio non nocet alijs.“*

1406. 88. Odpor [1]) Johannes et Miroslaw de Czimburg, patrui prefati Jarossij de Czimburg, faciunt odpor contra superius scriptam Intabulacionem dicentes, quia cum ipso Jarossio habent congressum racione bonorum supradictorum Hwyezdlicz et aliorum predictorum.

89. Albertus de Czimburg Protywczoni de Chwalkowicz et suis heredibus villam Komarow cum duabus Curijs allodialibus, quamlibet cum vna aratura, cum hominibus censibus agris pratis pascuis siluis et alijs suis vniuersis pertinencijs pleno iure et dominio, quemadmodum eandem villam Jarossius de Czimburg et eciam ipsemet tenuit et possedit, vendidit hereditarie possidendam, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando.

90. Matusso de Czimburg Alberto de Czimburg fratri suo et suis heredibus Totum, quidquid in villa Wyrowany a matre sua domina Margaretha de Sternberg sua donacione habuit, cum omnibus suis pertinencijs nichil ibidem sibi reseruans, sicut solus tenuit, vendidit (hereditarie possidendum) eo Jure, sicut ipse tenuit et possedit.

(F. VIII. r.) 91. (Czenko de Tuczyn Boczkoni de Labuth et suis heredibus in villa Tuczyn Curiam allodialem cum quatuor laneis liberis et duabus Curticulis, et eciam medium laneum, quod plebano de Prerouia mediam marcam grossorum annis singulis censuat, cum pratis pascuis siluis et alijs suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

92. Boczko de Labuth, ob remedium salutis sue Zelo deuocionis accensus Capelle Beate Marie virginis site in Cimiterio Ecclesie parrochialis in Lypnik et eius Capelle Rectori seu Capellano, qui nunc est aut fuerit pro tempore, In villa sua Tuczyn Quatuor laneos, et duas Curticulas, vnam Curiam allodialem, ac eciam medium laneum octo grossos censuans cum directo dominio eiusdem medij laneij, cum nemoribus pratis et alijs suis vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, pleno iure et dominio nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, dedit in perpetuum possidendum, Juspatronatus tamen illius Capelle seu Collacionem sibi ad vite sue dumtaxat reseruat, quod Juspatronatus seu Collacio Capelle post mortem suam ad dominum Laczkonem de Helffenstein ac Successores Castri eiusdem in perpetuum pertinebit, dedit eciam predicte Capelle et eius Rectoribus in villa Podole Sex laneos minus vno quartali cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans.

93. Boczko de Labuth Annam de Labuth Sororem suam et Zbinkonem Hrzywnacz de Hnyewossicz maritum suum suscepit in veram vnionem ville Zelethowicz cum suis pertinencijs vniuersis.

94. Albertus de Czimburg Laczkonem de Crawarn facit verum Commissarium suorum puerorum et eciam facit eum Commissarium puerorum Bernhardi de Czimburg fratris sui et eciam bonorum suorum omnium [2]) facit eum Commissarium vsque ad annos etatis legittime dictorum puerorum. 1406.

95. Albertus de Sternberg alias de Lukow filius Zdenkonis de Lukaw Commissarium facit Laczkonem de Crawarn suorum puerorum et bonorum suorum omnium.

96. (Mixo de Kokor Anne vxori sue legittime, transducendo ipsam de suo priori dotalicio In parte bonorum suorum, quam habet in Kokor super Curia allodiali ibidem et super dimidia tercia marca census annui et super Siluis et quarta parte Molendini cum pratis et fluminibus et vniuersis dicte sue partis pertinencijs cum pleno Jure et dominio Quinquaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij deputauit, Tali condicione apposita, quod ipsa Anna vxor sua matri Mixonis sui mariti dictum censum videlicet dimidiam terciam marcam annis singulis dare et porigere, et post eius obitum idem census ad ipsam deuoluetur, Et Henricus Lysska frater Anne illud suscepit.)

(F. VIII. v.) 97. (Wsseborius de Dubczan Kuncze Conthorali sue Super Curia allodiali in Chwalkowicz ac pratis pascuis Siluis et super septem laneis in Chwalcowicz censualibus et eorum pertinencijs vniuersis Centum septuaginta quinque marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit et dedit, et magister Jesko de Dubczan frater Wsseborij ad hoc consensit, Et Barssiko de Czyhowicz pater ipsius Kuncze ipsum suscepit dotalicium.)

98. Katherina Conthoralis Proczkonis de Buzow Proczkonem de Buzow suum maritum ad sui dotalicij videlicet Quingentas sexagenas grossorum, quas habet in Bonis Wranowe et villis ad hoc spectantibus cum suis vniuersis pertinencijs, veram suscepit vnionem.

99. Onsso de Nyetkowicz Margarethe Conthorali sue In villa Nyetkowicz super Curia allodiali et super Sex laneis et vna curticula, ac siluis et pratis, nichil ibidem sibi reseruans, Et in Kunkowicz super decem laneis et quinque Curticulis et super Thaberna, et in Chwalnow super medio laneo, et super siluis, quas habet in Kunkowicz, ducentas marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dedit et deputauit, et Jan de Rokytnycze frater Margarethe illud suscepit dotalicium.

100. Jodocus Marchio Morauie Pardussoni de Zyranowicz et suis heredibus omne Jus suum, quod in villa Wesselicz prope Lypnyk habuit, sibique competebat, quod tamen ad valorem XXV marcarum grossorum extenderet, dedit liberaliter et donauit.

101. (Onsso de Przestawlk Dorothee Conthorali sue In Przestawlk super Quinque laneis censualibus bene possessis et liberis et super vno quartali lanei et eorum pertinencijs Centum sexagenas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, Et si quid ibi deficeret, illud in Przestawlk debet sibi adimplere, Et Johannes de Rokytnicz frater Dorothee illud suscepit dotalicium.)

102. (Jessko de Zyrotyn Wsseborium et Johannem de Dubczan fratres suos ad omnium suorum bonorum, que habet Trubky in Tyessan et [3]) In Dyslawicz veram suscipit vnionem, id est na Spolek.)

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb der durchstrichenen „vtrorumque puerorum.“*

[3]) *Die vier Worte „Trubky in Tyessan et“ sind durchstrichen und am rechten Rande steht die von anderer Hand geschriebene, aber auch gestrichene Note: „Nota quia Trubky et Tyessan sunt abolita pro eo, quia sunt vendita, et ideo non viciat alia.“*

1406. 103. Johannes de Rzymycz Vlricum de Lhota et Wsseborium de Dubczan bonorum suorum, que habet in Rzymycz, et omnium suorum puerorum facit Commissarios vsque ad annos legittime ipsorum etatis.

104. (Marssiko de Radowessicz Wznathoni de Meilicz et suis heredibus in villa Wazan Curiam de duabus araturis cum agris pratis Rubetis et septem cum dimidio laneos censuales Tres thabernas cum duabus curticulis et alias quatuor curticulas cum vno orto sub pomerio iacente et alijs vniuersis ad hoc spectantibus cum pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.)

(F. IX. r.) 105. (Jodocus Marchio Morauie Laczkoni de Crawarn et suis heredibus Municionem Trssicz, et villam Trssicz sub ipsa Municione sitam, que ab ipso dependebant in feudum cum piscinis Molendinis Curijs Rusticis censibus agris cultis et incultis siluis pratis et alijs vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, necnon cum Jurepatronatus ecclesie in villa Trssicz, prout eadem Bona per mortem Vncze de Magetin et fratrum suorum ad eum sunt deuoluta, dedit hereditarie possidenda, Absoluit insuper prefatus Marchio ipsum Laczkonem de Crawar et suos heredes ab omnibus et singulis debitis Judeorum, si que ipsi Judei in bonis supradictis obtinuerunt seu habent, a quibus debitis ipse Laczko et sui heredes debent omnino esse liberi et soluti, dicta nichilominus Bona, que sunt hereditas pura, titulo hereditatis sibi Laczkoni de Crawar et suis heredibus donauit, et ea bona, que ab ipso dependebant in feudum, ab ipso feudo absoluens similiter sibi et suis heredibus dat hereditarie possidenda.)

106. Jodocus Marchio Morauie Laczkoni de Crawarn et suis heredibus Castrum suum Hluboka prope Olomucz cum duabus villis integris videlicet Neprzywazie et Hluboczky et mediam villam Posluchow, Item villam Hrdyborziczie cum Curia allodiali et omnibus rebus ad ipsam Curiam spectantibus, cum siluis nemoribus montibus vallibus ad ipsum Castrum spectantibus, Agris cultis et incultis, redditibus et censibus et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij aut heredibus et Successoribus suis Marchionibus Morauie reseruans, prout dicta bona solus tenuit, dedit hereditarie possidendum.

107. Laczko de Crawarn Drslao de Stralek et Zbinkoni fratri eius de Stralek et eorum heredibus villam suam Nahosschowicze cum hominibus censibus Agris cultis et incultis pratis pascuis siluis et alijs vniuersis suis pertinencijs pleno iure et dominio dedit liberaliter et donauit hereditarie possidendam.

108. Kunyko de Drahotuss Offcze vxori sue legittime Super Municione (sic).

109. (Petrus de Plumnaw Supremus Camerarius Olomuczensis Czude Vlrico de Lhota in villa Smrzyczych Nouem sexagenas grossorum census annui, quas ad presens ipse ibidem tenet, racione veri dotalicij dat deputat et assignat in bonis liberis non inbrigatis et bene possessis.)

110. (Laczko de Crawarn Wsseborio de Dubczan post Kunkam eius Conthoralem In villa Pernyky super illo dotalicio, quod ibidem domina Anna Relicta olim Petri de Sternberg habuit, quatuor sexagenas annui census, iuxta quod estimatum fuerit et odhadano bude, nomine veri dotalicij deputat et assignat.) 1406.

(F. IX. v.) 111. Margaretha Relicta Arnusti de Eywanye Pueros suos vtriusque sexus ad sui dotalicij, quod habet in Eywanye cum suis pertinencijs veram suscipit vnionem.

112. Jessko de Meilicz et Dorothea soror ipsius germana dicta Czyhowkowa Protywczonem et Andream de Pawlowicz (et Johannem et Wenceslauum de Czyhowicz) [1]) ad ville Rzewnowicze cum omnibus suis pertinencijs veram susceperunt vnionem, et super bonis omnibus hereditarijs ibidem in Rzewnowicze.

113. (Dumka de Liboswar Dyetrzichonem maritum suum ad sui dotalicij videlicet LX marcas grossorum, quod habet in Lyboswar veram suscipit vnionem.)

114. Wznatha de Meilicz Elscze Conthorali sue In villa Wazan super Curia de duabus araturis cum pratis Rubetis et siluis et super dimidio septimo laneis censualibus, Tribus Thabernis et duabus Curticulis et super alijs quatuor Curticulis cum vno orto sub pomerio iacente et suis vniuersis pertinencijs, ducentas quinquaginta marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij deputat et assignat, Et Waltherus de Ketrze frater Elscze illud suscepit dotalicium.)

115. Hersso et Smylo fratres de Weleczye Adlyczcze Relicte Bohunkonis de Dobrawoda et Johanni suo filio et eorum heredibus villam Lhotka prope Brodam vngaricalem cum Agris siluis nemoribus, ac vniuersis suis pertinencijs pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi reseruantes uel suis heredibus Juris proprietatis et dominij, intabulauerunt hereditarie possidendam.

116. Wznatha de Meilicz cum Marssikone de Radowiessicz cum omnibus Bonis, que habet in villis Wazan et in Buskowyczich verum fecit congressum id est Stupuge sie.

117. Tyessolt de Vgezd Wladiczieho Michaeli de Tupczye et Madye Conthorali sue et eorum heredibus Curiam allodialem ibidem in Vgezd Wladyczy et vnam Curticulam cum agris cultis et incultis pratis siluis pascuis fluminibus riuis et alijs suis vniuersis pertinencijs pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

118. (Johannes filius Leutoldi de Zyelenycz Karolo de Opatowicz et suis heredibus In villa Laznykach super dimidio tercio laneis pomerio Molendino et curticula Item Molendinum [2]) Item piscinam et Nemus iacens super Laznyk villam et ipsam Laznyk villam cum suis omnibus pertinencijs et vtilitatibus pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

(F. X. r.) 119. Dorothea Relicta Philippi de Sczytowicz Annam filiam suam super triginta marcis et Bohussium filium [3]) suum super decem marcis gros-

[1]) *Bei dieser durchstrichenen Stelle steht am rechten Rande von anderer Hand die Note: „Ista abolicio non preiudicat alijs intabulatis.“*

[2]) *Diese zwei Worte „Item Molendinum“ sind durchstrichen.*

[3]) *Die drei Worte „et Bohussium filium“ sind durchstrichen.*

1406. sorum sui dotalicij, quod habet in Wrbatek, in veram suscipit vnionem.

120. (Zdenko de Chwalkowicz Czenkonem de Wyczomyerzicz super illo toto, quod habet in Chwalkowicz, in veram suscepit vnionem.)

121. (Henricus de Trubek Alssoni dicto Bystrzicze In villa Blyssycz Municionem, Curiam allodialem cum hominibus censualibus, cum curticulis cum pratis siluis pascuis Riuis montibus vallibus et alijs suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit et possedit, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando vendidit hereditarie possidendam, Et Michalko de Chorynye et Henricus Sobyebrzuch Congressores id est Stupnyczy eius ad hoc consenserunt.)

122. (Petrus de Crawarn alias de Plumnaw Supremus Camerarius Czude Olomuczensis Henrico de Trubek, Michalkoni de Barzicz et Henrico de Sobyebruh et eorum heredibus Jus dotalicij in Kowalowicz in eo toto, quod Swyesconis fuit, videlicet Centum marcas grossorum [1]), quod quidem Jus dotalicij ipse Petrus donacione domini Jodoci Marchionis Morauie obtinuit, prout ad ipsum Marchionem fuerat deuolutum, vendidit et intabulauit.)

123. Zdenko de Chwalkowicz Czenkonem de Wyczomyericz super illo toto, quod in Chwalkowicz obtinet, in veram vnionem suscepit.

124. (Mixiko de Honyeticz Kalyncze Conthorali sue Super villa Honyeticz tota Sex marcas census annui in Sexaginta marcis grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat et assignat, Ita ut idem dotalicium super eadem villa habeat excepta Curia allodiali et hoc, quod vltra Sex marcas census ibidem resultat puerorum est, Et Henricus Sobyebrzuch illud suscepit.)

125. (Marsso de Ponykwe Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus octo laneos in villa Lukych cum suis pertinencijs et vtilitatibus, nichil ibidem in dictis laneis sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendos.)

126. Karolus de Oppathowicz Kuncze Conthorali sue In villa Laznykach super dimidio tercio laneis, vna Thaberna, pomerio Molendino, piscina et curticula, ac nemore, quod iacet super Laznyk villam, Et in Chomutowicz super Curia cum pratis Nemoribus agris cultis et incultis et alijs omnibus ipsius Curie pertinencijs dimidiam sextam marcam grossorum census annui nomine veri dotalicij deputat et assignat, Et Sdenko (sic).

127. Jessko dictus Layloch de Wezek Zdenkoni de Wezek et suis heredibus Curiam allodialem in Weskach cum agris cultis et incultis ac duobus pomerijs nec non pratis pascuis Riuis et alijs omnibus dicte Curie pertinencijs pleno Jure, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

(F. X. v.) 128. Anezka de Muchnicz Relicta Johannis Medwykonis de Dubczan Magistro Jeskoni [2]) et Wsseborio fratribus de Dubczan eorum heredibus (de Dubczan). Omne suum dotalicium, quod in villa Dubczan super Curia allodiali et super dimidio tercio laneis censualibus et duabus Curticulis et super orto habuit, vendidit et intabulauit. 1406.

129. (Alsso Bystrzicze de Onycz Agnezcze Conthorali sue super villa Blyssicze et Municione ac duabus Curijs allodialibus, ac super hominibus censibus Agris cultis et incultis pratis pascuis siluis montibus vallibus aquis riuis et alijs vniuersis suis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, pleno iure et dominio, prout ipsemet dicta Bona tenet et possidet, nichil prorsus excluso, decem marcas grossorum Census annui in Centum marcis grossorum denariorum Pragensium racione veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dat deputat et assignat, Quod quidem dotalicium Protywczo de Zastrzyzl suscepit.)

130. (Johannes Czerny de Domamyslicz Dorothee Conthorali sue, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod in Klobuk habuit, Super Curia allodiali in Domamyslicz, quam a fratre suo ex porcione ipsum concernente habet, et super Molendino, Thaberna et vna marca census annui ibidem in Domamyslicz cum alijs dicte Curie pertinencijs Octo marcas census annui, in Octoginta marcis grossorum Pragensium dat et assignat, vt ipsa Dorothea ibi suum dotalicium habeat, Et Henricus Albus illud suscepit dicens, illud esse bonum suum.)

131. (Johannes Czerny de Domamyslicz Hercze vxori [3]) Wilhelmi de Snowydek, Super Curia in Klobuk Triginta Septem marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, transducendo ipsam de suo dotalicio priori, quod habuit super Curia Arature in villa Domamyslicz, Et Stephanus Sprynczl de Wyczemilicz id suscepit dicens, esse bonum suum.)

132. Mykulass Bystrzicze Dorothee Conthorali sue Super villa Lethossow ducentas marcas grossorum Jure dotalicij dat et deputat.

133. Margaretha de Osseczan Mikulonem maritum suum suscipit ad veram vnionem omnium, que habet in villa Osseczan, et eciam ad illam vnionem suos recipit pueros.

134. Raczko de Trpenowicz Plebanus in Wessele pueros orphanos Herschonis fratris sui de Trpenowicz suscepit in veram vnionem omnium bonorum suorum hereditariorum.

135. Raczko de Trpenowicz tutor et Commissarius orphanorum fratris sui Herssonis de Trpenowicz, Si eum ab hac vita decedere vmquam contingeret, supra dictorum orphanorum fratris sui, videlicet Johannis et Vrsule fratruelum suorum, facit verum Commissarium Kunczonem plebanum de Zwole (et Wenczeslaum plebanum in Klynowicz) [4]).

136. Herka Conthoralis Wilhelmi de Snowydek Ipsum Wilhelmum maritum suum suscepit ad veram vnionem dotalicij sui, quod habet in Klobuk super Curia videlicet super XXXVII marcis grossorum.

[1]) *Die vier Worte „videlicet Centum marcas grossorum“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[2]) *Die zwei Worte „Magistro Jeskoni“ stehen oberhalb des durchstrichenen „Zbinkoni“.*

[3]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „Relicte“.*

[4]) *Am linken Rande steht die Note von anderer Hand: „abolicio non viciat alia.“*

1406. (F. XI. r.) 137. Mykulass de Krzeczyn Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus In villa Morawan id, quod habuit, videlicet Sex laneos, duas curticulas et vnam Thabernam, cum siluis, nichil ibidem sibi prorsus reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

138. (Protywecz de Zastrzyzl Pueros Miksiconis Burgrauij de Bysencz, videlicet Wenceslaum et Mykulassonem, suscepit ad veram vnionem Sex laneorum duarum Curticularum et thaberne ac siluarum, quas habet in Morawan.)

139. Wsebor et magister Jesko fratres de Dubczan Benesskoni de Laskow et suis heredibus In villa Laskow Sextum dimidium laneos censuales cum thaberna cum Molendino ibidem sub villa iacente, cum agris pratis pascuis siluis Rubetis et alijs eorum omnibus pertinencijs et vtilitatibus pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendos.

140. (Styepanek de Meylicz alias de Paulowicz domino Raczkoni de Trpenowicz plebano in Wessele [1]) In villis Paulowicz et Lotka Curiam cum duabus araturis Sex laneos et medium quartale, duas Curticulas, duos ortos, cum hominibus censibus Agris cultis et incultis, pratis pascuis Siluis Nemoribus, aquis Riuis et Reseruaculo, quod halterz dicitur, et alijs suis pertinencijs vniuersis, pleno iure et dominio, nichil sibi ibidem et suis heredibus reseruans, excepto vno laneo, quem ecclesie in Paulowicz pater suus donauit, vendidit iure hereditario possidendum, seu in veram hereditatem intabulauit, et Nicolaus de Czelechowicz ipsius Congressor ad hoc consensit.)

141. (Wssebor et Johannes de Dubczan fratres indiuisi Jeskonem de Zyrotyn, Vlricum de Lhota, Czenkonem de Wyczmerzicz et Johannem de Rymnycz Super omnia bona sua, que in villis Dubczenych, Wyczemyericz parua Senycz Wylemow, Dorumpach, Myrotyn, Hradeczna, Paterzyn, et in Sawynye obtinent cum suis vniuersis pertinencijs, et eciam super dotalicio videlicet quatuor sexagenas census annui quod habent in Pernycze [2]) in veram susceperunt vnionem.)

142. (Johanka de Wiskowicz Stiborio de Wiskowicz In villa Wiskowicz Tercium dimidium laneos cum pratis siluis pascuis et alijs vniuersis suis vtilitatibus Jure dotalicij [3]) super quibus XV marcas grossorum Jure dotalicij obtinuit, ipso eodem Jure dotalicij predicto Stiborio de Wiskowicz et Zdene vxori sue et eorum heredibus vendidit et intabulauit, Et Sobyen de Wyeczemylicz frater et congressor suus ad id consensit renunccians omni Juri, quod in dicto dotalicio racione congressionis iam dicte habuit.)

143. Sbynko ea Drzyenoweho post Elskam filiam suam Andree de Paulowicz eius marito [4]), In villa Strnow super hominibus censualibus Quinque marcas grossorum census annui in Quinquaginta marcis grossorum Pragensium Jure veri dotalicij dat et deputat.

144. (Artlebus de Nemotycz Protywczonem de Zastrzyzl et Drazkonem de Hradek filiastros suos suscepit in veram vnionem omnium illorum, que habet in Nemoticz excepto dotalicio vxoris sue, que Centum marcas grossorum ibidem sui dotalicij obtinet.) 1406.

Ista extabulacio nullo modo debet nocere Protywczoni de Zastrzyzl neque Juri suo quoad illam vnionem debet derogare.

(F. XI. v.) 145. (Andreas de Paulowicz Elscze Conthorali sue In villa Strnow super hominibus censualibus ibidem Quinque marcas census annui in Quinquaginta marcis grossorum, Et in villa Paulowicz super septem laneis censualibus et quatuor curticulis Octauam dimidiam marcas census annui in Septuagintaquinque marcis grossorum Pragensium in pingnus veri dotalicij dedit et deputauit, Et Zbynko de Drzyenoweho pater eius illud suscepit.)

146. Mykulawss de Woynycz, Dorothee Conthorali sue, Super bonis Newogicz et eorum vniuersis pertinencijs [5]) exceptis Municione et Curia allodiali viginti marcas census annui in ducentis marcis grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Protywecz de Zastrzyzl illud suscepit, et eciam super villa Letossow sibi deputatum est dotalicium predictum.

147. Mykulass, Jacobus, Lyczko, Bohussie, et Alsso et Johannes dicti Bistrzicze de Woynycz cum omnibus bonis eorum, que habent, ad inuicem sunt congressi.

148. (Henricus de Zastrzyzl Bohussie de Strabenycz et Conthorali sue Katherine et eorum heredibus In villa Lytenczicz quatuordecim cum dimidio laneos incluso illo laneo, qui ad Curiam additus est, duas thabernas, Balneum, quinque curticulas magnas, et quatuor curticulas paruas, Item duas Curias cum agris [6]) et non cultis cum pratis pascuis siluis et rubetis Riuis fluentibus et stagnis ac Jurepatronatus ecclesie ibidem et suis vniuersis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, Item tres laneos vnam Curticulam et Thabernam [7]) vendidit perpetuis temporibus hereditarie possidenda, Item Jus suum dotalicij, quod ibidem super tribus laneis, Curticula et thaberna habuit, eo Jure dotalicij, quo illa tenuit, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit et intabulauit.)

149. (Petrus de Trpyn Katherine vxori sue in villa Czesnoswicz super Curia allodiali et eius pertinencijs et super hominibus censualibus et alijs suis, quas ibi habet hereditatibus, excepta vna curticula sita prope Curiam, quam propter Juspatronatus ecclesie sibi reseruat et suis heredibus, Quinquaginta marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dedit et deputauit, Et Benessius de Strabenycz illud suscepit.)

150. (Petrus de Trpyn Martinum dictum Pernstain fratrem suum suscipit in veram vnionem suorum bonorum hereditariorum, que in villis Czessnowicz et in Kothogedech habet.)

151. Mykulass de Czelechowicz Mykulassoni de Morzicz et suis heredibus In Domamyslicz duas marcas

[1]) *Die Worte „de Trpenowicz plebano in Wessele“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[2]) *Die Worte: „parua Senycz“ dann von „et eciam super — Pernycze“ sind durchstrichen, und am rechten Rande steht von anderer Hand die Note: „Ista abolicio non preiudicat alijs inthabulatis.“*

[3]) *Die zwei Worte „Jure dotalicij“ sind durchstrichen.*

[4]) *Die zwei Worte „eius marito“ stehen oberhalb der Zeile.*

[5]) *Die Worte „et eorum vniuersis pertinencijs“ stehen oberhalb der Zeile.*

[6]) *Hier ist offenbar das Wort „cultis“ ausgelassen.*

[7]) *Diese ganze Stelle von „Item tres — Thabernam“ ist durchstrichen.*

1406. grossorum census annui pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendas (Et ibidem in Domamyslicz vnam marcam census iure dotalicij vendidit sub hac condicione videlicet, quod quandocumque Jan Czerny sibi X marcas grossorum daret, extunc eidem de dicta marca census condescendere debeat libere [1]).

(F. XII. r.) 152. Adlyczka de Polychna Relicta Onssonis Bohdalonem et Wichnam pueros suos suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Polychna.)

153. (Zoffka Fridrichonis Soror de Semtycz [2]) Niklassonem dictum Reussperk filium suum suscipit in veram vnionem illarum Quadraginta marcarum grossorum, quas habet super villa Kelczany.)

154. Wilhelmus de Sobaczow Comissarius bonorum et puerorum Dobessij dicti Vderlyczky Municionem Lysow cum suis omnibus pertinencijs et in villa mala Senycze vnam marcam census annui, cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi neque pueris predicti Dobessij, neque heredibus suis reseruando, Johanoni de Laznyk et Katherine Conthorali sue et eorum heredibus vendidit hereditarie possidendam, Et ad hanc vendicionem et Intabulacionem supra dictorum bonorum dominus Jodocus Marchio Morauie suum prebuit consensum iuxta literam donacionis sue.

155. Wilhelmus de Sobaczow Mikulassoni de Chudobin et suis heredibus pratum et Strany, que vocantur sub monte iuxta Campum Nassoborek, pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

156. (Hrzywyn de Rosczytek Gyrzikoni et Damyano fratribus de Nyetkowicz et eorum heredibus Curiam allodialem in Bohdalicz cum vna curticula et alijs suis pertinencijs dedit libere et intabulauit.)

157. (Boczko, Erhardus et Vlricus fratres indiuisi de Cunstat alias de Lestnycz, Plebano ecclesie Omnium sanctorum in Wyssehorzie, et suis in perpetuum Successoribus pro censibus, quos prius ipsa ecclesia habuit, suos census infrascriptos communtando, In villa Swabenycz super Sex laneis censualibus et bene possessis et pullis et ouis alijs eorum vniuersis pertinencijs, pleno iure et dominio, duodecim marcas grossorum census annui, nichil ibidem sibi reseruantes, intabulauerunt et dederunt per ipsum plebanum, qui nunc est et Successores suos plebanos in Wissehorzie perpetuis temporibus possidendas, Ita tamen quod plebanus predictus et Successores sui de Berna regali, quociens eam indici contigerit et receperit, duas partes dictis fratribus et eorum heredibus presentare teneantur, et partem terciam pro se dicti plebani teneant et conseruent.

158. Protywczo de Zastrzyzl Hanussio magistro Balistarum seu Arcufici de Redisch [3]) et cum heredibus suis Totum, quidquid habuit in villa Oswyetyman, sit multum uel parum, cum medio Jurepatronatus ecclesie ibidem et suis vniuersis pertinencijs et eciam cum siluis, pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendum. 1406.

159. Hanuss de Redisch Arcufex seu Magister Balistarum Protywczonem de Zastrzyzl et Annam Conthoralem ipsius suscepit in veram vnionem omnium illorum, que habet in Oswyetyman, prout ipsemet tenet.

160. Odpor [4]) Petrus de Plumnaw, Supremus Camerarius Olomucensis, sicuti odpor fecit prius contra Jaroslaum filium Jaroslai de Sternberg, Ita idem odpor facit contra Protywczonem de Zastrzyzl et Hanussium de Redisch magistrum Balistarum dicens, quia non habent Jus ad bona in Oswyetyman partem mediam cum medio Jurepatronatus ecclesie.

(F. XII. v.) 161. (Michael dictus Raruozek Ciuis Olomucensis Mikssoni de Weze et Cristine Conthorali sue et eorum heredibus Curiam allodialem in Woynycz cum suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil in dicta Curia et eius pertinencijs sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

162. (Mykulass de Rosochacze Mykssiconi de Vgezd et suis heredibus villam Dobrkowicze integram cum hominibus censibus redditibus agris cultis et incultis pratis pascuis Rubetis nemoribus aquis fluentibus et non fluentibus et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus cum pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

163. Jacobus de Comoraw, Mathie de Chudyechrom et suis heredibus duos laneos censuales in villa Slupye cum pratis et alijs vniuersis eorum pertinencijs, prout ipsemet illos tenuit et possedit, vendidit hereditarie possidendos.

164. (Mixssiko de Vgezd Offcze Conthorali sue de mera gracia et sua liberalitate Super villa Dobrkowicze hominibus censibus redditibus agris cultis et incultis et suis pertinencijs vniuersis Triginta marcas grossorum nomine veri dotalicij deputauit ac dedit.)

165. (Proczko de Gezow Machnye de Lylcze Conthorali sue Super villa Gezow integra cum suis pertinencijs viginti marcas grossorum census annui in ducentis marcis grossorum Pragensium Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Motyczka de Lylcze illud suscepit.)

166. (Proczko de Gezaw Sobyenonem de Zborowicz residentem in Czetochowicz suscipit in veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in Gezow et alibi vbicumque.)

167. Jessko de Chomutowicz dictus Sydlo Kuncze Conthorali sue In villa Chomutowicz super Curia allodiali, et medio laneo, et vna curticula viginti marcas grossorum, nomine veri dotalicij deputauit et dedit.

168. Johannes de Sternberg alias de Lukow Rachmanoni de Wladyczy Vgezd et suis heredibus villam integram Otyehrziby et totum, quidquid ibidem habuit, pleno Jure et dominio cum suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam, prout eam in Sulikone de Tworowicz Jure terre obtinuit.

[1]) *Bei dem durchstrichenen Schlusse dieser Einlage steht am rechten Rande von anderer Hand zugeschrieben: „hec abolicio non viciat alia.“*

[2]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „Senycz“.*

[3]) *Die zwei Worte „de Redisch“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1406. **169.** Johannes de Sternberg alias de Lukow Jeskoni de Prus et suis heredibus villam Blassicze integram, quam a Petro de Sternberg bone recordacionis habuit cum hominibus censibus Agris cultis et incultis pratis pascuis et alijs suis vniuersis pertinencijs, nichil prorsus excluso, aut sibi reseruato, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XIII. r.) **170.** Johannes de Sternberg alias de Lukow Alberto de Sternberg alias de Lukow suo filiastro et suis heredibus Jus suum dotalicij in villa Czeykowicz, quod a Sorore sua Scolastica Pochomerij de Lyczow vxore habuit, ipso Jure dotalicij intabulauit, videlicet Quadraginta marcas census annui, prout ipsa Scolastica eidem Johanni de Sternberg et fratris sui filio videlicet Wilhelmo intabulauerat.

171. Henricus et Protywecz fratres de Zastrzyzl Procopio de Podole et suis heredibus villam Vgezdecz integram cum Curia Allodiali et vinea, cum hominibus Censibus Agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis et alijs omnibus suis pertinencijs et vtilitatibus mero et pleno iure et dominio, prout ipsimet tenuerunt et possederunt, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendam.

172. Procopius de Podole Anne Conthorali sue Super villa Vgezdecz integra et suis pertinencijs vniuersis Centum marcas grossorum denariorum Pragensium nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Bedricus dictus Motyczka de Lylcze illud suscepit.

173. Przibiko de Mylyczyn Drazkoni de Hradek, Ronowczoni de Borssicz et Ade de Hradek et eorum heredibus villam Bzowe integram cum hominibus censibus redditibus agris cultis et incultis pratis pascuis et alijs vniuersis et singulis dicte ville pertinencijs, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

174. Zych de Nedachlebicz presbiterum Buzkonem de Zyerawicz, Plepanum de Byelowicz, suscepit ad veram vnionem bonorum suorum, que in Nedachlebicz habet.

175. (Dorothea de Stichowycz, Relicta Blazeykonis, Margaretham filiam suam cum eius pueris Super Quinquaginta minus duabus marcis grossorum sui dotalicij, quod habet in Stychowicz, ad veram suscepit vnionem.)

176. (Terwart de Domazelicz Wenceslao et Otykoni fratribus de Lytopeczen et eorum heredibus villam Prossenycze cum Municione ibidem et Curia allodiali cum agris cultis et incultis hominibus censibus redditibus pratis pascuis Siluis nemoribus, Rubetis montibus vallibus aquis et aquarum decursibus Riuis piscinis fluminibus et area seu loco, vbi Molendinum fuit, et litore in quo ipsum Molendinum situm fuit, cum contribucionibus, que dicuntur pomoczy, Robottis honorancijs, Berna Regali, Judicijs penis et emendis et alijs vniuersis eorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus existant, nichil prorsus excluso, neque aliquid Juris proprietatis aut dominij sibi uel suis heredibus reseruato, pleno Jure et dominio, prout eadem Bona ipsemet et sui predecessores tenuerunt, vendidit hereditarie possidendam.) 1406.

(F. XIII. v.) **177.** (Jessko de Pruss Martino et Baworoui fratribus de Pruss et eorum heredibus [1]) duas partes ville Blassicze cum hominibus censibus agris siluis pratis pascuis et alijs vniuersis dictarum duarum parcium pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio, excepta tercia parte ville predicte Blassicze, quam sibi omnino reseruat, vendidit hereditarie possidendas.)

178. Jessko de Pruss Mathussium de Pruss fratrem suum suscepit ad veram vnionem super tercia parte ville Blassicze.

179. (Bohussius de Sedlcze Vitkoni de Dobrczicz et suis heredibus villam Sedlcze integram cum censibus hominibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis piscinis, aquis Riuis et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque sunt rebus, pleno iure et dominio, nichil sibi ibidem et suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

180. (Rachman de Wladyczieho Vgezda Henricum et Mathiam fratres de Przibyslawycz et eorum heredes suscipit [2]) ad veram vnionem videlicet ad bona sua omnia, que habet in Otyehrzeb.)

181. (Stephanus de Wyczemyerzicz Dorotheam filiam suam et eiusdem Dorothee filium Petrum suscepit ad veram vnionem Curie allodialis in Wyczemyerzicz, et similiter ad vnionem supradicte Curie allodialis in Wyczemyerzicz Petrum filium Kaczne, que filia sua est, suscepit.)

182. (Terwart de Domazelicz Wenceslao et Otykoni fratribus de Lytopeczen et eorum heredibus villam Prossenycze cum municione ibidem et Curia allodiali cum hominibus censibus redditibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis nemoribus rubetis aquis riuis fluminibus et area seu loco, vbi quondam Molendinum fuit, et littore ipsius, Montibus vallibus et alijs suis pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

183. Wenceslaus de Doloplaz Wenceslaum dictum Russ de Doloplaz facit verum Commissarium omnium bonorum suorum et pariter puerorum.

184. (Hedwigis Relicta Dyetochonis de Vgezd Hanussium de Czyhowicz fratrem suum [3]) facit verum Commissarium sui dotalicij, quod habet in Hradczowicz.)

185. Stephanus de Meilicz Sbinkoni de Drzienowe et suis heredibus partem Silue dictam Eywan, inter villas Poczenycz et Drzyenowe iacentem, prout ipsam per se tenuit et possedit, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XIV. r.) **186.** (Dyetoch de Lylcze Elscze Conthorali sue transducendo ipsam de priori suo dotalicio videlicet XXX marcis grossorum, quas habuit in Lylcze, et eciam transducendo ipsam de alio suo dotalicio,

[1]) *Die drei Worte „et eorum heredibus“ sind oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Die sechs Worte von „de Przibyslawycz — suscipit“ sind durchstrichen.*

[3]) *Die zwei Worte „fratrem suum“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1406. videlicet centum marcarum grossorum, quas habuit in Poczenycz villa et ibidem in Nemore, supradictum dotalicium videlicet Triginta Centum marcas grossorum Pragensium, In villa Pornycz super hominibus censualibus et curia allodiali, quam a Woyslao de Paczlawicz comparauit, nec non agris cultis et incultis pratis pascuis Molendinis et alijs vniuersis pertinencijs suis, excepta Municione et Curia, in qua ipsa consistit Municio, et Molendino sub eadem Municione iacente, que sibi reseruat, Tredecim marcas census annui in Centum et XXX marcis grossorum predictorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, vt videlicet super Curia predicta quam a Woyslao emit Tres marcas census in Triginta marcis grossorum, et in predicta villa Pornycz super illis rebus, que superius exprimuntur, decem marcas census annui in Centum marcis grossorum in pingnus veri dotalicij debeat obtinere, et Wenceslaus de Morkowicz illud suscepit.)

187. (Wenceslaus de Doloplas Anne Conthorali sue In villa Bystrzicz integra super hominibus censualibus agris pratis et pascuis vigintiquinque marcas census annui in ducentis et quinquaginta marcis grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Petrus de Zezwole illud suscepit.)

188. (Jacubko de Zdyetyn Sdencze filie sue et ipsius pueris, quos habet cum Wilhelmo de Sobaczow, In villa Zdetyn Curiam allodialem, duas Curticulas, et duos laneos censuales cum Siluis pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, dedit hereditarie possidendam.)

189. Johannes de Ptenye Johanni de Mylyczyn et suis heredibus villam Murzynow integram com hominibus censibus redditibus Juribus agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis Nemoribus Rubetis aquis Riuis montibus vallibus et alijs vniuersis suis pertinencijs et utilitatibus, in quibuscumque rebus seu qualitercumque wlgaribus nominibus appellentur, cum pleno Jure et dominio, nichil Juris proprietatis et dominij sibi et suis heredibus in bonis eisdem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

190. (Jacubko de Zdyetyn Vlrico de Lessan et suis fratribus indiuisis et eorum heredibus in villa Ohrozym Curiam allodialem cum dimidio altero laneis ad illam spectantibus, agris cultis et incultis et vnum laneum censualem cum omnibus ipsorum pertinencijs Juribus et vtilitatibus, pleno iure et dominio, nichil prorsus excluso aut sibi reseruato uel suis heredibus, vendidit hereditarie possidendam [1]) Cum duabus curticulis ibidem.)

191. Vlricus de Lessan Anne vxori sue In villa Ohrozym, super Curia allodiali cum dimidio altero laneo ad ipsam spectante agris cultis et incultis et super vno laneo censuali et duabus curticulis et eorum pertinencijs Quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et deputat, Et Bohunko de Laznyk pater eius illud suscepit.

192. Dyetoch de Lylcze Zbynkoni de Drzyenoweho et suis heredibus nemus dictum Wanye [2]), quod spectabat ad villam Poczenycz, prout illud ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

(F. XIV. v.) 193. (Herka de Domamyslicz Johanni dicto Czerny de Domyslicz et suis heredibus Jus sui dotalicij videlicet XXX marcas grossorum, quas habuit in Domamyslicz in Curia allodiali, ipso Jure vendidit et intabulauit, quo sola illud tenuit.) 1406.

194. (Illustris Jodocus Marchio Morauie Dyetochoni de Lylcze et suis heredibus Jus suum omne, quod sibi in villis Swabczy et Pornycz et eorum pertinencijs per mortem olim Frankonis de Pornycz competebat seu conpetere potuit, dedit et intabulauit, Cuius negocij fuit nunccius Petrus de Straznicz ex parte domini Jodoci Marchionis, ad cuius relacionem et literas patentes ipsius Marchionis facta est presens Intabulacio.)

195. (Illustris Jodocus Marchio Morauie Karolo de Lylcze et suis heredibus Juspatronatus seu presentandi ecclesie parrochiali in Poczenycz, quod ad eum dudum spectabat, sub eo modo Jure et sorte, quo ad eum pertinuit, dedit contulit et intabulauit, Cuius rei nunccius fuit ex parte ipsius Petrus de Straznycz, ad cuius relacionem et eciam ad literas Marchionis predicti presens Intabulacio facta est.)

196. Dyetoch de Lylcze Cum Bedrico de Lylcze fratre suo germano, Lydslao de Lylcze suo filiastro, et Bedrico de Lylcze dicto Motyczka suo eciam filiastro, cum omnibus Bonis suis excepto eo, quod habet in Poczenycz congressus est, id est stupugye sie.

197. Artlebus de Selytek Martinum de Drahanowicz, Domanonem de Kokor et Vitkonem de Oynycz suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet.

198. Mykulass de Morzicz Wenceslao de Morkowicz et suis heredibus villas Skawsko superiorem et Skawsko inferiorem cum hominibus censibus agris pratis pascuis rubetis et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendas, Et si dicta Bona alicubi reperirentur in tabulis terre nullum vigorem debent obtinere, Et hijs renuncciat bonis, que quesita in tabulis non poterant inueniri.

199. Artlebus de Selytek facit verum Commissarium suum Martinum de Drahanowicz omnium bonorum suorum et pariter puerorum.

200. Jan de Ptenye recongnouit, quod sicut ipse largicione Jodoci Marchionis Morauie In villa Lytenczicz XXX marcas grossorum Jure dotalicij ad eum deuoluti habuit, Illasque XXX marcas grossorum dotalicij ipse Jan de Ptenye Protywkoni de Zastrzyzl [3]) et Mixiconi de Kurowicz vendidit et intabulauit eo Jure, prout ab ipso dominio Marchione habuit, Ita predictus Jan de Ptenye predicto dotalicio XXX marcarum expresse renuncciauit et omni Juri sibi in eodem et suis heredibus compententi, Et vbicumque inueniretur in tabulis terre nullum vigorem debet habere, Quod quidem dotalicium domine Kuncze (sic).

201. Marsso de Ponykwe Andream dictum Dywyse de Bludaw Super bonis suis omnibus, que habet in villis Ponykew, in Lukey et in Borzetycz in veram suscepit vnionem, id est na Spolck.

[1]) *Die im Orig. nachfolgenden drei Worte „inclusa vna curticula“ sind durchstrichen.*

[2]) *Die zwei Worte „dictum Wanye“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[3]) *Der im Orig. vorstehende Name „Lytenczi“ ist durchstrichen.*

1406. (F. XV. r.) 202. Petrus de Muthnicz Przibikonem de Dobromylicz suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in Muthnycz.

203. Johannes de Wiczkow alias de Ptenye Anne filie Domanonis de Kokor In villa Lukowe super hominibus censualibus et alijs pertinencijs Sex sexagenas census annui in Sexaginta sexagenis grossorum (Et Dorothee Conthorali ipsius Domanyonis quatuor sexagenas census annui in Quadraginta sexagenis grossorum Pragensium) [1]) Jure veri dotalicij dat et assignat, Et si quid ibidem deficeret, hoc totum in villa Rokytnycze debet supplere, Ita tamen, ut prefate domine Anna filia Domanonis, (et Dorothea vxor eius) ipsum dotalicium in dicta villa Lukowe tali modo et Jure obtineant, quemadmodum Offka Conthoralis ipsius Janonis de Ptenye tenuit et habuit.

204. Raczko Canonicus Chremsirensis Jeskoni et Welisoni fratribus de Wrahowicz et eorum heredibus, In villa Czelczycz super tribus quartalibus agrorum censualibus vnam sexagenam grossorum census annui, nichil ibidem sibi reseruans vendidit hereditarie possidendam, Et Jacubko de Rakodaw frater suus indiuisus ad hanc intabulacionem consensit.

205. (Anna de Kokor, filia Domanyonis de Kokor, Ipsum Domanonem patrem suum et Johannem de Kokor fratrem suum germanum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villa Lukowe.)

206. (Jessko de Wrahowicz Elscze vxori sue transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod prius habuit in Klobuk, Nunc in villa predicta Wrahowicz, super quatuor Emphiteotis id est purkrechty Curie, que fuit olym Medlykonis et super medio laneo, in quo Tulacz residet, et super vna curticula, in qua residet Koprzywka, Sextam dimidiam marcam grossorum census annui in Quinquaginta marcis grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, et Johannes de Domamyslicz illud suscepit.)

207. (Terwart de Domazelicz Czenkonem de Tuczyn suum fratrem et eius heredes [2]) suscipit ad veram vnionem ville Domazelicz super eo toto, quidquid ibidem habet.)

208. (Artlebus de Selytek Johancze Conthorali sue In villa Klobuk super duabus Araturis et quatuor curticulis et piscina et alijs suis pertinencijs Septuaginta quinque marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Stacho de Hostyeradek illud suscepit.)

209. (Johannes Lysska de Mylyczyn Byetcze Conthorali sue In Murzinow villa super Curia allodiali ac hominibus censibus agris pratis pascuis et alijs vniuersis pertinencijs suis, in quibuscumque rebus consistant, ducentas quinquaginta sexagenas grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat.)

210. Jacubko de Rakodaw Jutcze Relicte Trenczyny de Opatowicz et pueris suis Jus suum omne In villa Opatowicz, quod ex parte Jodoci Marchionis Morauie et Machacz Judei de Brunna habuit, dedit liberaliter et intabulauit eo Jure, sicut ipsemet habuit et tenuit, Et dictus Raczko Canonicus Chremsirensis ad hoc consensit. 1406.

(F. XV. v.) 211. (Wilhelmus de Sobaczow Stanykoni de Vderlicz et suis heredibus In villa Lukych quatuor laneos, duas marcas grossorum annis singulis censuantes cum ipsis duabus marcis grossorum census annui, cum omnibus pertinencijs dictorum laneorum, nichil sibi ibidem aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendos.)

212. (Stanyko de Vderlicz Anne Conthorali sue In villa Lukych super quatuor laneis duas marcas grossorum censuantibus cum suis pertinencijs duas marcas grossorum annui census in viginti marcis grossorum in pingnus veri dotalicij deputauit, transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit in Lyssow, Et Wilhelmus de Sobaczow illud suscepit.)

213. (Przibiko de Byelowicz Sobyeno de Trziebssyn et suis heredibus vnum laneum agrorum in villa Byelowicz inter Incolas seu homines iacentem, in quo ipse Sobyeno residet, cum omnibus dicti lanei pertinencijs exceptis curticulis, que ad ipsum laneum spectant, quas sibi reseruat, vendidit hereditarie possidendum.)

214. Lybussius de Senycz Sulikoni de Conycz et suis heredibus In Sczytowicz villa Super tribus hominibus censualibus duas sexagenas minus duobus grossis census annui vendidit hereditarie possidendas.

215. Czenko de Lompnicz filius Proczkonis de Lompnicz alias [3]) de Deblin, Johanni de Lompnicz et suis heredibus (Castrum Luka cum villa Luka sub castro iacente et ibidem Tres Curias cum tribus araturis) [4]) et in villa Hodonyn hoc, quod ad Castrum Luka pertinet, Item medietatem opidi Olessnycze, Item medietatem ville Bohunow cum Aduocacia et cum medio Jurepatronatus ecclesie ibidem, Item medietatem ville superioris Porzyecze et medietatem ville inferioris Porzyecze, Item et medietatem ville Bradlnye, cum hominibus censibus Juribus redditibus obuencionibus agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis Molendinis piscinis aquis Riuis fluminibus montibus vallibus et alijs vniuersis dictorum Bonorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus seu qualitercumque wlgaribus nominibus nunccupentur, mero et pleno Jure et dominio, prout ipsimet post obitum patris eorum tenuerunt et possederunt, Nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans vendidit perpetuis temporibus hereditarie possidendum.

216. Petrus de Plumnaw Supremus Camerarius Czude Olomucensis Benesskoni de Lyderzow et suis heredibus villam dictam Lhotka et in villa Knyehnyczky totum, quidquid habet, cum hominibus censibus redditibus Agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis piscinis aquis riuis granicijs et limitibus et alijs vniuersis eorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi et suis

[1]) *Zu dieser und der weiter unten durchstrichenen Stelle gehöret die am rechten Rande von anderer Hand geschriebene Note: „Ista extabulacio non preiudicat alijs scriptis.“*

[2]) *Die drei Worte „et eius heredes“ sind oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

[3]) *Die drei Worte „de Lompnicz alias“ stehen oberhalb der Zeile.*

[4]) *Bei dieser durchstrichenen Stelle steht am Rande von anderer Hand die Note: „Ista extabulacio non viciat alia scripta.“*

1406. heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, exceptis dumtaxat praetis in Kusserzy, vendidit hereditarie possidendum.

217. Benessko de Lyderzaw Erhardum de Oprostowicz fratrem suum suscepit ad veram vnionem ville Lhotka et super eo, quidquid habet in villa Knyehnyczky, cum suis omnibus pertinencijs exceptis praetis in Kusserzy.

218. (Przibiko de Byelowicz Margetie dicte Kunka Conthorali sue In Byelowicz super Curia et piscina pratis pomerijs et flumine ac vna curticula et alijs vniuersis dicte Curie pertinencijs Septuaginta Quinque marcas grossorum nomine veri dotalicij dat deputat et assignat, Et Wilhelmus de Ratay frater ipsius illud suscepit dotalicium.)

(F. XVI. r.) 219. Protywecz de Pawlowicz Perchtam Conthoralem suam legittimam, transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim habuit in Pawlowicz, Super villa et hereditatibus suis in Chwalkowicz, quidquid ibidem habet cum suis omnibus pertinencijs decem marcas census annui in [1]) Centum marcis grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat deputat et assignat, Et Petrus Kygowecz de Kygowicz illud suscepit.

220. Jacobus Konczek de Prus Mikulassoni de Bystrzicz et suis heredibus villam Newogycz cum Municione cum curia allodiali Molendino ac Jurepatronatus ecclesie ibidem in Newogicz et Jurepatronatus Altaris sancti Johannis sito in dicta ecclesia parrochiali in Newogicz, ac villas Letossow, et villam Lhotka desertam, villam Newstych desertam, villam Dobessowicze, et in Sardycz totum, quidquid habet, cum dictorum bonorum et villarum censibus hominibus agris cultis et incultis pratis pascuis piscinis Riuis aquis montibus vallibus et alijs vniuersis eorum pertinencijs mero et pleno dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

221. Offka Relicta Jarohnyewonis de Buchlowicz [2]) Jarkam filiam suam et heredes ipsius [3]) ad sui tocius dotalicij, quod habet spectans ad hanc Olomucensem Czudam, veram suscepit vnionem.

222. (Przibiko de Sobyehrd Witkoni de Luczan et suis heredibus Curiam allodialem in Wladyczy Vgezd cum duabus curticulis censuantibus Agris cultis et incultis pratis piscinis pascuis Siluis et alijs suis omnibus et singulis pertinencijs, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

223. (Zawissius de Kokor Elscze Conthorali sue In Kokor super sua Curia allodiali et eius pertinencijs duas marcas grossorum Census annui racione veri dotalicij deputat et assignat.)

224. Margaretha Relicta Jarkonis de Pyenczyn Petrum de Oduncze ad sui dotalicij, quod habet ibidem in Penczyn, quidquid ibidem obtinet, veram suscipit vnionem.

225. Petrus de Oduncze Margaretham Relictam Jarkonis de Penczyn et Gyrzikonem de Pawlowicz super omnibus illis bonis, que habet in Pyenczyn in veram suscipit vnionem. 1406.

226. Wenceslaus de Morkowicz Anne Conthorali sue In bonis in Morkowicz super hominibus censualibus tam suis, quam eciam Anne matris sue, et super censibus ibidem cum suis pertinencijs Centum quinquaginta marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat deputat et assignat, Et Jan de Sazowicz frater Anne illud suscepit dotalicium et Anna mater Wenceslai ad hoc consensit.

227. Johannes de Sazowicz filius Bohuschij cum omnibus suis Bonis, que habet, ad Czudam Olomuczensem spectantibus cum Anna Conthorali Wenceslai de Morkowicz verum facit congressum, id est stupugye sie sny.

(F. XVI. v.) 228. Hanuss de Przneho Anne Conthorali Bartosskonis sui filij super villis Wissoka et Lhota integris et illarum vniuersis pertinencijs, nichil prorsus excluso, cum pleno dominio Ducentas marcas grossorum denariorum Pragensium nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Gyrziko de Paulowicz frater Anne illud suscepit dotalicium, dictum eciam dotalicium ipse Hanus de Przneho predicte Anne Conthorali Bartosskonis super Molendino in villa Lhota et super Curia allodiali in villa Wissoka supradicta assignat dat et deputat per omnia, ut superius est expressum.

229. (Wznatha Hecht de Rossicz alias de Strzyelky Protywczoni de Zastrziel et suis heredibus, mediam villam Oswyetyman, cum medio Jurepatronatus ecclesie ibidem, cum agris pratis pascuis Siluis censibus et redditibus mero et pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi omnino reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

230. Odpor [4]) Petrus de Plumnaw Supremus Camerarius Olomucensis Czude Olomucensis (sic) contra suprascriptam in proximo intabulacionem facit eundem odpor, prout fecit contra Jaroslaum Jaroslai filium de Sternberg dicens, quia Protyuecz de Zastrziel non habet Jus ad Bona in Osswyetyman partem videlicet mediam cum Jurepatronatus medio ecclesie, sed nec Wznatha illa potuit vendere, quod nullum eciam Jus habet in illis.

231. Zawissius de Kokor Elscze Conthorali sue super Curia allodiali in Kokor, que sua est, et eius pertinencijs vniuersis duas marcas census annui racione veri dotalicij dat et assignat, Et Alsso de Oynycz frater Elscze illud suscepit dotalicium.

232. (Dirslaus et Henricus de Przeluk Bohusschio de Rostanye et suis heredibus villam et Bona sua hereditaria in Przieluk cum sessione sua ibidem, censibus hominibus agris cultis et incultis pratis pascuis ac omnibus pertinencijs ipsius ville et Sessionis, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, et eciam medium Molendinum dictum Gessenyczkeho vendidit hereditarie possidendum.)

233. (Wenceslaus de Kladnyk Katherine Conthorali sue In villa Kladnyk super Curia allodiali, quam ipse

[1]) *Die fünf Worte „decem marcas census annui in“ stehen unterhalb der Zeile von derselben Hand.*

[2]) *Die im Orig. nachfolgenden drei Worte „Sigismundum filium et“ sind ausgekratzt und durchstrichen, und am linken Rande steht die Note von anderer Hand: „delecio hec non viciat alia scripta.“*

[3]) *Die drei Worte „et heredes ipsius“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1406. tenet et super tribus laneis censualibus cum omnibus pertinencijs et vtilitatibus ad hoc spectantibus, et eciam cum robottis Triginta marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat deputat et assignat, Et Pauliko de Lhotka frater Katherine illud suscepit dotalicium.)

234. Odpor [1]) Elska filia Mikulassonis Byczkonis facit odpor contra dictum Jodocum Marchionem Morauie dicens, quia ipsius bona hereditaria intabulauit Pardussoni videlicet villam Wesselicze, quam habet, habuit ipsam a patre suo et eciam facit odpor contra illos omnes, qui bona patris sui detinent notanter, (villam Wesselicze) quia super villa Wesselicze habet LXXX marcas grossorum dotalicij post Offkam matrem suam, que cum ipsa habet congressum, id est Stupek.

(F. XVII. r.) 235. (Jodocus Marchio Morauie Alssoni dicto Kabath de Wisskowicz et suis heredibus Omne Jus suum in villa Husserowa Lhota, quod ad eum per mortem Bohunkonis ibidem est deuolutum omni eo Jure, quod sibi ad ipsam villam competit, dedit libere sibi et suis heredibus, Et Anna de Husserowa Lhota Matris sue dotalicium cum omni Jure, si quod ad illud dotalicium sibi competebat, eidem Alssoni Kabath liberum dimitit et illi prorsus renuncciauit.)

236. (Petrus de Crawarn alias de Plumnaw Camerarius Czude Olomucensis supremus Margarethe Conthorali Benessconis de Lyderzow in villa Smrzycz super bonis bene possessis et non imbrigatis Sex marcas census annui in Sexaginta marcis grossorum denariorum Pragensium in pingnus veri dotalicij dat deputat et assignat, Et Artlebus Sczirka de Obora illud suscepit.)

237. (Benessko de Lyderzow alias de Laskow Margarethe Conthorali sue In villa Lasskow super bonis bene possessis puris et non imbrigatis Sex marcas census annui in Sexaginta marcis grossorum denariorum Pragensium in pingnus veri dotalicij deputat et assignat, Et Artlebus dictus Sczirka de Obora illud suscepit.)

238. Gerhardus de Meraw Johanni de Schonwald et suis heredibus et pueris olim Bohussij de Schonwald et Ade presbitero de Schonwald in villa Sudkow viginti marcas census annui minus XXII grossis, et aduocaciam id est Rychtarstwie ibidem in Sudkow liberam, Item in Studencze tres marcas census annui Sex grossos et II halenses, Item in Sluhonowye tres fertones grossorum census annui cum siluis nemoribus rubetis fluminibus Riuis pratis ac mero et pleno Jure et dominio, quemadmodum ea solus tenuit et possedit, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendas.

239. (Bohussius de Rostyenye Bedrico de Russkeho et suis heredibus villam Przeluk cum omnibus suis pertinencijs, nichil prorsus excluso, cum pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis reseruando, cum medio Molendino dicto Gessenyczsky vendidit hereditarie possidendam.)

240. (Bedricus de Russkeho Jeskoni plebano ecclesie in Lostycz et fratribus suis Andree et Benessio de Poruby et eorum heredibus villam Przieluk cum medio molendino dicto Gessenyczsky cum censibus hominibus censibus (sic) agris pratis pascuis siluis piscinis rubetis venacionibus aucupacionibus aquis aquarumque decursibus et generaliter cum omnibus et singulis eorum pertinencijs et vtilitatibus in quibuscumque rebus consistant, nichil prorsus excluso, pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.) 1406.

241. Johannes de Dluhawes Katherine vxori sue super villa et Municione in Dluhawes, et super Curia censibus pratis pascuis et alijs vniuersis dicte ville pertinencijs, eciam super illis piscinis, que iacent prope Wrchoslawicz, prout ipse easdem tenet, et eciam super luco, id est na luhem, prope Wrchoslawicz et super molendino ad predictam in Dluhawes Municionem spectante, ducentas marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Dyethochius de Lylcze illud suscepit.

(F. XVII. v.) 242. Pawliko de Mysseczne Lhoty Elscze vxori sue super omnibus bonis suis que habet in Myesseczna Lhota et eorum pertinencijs vniuersis Decem marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et deputat, Et Wenceslaus de Kladnyk illud suscepit.

243. Margaretha Conthoralis Benesskonis de Lyderzow eundem Benessium maritum suum ad sui dotalicij videlicet Sex marcarum census annui, quas habet in villa Smrzicz super bonis bene possessis et non inbrigatis in veram suscipit vnionem.

244. (Henricus de Trubek Clare Conthorali Michalkonis de Barzicz In villa Dyslawicz super quatuor laneis censualibus Quinque marcas census annui in Quinquaginta marcis grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod in Kozlowicz quondam habebat, Et idem Henricus de Trubek illud suscepit dotalicium.)

245. Michalek de Chorynye Jeskoni Lailoch et suis heredibus Quinquaginta marcas grossorum, quas Jure dotalicij in media villa Kozlowicz tenuit, eo Jure dotalicij cum omnibus suis pertinencijs, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruans, vendidit et intabulauit.

246. Mykol de Paulowicz Petro de Tyessan et suis heredibus In villa Zdyslawicz Curiam allodialem cum agris cultis et incultis siluis pascuis pratis et piscina ac cum suis omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

247. (Jessko Krzeczowecz de Krzeczow Gytcze Conthorali sue in villa Zaruskach super Curia, in qua ipse residet, cum agris cultis et incultis pratis Siluis et alijs suis pertinencijs, prout solus tenuit, vigintique marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Henricus de Trubek illud suscepit.)

248. Petrus de Tyessan Elscze Conthorali sue in villa Zdyslawicz super Curia allodiali cum agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis et piscina et suis pertinencijs ac eciam super bonis mobilibus, id est super Nadbyth, Quadraginta marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat et deputat, Et Henricus de Trubek illud suscepit dotalicium.

249. (Johannes de Wyczkow Margarethe Conthorali Philippi de Wyczkow [2]) filie Protywczonis Super medietate ville in Neptenye in ea parte, in qua vxor sua

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Der im Orig. vorstehende Name „Patslawicz“ ist durchstrichen.*

1406. non habet dotalicium, Quindecim marcas census annui et super Molendino in Bernowye super monte, quod censuat vnam marcam grossorum et alijs vniuersis eorum pertinencijs nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Hersso de Weletyn frater Margarethe illud suscepit, et eciam assignat sibi supradictum dotalicium in vno monte siluarum dicto Otmyena.)

(F. XVIII. r.) **250.** Mykesska de Dyedkowicz Pueros suos ad omnia illa, que habet in Dyedkowicz, veram suscipit vnionem, et eciam Kunssonem suum priuignum, id est pastorka, ad illam vnionem suscepit.

251. (Jodocus dei gracia Marchio Morauie Jeskoni dicto Hrusska et eius heredibus villas Radkow et Petersdorff cum Curia allodiali Molendino et cum fluuio fluente per villam, qui incipit in Reynersdorff cum Molendino pratis pascuis siluis virgultis agris cultis et incultis censibus redditibus obuencionibus et alijs eorum pertinencijs et tres laneos in Tyrnawka et Molendinum ibidem dedit hereditarie perpetuis temporibus possidendas, predictaque Bona omnia et singula, prout superius exprimuntur specifice, a suo feodo omnino dimisit libera et soluta, huius negocij seu intabulacionis nunccius fuit Erhardus de Cunstat ex parte ipsius Jodoci Marchionis.)

252. Margaretha filia Protywczonis de Pattslawicz Philippum de Wyczkow suum maritum ad omnia bona sua hereditaria, que habet in villis Lhotka et Paczlawicz, sit multum uel parum, et eciam ad sui dotalicij vt puta Quindecim marcas census annui, quas habet in Neptenye, veram suscipit vnionem.

253. Johannes dictus Swyetlik et Mykulass fratres de Rakussek Nobili domino Petro de Crawarn alias de Plumnaw Supremo Czude Olomuczensis Camerario et suis heredibus In villa Rakussek Curiam allodialem, medium laneum censualem et vnam Curticulam et tres ortos cum censibus et Robottis et alijs vniuersis suis pertinencijs pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruantes, vendiderunt perpetuis temporibus hereditarie possidendam.

254. (Benessius de Benessaw alias de Quassicz domine Elscze de Czymburg Conthorali sue In et super villis et bonis infrascriptis videlicet in villa Strzyezowicz, in villa Byelow, in villa Ohnystky, in villa Sulymow et in villa Kladruby super tribus laneis censualibus [1]) super bonis liberis et hereditarijs et bene possessis et hominibus censualibus villarum predictarum Quinquaginta marcas census annui in Quingentis marcis grossorum denariorum Pragensium nomine veri dotalicij dat deputat et assignat, Nichilominus de gracia speciali eidem domine Elscze sue Coniugi Curiam allodialem in Quassicz, in qua sunt duo lanei, et Molendinum nuncupatum Byelowsky, et Sessionem solam in Municione Quassicz sub tali condicione, vt videlicet dictam Curiam cum duobus laneis et Molendinum cum sessione predicta tamdiu teneat, donec statum viduitatis non mutaret, Si vero statum viduitatis mutando maritum duceret, extunc statim de predicta Curia et duobus laneis Molendino et Municione predicta Quassicz cum suis pertinencijs pueris ipsius Benessij uel Commissario suo condescendere teneatur, Et Petrus de Plumnaw illud suscepit.) 1406.

255. (Benessius de Benessow alias de Quassicz Nobilem Laczkonem de Crawarn facit verum Commissarium suorum puerorum et omnium bonorum, dotalicio Conthoralis sue excepto.)

256. (Benessius de Benessow alias de Quassicz Sbinkoni Plebano in Krumpsin, Johanni dicto Krumpsin de Czelechowicz et Johanni dicto Hussie de Krumpsin et eorum heredibus villam Snowydky cum Curia allodiali ibidem cum censibus hominibus agris pratis pascuis Siluis piscinis ac Reseruaculis dictis halterzy, ac alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, pleno iure et dominio, nichil sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. XVIII. v.) **257.** Odpor [2]) Zbinko de Drzienoweho contra Benessium de Benessaw alias de Quassicz facit odpor, vbi ipse bona sua hereditaria dat alicui uel intabulat, et dicens quia LXXXX marcas grossorum in Bonis ipsius Benessij habet.

258. (Jodocus de Poczenycz Kaczne vxori sue In villa Poczenycz super curia allodiali cum agris cultis et incultis pratis et nemoribus et alijs suis vniuersis pertinencijs dicte Curie Quinquaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, et alias omnes res ibidem sibi reseruat, Et Martinus Bukowecz illud suscepit.)

259. Leonardus de Poczenycz Mikssiconi de Dyedkowicz et suis heredibus [3]) In Dyedkowicz prope Swabenycz duos laneos cum vno quartali et suis pertinencijs, prout ad domino Jodoco Marchione Morauie habuit, vendidit hereditarie possidendos.

260. Johannes Miles de Morawan Bohunconem de Hrossky ad illud Jus dotalicij, quod habet in integra villa Wlkoss prope Byzencz, videlicet super XX marcis census annui in ducentis marcis grossorum, quas habuit a Conthorali sua, in veram suscepit vnionem.

261. Wznatha de Melicz Mixikoni de Chudobyn et suis heredibus in villa Drzowicz duos laneos, duas curticulas, mediam thabernam, medium ortum cum omnibus eorum pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

262. (Johannes Mazanecz de Welenye Wilhelmo de Chudobyn et suis heredibus villam Drazegowicze integram, excepta vna curticula, Item Molendinum censuale, Curiam Collonariam de vna aratura Item Curiam Schulessowicz de vna aratura, vnam sexagenam census annui super thaberna et vna curticula, cum censibus, redditibus, hominibus agris cultis et incultis pratis pascuis cum vno luco, id est Luzyek, qui dicitur Straczeny, cum aquis riuis et alijs vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistunt mero et pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Et si dicta bona alibi in tabulis reperirentur, nullum debent habere robur firmitatis.)

[1]) *Die vier Worte „super tribus laneis censualibus“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[3]) *Die drei Worte „et suis heredibus“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1406. 263. (Mirko de Chlum Sobyenonem de Czetochowicz [1]) facit verum Commissarium omnium bonorum suorum spectancium ad hanc Czudam Olomucensem et eciam puerorum suorum vsque ad annos debite etatis eorum.)

264. (Wilhelmus de Chudobyn Margarethe vxori sue in villa Schulessowicz super Curia et pratis et super vna sexagena census annui, et in villa Drazewicz super dimidio quarto laneis cum omnibus eorum pertinencijs dicte Curie et Riuo Centum vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

265. (Wilhelmus de Chudobyn Benessium de Chudobyn fratrem suum super bona sua omnia, que habet in villis Drazegowicz et in Schulessowicz cum suis omnibus pertinencijs in veram suscipit vnionem.)

(F. XIX. r.) 266. (Henricus de Trubek Marussy vxori Johannis Mazanecz In villa Kowalowicz in eo toto, quod fuit Zwyestonis, decem marcas census annui in Centum marcis grossorum Pragensium nomine veri dotalicij deputauit, et hoc transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod prius in Drazewicz habuit, Et Philippus de Paczlawicz frater Marussyn illud dotalicium suscepit.)

267. Boczko Erhardus et Vlricus fratres germani de Cunstat alias de Lestnycz [Sobyehrdoni de Strzyetez et suis heredibus] [2]) Curiam allodialem in Senycz versus ecclesiam et prope viam Olomucensem sitam cum Agris cultis et incultis pratis pascuis et vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, [supradicto Sobyehrdoni de Strzyetez] Welyslao dicto Wlassak et eius heredibus et Hankoni plebano de Drahanowicz vendidit hereditarie possidendam.

Cancellacio in prima linea non debet nocere Intabulacioni.

268. Dorothea Relicta Janonis de Chudobyn pueros suos suscipit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villa Sawynye.

269. Boczko, Erhardus et Vlricus fratres germani de Cunstat alias de Lestnycz, Quia Curia allodialis in Senycz sita versus ecclesiam prope viam Olomucensem diligenter in tabulis quesita inueniri non poterat, Ideo dicti fratres pro se et suis heredibus renuncciant eidem curie eo, quod nullum Jus habent ad illam, que si tractu temporis reperiretur in tabulis, nullum debet habere vigorem.

270. Georgius de Zyranowicz Offcze Conthorali sue In villa Tupczy super Curia allodiali Triginta et dimidiam octauam marcas grossorum cum omnibus dicte Curie pertinencijs nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Dywa de Syssmy illud suscepit, [et eciam super media thaberna ibidem sibi predictum deputat dotalicium.]

271. Elska de Dubczan Wsseborio et Jeskoni fratribus de Dubczan et pueris Johannis Nedwyedkonis de Dubczan Jus suum dotalicij, quod habuit in Wylemow et in Paterzyn, eo Jure dotalicij dedit et intabulauit ipsis et eorum heredibus.

272. Protywecz de Chwalkowicz Ondrzeykoni de Paulowicz fratri suo et suis heredibus mediam villam Pawlowicz, mediam Curiam, mediam Thabernam, me- 1406.
dietatem siluarum cum eorum pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruando, aut suis heredibus vendidit hereditarie possidendam.

273. (Petrziko de Krzstomyle Johancze Conthorali sue In villa Krzstomyle super omnibus hominibus censualibus excepta Aduocacia, id est Rychtarstwie, et super molendinis cum pratis et siluis et alijs vniuersis pertinencijs ipsius ville Quinquaginta marcas grossorum denariorum Pragensium nomine veri dotalicij deputauit, Et Drslaus de Stralek illud suscipit dotalicium.)

(F. XIX. v.) 274. Drslaus de Straleka Petrzikoni de Krzstomyle et suis heredibus villam Krzstomile cum hominibus censibus redditibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis Siluis (sic) Molendino montibus vallibus aquis et earum decursibus et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

275. Johanka Conthoralis Petrzikonis de Krzstomyle Jenczoni de Rakodaw et suis heredibus In villa Costelecz Curiam allodialem, tres curticulas, Thabernam, et medium quartale cum agris pratis pascuis siluis piscina rubetis, et alijs vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi reseruans ibidem, vendidit hereditarie possidendum.

276. Jenczo de Rakodaw Margarethe de Peterswald Conthorali sue In villa Costelecz prope Holessow super Curia allodiali, quam comparauit a Mykulone et in qua solus residet, et super tribus laneis minus medio quartali censualibus, Item super octo Curticulis in Costelecz, ac pratis nemoribus ad dictam Curiam et curticulas spectantibus Centum XX marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et deputat, Et Petrziko de Petrswalda pater eius illud suscepit dotalicium.

277. Marcus de Styepanow Jakubconi de Bohuslawicz et eius heredibus In villa Bohusslawicz totum, quidquid sibi per Jacobum plebanum in Morawiczan datum est et intabulatum, nichil omnino sibi reseruando, dedit liberaliter et intabulauit huic expresse renunccians.

278. Jakubko de Bohuslawicz Marcum de Styepanow super eo toto, quod habet in villa Bohuslawicz suscepit in veram vnionem.

279. (Margaretha de Chomuthowicz Karliconi de Oppatowicz et suis heredibus Curiam allodialem in Chomutowicz, super qua suum habet dotalicium et eciam hereditatem, idem dotalicium, ipso Jure dotalicij, et hereditatem, iure hereditario vendidit possidendam.)

280. Adam presbiter de Schonwald Anne Relicte olim Bohussij de Shonwald super Curia allodiali in Schonwald, quam Bohussius frater suus a Petro Nyemecz comparauerat, que Curia habet Nouem quartalia agrorum, et tres laneos censuales cum vno quartali, tres ortulanos, cum Molendino et vna Thaberna, cum vna stacione carnium, id est s gednyemy mastnyczemy, cum Siluis pratis ac pleno Jure, quemadmodum ipse Bo-

[1]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „Czetkowicz.“*

[2]) *Zu dieser und der weiter unten in derselben Einlage durchstrichenen Stelle gehört die am linken Rande von anderer Hand beigefügte Note: „Ista abolicio non preiudicat alijs intabulatis.“*

1406. hussius tenuit, Centum sexagenas grossorum nomine veri dotalicij in ipsis bonis sibi supplet et assignat, quod in Cholyna sibi defecerat, Reliquum vero, quod sibi ipse Bohussius frater suus in eisdem bonis donauit, approbauit omnino, et ad huiusmodi donacionem predicte Anne factam consensit, Ita quod predicta Anna in supradictis bonis tantummodo Centum et quinquaginta marcas grossorum titulo dotalicij debeat obtinere et non minus neque vltra.

(F. XX. r.) 281. Pauliko de Przedmostye Ade dicto Byess et suis heredibus Curiam suam in Przedmostye cum omnibus suis pertinencijs ad dictam Curiam spectantibus pleno Jure et dominio, nichil in eadem Curia et eius pertinencijs sibi et suis heredibus reseruando, Juris proprietatis uel dominij vendidit hereditarie possidendam.

282. (Woyslaus de Krzyzankow Dyetochoni de Lylcze et suis heredibus In villa Pornycz Curiam allodialem, quatuor laneos, Thabernam, duos subsides cum vniuersis Juribus vtilitatibus et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil proprietatis Juris aut dominij in eadem sibi reseruans, eciam cum tribus Molendinis in Pornycz vendidit hereditarie possidendum.)

283. (Ditko de Luczan heredibus Bohussij de Schonwald et domino Ade de Schonwald ipsorum patruo in Schonwald duodecim marcas census annui cum pleno Jure, prout ipse solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendas.)

284. (Margaretha, Byetka, Rycha et Gytka filie Vlrici de Chomutowicz Wenceslao et Przibiconi fratribus de Chomutowicz et eorum heredibus Curiam allodialem in Chomutowicz cum Molendino pratis pascuis Siluis Riuis et suis pertinencijs vniuersis, nichil ibidem sibi reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendam.)

285. (Messek de Wytczicz Anne vxori sue in Wytczicz super Curia et Municione, Nemoribus Agris et eorum singulis pertinencijs et eciam super quinque laneis censualibus et liberis Centum quinquaginta marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Onsso de Przestawlk patruus suus illud suscepit, et Konczek de Prus Stupnyk Machow ad hoc consensit.)

286. (Jakubko de Rakodaw Dorothee de Tuczyn Relicte olim Jaroskonis de Jarohnyewicz super Curia allodiali in Jarohnyewicz, quam olim Henricus Albus inhabitauerat, et super agris ad ipsam Curiam spectantibus Quinquaginta marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij deputat et assignat, Et Wlcziko frater eius illud suscepit.)

287. Jacubko de Rakodaw Super bona sua hereditaria, que obtinet in Jarohnyewicz Jenczonem et Raczkonem fratres suos in veram suscipit vnionem et ad alia bona, vbicumque ea habet, ipsos suscipit ad vnionem.

288. Jan de Chomutowicz Jutcze Conthorali sue In Chomutowicz in Curia superiori cum suis pertinencijs, prout solus tenuit, viginti marcas grossorum nomine veri dotalicij deputauit, Et Jessko Kozyssecz illud suscepit.

289. (Henricus de Zastrzyzl Katrussy vxori Benessij de Chudobyn Super villa in Zastrzyzl tres marcas grossorum census annui in Triginta marcis grossorum in pingnus veri dotalicij deputauit, Et hoc Benessius) [sic.] 1406.

290. (Benessius de Chudobyn Katrussy Conthorali sue Super Curia in Chudobyn, super hominibus censualibus et super eo, quidquid habet ibidem, Quadraginta quinque marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et deputat.)

(F. XX. v.) 291. (Henricus de Zastrzyzl Benessio de Chudobyn In villa Zastrzyzl super hominibus censualibus Tres marcas census annui in Triginta marcis grossorum in pingnus veri dotalicij post filiam suam Katrussie dat et assignat.)

292. Beness de Chudobin Katrussy Conthorali sue In villa Zastrzyzl super hominibus censualibus tres marcas census annui in Triginta marcis grossorum Pragensium, Item in villa Chudobyn super Curia Allodiali et hominibus, quos habet ibidem, Quadragintaquinque marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, Sic quod ipsa Katrussie de suo dotalicio LXXV marcas in bonis supradictis habeat, et non minus neque plus.

293. Jan de Paczlawicz Philippo de Paczlawicz fratri suo et eius heredibus totum, quidquid habet de sua parte in villa Paczlawicz, ut puta Municionem et duas araturas cum quatuor [1]) paruis piscinis et tribus nemoribus, prato et vna curticula, cum Jurepatronatus ecclesie ad eum spectante, cum pleno iure et dominio et suis pertinencijs, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

294. Philippus de Paczlawicz Johannem fratrem suum de Paczlawicz suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet.

295. Sbynko de Drzyenoweho Lydcze Conthorali sue In Teteczycz super hominibus censualibus et bene possessis Sex marcas census annui in Sexaginta marcis grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, Et Leonardus de Poczenicz frater eius illud suscepit.

296. Bolka Relicta Marquardi de Rosczyn Anne vxori Wyeczkonis de Inferiori Dubnan Conthorali (sic) et suis heredibus In Rosczyn Curiam allodialem cum agris cultis et incultis censibus robottis pratis pascuis et alijs omnibus ad ipsam Curiam spectantibus cum Quinque laneis et duabus thabernis, Molendino, et octo magnas curticulas dedit libere sibi et suis heredibus possidendam iure hereditario.

297. (Bolka de Dobrosskowicz Johanni de Morawan suo genero super tota villa in Tyemycz prope Byzencz cum suis pertinencijs, prout ipsamet tenuit post Annam filiam ipsius Centum quinquaginta marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij dat et assignat.)

298. Johannes de Morawan Anne Conthorali sue (sic).

(F. XXI. r.) 299. Anna de Olssan cum Andrea dicto Dywyssye de Bludow cum sua Curia, quam habet in Olssan, et Jurepatronatus ecclesie ibidem pratis praetis, id est Nywy, et alijs omnibus dicte Curie pertinencijs, sicut ipsemet tenuit, verum facit congressum.

[1]) *Dieses Wort steht oberhalb des durchstrichenen „tribus.“*

1406. 300. (Protywecz de Zastrzyzl Alssoni dicto Bystrzicz de Oynycz et suis heredibus In villa Blyssicz Curiam et vnum laneum cum agris Siluis et alijs vniuersis ipsius Curie pertinencijs, pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

301. (Wyczen de Senycz Elscze Conthorali sue In villa Welika Senycze super Curia allodiali et super duobus ortis ad ipsam Curiam spectantibus, prout eandem habet a patre suo, Triginta marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij deputauit, Et Zdyslaus de Paczow illud suscepit.)

302. Jan de Schonwald Witkoni de Lhota et suis heredibus villam Slawyetyn cum Aduocacia libera, id est s Rychtarstwym Zakupnym, cum agris cultis et incultis, pratis nemoribus, Riuis, et in Hradeczny Quinque laneos pleno Jure et vniuersis suis pertinencijs, quemadmodum illa Bernhardus Hecht de Myraw tenuit et possedit, vendidit hereditarie possidendam.)

303. (Jan de Schonwald Wenceslao de Doloplaz super villa Drahanowicz cum suis pertinencijs Centum marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij post Annam suam filiam dat et assignat.)

304. Odpor [1]) Katherina Relicta quondam Skodonis facit odpor contra Johannem Puska de Cunstat, qui super sua bona Erhardum de Cunstat ad vnionem suscepit, et dicit, quia bona ipsius Jure terre inpetiuit et in eis eodem Jure terre obtinuit et sua dampna publicauit.

305. Odpor [2]) Adam presbiter de Schonwald, Commissarius heredum Bohussij de Schonwald, facit odpor contra dominum Jodocum Marchionem Morauie pro eo, quia bona Trssicz intabulauit Laczkoni de Crawar et dicit, quia heredes ipsius Bohussij ad illa Bona Jus habent, et non ipse dominus Marchio aut Laczko de Crawar.

306. Margaretha Relicta Jeskonis de Strbnyk et Petrus ipsorum filius Venerabilibus dominis Decano, preposito, Canonicis, Capitulo et personis ecclesie Olomucensis presentibus et futuris Curiam allodialem cum septem quartalibus In villa Chrzenowicz cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio vendiderunt perpetuis temporibus possidendam, Sed tamen Emphiteosim alias purkrecht pro ipsis reseruarunt, de qua quidem emphiteosi annis sinculis censuare tres marcas grossorum minus decem grossis et XIIII pullos tenebuntur et debebunt, et de alijs dacionibus et robottis liberi esse debent et soluti, Et huius Intabulacionis Nunccius fuit Przedborius de Czimburg ex parte domini Jodoci Marchionis, per quem eciam ut premissa intabularentur (per suas patentes literas) Camerario Czudario et Notario supremis precepit et mandauit.

(F. XXI. v.) 307. Bolka Relicta Schesselonis Henrico de Zastrzyzl et suis heredibus Trecentas marcas grossorum sui dotalicij, quod habuit super villa Dobroczkowicz integra, prout sola tenuit et possedit, eo Jure dotalicij vendidit et intabulauit, nichil prorsus sibi in predicto dotalicio reseruando Juris aut proprietatis neque suis heredibus.

308. (Anna de Rosczyna Wenceslaum dictum Lzyczka suscepit in veram vnionem super omnia, que habet et tenet, Et Jessko de Kozyssecz Auunculus eius dixit, quod sit bonum ipsius.) 1406.

309. (Petrus de Crawarn alias de Plumnaw, Supremus Camerarius Olomucensis Czude, honorabilibus et Religiosis viris dominis preposito et Conuentui fratrum Monasterij in Sternberg, sub regula sancti Augustini degencium, presentibus et futuris In villa Zyrotyn Curiam allodialem a Nicolao de Schonwald emptam cum agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis Molendino [3]) et quatuor Curticulis censualibus, Item partem silue dicte Naprzedow, et alterius silue partem dicte Odlubnye, et quartam partem fluminis dicti Oskawa, in tanta distancia seu longitudine, prout ab antiquo ad villam Zyrotyn pertinebat, Item molendinum cum area et obstaculo et Juribus suis et alijs vniuersis et singulis ipsius Curie pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque consistunt rebus, seu qualibuscumque specialibus nominibus nuncupentur, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis in premissis reseruans vendidit perpetuis temporibus per eos et eorum Successores possidendum, Et hec Intabulacio facta est de expresso consensu et mandato domini Jodoci Marchionis Morauie viue vocis oraculo Beneficiarijs Czude Olomucensis facto.)

310. Jan de Morawan Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus Curiam allodialem in Morawan cum omnibus hominibus censualibus, Item Thabernam cum piscinis et siluis ac vniuersis suis pertinencijs pleno iure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

311. Zdynka de Nedachlebicz Johannem filium Wlczkonis de Swabenicz suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Boyanowicz a Medkone.

312. Bolka de Dobroskowicz Johanni de Morawan suo genero Centumquinquaginta marcas grossorum sui dotalicij, quod habet in villa Tyemycz nomine veri dotalicij dat et assignat post Annam filiam suam.

313. Johannes de Morawan Anne vxori sue Super villa Swatoborzicz, super octo laneis Quindecim marcas grossorum census annui pleno Jure, prout ipsemet tenuit, racione veri dotalicij deputauit, Et si quid ibidem deficeret, extunc in tota villa Swatoboricz debet impleri, excepta Curia Allodiali, quam sibi reseruat, Eciam illas Centum quinquaginta marcas grossorum sui dotalicij, quas in Tyemycz a domina Bolka habet, eciam eidem Anne sue Conthorali dat et deputat racione veri dotalicij, Ita ut ipsa Anna de suo dotalicio Trecentas marcas grossorum in bonis predictis habeat, et non minus neque plus. [4])

(F. XXII. r.) 314. Odpor [5]) Jan de Murlyna facit odpor contra Przibikonem de Byelowicz, si continget ipsum Bona in Byelowicz alicui intabulare, uel forsan assignare dotalicium et dicit, quia in ipsis Bonis Byelowicz habet XXX marcas grossorum.

315. Odpor [6]) Nicolaus plebanus in Kostelecz suo et Successorum suorum plebanorum ibidem nomine facit

[1]. *u.* [2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[3]) *Die zwei Worte „Siluis Molendino“ sind durchstrichen.*

[4]) *Das nächstfolgende Blatt ist herausgeschnitten.*

[5]. *u.* [6]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1406. odpor contra Przibiconem de Byelowicz occasione curie in Byelowicz, in qua idem Przibiko Kuncze vxori sue dotalicium deputauit, et dicit quia ipse Przibico receptis in testamento a quodam Bohuncone cliente XX sexagenas grossorum, se ipsi plebano et suis Successoribus ad solucionem duarum sexagenarum census et suos heredes obligauit pro peragendo anniuersario dicti Clientis, tamdiu donec eundem censum ad alia Bona de ipsa Curia transferet.

316. Petrus de Plumnaw, Supremus Camerarius Olomucensis Czude, Mikssiconi de Krakowcze ac Alssoni, Wenceslao et Bernhardo fratribus de Krakowcze et ipsorum heredibus Agros, qui wlgariter Rownye nuncupantur prope Krakowczie sitos, in quibus agris Curia Collonaria de nouo fuit edificata, Cum pratis pascuis Siluis Rubetis aquis et vno litore illius Riuuli et alijs vniuersis ad ipsos agros et Curiam hereditarie spectantibus, quibuscumque nominibus vocentur, cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris aut proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendos.

317. (Petrus de Plumnaw, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, Ob spem eterne retribucionis zelo intime deuocionis accensus volens ac cupiens terrenarum rerum compendijs eterne quietis comparare comodum, honorabilibus ac Religiosis viris preposito fratribus et Conuentui Monasterij Beate Marie virginis in Prostano Canonicorum Regularium ordinis sancti Augustini, qui nunc sunt uel pro tempore fuerint, ut eo feruentius domino famulentur, nimirum quanto copiosius bonis temporalibus se viderint habundare, Bona infrascripta et primo quidem in villa Olssan vnam Curiam allodialem, duos laneos, Tres thabernas et quatuor Curticulas, Item in villa Wranowicz vnam Agriculturam, quatuor laneos, vnam Thabernam, Balneum et Tres Curticulas, Item in villa Rakusky Curiam, que quondam fuit Swyetlikonis, vnam Agriculturam, medium laneum et quatuor Curticulas, Item aliam Curiam ibidem in Rakusky quondam Przeskonis cum vna Agricultura et tribus curticulis, Item in eadem villa Rakusky Curiam, que fuit quondam Gyndrziskonis et Anne matris sue, cum vna Agricultura alterodimidio laneis, duos ortos, et duas Curticulas cum dictorum bonorum Juribus redditibus fructibus censibus hominibus Rusticis, agris cultis et incultis pratis pascuis Nemoribus rubetis et alijs vniuersis eorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque consistant rebus seu qualibuscumque specialibus nominibus nunccupentur, pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus excepta bonorum iam dictorum tuicione et poprawa ac Berna Regali reseruando, dedit liberaliter per eos et eorum Successores perpetuis temporibus possidendum, Ipse Petrus de Plumnaw In villa Wranowicz vnam Curticulam pro se reseruat, ut ibidem Juspatronatus ecclesie sibi et heredibus et Successoribus suis saluum semper permaneat et illesum [1]).

318. Onsso de Sarowa Czenkoni de Sarowa fratri suo et eius heredibus villam Sarow cum Municione ibidem hominibus censibus redditibus agris cultis et incultis 1406. pratis siluis pascuis Molendino ac Stangno ad ipsam villam spectante montibus vallibus aquis Riuis Jurepatronatus ecclesie ibidem incluso et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno iure et dominio, nichil sibi reseruans ibidem dedit libere et donauit hereditarie possidendam, Et Anna de Sarow Conthoralis sua et Caspar de Snalwalda ad hoc consenserunt piscinis inclusis.

319. (Onsso de Sarowa Czenkonem de Sarowa fratrem suum et eius heredes suscepit in veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet.)

320. Erhardus de Oprostowicz Beneskonem de Lyderzow fratrem suum germanum facit verum Commissarium omnium bonorum suorum et pariter puerorum.

(F. XXII. v.) 321. Onsso de Sarowa Anne Sorori sue et Caspari de Snalwald marito ipsius Sororis sue et eorum heredibus In villa Hradczowicz Curiam allodialem cum Jurepatronatus ecclesie ibidem nec non fluminibus pratis Siluis et area seu loco, in quo fuit Molendinum, cum littore ipsius, Item . . et eciam cum area, in qua fuit Municio, cum suis vniuersis pertinencijs ad hoc spectantibus (Item in Nedachlebicz vnum laneum censualem) [2]) Item medietatem ville Lostycz cum ipsius medietatis pertinencijs vniuersis dat libere et donat hereditarie possidendam cum pleno Jure et dominio.

322. Czenko de Sarowa Margarethe Conthorali sue Super villa Sarow et Municione ibidem hominibus censibus agris pratis pascuis Siluis piscinis Molendino, ac Stangno ac vniuersis et singulis suis pertinencijs, Centum marcas grossorum Pragensium nomine veri dotalicij ex gracia speciali dat et assignat.

323. (Petrus de Plumnaw, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, Janoni Karlowczoni de Topolan et Margarethe Conthorali sue et eorum heredibus In villa Gedle super hominibus censualibus et bene possessis Quinque marcas census annui in Quinquaginta marcis grossorum Pragensium, quemadmodum illas iure terre in Smylone de Sternberg obtinuerat, in pingnus veri dotalicij dat et assignat.)

324. (Jessko de Wrahowicz Johannem presbiterum et Radslaum fratres de Olssan suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, videlicet LXXX marcas grossorum, quas habet in Olssan super curia allodiali et duabus marcis census, Ad cuius quidem dotalicij vnionem eciam suscepit ipse Jessko de Wrahowicz suos heredes.)

325. (Sobyeno de Trzebschyna Vlricum de Lessan et suos heredes suscipit in veram vnionem illius lanei in Byelowicz cum vniuersis pertinencijs dicti lanei.)

326. (Petrus de Plumnaw, Supremus Camerarius Czude Olomuczensis, Jeskoni et Wenceslao fratribus de Rakussek et eorum heredibus in villa Klobuczyech omne Jus suum, quod habuit a Jodoco Marchione Morauie cum pleno iure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans,

[1]) *Oberhalb dieser Einlage steht von einer viel spätern Hand: „Tento wklad wymazan gest podle Smluwy kteraz se stala s kniezem Janem probosstem a Administratorem Prostiegowskym a geho Conuentem przi przitomnosti tohoz knieze Jana."*

[2]) *Zu dieser durchstrichenen Stelle gehört die im Orig. am Schlusse der Einlage von einer anderen Hand zugeschriebene Note: „Ista extabulacio non debet alijs nocere, nam laneus in Nedachlebicz venditus et intabulatus est Zyehoni de Nedachlebicz."*

1406. dedit libere de gracia speciali hereditarie possidendum eo Jure, quo ipsemet tenuit.)

327. Jessko et Wenceslaus fratres de Rakussek Mixikoni de Chudobin et suis heredibus In villa Klobuczych Curiam cum vna Aratura tribus Curticulis et pratis ac eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, permutando bona ipsa pro bonis, videlicet pro Curia cum vna aratura in villa Wrahowicz sita, cum luco ibidem tribus curticulis et duobus pratis intabularunt hereditarie possidenda eo Jure, quo ipsa a Petro de Plumnaw habuerunt et possederunt.

328. Mixiko de Chudobyn Jeskoni et Wenceslao fratribus de Rakussek et eorum heredibus In villa Wrahowicz Curiam cum vna aratura vno luco tribus curticulis et duobus pratis permutando cum ipsis fratribus ipsa sua bona pro Curia cum vna Aratura in villa Klobuczyech ac tribus curticulis et pratis intabulauit predictis Jeskoni et Wenceslao fratribus de Rukussek et eorum heredibus cum suis omnibus pertinencijs ac pleno iure et dominio hereditarie possidendam.

(F. XXIII. r.) 329. Petrus de Plumnaw, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, heredes suos presentes et futuros [1]) suscipit in veram vnionem omnium illorum, que a pie recordacionis Petro de Sternberg siue racione congressionis uel vnionis habet et obtinet, nichil prorsus excluso.

330. Petrus de Crawarn alias de Plumnaw, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, transducit Margaretham de Kleczan, Conthoralem Johannis de Popowek, de priori eius dotalicio, quod in Vgezd habuit, ad villam Smrzycz, In qua quidem villa Smrzycz super hominibus censualibus eidem Margarethe octauamdimidiam marcas census annui in septuaginta quinque marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Benesko de Lyderzow illud suscepit.

331. Margaretha de Kleczan Conthoralis Johannis de Popowek Petrum de Crawarn alias de Plumnaw, Supremum Camerarium Czude Olomucensis, suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod in villa Smrzycz super hominibus censualibus habet.

332. (Przibiko de Suchdol Bonussam de Borotyn filiam Budkonis suscepit ad veram vnionem bonorum suorum in Rubanyna et aliorum omnium suorum bonorum, que habet vbicumque.)

333. Bedricus de Lotyenycz Skoncze Conthorali sue In villa Lodyenycz super hominibus censualibus Curia allodiali ibidem cum suis vniuersis pertinencijs Centum et XXV marcas grossorum Pragensium Jure veri dotalicij deputat et assignat.

(F. XXIII. v.)

Secundum Colloquium.

1407. 334. Anno domini Millessimo Quadringentesimo Septimo feria secunda infra octauas Epiphanie [2]) Celebratum est Colloquium dominorum per Serenissimum principem dominum Jodocum Marchionem Morauie In presencia Nobilium dominorum Petri de Crawar alias de Plumnow Camerarij, Sulikonis de Konycz Czudarij, et Andree Archidiaconi Breslauiensis Notarij, Supremorum Officialium Czude Olomucensis, presentibus eciam Nobilibus dominis Laczkone de Crawarn, Vlrico de Nouadomo, Jeskone de Sternberg alias de Lukow, Erhardo de Cunstat, Petro de Straznicz, Erhardo de Skal, Alberto de Czimburg, Przedborio et Mathussio fratribus de Czimburg, Benessio de Quassicz, Wankone de Bozcowicz alias de Czernahora, Alberto de Sternberg alias de Lukow, filio Sdenkonis de Sternberg, Wilhelmo de Pernstain, Johanne de Lompnicz, Hinkone de Letowicz, Jaroslao de Sternberg et alijs quampluribus Baronibus terre Morauie. 1407.

335. Erhardus dictus Puska de Cunstat, cum Erhardo de Cunstat alias de Skal cum omnibus bonis suis ad hanc Czudam spectantibus, que nunc habet uel habebit, verum fecit congressum, id est stupugie sie.

336. Johannes de Lompnicz pueros suos suscipit secum ad veram vnionem bonorum Olessnicz et Porzyeczie cum suis omnibus pertinencijs, que ex donacione Margarethe sororis sue Conthoralis olim Czenkonis de Luczek obtinet et habet.

337. (Laczko de Crawarn dictus in Helffenstein Wenceslao dicto Russ et Hanussio fratri suo de Doloplaz et eorum heredibus Municionem Trssicz et villam Trssicz sub ipsa Municione sitam cum piscinis, Molendinis, Curijs, Rusticis, Censibus, Agris cultis et incultis, Siluis, pratis et alijs vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, necnon cum Jurepatronatus ecclesie ibidem In villa Trssicz, vendidit hereditarie possidendam.)

338. Wenceslaus dictus Russ de Doloplaz Anne Conthorali sue in villa Trssicz super quinque laneis censualibus dimidiam octauam marcas grossorum census annui in Septuagintaquinque marcis grossorum racione veri dotalicij iuxta consuetudinem terre Morauie dat deputat et assignat, Et Bussko de Krasna pater ipsius Anne illud suscepit.

(F. XXIV. r.) 339. Hanussius de Doloplaz Margarethe vxori sue in villa Trssicz super quinque laneis censualibus dimidiam octauam marcas grossorum annui census in Septuaginta quinque marcis grossorum in Jus veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem deputat et assignat, Et Busko de Krasna pater Margarethe illud suscepit.

340. (Laczko de Crawar alias de Helffenstein Testamentarius verus et legittimus olim domine Anne Conthoralis quondam Petri de Sternbergh preposito et conuentui fratrum Monasterij in Sternberg villam Babycze et Curiam ibidem cum piscinis [3]), siluis, Rubetis, pratis, pascuis, et alijs eorum vniuersis pertinencijs Jure veri dotalicij pro Quadringentis sexagenis grossorum vendidit possidendam in remedium anime ipsius domine Anne supradicte.)

341. Anna de Lhota Sbinkonem de Stralek filium suum [4]) suscipit in veram vnionem, sui dotalicij, quod habet in villa Olbramycz.

[1]) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[2]) *d. i. den 10. Jänner.*

[3]) *Dieses Wort ist im Orig. unterpunktirt.*

[4]) *Diese zwei Worte stehen im Orig. oberhalb der Zeile, sind aber von derselben Hand geschrieben.*

1407. 342. Jan de Rokytnycze Katherine vxori sue in villa Rokytnycze super quinque laneis prope Curiam bene possessis decem marcas grossorum annui census in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et si quid ibidem deficeret, hoc ibidem in alijs hominibus censualibus et bene possessis debet suppleri, ut ex integro ibidem habeat decem marcas census sui dotalicij, Et Hermannus de Ratay frater eius illud suscepit.

343. (Katherina de Ratay Janoni de Rokytnycze marito suo in Opido Brodek super hominibus censualibus decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum racione veri dotalicij deputat dat et assignat, quod quidem opidum Brodek iacet prope Ottoslauicz, et idem dotalicium dat sibi in suo dotalicio, quod ibidem obtinet.)

344. Jan de Rokytnicz Katherine de Ratay vxori sue in opido Brodek prope Ottoslawicz super hominibus censualibus decem marcas census annui in Centum marcis grossorum, quas ab ipsa obtinet, Jure veri dotalicij dat et assignat.

345. Hermanus de Ratay Drslaum de Stralek suscepit in veram vnionem suorum bonorum, que habet in Ratay et alibi vbicumque.

346. (Jodocus Marchio Morauie Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus villam Nyemczye totam et integram cum hominibus censibus, Agris cultis et incultis, pascuis et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque consistunt rebus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendam, nuncij huius ad tabulas fuerunt missi ab ipso domino Marchione Laczko de Crawar, Petrus de Straznicz et Benessius de Quassicz, ad quorum relacionem presens facta est Intabulacio.)

347. (Pardus de Zyranowicz Czenkonem de Tuczyn, Sororium suum, super duabus araturis agrorum ante Brodam Vngaricalem iacencium et super Curia ibidem ante Brodam Vngaricalem sitam cum suis omnibus pertinencijs suscipit in veram vnionem, id est na Spolek.)

(F. XIV. v.) 348. (Tasso de Prussynowicz Anne vxori sue in villa Prussynowicz super quatuor laneis censualibus quatuor marcas census annui in Quadraginta marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et quidquid ibidem deficeret hoc in proximioribus laneis censualibus debet suppleri, Et Laczko de Crawarn illud suscepit.)

349. Petrus de Crawarn omni Juri, quod sibi in bonis Wessele competit, expresse renuncciauit, et illud resignauit pueris olim Marquardi de Sternbergh.

350. Erhardus de Cunstat Sobyenoni de Czetochowicz et suis heredibus (villam Kelczany) [1]) villam Hysly, (Item medietatem ville Oswyetyman cum medietate Juris patronatus ecclesie ibidem, Item decimas in Wlkoss de quatuordecim laneis) [2]) Item villam Sobuolky cum suis vniuersis pertinencijs, cum Curijs, pratis, molendinis, piscinis, siluis, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum. 1407.

351. (Erhardus de Cunstat Johanni de Bozkowicz, residenti in Brandiss, In villa Chornycz super XXX minus vno laneis censualibus ac liberis et super sexto dimidio virgulto agrorum, Item super quinque praetis, tribus thabernis, vno Molendino et vna curticula, Item super vectura vini, duas sexagenas et XVIII grossos soluente et peccunijs vie XXI grossos et VIII hallenses soluente, Quadraginta sexagenas census annui in Quadringentis sexagenis grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat.)

352. (Johannes de Bozkowicz alias de Brandis Elscze conthorali sue In villa Chornycz super XXX minus vno laneis censualibus et liberis, et super sexto dimidio virgulto agrorum, Item super quinque praetis, tribus thabernis, vno Molendino et vna curticula, Item super vectura vini duas sexagenas et XVIII grossos censuante, ac peccunijs vie XXI grossos et VIII hallenses soluente Quadraginta sexagenas census annui Jure veri dotalicij iuxta terre consuetudinem in Quadringentis sexagenis grossorum dat et assignat, Et Erhardus de Cunstat illud suscipit.

353. (Henslinus de Kowalowicz Marssikoni de Radowiessicz et suis heredibus quinque quartalia agrorum censuancia et vnam Curticulam in villa Boyanowicz, nichil ibidem sibi reseruando, dedit hereditarie possidenda.)

354. Artlebus de Wetherzow Margarethe vxori sue Super villa Mykulczicz et Lhota [3]) cum vniuersis eius pertinencijs, nichil ibidem sibi reseruando pleno Jure et dominio ducentas (et quinquaginta) [4]) marcas grossorum denariorum Pragensium Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Ottyko de Branycz patruus suus illud suscepit.

355. (Anna Relicta Frankonis de Opatowicz Jakubkonem de Vpolessicz et suos heredes ad sui dotalicij, quod habet in Opatowicz cum suis pertinencijs, veram suscipit vnionem.)

(F. XXV. r.) 356. (Gytka de Oprostowicz Koyanoni de Oprostowicz suo patruo et eius heredibus medietatem Curie in Oprostowicz cum suis pertinencijs, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

357. (Wenceslaus dictus Kanczek de Plostyst Johanni dicto Hussye de Crumpsyn et suis heredibus Siluam nunccupatam wlgariter Opatowsky, que ad eum fuit deuoluta, post mortem Elscze vxoris sue dedit hereditarie possidendam.)

358. (Jan de Lyderzow et Benessius de Lyderzow fratres alter cum altero cum omnibus eorum bonis verum fecerunt congressum, id est stupugy sie.)

359. (Dorothea filia Lytoldi quondam de Mosczenycz Procopium dictum Schenkwiczer maritum suum [5]) et

[1]. u. [2]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht die von einer andern ziemlich gleichzeitigen Hand geschriebene und zu den zwei durchstrichenen Stellen gehörige Note: „Ista cancellacio alijs non preiudicat intabulatis.“*

[3]. u. [4]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht die zu den durchstrichenen Stellen gehörige, von einer anderen Hand geschriebene Note: „Ista cancellacio alijs scriptis non preiudicat pro eo, quia Margaretha de L marcis grossorum dotalicij ad villam Prossyenka est transducta super C marcis de villa Lhota.“*

[5]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

1407. suos heredes Curie Allodialis in Mostyenycz cum agris cultis et incultis, Siluis, nemoribus, piscinis pratis pascuis cum vno laneo censuali et thaberna ac cum curticulis ad hoc spectantibus in veram suscipit vnionem.)

360. Aless dictus Kabath de Wyskowicz Magdalene vxori sue super medietate ville Wysskowicz in hominibus censualibus cum suis pertinencijs Septuaginta quinque sexagenas grossorum dat, deputat et assignat de voluntate et consensu Adliczcze matris sue, Relicte Helmonis, Jure veri dotalicij.

361. Aless dictus Kabath et Johannes Helm fratres de Wyskowicz, alter cum altero, de omnibus bonis ipsorum verum fecerunt congressum.

362. Aless dictus Kabath et Johannes dictus Helm fratres de Wyskowicz Adliczkam matrem et Claram sororem ipsorum suscipiunt ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que habent vbicumque, sit multum aut modicum.

363. Mecho de Wytczicz Sbinkoni de Drzienoweho et suis heredibus duos laneos censuales in Poczenycz cum suis omnibus pertinencijs vendidit hereditarie possidendos.

364. (Anka Relicta olim Jakubkonis de Zdyetyn Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus, dotalicium suum, videlicet Quinquaginta marcas grossorum, quas In Curia in Ohrozym et super hominibus, ac super Curia in Zdyetyn et hominibus ibidem a marito suo obtinuit, dedit liberaliter et donauit eo Jure dotalicij, quo sola tenuit.)

365. Vlricus de Lhota Seborium de Dubczan suscipit in veram vnionem sui dotalicij, videlicet Nouem sexagenarum annui census in Smrzycz, quas habet a domino Petro de Plumnaw.

366. Anna de Byelowicz Johannem de Domamyslicz fratrem suum suscipit ad veram vnionem duarum marcarum census, quas Jure dotalicij in villis Osseczan et Kowalowicz obtinet atque tenet.

367. (Czenco de Wyeczomyericz Scheborium de Dubczan suscipit ad veram vnionem ad se et ad suos pueros super omnia bona sua in Chwalkowicz, quemadmodum ad eum sunt per mortem Zdenkonis fratris sui deuoluta, sit multum aut parum.)

(F. XXV. v.) 368. Przibiko de Dobromylicz Wilhelmum de Lytencicz facit verum Commissarium omnium suorum puerorum ac bonorum, que habet in Dobromylicz.

369. (Jan de Dluha Wess Janoni de Popuowek Bona sua, videlicet villam Dluha Wess et Wrchosslawicze et alia bona, que habet cum suis pertinencijs dat liberaliter et donat.)

370. Drazek de Hradek Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus totum, quod in villa Nemoticz ad eum per mortem Artlebi de Hradek sui patrui est deuolutum, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruando, uel suis heredibus vendidit hereditarie possidendum.

371. Elena de Prerouia Georgium maritum suum suscipit in veram vnionem illorum omnium, que in villa dicta Weska Jure terre obtinuit in Wanyeczkone Nahradek.

372. Hedwika de Sobyebrzuch pueros suos presbiterum Wlczkonem et Henricum suscipit in veram vnionem sui tocius dotalicij, quod habet in villa Sobyebrzuch. 1407.

373. (Katherina de Zdanycz Alssonem de Cunstat alias de Lyssicz suscipit in veram vnionem bonorum suorum omnium, que in Zdanycz et alibi vbicumque obtinet et habet, ad Czudam Olomucensem spectancia.)

374. Bonussie de Borotyna Anne Conthorali Medlikonis et eius pueris Jus suum videlicet Centum marcas, quas in villa Rubanyna a Przibikone dicto Lopatka fratre suo habuit, dedit et intabulauit racione suorum debitorum.

375. Jodocus dei gracia Marchio Morauie Margarethe filie Henrici quondam de Schonwald, Conthorali Dobesschij de Mezyrziecz alias de Popowicz, Bona nostra infrascripta, videlicet Castrum Czymburg, cum opido Trnawka sub eodem Castro iacente, et villis infrascriptis, vtputa Stara Trnawka, Slazy, cum Molendino ibidem, Item villam Rostanye cum Molendino, villam Arnostow, Arnoltow, Wrazne et has tres curias, videlicet Curiam, que dicitur Petrowsky duarum Araturarum, Curiam in Trnawka de vna Aratura, et Curiam in Mezyborzie cum luco, cum agris cultis et incultis, hominibus, censibus, redditibus, Siluis, nemoribus, granicijs, montibus, vallibus, venacionibus, aucupacionibus, pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, fluminibus, riuis, piscinis, limitibus, metis et alijs vniuersis eorum pertinencijs, quemadmodum dicta bona ab alijs bonis circumadiacentibus antiquitus sunt distincta, et quem ad modum dicta bona ipsemet tenuit et possedit, necnon cum vniuersis dictorum bonorum prouentibus, obuencionibus et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, Notanter cum Jure patronatus ecclesie in Trnawka, nichil sibi aut heredibus uel successoribus suis Marchionibus Morauie in dictis bonis Juris, proprietatis aut dominij reseruando, Excepta sola Steura seu Berna, quam specialiter sibi reseruat, vendidit Jure hereditario possidendum cum pleno Jure et dominio, Nunccius ex parte domini Marchionis fuit Johannes de Lompnicz missus ad tabulas ad cuius relacionem Intabulacio presens facta est.

376. Margaretha filia quondam Henrici de Schonwald, Conthoralis Dobesschij de Mezyrziecz alias de Popowycz prefatum Dobesschium de Popowicz maritum suum suscipit ad veram vnionem Bonorum suorum hereditariorum videlicet Castri Czymburg, cum omnibus villis et bonis ad illud spectantibus, ac pertinencijs vniuersis, in quibuscumque consistunt rebus.

(F. XXVI. r.) 377. Erhardus Puska de Cunstat Mixikoni dicto Lyska et suis heredibus villam Spyssow integram cum Curia ibidem cum agris, pratis, pascuis, Siluis, hominibus, censibus et alijs suis pertinencijs, pleno Jure et dominio et piscinis, nichil ibidem sibi reseruando, prout eadem bona ipsemet tenuit et possedit, vendidit hereditarie possidendam, et in villa Obora quatuor laneos cum vno quartali [1]) censuales, eidem eciam vendidit hereditarie possidendum. Ad hanc intabulacionem Erhardus de Skal consensit.

[1]) *Diese drei Worte „cum vno quartali“ stehen oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

1407. 378. (Karolus de Opatowicz Katherine sorori sue vxori Gyrzikonis de Broda, transducendo ipsam de suo priori dotalicio, In villa Chomutowicz Curiam cum pratis, pascuis, Siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis dat et assignat Jure hereditario possidendam loco dotalicij, quod habuit in Laskow.)

379. Katherina vxor Gyrzikonis de Broda Benessconi de Lyderzow et suis heredibus, Jus sui dotalicij, quod habuit a priori suo marito Lytohnyew in villa Lasskow super duobus laneis, vna a Curia quondam Bohuslai, et Purkrecht ad ipsum laneum et secundo laneo nouiter instaurato, qui Na kopanynach dicitur, cum suis vniuersis pertinencijs et siluis eo Jure dotalicij, quo sola tenuit, vendidit hereditarie possidendum, Siluis in porcione olim Lytohnyewonis inclusis.

380. (Erhardus de Cunstat Elscze Relicte de Lestnycz, Relicte olim Benessij de Brandiss in villa Borssow in ea parte, ubi sita est ecclesia, super octo laneis censualibus minus duobus virgultis agrorum et super duobus grossis et VIII hallensibus census, quos Gerlacus soluere annuatim consueuit et tenetur, Decem marcas census annui racione veri dotalicij in Centum marcis grossorum iuxta terre consuetudinem dat et assignat.)

381. Dominus Vlricus de Bozkowicz plebanus in Chlumecz Erhardo de Cunstat et Gyrzikoni de Cunstat fratri suo germano et eorum heredibus medietatem bonorum et villarum infrascriptarum, videlicet Sebranycz cum Municione, Item medietatem Juris patronatus ecclesie ibidem, et medietatem villarum Vgezd, Nyrow Habrow, Wadyrad et Zassyna cum vniuersis et singulis pertinencijs et vtilitatibus, ad dictam medietatem spectantibus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie perpetuis temporibus possidenda, Siluis, pratis, Riuis, aquis illorum medietate, vnacum medietate Arature inclusa, Renunccians omni Juri sibi in dictis bonis sibi (sic) competenti, et recedens ab Intabulacione de dictis bonis sibi facta per dominum Jesskonem de Bozkowicz decanum Chremsiriensem.)

382. (Boczko de Cunstat alias de Lestnycz Elscze sorori sue Relicte olim Benessij de Brandyss In villa Swabenycz super hominibus censualibus dimidiam quartam marcas annui census Jure veri dotalicij in Triginta sexagenis marcis grossorum denariorum Pragensium dat, deputat et assignat.)

383. Jodocus Marchio Morauie Erhardo de Cunstat et suis heredibus omne Jus dotalicij, quod olim Janussie Relicta olim Zubonis in bonis quibuscumque obtinebat, et ad ipsum est per eius obitum deuolutum, dedit et intabulauit, Et huius intabulacionis fuit Nunccius Erhardus de Skal ex parte domini Marchionis ad terre tabulas missus.

(F. XXVI. v.) 384. (Erhardus de Cunstat Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus in villa Zdyetyn in ea parte, vbi Janussie Relicta Zubonis suum habuit dotalicium, Quartamdimidiam marcas census annui Jure veri dotalicij iuxta terre consuetudinem deputauit ac dedit.)

385. Erhardus de Cunstat Sulikoni de Conycz et suis heredibus in villa Wrbatek In eo, vbi Janussie Relicta olim Zubonis suum habuit dotalicium, alteram dimidiam marcas census annui Jure veri dotalicij dat et assignat. 1407.

386. Boczko de Cunstat alias de Lestnycz Smyloni de Luczan et suis heredibus In magna Senycz In ea hereditate, quam Pyessko homo censualis tenet, mediam marcam annui census cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi ibidem (sic) Juris proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Et si alibi hoc inueniretur in tabulis, debet deleri et nullum habere vigorem.

387. Zdynka dicta Bykowczowa Janonem suum maritum suscipit in veram vnionem sui tocius dotalicij, quod habet in tabulis terre Czude Olomucensis.

388. Jan de Drnowicz et Woytyechius de Drnowicz cum omnibus illis bonis, que habent in Drnowicz, ad inuicem sunt congressi.

389. Woytyechius de Drnowicz Bohussium fratrem suum suscipit in veram vnionem omnium illorum, que habet in Drnowicz.

390. Jan de Rakowych Wytoslaum de Wodyerad suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum ad hanc Olomucensem Czudam spectancium vbilibet habitorum.

391. Jessko Hruska Georgio de Paulowicz et suis heredibus, villam Radkow et villam Petrowa Wes [1]) cum Molendino, et in Radkow vnam Araturam, Item sub castro Czimburgh in Starawes Tres laneos censuales cum molendino necnon dictorum bonorum, cum vniuersis pertinencijs et vtilitatibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, Siluis, aquis, Riuis, pleno Jure et dominio, nichil prorsus excluso, quemadmodum Bona predicta in suis consistunt limitibus et ab alijs bonis circumadiacentibus ab antiquo sunt distincta, vendidit hereditarie possidendum, nichil ibidem sibi aut heredibus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando.

392. Dorothea de Zaworzicz Schestakoni filio suo et eius heredibus suum dotalicium, quod habuit in villa Zaworicz, videlicet Centum marcas grossorum denariorum Pragensium super Municione ibidem, Aratura, pomerijs, Molendino et vna ripa fluminis Morawa ab vno limite vsque ad alium se protendente, pratis, pascuis, duobus nemoribus, rubetis omnibus, tribus piscinis, Thaberna, tribus curticulis, et super alijs omnibus in quibus predictum habeat dotalicium, exceptis quinque laneis censualibus dedit et intabulauit ipso Jure, quo sola tenuit.

393. (Dorothea Relicta de Zaworzicz Margarethe filie sue et eius pueris et Czenykoni de Sarow suo genero In villa Zaworzicz super quinque laneis censualibus, Centum marcas grossorum sui dotalicij eo Jure, quo sola tenuit, dedit liberaliter et donauit ex munere.)

(F. XXVII. r.) 394. (Albrecht de Leznycze Mixikoni de Slupna et suis heredibus Bona sua hereditaria, videlicet medietatem ville Zaworzicz cum Municione et agris, Arature, pomerium, Item aream Molendini, cum ripa fluminis Morawa ab vno limite vsque ad alium, Tres piscinas cum pratis, pascuis, riuis, aquis fluentibus et non fluentibus, duo Nemora cum omnibus Rubetis et alijs suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et do-

[1]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden drei Worte „Item sub castro" sind, als hieher nicht gehörig, durchstrichen.*

1407. minio, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruando prout ipsemet tenuit et ad eum sunt bona predicta per mortem patrui sui Andree de Zaworicz deuoluta, vendidit hereditarie possidenda, Renunccians omni Juri sibi in dictis Bonis racione prioris Intabulacionis conpetenti.)

395. Rzywyn de Rosczytek Dorothee vxori sue Super villa dicta Blatny Vgezd in hominibus, censibus, redditibus, prouentibus, vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, in quibuscumque sunt rebus, nichil prorsus ibidem sibi reseruando aut excipiendo, Septuagintaquinque sexagenas grossorum denariorum Pragensium Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dat, deputat et assignat, et Mixsso Roman Auunculus eius illud suscepit.

396. (Vrsula de Skrzydlowicz Conthoralis olim Dobessij dicti Vderliczsky Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus Septuaginta quinque marcas grossorum sui dotalicij, quas habuit super Lysow, et vna marca census In Maley Senyczy super duobus hominibus censualibus et super omnibus ad Lyssow pertinentibus, agris cultis et incultis, pratis et siluis nichil ibidem sibi reseruans, eo Jure, quo sola tenuit, vendidit et intabulauit.)

397. Johannes filius Wlczkonis de Swabenicz cum suis omnibus fratribus indiuisis suo et dictorum fratrum nomine Mykesskoni de Dyetkowicz suis heredibus (et Cunssoni priuigno suo de Byelowicz) [1]) In villa Dyedkowicz tres laneos censuales videlicet quos homines et rustici possident infrascripti, Quartale in quo Henricus residet, Item laneum, in quo Blatnyk residet, Item medium laneum, in quo Zaydl residet, Item quartale, in quo Kralik residet, Item medium laneum, in quo Mixsso Graman residet, Item medium laneum, in quo residet Medlowiczar, cum omnibus dictorum laneorum trium pertinencijs pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruando, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendum, Et Intabulacio de dictis tribus laneis prius facta ipsis nullum debet habere vigorem.

398. Mikesska de Dyedkowicz ad se et ad suos pueros Cunsonem de Byelowicz Priuignum suum super tribus laneis censualibus, quos habet in villa Dyedkowicz, ad veram suscipit vnionem.

399. Elska de Bohuslawicz et Vlricus Stupnik ipsius de Lhota Jakubkoni de Bohuslawicz et suis heredibus In Bohuslawicz vnum laneum alteram dimidiam marcas et XII grossos annis singulis censuantem cum vna curticula et vna praeta, que wlgariter dicitur nywa, cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi Juris, proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

400. Jan de Drnowicz Johancze filie sue In villa Drnowicze in parte seu porcione sua super duobus hominibus censualibus videlicet Vlrico et Jacobo rusticis duas marcas census annui de consensu Woytyeskonis de Drnowicz sui Congressarij Jure veri dotalicij dat et deputat, et dominus Wenceslaus de Malotin plebanus in Slawyczyn illud dotalicium suscepit.

(F. XXVII. v.) 401. Illustris Jodocus Marchio Morauie Wznathe dicto Hecht de Rossicz et suis heredibus Castrum suum dictum Strzyelky, in montibus dictis Hrzyebyeczie situm, quod ab ipso dependebat in feudum, cum omnibus dicti Castri pertinencijs, ac villam Strzyelky cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, cum censibus, redditibus et vtilitatibus, agris cultis et incultis, et alijs pertinencijs vniuersis, quibuscumque appelantur nominibus, quemadmodum dicta Bona Andreas olim de Nechwalyn ab ipso tenuit, cum deserta piscina, que est in Stupowa prope in vallibus, quam olim dominus Franko tenuit, liberans et emittens dicta Bona de suo feudo ac totaliter absoluens Jure hereditario ac in proprietatem hereditariam ipsi Wznathe de Rossicz et suis heredibus dedit et intabulauit possidendum, Taliter tamen, quod predictum Castrum Strzyelky ipsi domino Marchioni vsque ad eius vite tempora et suis seruitoribus super neccessitatis tempore absque tamen eius preiudicio et dampno omni tempore sit apertum, Et ipse Wznata nunquam sit contra Marchionem predictum neque Inimicos ipsius promoueat quomodolibet, teneat aut conseruet, Ad tabulas fuerunt Nunccij ex parte ipsius Marchionis Erhardus de Cunstat et Erhardus de Skal, ad quorum relacionem intabulacio ista facta est. 1407.

402. (Hinko de Lethowicz Mykulassoni de Chudyechrom et suis heredibus villam Krzstyetin cum Curia et villam Wesselu, ambas villas integras cum hominibus, censibus, redditibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis, riuis et alijs vniuersis pertinencijs et utilitatibus, in quibuscumque sunt rebus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris, proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendas, Et si dicta bona alicubi prius inuenirentur in tabulis terre, nullum debent habere vigorem, sed extabulari debent.)

403. Jodocus Marchio Morauie Zychoni de Nedachlebicz et suis heredibus Omne Jus hereditarium, quod sibi in villa Topolan, in illis bonis, in quibus mater sua obtinet dotalicium, et ad eum est per mortem Jarohnyewonis de Buchlowicz deuolutum vnacum Jurepatronatus ecclesie ibidem in Topolan cum suis pertinencijs vniuersis eo Jure, quo ad ipsum est deuolutum, dedit et intabulauit, Nunccius huius intabulacionis fuit ex parte ipsius Marchionis Erhardus Puska de Cunstat, ad cuius relacionem et ad literam patentem Marchionis presens facta est intabulacio.)

404. Odpor [2]) Dominus Petrus de Plumnaw Supremus Camerarius huius Czude contra suprascriptam Intabulacionem facit odpor, Si et in quantum dicta bona habet in tabulis terre.

405. Zycho de Nedachlebicz Offkam matrem suam suscipit ad veram vnionem illarum hereditatum in Topolan, in quibus eadem mater sua suum habet dotalicium.

406. (Wenceslaus Russ de Doloplaz Skoncze vxori Bedrici de Chrumsin In villa Trssicz super quinque laneis censualibus Quinque marcas census nudi Jure veri dotalicij in quinquaginta marcis grossorum con-

[1]) *Am linken Rande dieser Einlage steht die zu dieser gelöschten Stelle gehörige, von anderer Hand geschriebene Note: „delecio ista non preiudicat Intabulacioni.“*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1407. senciente ad hoc fratre suo Hanussio, qui est suus Stupnik, dat et assignat, Et Alsso Bystrzicze frater Skoncze illud suscepit dotalicium.)

(F. XXVIII. r.) 407. Wyczen de Magna Senycze Elscze vxori sue In villa magna Senycze super Curia ibidem quadraginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Zdyslaus de Paczow pater eius illud suscepit.

408. Wytko de Lhota Elscze de Kokor vxori Albrechtonis de Kralicz pro suo dotalicio, quod habuit in villis Lhota, Hraby et in Kowarzow, et ex causa permutacionis villam Slawyetin cum hominibus, censibus, Agris cultis et incultis, siluis, pratis, pascuis, aquis, riuis, ripis, vnacum Aduocacia libera, et alijs vniuersis eius pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris, proprietatis, uel dominij reseruans, dedit et intabulauit Jure hereditario possidendam perpetuis temporibus [1]).

409. Elska de Kokor Wytkoni de Lhota et suis heredibus dotalicium suum, quod habuit et obtinuit super villis Lhota et Hrabye, dedit et intabulauit eo Jure, quo sola tenuit.

410. Mykulass de Lhota Wytkoni patruo suo de Lhota et suis heredibus medietatem ville Lhotka cum medietate Curie ibidem cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis et medietate luci et alijs vniuersis dicte medietatis pertinencijs, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, excepto vno laneo censuali dedit et intabulauit hereditarie possidendam.

411. Barthoss de Slezan Pessikoni de Czechowicz et suis heredibus et fratri suo Bolykoni presbitero In villa Poczenyczich in ea parte, vbi ecclesia sancti Gothardi est sita, dimidium sextum laneos censuales et thabernam braxatilem cum pleno Jure et dominio et vniuersis suis pertinencijs, in quibuscumque sunt rebus, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris, proprietatis aut dominij reseruans, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendos.

412. Pessiko de Czechowicz Katherine vxori sue In villa Poczeniczich in ea parte, vbi ecclesia sancti Gothardi sita est, super duobus laneis censualibus Tres marcas census annui vsque ad vite sue dumtaxat tempora de mera sua liberalitate et gracia dedit et donauit.

413. (Pessiko de Czechowicz Mathyeykoni de Ratay et suis heredibus Super villa Vhercze tota et eius vniuersis pertinencijs pleno Jure, prout solus tenuit, Centum marcas grossorum denariorum Pragensium Jure veri dotalicij dedit et deputauit iuxta terre Morauie consuetudinem.)

414. Kunyko de Drahotuss Offcze Conthorali sue In medietate ville Bochorze et medietate pratorum dictorum Plutystye cum vniuersis eorum pertinencijs Centum quinquaginta marcas grossorum Pragensium Jure veri dotalicij dat et assignat, Si tamen dicta Bona Monasterij Welegradensis aut Wyzouicensis non existunt, Et Zbyslaus de Tworkow Auunculus Offcze illud suscepit dotalicium.

415. Kunyko de Drahotuss, Wilhelmum filium Baworonis de Zdynkow suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum ad hanc Olomu- 1407.
czensem Czudam spectancium.

(F. XXVIII. v.) 416. Mana de Leznycz Albrechtoni de Leznycze patruo suo et eius heredibus In villa Leznycze Molendinum cum riuulo super dictum Molendinum currente vnacum Jurepatronatus ecclesie ibidem et totum simpliciter, quidquid ibidem habuit et tenuit, pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, prout sola tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

417. Elska Conthoralis Petri de Sowynecz Jakubkoni de Sobyenow et suis heredibus, ducentas marcas grossorum sui dotalicij, quas in Buchlowicz villa super Curia allodiali et censu annuo ad hoc spectante habuit, nec non super pomerio, siluis et alijs vniuersis pertinencijs, prout Jesko de Sternberg ab Herbordo de Buchlowicz emerat, nichil excipiendo ipso Jure, quo sola tenuit, vendidit possidendas.

418. Jakubko de Sobyenow Hedwigi vxori sue in Buchlowicz super Curia allodiali et annuo censu ad hoc pertinentibus et super pomerio, siluis et alijs pertinencijs, in quibus suum habet dotalicium et eius vniuersis pertinencijs, nichil excipiendo, Centum et quadraginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Jan Zboh de Zkobypes illud suscepit dotalicium.

419. (Elska de Cunstat alias de Lestnycz Alssonem de Cunstat alias de Lyssicz suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod in Borssowe et in Swabenicz villis obtinet atque tenet.)

420. (Henricus de Trubek Petro de Zdyslawicz in villa Zdyslawicz super altero dimidio laneis censualibus et vna Curticula vigintiquinque marcas grossorum Jure veri dotalicij dat, deputat et donat.

421. (Petrus de Zdyslawicz Dorothee vxori sue In villa Zdyslawicz super altero dimidio laneis censualibus duas marcas annui census annui (sic) Jure veri dotalicij in XX marcis grossorum dat et assignat.)

422. Petrus de Zdyslawicz Henricum de Trubek suscipit ad veram vnionem Curie in Zdyslawicz et aliorum bonorum suorum, que habet.

423. Anna Relicta olim Bohussij de Schonwald dictam Wratham de Lompnicz matrem suam et dominum Adam presbiterum de Schonwald suum Socerum, id est dewerzie, suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, videlicet Quindecim sexagenarum grossorum annui census, quas habet in Cholyna et super Curia in Schonwald cum censu, quemadmodum ipsamet tenet, racione sui dotalicij cum suis pertinencijs vniuersis.

424. Mathias de Ratay Mykulassoni de Rossochacze et suis heredibus Super villa Vhrzycze tota cum suis vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistunt, nullo prorsus excluso, Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij dat, deputat et assignat.

425. Bohussius de Zeynsdorff Wenceslao de Doloplaz et suis heredibus medietatem ville Hluboczke cum hominibus, censibus, agris cultis et incultis, et alijs suis vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus existunt, pleno Jure et dominio, nichil excipiendo aut sibi uel suis heredibus Juris proprietatis aut dominij in dicta medietate reseruando, prout ipsemet tenuit, vendidit

[1]) *Die im Orig. Ms. nachfolgende ganze Zeile ist so stark ausgekratzt, dass nicht ein Wort gelesen werden kann.*

1407. hereditarie possidendam, Siluis et pratis inclusis ad hanc medietatem ville pertinentibus.

(F. XXIX. r.) 426. Odpor [1]) Erhardus Puska de Cunstat facit odpor contra illam Intabulacionem, vbi Laczko de Crawar Russoni de Doloplaz Bona Trsicz intabulauit et dicit, quod eciam Jus conpetit sibi ad dicta bona.

427. Hermanus et Wan de Petrowicz ac Katherina et Anyczka sorores de Petrowicz Hrdkoui de Petrowicz fratri suo et suis heredibus In villa Wawrzynczy duos laneos et vnum laneum in Podole et in villa Petrowicz Juspatronatus ecclesie cum omnibus et singulis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendos.

428. Herko de Petrowicz Matyeykonem de Petrowicz ad omnium bonorum suorum, que habet in Petrowicz et alibi cum suis pertinencijs veram suscepit vnionem.

429. Wlczko de Kozyssicz Byetcze vxori sue In Kozussicz super Curia inferiori, ac agris cultis et incultis, pratis, siluis et eorum pertinencijs et super quatuor Curticulis Triginta septem marcas grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, et Jan de Opatowicz frater eius illud suscepit, et Stiborius de Czelczicz Stupnik suus ad hoc consensit.

430. Benessius de Quassicz alias de Benessow Illustri principi domino Jodoco Marchioni et domino Morauie heredibus et successoribus suis Opidum Tlumaczow et villam Olssowecz et villam Hosczyn ibidem cum Curia nec non agris cultis et in incultis, pratis, pascuis, Siluis Rubetis cum Curticula et nominatim cum vno littore fluminis Morawe et luco, qui incipit ab illo luco, qui ad Hulyn pertinet vsque ad lucum ville Ottrokowicz et specialiter cum stagno, quod Tyssicze nunccupatur, quod iacet in illo luco, qui ad villam Otrokowicz pertinet, cum aquis et aquarum decursibus, lacubus, piscatoribus, Stangnis et piscatorio, cum Molendino, Censibus, prouentibus et hominibus, agris cultis et incultis, ac vniuersis et singulis suis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure ac dominio, ac cum Jurepatronatus ecclesie in Tlumaczow, nichil ibidem sibi heredibus suis Juris proprietatis aut dominij in eisdem bonis reseruando, intabulauit Jure hereditario perpetuis temporibus possidendum.

431. Jodocus Marchio Morauie domine Kathrussy Conthorali Wenceslai de Mysliboricz Opidum Tlumaczow et villam Olessowecz et villam Hosczyn ibidem cum curia, nec non agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, Rubetis, cum Curticula et nominatim cum vno littore fluminis Morawe et luco, qui incipit ab illo luco, qui ad Holyn pertinet, vsque ad lucum ville Otrokowicz et specialiter cum Stagno, quod Tyssicze nunccupatur, quod iacet in illo luco, qui ad villam Otrokowicz pertinet, cum aquis et aquarum decursibus, lacubus, piscatoribus, Stangnis et piscatorio, cum Molendino, Censibus, prouentibus ac vniuersis et singulis suis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio ac Jurepatronatus ecclesie 1407. in Tlumaczow, nichil ibidem sibi heredibus et successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij in eisdem bonis reseruans, dedit et intabulauit ad vite ipsius tempora Jure hereditario possidendum, Tali tamen condicione notanter expressa, Quod omnia bona superius nominata excepto solo dotalicio ipsius ad pueros domine Katrussie libere et absque impedimento post eius mortem Jure hereditario deuoluantur, Et huius Intabulacionis Nunccius fuit ab ipso domino Marchione missus Przedborius de Czimburg alias de Krzydlo, ad cuius relacionem presens facta est Intabulacio.

(F. XXIX. v.) 432. Mylota de Laznyk Wychne Sorori sue germane transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod prius in Laznik habuit, Jam in villa Prziestawlk super medio laneo et super duabus curticulis in Dobrczicz, et Silua dicta Hrussowe ad Prziestawlk spectante vigintiquinque marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Onsso de Przestawlk illud suscepit dotalicium.

433. Marsiko de Radowiessicz Wznate de Meylicz et suis heredibus villam Tlustomast totam cum hominibus, censibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, Siluis cum Curia Allodiali et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, nullo prorsus excluso aut pro se uel suis heredibus reseruato, pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.

434. (Domina Katrussie Conthoralis Wenceslai de Misliboricz Vlricum dictum Stoss de Branycz super bonis hereditarijs et eciam dotalicio, quod in Opido Tlumaczow et eius vniuersis pertinencijs a domino Jodoco Marchione obtinet ad veram suscipit vnionem.)

435. Domina Katrussie Wenceslaum de Misliboricz maritum suum suscepit ad veram vnionem Trecentarum marcarum grossorum sui dotalicij, quas a priore suo marito in villa Trawnyk et Municione ibidem cum suis pertinencijs tenet.

436. Katrusse et Gerusse filie Mikulassonis de Lysek Henrico de Lysek et suis heredibus In villa Lyskach Bona ipsorum hereditaria, videlicet duodecim laneos, duas thabernas, duas curticulas, duo molendina, et medietatem Jurispatronatus ecclesie ibidem in Lyskach cum pratis et alijs suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruantes, vendiderunt hereditarie possidenda.

437. Wznatha de Meylicz Henykonem de Waldstein alias de Sczepanowicz Sororinum suum, et Katherinam Relictam olim Hanusschij de Ledecz Sororem suam suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que vbicumque habet, ad hanc Czudam Olomucensem spectancium.

438. Elska de Kokor Albrechtonem de Kralicz et Mikulassonem filium eius suscipit ad veram vnionem ad omnia sua bona hereditaria, que habet in Slawyetyn cum suis omnibus pertinencijs ad veram suscipit (sic) vnionem.

439. Vrsula Relicta olim Artlebonis [2]) de Nemoticz Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus Centum

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Dieser Name steht im Orig. Ms. oberhalb des durchstrichenen „Albrechtonis."*

1407. marcas grossorum sui dotalicij, quas super villa Nemoticz ab Artlebo predicto suo marito habuit, omni eo Jure, quo sola tenuit, vendidit possidendas.

440. (Mylotha de Laznyk Petro et Przechoni de Vgezd Wladyczyeho et eorum heredibus In villa Laznyk Curiam et censum super hominibus, Molendinum cum Nemoribus, fluminibus, pratis cum eo toto, quidquid ibidem habuit, cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans vendidit hereditarie possidendam.)

441. (Mykulass de Netczicz Vrsule vxori sue In villa Netczicz super hominibus censualibus viginti marcas census annui in pingnus veri dotalicij iuxta terre consuetudinem in ducentis marcis grossorum dat, deputat et assignat, Et Bedricus senior de Lylcz frater eius illud dotalicium suscepit.)

(F. XXX. r.) 442. (Philippus de Paczlawicz Johanni dicto Czerny de Domamyslicz In villa Paczlawycz super illis quatuor laneis, quos Janoni Mazanecz racione dotalicij condescenderat In eisdem quatuor laneis quadraginta marcas grossorum Jure veri dotalicij eidem Johanni dicto Czerny et suis heredibus dat et intabulat.)

443. Alsso de Doloplaz, Wenceslaus Russ de Doloplaz, Hanuss de Doloplas, Wenceslaus de Doloplas ipsi omnes cum eorum heredibus, cum bonis ipsorum, que habent vbicumque, verum fecerunt congressum.

444. Henricus de Wyskowicz Jakubkoni de Wyskowicz et suis heredibus In villa Wysskowicz super tribus laneis, duabus curticulis, siluis, pratis, pascuis et alijs suis pertinencijs, nichil excepto, prout solus tenuit, decem marcas grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat.

445. Gregorius de Symrze Ondrussony de Symrze et suis heredibus medietatem Curie ibidem in Symrze cum suis pertinencijs vniuersis pleno Jure, nichil ibidem sibi reseruando, in dicta medietate Curie prout ipsemet tenuit, vendidit Jure hereditario possidendam.

446. (Ondruss de Symrze Elscze vxori sue In villa Symrze super Curia ibidem tota Tres marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat meliorando sibi dotalicium suum, Et Machen de Sobyechleb pater eius illud suscepit.)

447. Ondruss de Symrze Laurencium fratrem suum suscipit ad veram vnionem omnium suorum bonorum vbilibet habitorum.

448. (Bohussius de Strabenycz Katherine vxori sue super mediam Curiam in Strabenycz cum duabus Curticulis censualibus, ac medietate siluarum et pratorum ac pomerij et alijs omnibus dicte Curie pertinencijs XXX marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et deputat, Et Gyndrzich de Sobyebrzich illud suscepit.)

449. (Margaretha de Meylicz Marquardum dictum Brazda de Meylicz ad veram vnionem sui dotalicij, quod in Sulessowicz et in Drazeyowicz habet.)

450. Bohunko dictus Valentyn de Magetin Anne vxori sue super municione et villa ac Curia in Magetin decem marcas annui census in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, et Johannes de Magetin frater suus illud suscepit.

(F. XXX. v.) 451. Mixiko de Malenowicz alias de Podhradye Sigismundo de Honbycz et suis heredibus villam Orzechowe cum Curia, hominibus, censibus, 1407. Agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis, granicijs, limitibus ac cum Jurepatronatus ecclesie ibidem necnon vniuersis et singulis suis pertinencijs et vtilitatibus pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem aut suis heredibus Juris, proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

452. Sigismundus de Honbicz Sdenkonem de Wezek suscipit ad veram vnionem suorum omnium bonorum, que habet in Orzechowe.

453. Sigismundus de Honbycz Offcze vxori sue In villa Orzechowe in illis laneis incipiendo in ea parte a Curia plebani Quinque marcas census annui quantum illi lanei ad illum censum se extenderint Jure veri dotalicij in Quinquaginta marcis grossorum dat et assignat, Et Zdenko de Wezek pater eius illud suscepit.

454. Hanus de Prus Wytkoni de Czerwena Lhota et suis heredibus villam Opatowicze cum Curia allodiali ac Molendino, hominibus, censibus, redditibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, Siluis, aquis, granicijs, limitibus, aquis, Riuis et alijs suis vniuersis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et heredibus Juris, proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

455. Wytko de Czerwena Lhota Clare vxori sue de sua liberalitate et gracia Super villa Opatowicz racione veri dotalicij quatuor marcas annui census in Quadraginta marcis grossorum dat et assignat.

456. Johannes de Sazowicz Annam sororem suam ad omnium suorum Bonorum, que habet in Kolyczyn, prout illa Jure terre obtinuit, in veram suscipit vnionem, id est na Spolek.

457. (Lyda Relicta olim Mixikonis de Czelczicz Skochoni de Czrtoryg et suis heredibus Omne Jus suum dotalicij, quod in villa Czelczicz super medio laneo censuali habuit, nichil sibi ibidem reseruans, eo Jure, quo sola tenuit, vendidit et intabulauit.)

458. (Wenceslaus de Morkowicz Frankoni de Morkowicz fratri suo et eius heredibus bona sua hereditaria, quecumque habet In villa Bezuchow, cum hominibus, censibus, Agris cultis et incultis, pratis, pascuis et alijs suis vniuersis pertinencijs, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidenda.)

459. Franko de Morkowicz Lytkonem de Chorynye patruum suum suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum ad hanc Czudam Olomucensem spectancium.

(F. XXXI. r.) 460. Anna vxor Dywyssy de Olssan Mikulassonem et Johannem filios suos super Centum marcis grossorum sui dotalicij, quas habet in Sobyessuk et in Prostyegowyczky, ad veram suscipit vnionem, et alios omnes suos pueros, quos cum Friczkone suo priore marito habuit.

461. (Jan de Schonwald Wytkoni de Lhota et suis heredibus In villa Hradeczna Quinque laneos censuales pleno Jure et vniuersis eorum pertinencijs vendidit hereditarie possidendos.)

1407. 462. Jan de Schonwald Ewkam vxorem Sezeme de Prussynowicz In villa Rohle super hominibus censualibus duas marcas census annui In viginti marcis grossorum iure veri dotalicij dat et assignat, Transducendo eam de suo priori dotalicio, quod habuit in Prussynowicz, Et Mikulass Badyra de Przerow illud suscepit.

463. (Sezema de Prussynowicz Thassoni de Prussynowicz In villa Prussynowicz tria quartalia et vnam Thabernam cum suis pertinencijs pleno Jure, prout solus tenuit, vendidit eidem Thassoni et eius heredibus Jure hereditario possidenda.)

464. (Henricus de Sobyebrzich Benessio et Bohussio de Strabenicz Jus suum dotalicij in Strabenicz, quod ad eum est per mortem Kaczne Pesskonis Schantl est (sic) deuolutum, ipsis et eorum heredibus dedit et intabulauit.

465. Kunczo de Zwole Pueris Bohussij de Schonwald Jus dotalicij sui, quod habuit in Schonwald, super decem laneis minus vno quartali cum eorum pertinencijs decem et octo sexagenas census annui, et eciam super villis Plnkuth, Brzwencze, Myrotyn et maly Lybyn Septem sexagenas census annui eo Jure, quo illud habuit et tenuit, in Ducentis et quinquaginta sexagenis grossorum vendidit, prout ab Agnezka de Chlum comparauerat, excepto Molendino.

466. Benessius de Chudobyn Mikulassonem de Chudobyn fratrem suum suscipit in veram vnionem ville Drazowycze et Curie in Sulessowicz et aliorum omnium suorum bonorum.

467. Anna de Zdyetyn Relicta Jakubkonis Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus Quinquaginta marcas grossorum sui dotalicij, quas in villa Zdyetyn et Curia obtinuit, dedit libere et intabulauit eo Jure, quo sola tenuit.

468. (Petrus de Plumnaw, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, Lyczkoni de Lylcze et suis heredibus In villa Radslawicz super hominibus censualibus Sex marcas annui census Jure veri dotalicij dat et assignat in Sexaginta marcis grossorum.)

469. (Lyczko de Lylcze Kaczne vxori sue In villa Radslawicz super hominibus censualibus Sex marcas census annui Jure veri dotalicij dat et deputat, Et Petrus de Muchnicz frater eius illud suscepit Illudque dotalicium sibi deputauit in Sexaginta marcis grossorum iuxta consuetudinem terre.)

470. Lynhart de Poczenicz pueros suos super illa omnia, que Jure terre in Brumone dicto Sycz in villa Poczenycz obtinuit, cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, in veram vnionem suscepit Jure hereditario cum vniuersis suis pertinencijs, nichil excluso.

(F. XXXI. v.) 471. Mykulass dictus Badyura de Syrawy Hanussio de Prus et suis heredibus In villa Nezdyenycz Curiam, quatuor quartalia cum vna Curticula ac hominibus, pratis, pascuis silua et cum omnibus suis pertinencijs, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam.

472. Hanussius de Prus Margarethe vxori sue In villa Nezdenycz super Curia, quatuor quartalibus et vna Curticula ac hominibus, pratis, pascuis, Silua, et alijs suis pertinencijs Quadraginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat de gracia speciali. 1407.

473. Odpor[1]) Katherina de Ponykwe illi Intabulacioni, vbi Marsso frater suus ad vnionem suscipit Dywyssium, contradicit dicens, quod sit Soror sua Indiuisa ab eo et ipse frater indiuisus et absque voluntate sua et scitu illam fecit vnionem et ipsa est heres eque bene, ut frater suus.

474. Sobyeno de Trubek Henrico de Przibyslawicz et suis heredibus In villa Prossynkach Curiam allodialem cum omnibus eius pertinencijs pleno Jure vendidit hereditarie possidendam, nichil ibidem sibi reseruando aut suis heredibus.

475. Wytko de Luczan Petro de Zeranowicz et suis heredibus In villa Wladyczy Vgezd Curiam allodialem cum agris cultis et incultis, duabus curticulis, pratis, pascuis, Siluis, Riuis, aquis fluentibus et non fluentibus, atque granicijs et singulis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris, proprietatis aut dominij in dicta Curia et eius pertinencijs reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

476. Przecho de Vgezd Elscze conthorali sue In villa Laznykach super media Curia ac medietate agrorum in sessione integra et super tribus hominibus censualibus, medio molendino, medietate Siluarum et pratorum ac fluminum fluencium et non fluencium et super rebus mobilibus, que nadbyt vocantur, que habet ibidem, Quadraginta minus tercia dimidia marcis grossorum in supradicta medietate, Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Jan Bystrzicze pater eius illud suscepit.

477. (Czenko de Sarow Czenkoni de Malotyn et suis heredibus et Wenceslao presbitero fratri suo Mediam villam Passowicz, videlicet partem inferiorem, Item medietatem Curie cum agris, pratis, piscina inferiori, cum Area molendini, tribus Nemoribus ac siluis, ac vniuersis dicte medietatis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, vendidit Jure hereditario possidendam.)

478. (Martinus de Sarow Czenkoni de Malotyn et suis heredibus et Wenceslao presbitero fratri suo Mediam villam Passowicz, partem superiorem et mediam Curiam cum Agris, ac Area, vbi fuit Thaberna ac prato, pascuis, siluis ei tribus nemoribus et duabus piscinis et alijs vniuersis dicte medietatis pertinencijs, in quibuscumque sunt rebus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, vendidit Jure hereditario possidendam.)

(F. XXXII. r.) 479. (Michalko de Wladyczyeho Vgezda Offcze Conthorali Janonis de Wladyczy Vgezd, glori sue, Ibidem in Wladyczy Vgezd super Curia allodiali et suis pertinencijs Quindecim marcas grossorum in pingnus veri dotalicij dat iuxta terre consuetudinem et assignat.)

480. Offka Conthoralis Janonis de Wladyczy Vgezd Eundem maritum suum Janonem suscipit ad veram vnionem medie Curie allodialis, quam tenet in villa Tupczy Jure veri dotalicij in decem marcis grossorum.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1407. 481. Wenceslaus de Malotyn plebanus in Slawyczyn Johancze, glori sue, vxori fratris sui Janonis de Malotyn, Super tota villa Passowicz cum suis vniuersis pertinencijs Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et deputat iuxta terre consuetudinem.

482. Wytko de Luczan pueris seu heredibus olim Bohuschij de Schonwald Ibidem in Schonwald duodecim marcas census annui cum pleno Jure, prout ipse solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendas.

483. Almuz de Kunkowicz Wenceslao de Morkowicz et suis heredibus In villa Skawsko dimidium tercium laneos et duas curticulas cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, excepta silua, quam habet Anna, que (iacet in monte) spectat ad Skawsko, vendidit hereditarie possidendum.

484. Mikulass de Krzstyetyn et Dorothea de Morawan vxor sua recongnoscunt, se Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus omnia vendidisse et intabulasse, que in Morawan habuerunt, et ibidem nullum se Jus obtinere.

485. Elska et Anna, filie Jeskonis Hollyczonis de Kostelecz, Jenczoni de Rakodaw et suis heredibus In villa Kostelecz Curiam allodialem, quatuor curticulas, duos laneos, Thabernam et medietatem Jurispatronatus ecclesie cum hominibus censualibus eorundem, pratis, pascuis, Siluis, Nemoribus et alijs vniuersis eorum pertinencijs, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruans, vendidit (sic) hereditarie possidendum.

486. Elska Relicta Jeskonis de Rakussek pueros suos indiuisos suscipit ad veram vnionem sui dotalicij in Wrahowicz, quod a marito suo habet super Curia dicta Medlykowsky et super medio laneo et vna curticula.

487. Jenczo de Kostelecz ad se suosque pueros et heredes dominum Raczkonem, Canonicum Chremsirensem, et Jakubkonem de Rakodaw ad omnium suorum bonorum, que in Kostelecz habet et alibi vbicumque ad hanc Czudam Olomuczensem spectancium ad veram suscipit vnionem.

(F. XXXII. v.) 488. (Johannes dictus Ganzar de Kozyssow Wokoni de Kozyssow et suis heredibus Mediam Municionem in Kozyssow, que fuit olim Dyetmari sui patrui, et omne Jus, quod sibi et fratribus suis Junioribus in eisdem bonis conpetit, cum vniuersis suis pertinencijs, fructibus et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt cum pleno et mero dominio, nichil ibidem sibi aut suis Junioribus fratribus aut heredibus suis Juris proprietatis aut dominij in dicta medietate reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

489. (Wilhelmus de Sabaczow et Stanyko de Vderlicz Jesskoni de Senycze et suis heredibus in villa Lukych octo laneos, censuantes annuatim quatuor marcas, cum eorum vniuersis pertinencijs et vtilitatibus, pleno iure et dominio, nichil sibi ibidem aut suis heredibus reseruando vendiderunt Jure hereditario possidendos.)

490. (Luneta, filia Benessij de Tlustomast, Johanni 1407.
dicto Czerny de Domamyslicz et suis heredibus In Osseczan Municionem cum Curia Allodiali, quintum dimidium laneos censuales, vnam curticulam In medio laneo ex alia parte dimidium sextum grossos census annui, In Kowalowicz super Molendino dimidium alterum grossum census annui et quatuor pullos et vnam sexagenam ouorum, et molicionem ibidem in Molendino gratis sine precio quocies necessitas ipsius exegerit, cum Siluis, pratis, pascuis, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans Juris, proprietatis aut dominij, vendidit hereditarie possidendum, Thaberna ibidem cum quatuor curticulis, quorum tres sunt desolate, inclusa.)

491. Barssiko de Czyhowicz Mykulassoni de Dubnycze et suis heredibus In villa Olssan dimidium alterum laneos cum orto et prato et alijs suis vniuersis pertinencijs, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando vendidit hereditarie possidendum.

492. (Barssiko de Czihowicz Mykulassoni de Dubnycze et suis heredibus in Olssan super Curia allodiali, orto ac prato et vniuersis dicte Curie pertinencijs Quadraginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat, deputat et assignat.)

493. (Jessek dictus Zaczek de Welika Senycze Stanykoni de Vderlicz et suis heredibus In villa Senycze Welyka Curiam allodialem cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis et alijs vniuersis suis pertinencijs, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, pleno Jure et dominio vna cum medietate Jurispatronatus ecclesie ibidem, vendidit hereditarie possidendam.)

494. (Stanyko de Vderlicz Anne Conthorali sue, transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod in Lukych habuit, Jam in villa Senycze super Curia allodiali, agris cultis et incultis, et alijs suis pertinencijs, duas marcas census annui Jure veri dotalicij in viginti marcis grossorum dat deputat et assignat, Et Wilhelmus de Sobaczow illud suscepit dicens, esse bonum suum.)

495. (Odpor [1]) Suliko de Konycz ex parte Judeorum Olomucensium facit odpor et dicit, quod Curia in Senycz cum medio Jurepatronatus ecclesie medio (sic) prius fuit prescripta ipsis Judeis, quam ab ipso Stanykone empta.)

(F. XXXIII. A. r.) 496. Wlczyko de Tuczyn cum Dorothea de Jarohnyewicz cum bonis ipsius omnibus, que vbicumque habet, verum fecit congressum. [2])

497. Ewa Relicta olim Domanonis de Penczicz suos et Ottankonis de Penczicz pueros suscepit ad veram vnionem vigintiquinque marcarum sui dotalicij, quas habet in villa Nazatyessy.

498. Mykulass de Krzstyetyn Bohuslao de Lybouycz et suis heredibus (Bohuslao de Libouicz et suis heredibus) [3]) Curiam allodialem in Chudyechrom de vna aratura cum agris cultis et incultis et alijs vniuersis dicte Curie pertinencijs, pratis, pascuis, siluis, Riuis, Item quinque quartalia agrorum censualia cum vna

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Hierauf folgen zwei ausgekratzte Zeilen. Am linken Rande der Einlage steht von derselben Hand die Note: „Hec abolicio non viciat Intabulacionem.*

[3]) *Am linken Rande steht die dazu gehörige und von einer anderen Hand geschriebene Note: „Cancellacio non preiudicat.“*

1407. curticula censuali pleno Jure, prout ipsemet tenuit et possedit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

499. Bohuslaus de Lybouycz Mixikonem de Wodyerad ad Curie allodialis in Chudyechrom de vna aratura cum suis vniuersis pertinencijs in veram suscipit vnionem ipsum videlicet Mixikonem cum suis heredibus.

500. (Petrus de Plumnaw, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, Wenceslao de Zwole et suis heredibus In villa Rowenska super hominibus censualibus Sex marcas annui census Jure veri dotalicij iuxta terre consuetudinem in Sexaginta marcis grossorum dat deputat et assignat.)

501. (Wenceslaus de Zwole Elscze de Dubczan Conthorali sue, In villa Rowenska super hominibus censualibus Sex marcas census annui in Sexaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat, et Jan de Ptenye illud suscepit.)

502. Petrus de Plumnow, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, Wytkoni de Woynycz et suis heredibus In villa Rowenska super hominibus censualibus decem marcas census annui in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat.

503. Wytko de Woynycz Dorothee vxori sue In villa Rowenska super hominibus censualibus decem marcas census annui in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat, et Almuz de Kunkowicz illud suscipit.

504. Dorothea de Kunkowicz Wytkonem de Woynycz suum maritum suum (sic) suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, videlicet Sexaginta marcarum grossorum, quas habet in villa Rosczyenye.

505. (Petrus de Plumnaw, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, Benessio de Wyczkow In villa Rowenska super hominibus censualibus decem sexagenas census annui in Centum Sexagenis grossorum Jure dotalicij deputat et assignat.)

506. (Benessius de Wyczkow Katherine de Koyssaw vxori sue In villa Rowenska super hominibus censualibus decem sexagenas census annui Jure veri dotalicij in Centum sexagenis grossorum dat deputat et assignat, Et Woko de Kozyssow frater eius illud suscepit.)

(F. XXXIII. A. v.) 507. Hersso de Wrahowicz Lyderze de Wrahowicz ad bonorum suorum hereditariorum, que habet in Wrahowicz, veram vnionem suscepit.

508. Andreas de Zadlowicz Jakubkoni de Bohuslawicz et suis heredibus In Bohuslawicz vnum laneum cum praeta et tribus pratis, Siluam et fluuium ac totum, quidquid ibidem solus tenuit, cum suis pertinencijs, nichil sibi ibidem aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

509. (Dorothea Relicta olim Schembergerij Ciuis Olomucensis Margaretham matrem suam et Marssikonem de Radowessicz suscepit ad veram vnionem suorum bonorum hereditariorum, que habet in Strzyezow cum pertinencijs suis vniuersis.)

510. Jakubko de Bohuslawicz Georgium de Paulowicz, ipsum solum suscipit ad veram vnionem omnium illorum, que habet in Bohuslawicz, prout ab Andrea de Zadlowicz et Elska sorore sua comparauit, Et eciam super illis omnibus bonis, que habet in villa Polom cum suis pertinencijs vniuersis. 1407.

511. (Sulko de Schardicz Czenkoni et Borzuthie fratribus dictis de Bystrzicze et ipsorum heredibus Curiam allodialem in Schardicz et medium laneum cum agris, pratis, granicijs et alijs vniuersis suis pertinencijs, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

512. Jarossius de Laznyk Georgio de Laznyk et suis heredibus vnum quartale Agrorum in Laznyk cum pratis, siluis et alijs suis pertinencijs pleno Jure, nichil ibidem sibi reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

513. Protywczo de Zastrzyzl Janonem de Swatoborzicz alias de Morawan facit verum Commissarium suorum omnium bonorum et pariter puerorum.

514. (Jan de Domamyslicz Raczkonem de Domamyslicz facit verum Commissarium suorum bonorum omnium et eciam puerorum.)

515. (Jan de Domamyslicz, Petrus de Chrzepicz, Jan de Stychowicz et Stephanus dictus Sprynczl de Wyczemyericz disbrigatores, Jaroskoni de Bohdalycz et suis heredibus Curiam Allodialem in Domamyslicz cum Agris et alijs suis vniuersis pertinencijs, quemadmodum Gyrzik dictus Hrbek illam tenuit, nichil ibidem sibi reseruantes vendiderunt hereditarie possidendam.)

(F. XXXIII. B. r.) 516. (Johannes de Wyczkow alias de Ptenye Katherine de Kozyssow vxori Benessij de Wyczkow Super villa Bernow tota et super Molendino prope Bernow Quinque sexagenas census annui in Quinquaginta sexagenis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Woko de Kozyssow frater eius illud suscepit.)

517. Jarossius de Bohdalicz Margarethe vxori sue Super Curia Allodiali in Domamyslicz, que Gyrzikonis Hrbek fuit, Sedecim marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Jan Byely de Domamislicz frater eius illud suscepit.

518. Johannes de Wyczkow alias de Ptenye Offcze Conthorali sue Curiam in Ptenye cum Municione, que vocatur od Bernowa, dat et intabulat Tali condicione notanter expressa, vt si eum ab hac vita recedere contingeret, ex tunc ipsa Offka pueros ipsius Johannis foueat ac teneat, Quod si statum sue viduitatis mutauerit, ex tunc mox dicta Curia cum Municione ad pueros eiusdem Johannis libere et absque quibuslibet Impedimentis deuoluatur pleno Jure et ad eius Commissarios.

519. Johannes de Wyczkow alias de Ptenye Nobilem dominum Petrum de Crawar alias de Plumnow, Supremum Camerarium Czude Olomuczensis, Philippum de Wyczkow alias de Paczlawicz et dominum Albertum plebanum in Straznycz facit veros Commissarios omnium bonorum suorum et puerorum.

520. Sobyehrd de Strzyetez pueris olim Bohusschij de Schonwald In villa Schonwald vndecim marcas cum dimidia census annui minus VI grossis super hominibus ibidem censualibus, Item in villa Brzwenczye Quinque fertones grossorum annui census similiter super hominibus censualibus, Et in Morauicali Lybyna vnam

1407. marcam et decem grossos census annui super hominibus censualibus, Et in Myrotyn vnam marcam et decem grossos census annui super hominibus censualibus cum omnibus suis pertinencijs, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, prout solus tenuit, vendidit Jure hereditario possidendum.

521. (Sobyehrd de Strzyetez Welislaum dictum Wlassak de Strzyetez et suos heredes et dominum Hankonem plebanum in Drahanowicz In Bochdalicz super dimidia tercia marcis census in hereditatibus et ibidem in Bochdalicz in Curia duarum araturarum super quinquaginta marcis grossorum, quas habet Jure docalicij [1]) Item in Sussicz in hereditatibus super dimidia octaua marca census annui, que bona superius nominata et hereditates Jure terre obtinuit, ad veram suscipit vnionem, quod dicitur na Spolek.)

522. Jessko de Senycze Offcze vxori sue transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Senycz super Curia, Jam in villa Lukych super hominibus censualibus quatuor marcas annui census Jure veri dotalicij in Triginta marcis grossorum dat, deputat et assignat, Et Johanko de Wranowicz pater eius illud suscepit.

523. Odpor [2]) Dominus Adam de Schonwald Ex parte puerorum olim Bohussij de Schonwald contra dominum Laczkonem de Crawar odpor facit, quod Bona Trssicz sunt sibi intabulata, et ipsis pueris Bohussij Jus ad illa Bona competit.

(F. XXXIII. B. v.) 524. Wytko de Woynycz Petrum de Plumnaw, Supremum Camerarium Czude Olomucensis, In villa Petrowicz super Curia, tribus laneis, piscinis, siluis, pratis et alijs dicte Curie pertinencijs, et in Wawrzynczy super altero dimidio laneis, Et in Wssyssnowcze super quatuor laneis, in quibus omnibus Jure dotalicij Sexaginta marcas grossorum obtinet, in veram suscepit vnionem.

525. (Elska Relicta Janonis dicti Draho de Wrbatek Sulikonem de Conycz suscepit ad veram vnionem sui dotalcij videlicet quinquaginta marcas grossorum, quas habet in magna Senycz super Curia, quam Dyetrzich Luczansky tenuit.)

526. Odpor [3]) Abbas et Conuentus Monasterij Gradicensis prope Olomucz contradicunt et faciunt odpor contra omnem hominem et dicunt, quia media pars ville Lodyenycz, et villa Lhotka deserta et Silue nunccupate Ratnaw spectant et spectauerunt dudum ab antiquo ad Jus et proprietatem Monasterij Gradicensis, et similiter Curia, sita ante opidum Hranycz, cum tribus laneis et curia sita ante villam Byelotyn de duobus laneis, Et similiter de opido Kygow faciunt odpor et dicunt, quod Inducciones ad illa Bona sint contra voluntatem ipsorum, quodque dictum opidum sint bona ipsius Monasterij et post mortem Nicolai de Zampach debent deuolui ad Monasterium supradictum.

527. Woko de Kozyssow Wysskonem et Swathoborium fratres [4]).

528. (Woko de Kozyssow Wyskonem de Dluhomylow et Swathoborium de Domastat dictos Ganzar suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum ad hanc Olomucensem Czudam spectancium.) 1407.

529. (Jodocus Marchio Morauie Sulikoni de Conycz et suis heredibus omne Jus suum, quod sibi compecijt seu conpetere poterat in et super villa Dyedkowicze, inter opidum Prostyegow et Ottoslawicz iacente, dedit et intabulauit possidendum, nunccius ad tabulas fuit ex parte domini ipsius Marchionis missus Erhardus de Cunstat et Erhardus Puska de Cunstat, ad quorum relacionem presens facta est intabulacio.)

530. Jessko de Zdyetyn Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus In villa Zdyetyn Thabernam braxatilem cum agris ad illam spectantibus, Item duas Curticulas et duos homines Censuales in dimidio tercio laneis residentes, videlicet Benessius Nekoch et alius homo Schyeda nunccupatus, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

531. (Wocko de Kozyssow Johanni dicto Ganzer de Kozyssow et fratribus suis germanis et ipsorum heredibus In villa Olessne super hominibus censualibus Tres marcas annui census intabulauit Jure hereditario possidendas, Et Wyssko de Dluhomylow et Swathobor de Domastata ipsius Spolecznyczy ad hoc consenserunt.)

532. (Albrecht de Leznycz Janonem de Sobyehrd patrem suum dictum Swehla et Gytkam de Rassowicz matrem suam ad bonorum suorum, que habet in villis Leznycz, Pywonyn, Waczlawow, Brnyeczko et in Swynow et alibi vbicumque veram vnionem suscepit.)

533. Doman de Kokor Bartossium de Kokor et Johannem de Kokor ipsius Domanonis filium facit veros Commissarios puerorum Vlrici de Paterzyn, Sic tamen quod post mortem Domanonis dicti Commissarij de Commissione puerorum iam dictorum se ingerant.

(F. XXXIV. r.) 534. Mykulass de Krzstyetyn Dorothee vxori sue, filie Paulikonis de Morawan, transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Chudyechrom eidem vxori sue In Krzstyetyn et Wessela villis integris et eorum vniuersis pertinencijs, nichil prorsus excluso, Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Wytko de Woynycz illud suscepit.

535. Bohunko dictus Valentyn et Johannes fratres de Magetyn Adamkoni de Prziestawlk et suis heredibus villam Prziestawlk cum Curia agris cultis et incultis, et alijs suis vniuersis pertinencijs et vtilitatibus, quibuscumque censeantur nominibus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendam, prout ipsimet tenuerunt et possiderunt.

536. Adam de Przestawlk Busskoni de Olssan et suis heredibus Curiam ibidem in Olssan cum suis pertinencijs vendidit hereditarie possidendam.

[1]) *In dieser Einlage sind die Stellen „In Bochdalicz super dimidia tercia marcis census“ ferner „et ibidem in Bochdalicz — quas habet Jure dotalicij“ durchstrichen und am linken Rande steht von anderer Hand die Note zugeschrieben: „Ista abolicio non viciat alia.“*

[2]. u. [3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[4]) *Der Schluss dieser Einlage fehlt. Vergl. die nächstfolgende Einlage.*

1408. (F. XXXIV. v.)

Tercium Colloquium.

537. Anno domini Millesimo CCCC° VIII° Sabbato proximo post Epiphaniam domini [1]) celebratum est Colloquium dominorum in Olomucz per Serenissimum Principem dominum Jodocum, Marchionem Brandemburgensem et Morauie, et per nobiles viros dominos Petrum de Crawarn alias de Plumnow, Sulikonem de Conycz Czudarium, et Andream Archidiaconum Breczlauiensem, Supremos Officiales Czude Olomucensis, presentibus nobilibus viris dominis Boczkone de Cunstat alias de Podyebrad, Jeskone de Sternberg alias de Lukow, Erhardo de Cunstat, Wilhelmo de Pernstain, Erhardo de Skal, Johanne de Lompnicz, Wankone de Czernahora, Alberto de Czimburg, Petro de Crawarn alias de Straznycz, Alberto de Lukow alias de Zlyn, et alijs pluribus Nobilibus et Baronibus terre Morauie.

538. (Machna de Sussicz Pueros suos et Jacobum maritum suum suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum hereditariorum, que habet ibidem in Sussicz.)

539. Wilhelmus dictus Zagyecz de Hasenburg dominam Annam filiam olim domini Vlrici de Bozkowicz Conthoralem suam, de suo priori dotalicio, quod habuit a priore suo marito Czenkone de Ronow in et super villis Myloticz et Dubnan et eorum vniuersis pertinencijs transduxit et deduxit ad Bona sua Wranye in Boemia, in quibus quidem bonis Wranye Sexaginta marcas grossorum annui census in Sexingentis marcis grossorum Pragensium racione veri dotalicij dedit ac deputauit, Et Wanko de Bozkowicz alias de Czernahora frater germanus ipsius domine Anne dicit, huiusmodi transduccionem dotalicij esse bonum suum, et si quid in bonis predictis Wranye de dictis Sexingentis marcis grossorum deficeret, hoc debet de suis bonis proprijs eidem domine suppleri et pariter adimpleri, Et quamprimum domina Anna predicta literas patentes ab officialibus Czude Pragensis apportauerit et exhibuerit, quod dictum dotalicium in eisdem bonis Wranye est sufficienter sibi demonstratum, quod tunc frater ipsius Wanko debet statim esse liber et solutus.

540. Anna de Bozkowicz, Conthoralis Wilhelmi dicti Zagiecz de Hasenburg, Johanni de Morawan et suis heredibus in et super villa Myloticz tota, cum pratis, Curijs, Riuis et alijs suis pertinencijs (et in Dubnan super XXIIII laneis) [2]) et limitibus agris cultis et incultis ac Riuis pleno Jure Sexingentas marcas grossorum sui dotalicij dat et assignat eo Jure dotalicij, quo sola tenuit, nichil ibidem sibi aut suis amicis uel Consanguineis Juris proprietatis reseruando.

541. Erhardus de Cunstat domine Gytcze genitrici sue Sexaginta marcas grossorum census annui In et super Ciuitate sua Tribouia in hominibus et incolis censualibus ad vite sue dumtaxat tempora dat deputat et assignat, percipiendas in duobus terminis videlicet in festo sancti Georgij XXX marcas et alias XXX marcas in festo sancti Wenceslai vsque ad tempora vite sue, in hominibus vniuersis et singulis dicte Ciuitatis, Et Georgius de Cunstat, frater ipsius Erhardi germanus, ad hanc Intabulacionem suum dedit consensum. 1408.

542. Hermannus filius Mathie de Rathay cum suis Sororibus venientes ad tabulas terre recongnouerunt, quod Erhardus Puska de Cunstat dotalicium ipsorum, quod in Wyczow habuerunt ab eorum matre Agnezka, ipsis plene persoluisset illudque pro se et suis heredibus et Successoribus ab eis comparasset, et si alibi inueniretur in terre tabulis debet extabulari et nullum habere vigorem.

(F. XXXV. r.) **543.** Albertus de Czimburg Margarethe filie Pillungonis, olim Bernhardi de Czimburg Conthorali, In villis Trubky, In Czlunek, In Vgezd villa tota iacente prope Wssechowicz ac dictorum bonorum pertinencijs vniuersis, Siluis, pratis, pascuis, hominibus censualibus, Agris cultis et incultis, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruando Mille et quingentas marcas grossorum Pragensium Jure veri dotalicij, iuxta terre Morauie dat, deputat et assignat Tali tamen condicione notanter expressa, Quod in casu quo domicellam Annam filiam supradicti Bernhardi de Czimburg superstitem esse contigerit, et dictam Margaretham prius mori, extunc supradictum dotalicium ad ipsam domicellam Annam plene deuoluatur. Si vero dictam Margaretham viuere continget, et dictam Annam prius mori, ex tunc dicta Margaretha dictum dotalicium ad vite sue tempora libere ac pacifice debet tenere, Et post mortem supradicte Margarethe medietas dicti dotalicij videlicet Septingente quinquaginta marce grossorum ad supradictum Albertum de Czimburg et suos heredes continuo debent deuolui, et alia medietas dicti dotalicij videlicet Septingente quinquaginta marce grossorum ad pueros dicte Margarethe, quos nunc habet eciam sine difficultate qualibet deuoluetur et pariter heredes.

544. Johannes Puska de Cunstat Erhardo dicto Puska de Cunstat et suis heredibus villam Wyczow integram et medietatem ville Stynawye cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, cum hominibus censibus, Agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, riuis, fluminibus, Curijs, montibus, vallibus, et cum minori piscina iacente retro Wyczow, necnon cum vniuersis et singulis dictorum bonorum pertinencijs ac vtilitatibus et prouentibus, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij in bonis eisdem reseruando uel suis heredibus, excepta piscina maiori in Wyczow, que vlterius non debet dilatari, sed sic manere, prout tempore patris sui extiterat, et eciam exclusa Aldykonis vna curticula ibidem in Wyczow, de qua predicta custoditur piscina, que sibi reseruat, alia autem omnia superius expressa eidem Erhardo Puska et suis heredibus vendidit hereditarie possidenda et suis successoribus.

[1]) *D. i. den 7. Jänner.*

[2]) *Bei dieser durchstrichenen Stelle steht am linken Rande von einer andern Hand die Note: „Ista abolicio non preiudicat alijs intabulatis.“*

1408. 545. (Dominus Sigismundus presbiter de Wrahowicz Erhardo dicto Puska de Cunstat Septem marcas grossorum minus vno fertone census annui, quas in villa Wrahouicz super quarto dimidio laneis Jure dotalicij post obitum Anne matris sue habuit, cum suis omnibus pertinencijs eo Jure dotalicij dotalicij (sic) prout solus tenuit, vendidit possidendas eidem Erhardo heredibus et successoribus suis.)

546. (Wanko de Bozkowicz alias de Czernahora Petrzikoni de Crumpsyn et suis heredibus villam Hradystko integram cum hominibus, censibus, redditibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, riuis, Molendino, Curia et alijs vniuersis suis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi Juris, proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam, Et si dicta bona prius inuenirentur in terre tabulis, debent mox deleri et nullum vigorem habere.)

547. (Petrzico de Chrumpsin Machnam sororem suam germanam et Marcum de Styepanow Sororium suum suscipit in veram omnium bonorum suorum vnionem, que dumtaxat habet in villa Hradystko.)

548. Albertus de Czimburg Andree de Paulowicz et suis heredibus villam Nemochowicz totam cum duabus Curijs, hominibus, censibus, redditibus, Agris cultis et incultis, pratis, pascuis, Siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus aut Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij reseruando, prout quondam Jarossius eius patruus et ipsemet hucusque tenuit, vendidit Jure hereditario possidendam.

(F. XXXV. v.) 549. Johannes Swoch[1]) de Bohdalicz Pauliconem de Przneho facit verum Commissarium puerorum suorum et omnium suorum bonorum vbicumque habitorum, spectancium ad hanc Czudam.

550. Katherina filia Hinconis de Buzow, vxor Habardi de Sulegowicz, eundem Habardum maritum suum suscipit ad veram vnionem bonorum hereditariorum in Wlkoss, que sunt ad eam post mortem patris eius deuoluta, nichil prorsus excluso, cum Municione ibidem Molendino et Curia ac Jurepatronatus ecclesie ibidem et alijs suis omnibus pertinentijs.

551. (Jodocus Marchio Brandemburgensis et Morauie Johanni dicto Woyna de Lytawy et suis heredibus villam Vnerazy cum Curia allodiali et villam Bezdyeczie cum eorum pertinencijs vniuersis dat et intabulat Jure hereditario possidendam, Et hec Intabulacio facta est ad relacionem Wilhelmi de Pernstein et Erhardi de Skal Nuncciorum ex parte ipsius domini Marchionis ad tabulas terre missorum.)

552. Jan dictus Woyna de Lytawy Janoni dicto Woyna de Krzstyetin et suis heredibus villam integram Vnerazy cum Curia et villam Bezdyeczyn totam cum dictarum villarum hominibus, censibus, agris cultis et incultis, rubetis, limitibus, fluminibus, Molendino, pratis, ac alijs eorum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil in eisdem bonis Juris, proprietatis aut dominij sibi aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam. 1408.

553. (Sulko de Radkow priori et Conuentui fratrum Monasterij in Gewycz, ordinis sancti Augustini, qui nunc sint uel pro tempore fuerint, medietatem ville Zaworzicz cum hominibus, censibus, agris cultis et incultis, ac alijs suis vniuersis pertinencijs, in quibuscumque consistunt rebus, quibuscumque censeantur nominibus, pleno Jure nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus Juris aut proprietatis reseruans, prout solus tenuit, dedit et in tabulauit per ipsos priorem et conuentum fratrum et eorum Successores in perpetuum Jure hereditario possidendam.)

554. Mixiko de Honyeticz veniens ad presenciam domini Jodoci Marchionis, sanus tunc corpore existens, Mixikonem dictum Czyecz de Kalow fecit verum Commissarium suorum omnium bonorum et puerorum, sed antequam tabule terre fuissent apperte ab hac vita migrauit, volens autem dominus Marchio huiusmodi Commissionem sequi effectum misit ad tabulas terre Wilhelmum de Pernstein, mandans hanc commissionem intabulari, que facta est ad relacionem suam.

555. Katherina de Cunstat, relicta olim Paulikonis de Sowynecz, Johanni dicto Salczar Ciui Olomucensi et Clare conthorali sue et eorum heredibus In villa Lodyenycz decem marcas grossorum annui census minus nouem grossis in laneis et curticulis, Item medietatem piscine et medietatem loci, qui dicitur Kopecz, vbi propugnaculum situm erat, medietatem molendini et duas medias thabernas cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, et flumine ac aquarum decursibus ac alijs eorum pertinencijs vniuersis et vtilitatibus pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi Juris, proprietatis aut dominij reseruando, prout ipsamet tenuit et possedit, vendidit Jure hereditario possidendas.

556. (Dominus Boczko dictus Kuzel de Zyerawicz, plebanus ecclesie in Byelowicz, Jeskoni dicto Kuzel de Zyerawicz et suis heredibus Jus suum hereditarium, videlicet Sedecim vrnas vini in montibus et in decimis vinearum in Zerawycz annis singulis percipiendas pleno Jure, prout solus tenuit, dedit et deputauit Jure hereditario possidendum.

557. Odpor[2]) Vlricus dictus Stoss de Branycz Commissarius puerorum Mraxonis de Zerawicz contra superiorem Intabulacionem facit odpor et dicit, quia dominus Buzko de Zerawicz plebanus in Byelowicz XVI vrnas vini solum ad vite sue tempora habet, et non potuit illas Jure hereditario alicui vendere sed nec Jeskoni Kuzel.

(F. XXXVI. r.) 558. Mykulass de Rossochaczie Margarethe Conthoroli sue super villa Vhrzycze[3]) et super Curia allodiali ibidem et bonis mobilibus, que ipse Jure dotalicij obtinet et super omnibus ipsius ville pertinencijs, nichil prorsus excluso, quadraginta marcas grossorum racione veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dat et assignat, Et Vlricus Stoss de Branycz illud suscepit.

[1]) *Der im Orig. Ms. vorstehende Name „Skoch“ ist unterpunktirt.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[3]) *Der im Orig. Ms. vorstehende Name „Vherczie et“ ist durchstrichen.*

1408. 559. (Boczko de Cunstat, residens in Opatowicz, Elscze vxori sue In villa Podole et suis vniuersis pertinencijs et Curia allodiali et super hominibus censualibus ibidem dimidiam octauam marcas grossorum annui census, et in villa Vgezd super hominibus censualibus Quindecim marcas grossorum census annui et super omnibus et singulis dictorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus constiterint, nichil prorsus excepto racione veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem in Quadringentis marcis grossorum dat deputat et assignat.[1])

560. (Boczko de Cunstat alias de Lestnycz Elscze vxori sue transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in bonis Lestnycz, Jam eidem sue vxori super Municione in Opatowicz et villa ibidem ac hominibus censualibus, Curijs, duobus molendinis, pratis, pascuis, siluis, fluminibus, ac super alijs omnibus, que habet ibidem excepto dotalicio matris sue, videlicet viginti dimidia altera marcis grossorum census annui, quod per omnia debet esse saluum, Et super villa Podole, et Curia allodiali, ibidem in hominibus censualibus, Et in villa Vgezd super hominibus censualibus et alijs vniuersis eorundem bonorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque fuerint rebus, nichil prorsus excluso Quadringentas marcas grossorum racione veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem deputat et assignat, siluis ad Podole spectantibus eciam inclusis, que ex diuisione fratrum ipsum concernebant, Et Suliko de Konycz illud suscepit dotalicium dicens, esse bonum suum, Et si dicta Elska de supradicto dotalicio nollet contentari, extunc idem Suliko et heredes sui in supradicto Boczkone et eius heredibus dictum dotalicium possent recuperare.)

561. (Petrus de Crawarn alias de Plumnow, Czude Olomucensis supremus Camerarius, Margarethe vxori Johannis de Zarussek in villa Smrzycz super quinque laneis minus vno quartali et super duabus praetis, que wlgariter dicuntur Nywy, bene possessis, liberis et non inbrigatis, et in hominibus ibidem eosdem laneos et praetas tenentibus cum omni Jure et dominio, pertinencijs et vtilitatibus ipsorum vniuersis decem marcas grossorum annui census Jure veri dotalicij in Centum marcis grossorum dat et assignat Ita tamen, quod supradictum dotalicium post mortem ipsius Margarethe ad Johannem de Zarussek maritum suum eodem Jure deuoluatur, et ad heredes ipsius Johannis,[2]) Et Johannes de Dobrawoda frater eius illud suscepit.)

562. Elska de Bykowicz Sulkonem maritum suum[3]) de Krzickowicz ad suorum bonorum hereditariorum omnium, que habet in Wesselyczy et eciam ad sui dotalicij Octoginta marcas grossorum, quas eciam ibidem in Wesselyczy obtinet, veram suscipit vnionem, que dicitur Spolek, quod quidem dotalicium a matre sua habet in Wesselyczy.

563. Margaretha de Snyehoticz Petrum Stupycze de Czerwena Lhota maritum suum suscipit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Snyehoticz a priore suo marito. 1408.

564. Blazius de Nezdyenycz Hanussio de Pruss et suis heredibus Curiam allodialem ibidem in Nezdyenycz cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, limitibus et alijs suis vniuersis pertinencijs et vtilitatibus, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXXVI. v.) 565. (Mirko de Chlum Wenceslao de Slupna et Margaretha vxori In villa Kwaczicz super Curia allodiali ac hominibus censualibus cum pratis, pascuis, siluis, luco et vno littore fluminis Morawe ad hoc pertinente ac Robottis et alijs suis pertinencijs vniuersis in quibuscumque rebus consistunt, nichil prorsus excluso, Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat.)

566. (Myrko de Chlum Wenceslaum de Slupna suscipit in veram vnionem omnium bonorum suorum ad hanc Czudam Olomucensem spectancium vbilibet habitorum.)

567. (Wenceslaus de Misliboricz Sulkonem de Conycz suscipit ad veram vnionem sui dotalicij quod habet in Trawnyk post vxorem suam.)

568. Suliko de Conycz Raczkoni de Trpenowicz, Canonico Olomucensi, Bona sua in Drzowicz videlicet locum propungnaculi et Curiam allodialem de duabus araturis, Quinque laneos censuales, duas thabernas braxatiles, octo Curticulas, Balneum, Molendinum duos ortos, qui dicuntur Sczepnycze cum praetis, Agris cultis et incultis, pratis, pascuis, cum reseruaculo, quod dicitur Halterz, ac fluminibus, aquis, siluis, nemoribus, rubetis, limitibus et metis cum hominibus, censibus, redditibus, prouentibus et alijs suis omnibus et singulis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque consistunt rebus, seu qualibuscumque specialibus vocabulis nuccupentur, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij reseruando, prout ipsemet dicta Bona tenuit et possedit, vendidit Jure hereditario possidenda.

669. Raczko de Trpenowicz, Canonicus Olomucensis, pueros fratris fui Herssonis militis de Trpenowicz, vtriusque sexus ad omnium bonorum suorum, que in Drzowicz et alibi vbicumque habet, qualiacumque existant, in veram suscipit vnionem, quod dicitur na spolek.

570. (Petrus dictus Kozloweez de Rudka Johanni dicto Byely de Domamyslicz et suis heredibus duas marcas grossorum census annui super duobus laneis in villa Rudka cum suis pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit Jure hereditario possidendas et Anna de Rudka Relicta Zawyssij ad hoc suum dedit consensum.)

571. (Raczko de Trpenowicz, Canonicus Olomucensis, Jenczoni de Przna et suis heredibus bona sua in Pawlowicz et in Lhota Curiam allodialem cum duabus araturis cum agris cultis et incultis, sex laneos cen-

[1]) *Der Schluss dieser Einlage von „consuetudinem bis et assignat“ ist zum Theile ausgekratzt.*

[2]) *Diese fünf Worte stehen unterhalb der Einlage bei einem Commente von derselben Hand geschrieben.*

[3]) *Diese von derselben Hand geschriebenen zwei Worte stehen oberhalb der Zeile.*

1408. suales et medium quartale agrorum duas Curticulas, duos ortos cum hominibus censualibus et reseruaculo dicto wlgariter halterz, ac pratis, nemoribus et vtilitatibus vniuersis, aquis, riuis, absque omni prorsus diminucione, prout solus tenuit et possedit ac generaliter cum omnibus dictorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, nichil ibidem sibi Juris, proprietatis aut dominij in eisdem bonis reseruans, excepto vno laneo ad plebanum et ecclesiam in Paulowicz spectante, vendidit et intabulauit Jure hereditario possidendum.)

572. Erhardus de Cunstat Elscze Sorori sue de Cunstat et marito suo Johanni de Bozkowicz alias de Brandyss et eorum heredibus tres partes bonorum Czebranycz et omne Jus, quod sibi in dictis tribus partibus competit, cum omnibus suis pertinencijs et vtilitatibus, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit nichil ibidem sibi, heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij reseruando, consenciente ad hoc Georgio de Cunstat fratre suo germano, dedit et intabulauit hereditarie possidendum, tribus partibus Juris patronatus ecclesie in Czebranycz inclusis.

(F. XXXVII. r.) 573. Wenceslaus de Czyelczicz, dictus Byel, et Krzystek et Sigismundus de Czelczicz ipsi et eorum heredes cum omnibus bonis eorum hereditarijs, que habent in Czelczicz ad inuicem sunt congressi.

574. Odpor. [1]) Stiborius de Czelczicz contra supradictam Intabulacionem facit odpor et dicit, quod Curia in Czelczicz sit sua hereditas, et de hoc refert se ad tabulas terre.

575. Anna Relicta olim Zewissy de Rudka Petrum dictum Kozlowecz de Rudka suscipit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Rudka in Curia et siluis ac Curticulis cum pertinencijs suis.

576. (Elska de Swyetlow Petro dicto Nyemeczkoni de Czernyles et Dorothee vxori sue et eorum heredibus villam suam Zahorowicze cum Curia allodiali, Molendino ac hominibus, censibus, robottis, siluis, fluminibus, venacionibus, pratis, limittibus ac pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et heredibus suis Juris proprietatis uel dominij penitus reseruando, dedit liberaliter et intabulauit Jure hereditario possidendam.)

577. (Jodocus Marchio Brandemburgensis et Morauie Katherine de Damboricz, Relicte quondam Marquardi de Sobyessyn, In villis Wytoschow et Hrabowa super hominibus, censibus, Agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis et alijs eorum pertinencijs vniuersis ducentas sexagenas grossorum Pragensium racione veri dotalicij dedit et deputauit, Et hec Intabulacio ad relacionem Petri de Straznicz, ex parte domini Marchionis ad tabulas terre missi, facta est.)

578. Petrus dictus Kukla de Wyntyerzow omnes suos pueros suscipit secum ad veram vnionem omnium bonorum suorum hereditariorum in Wazan prout eadem Jure terre obtinuit.

579. (Jenczo de Przneho Pawlikonem et Stachonem et Bartosskonem suos fratres suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.)

580. Sbynko presbiter de Crumpsyn cum Johanne 1408.
dicto Hussie de Crumpsin et heredibus ipsius cum villa Srbecz et pertinencijs eius et cum villa Cozoged et eius vniuersis pertinencijs et cum alijs omnibus eorum bonis, que vbicumque habent, inuicem sunt congressi.

581. (Johannes dictus Hussie de Crumpsym Margarethe de Byelowicz Conthorali sue in villa Srbecz et eius omnibus pertinencijs Centum et quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat, deputat et assignat de consensu speciali Sbinkonis presbiteri de Crumpsin, Et Zycho de Nedachlebycz illud suscepit dotalicium.)

582. (Hanusschius miles de Przneho Pawlikonem filiastrum suum de Przneho suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum ad hanc Czudam spectancium.)

(F. XXXVII. v.) 583. (Smylo de Melycz filius Woytyechy Annam matrem suam de priori suo dotalicio, quod habuit in Herolticz et Jure terre Sczastna in ipsa obtinuit, transducit in Sborowicz, In qua quidem Zborowicz eidem Anne matri sue super eo toto, quidquid ibidem habet, Quindecim marcas grossorum annui census racione veri dotalicij in Centum et quinquaginta marcis grossorum dat et assignat, exceptis decem marcis grossorum census annui, quarum Brazda quinque marcas et alias quinque marcas annui census Theodricus ibidem in Zborowicz habent et obtinent, Et ad hanc Intabulacionem Bussko de Crasna illorum orphanorum Commissarius suum detit consensum, Et Jacobus Konczek pater Anne illud dotalicium suscepit.)

584. Smylo de Melicz Brazdoni de Srbecz et Bonussy vxori sue et eorum heredibus In villa Zborowicz super tribus laneis censualibus et super orto ibidem Quinque marcas grossorum census annui pleno Jure et dominio dedit et intabulauit Jure hereditario possidendas.

585. (Smylo de Melicz Theodrico de Praneka et Margarethe vxori sue et eorum heredibus in villa Zborowicz super tribus laneis censualibus et super orto ibidem Quinque marcas grossorum census annui pleno Jure et dominio dedit et intabulauit Jure hereditario possidendas.)

586. (Anna de Prus Relicta olim Woytyechonis de Melycz Jacobum dictum Konczek patrem suum et Sbinkonem de Drzyenoweho suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod in Herolticz et in Sborowicz habet.)

587. Sulka de Krzycz cum pueris suis, Relicta olim Haskonis, Johanni dicto Smetane de Turzenycz et suis heredibus villam Skrzycze cum hominibus, censibus, redditibus, Curia, pratis, pascuis, siluis, Riuis, fluminibus et pomerio et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus pleno iure et dominio, nichil ibidem sibi Juris, proprietatis aut dominij reseruantes, vendiderunt Jure hereditario possidendam.

588. (Johannes dictus Smetana de Turzenycz Nicolaum presbiterum Sororinum suum de Skrzicz suscepit in veram vnionem bonorum suorum, que habet in villa Skrzycz cum suis pertinencijs.)

589. Sobyeno de Zborowicz Michaeli dicto Kassan de Hartmanycz et suis heredibus villam Hosticze totam cum duabus araturis agris cultis et incultis pratis siluis

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1408. aquis hominibus censibus et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, limitibus ac metis pleno Jure et dominio, et Jurepatronatus ecclesie, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij reseruando, excepta praeta, que dicitur Nywa, quam donauit ecclesie, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXXVIII. r.) 590. (Erhardus et Georgius fratres de Cunstat Hinkoni, Bohussio, Elscze, Anne, Katharine et Margarethe, pueris olim Bohussy de Schonwald, et eorum heredibus Castrum Malenowicz cum opido ibidem et Curia allodiali duarum araturarum et Jurepatronatus ecclesie ibidem in Malenowicz, villam Teczowicze cum Curia duarum araturarum et Jurepatronatus ecclesie ibidem, villam Bunyow cum Curia vnius arature, villam Otrokowicz cum curia vnius arature, villam Kwyetkowicze, villam Kozynecz cum Curia vnius arature, villam Dubrawiczky, villam Wyssie Dubrawiczky, villam Bohuslawicze, villam Weledubrawy, villam Brzezowku, villam Kraczenowicze, villam Luka cum Curia vnius arature, villam Tzessowska Lhota, et villam Brzezynky cum hominibus, censibus, redditibus, prouentibus, agris cultis et incultis, Robottis, montibus, vallibus, pratis, pascuis, siluis, rubetis, nemoribus, aquis fluentibus et non fluentibus, piscinis, molendinis, piscatoribus et piscaturis et piscibus, limitibus, metis et granicijs, venacionibus, aucupacionibus et generaliter cum omnibus dictorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, seu qualibuscumque specialibus nominibus nuncupentur, prout eadem bona ab alijs bonis circumadiacentibus antiquitus sunt distincta, pleno iure et dominio prout pater eorum et ipsi dicta bona tenuerunt et possederunt, nichil ibidem sibi, heredibus, ipsorum Successoribus, aut eorum Sororibus Juris, proprietatis uel dominij reseruantes, vendiderunt Jure hereditario possidenda.)

591. Johannes de Boskowicz alias de Brandiss Mikulassoni Nahradkoni de Studnicz et suis heredibus In Lessan Curiam dictam Napotocze cum vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis in eadem Curia Juris, proprietatis aut dominij reseruando, dedit et intabulauit hereditarie possidendam.

592. (Wznatha dictus Hecht de Rossicz Johanni dicto Byelyczar de Malenek et Bedrico de Kozussecz et eorum heredibus ac Successoribus In Kozussycz Curiam de duabus Araturis cum pratis, siluis, riuis et alijs suis vniuersis pertinencijs et vtilitatibus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

593. Myksso dictus Sestak de Zaworzicz Andream de Sadowye et Nicolaum presbiterum de Vstye facit veros Commissarios bonorum suorum in Zaworzicz cum suis pertinencijs et eciam suorum puerorum, vsque dum ad annos debite etatis peruenerint.

594. (Gerhart de Meraw Hedwigi, Conthorali filij sui Sigismundi, In villa Postrzelymow super decem laneis censualibus decem marcas grossorum census annui racione veri dotalicij in Centum marcis grossorum dat et assignat, Quod quidem dotalicium Hanussius de Przneho pater eius suscepit.)

(F. XXXVIII. v.) 595. (Wilhelmus de Sobaczow et Sdena Conthoralis sua Hanuskoni Czernemu de Monte et suis heredibus In Zdyetyn Curiam allodialem, quam a Jakubkone comparauerunt cum quinque laneis censualibus, quinque Curticulas, vna thaberna braxatili libera, agris cultis et incultis, pascuis, siluis, fontibus, Riuis, vijs, metis, limitibus et alijs suis vniuersis pertinencijs et vtilitatibus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris, proprietatis aut dominij reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendam.) 1408.

596. Sulko de Radkow Priori et Conuentui Monasterij fratrum ordinis sancti Augustini in Gewiczka, qui nunc sunt uel pro tempore fuerint, eorum Successoribus villam dictam Byela integram cum agris cultis et incultis, hominibus, censibus, pratis, pascuis, Siluis, et alijs vniuersis suis pertinencijs, in quibuscumque sunt rebus, nichil prorsus excluso, pleno Jure, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, dedit et vendidit Jure hereditario perpetuis temporibus possidendam, Et similiter in villa Lhota vnum laneum censualem cum pleno Jure et dominio dictis fratribus et Conuentui intabulauit perpetuis temporibus possidendum, Ad relacionem Jodoci de Rossicz et ad patentes literas domini Jodoci Marchionis Morauie presens facta est Intabulacio.

597. (Johannes de Crumpsin Stephanum de Pawlowicz suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.)

598. (Katherina Relicta Petri de Tyessnyewycz Benessium et Semyslaum fratres suos de Strabenycz ad sui dotalicij, quod habet in Tyessnyewicz, veram suscipit vnionem.)

599. Dorothea de Tyessicz, Relicta quondam Holenkonis, Kacznam et Annam suas filias suscipit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Tyessicz super Curia, vno laneo et duabus Curticulis.

600. (Czenko de Budssowicz Johannem de Sowynecz ad omnium suorum bonorum ad hanc Czudam spectancium veram vnionem suscepit.)

601. (Vlricus de Lhota Offcze vxori sue in Rzymycz villa in sua parte, quidquid habent ibidem, nichil excipiendo, excepto luco et in Hrabye super duobus laneis et vna thaberna, et in Dyessow super quatuor laneis censualibus Centum et vigintiquinque sexagenas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, et Johannes de Horky illud suscepit dotalicium.)

602. Johannes de Rzymycz Anne vxori sue in villa Rzymycz in sua parte super duobus laneis censualibus duas marcas grossorum census annui in vinginti marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, et Johannes Hastal frater eius suscepit illud dotalicium.

(F. XXXIX r.) 603. Anna de Sazowicz Wenceslauum de Morkowicz maritum suum super eo toto, quidquid habet in Kolyczyn et in Brziestku, in veram vnionem suscepit.

604. (Anna Conthoralis Terwartonis de Domazelicz eundem Terwartonem maritum suum super Centum et vigintiquinque marcis grossorum sui dotalicij, quas habet in villis Pawlowicz et Prossynka, in veram vnionem suscipit.)

605. (Terwart de Domazelycz Anne vxori sue In Domazelycz super nouem laneis censualibus et tribus ortis Quinquaginta marcas grossorum racione veri

1408. dotalicij dat et assignat, Et Pawliko de Vnczicz illud suscepit dotalicium.)

606. Pessiko de Czechowicz Martino de Nezdenycz et Dorothee vxori sue et eorum heredibus In Nezdenycz medium laneum censualem pleno Jure, prout a domino Marchione obtinuit, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

607. (Pessiko de Czechowicz Johanni dicto Czerwenecz et suis heredibus In Sardycz decem marcas grossorum dotalicij, quas olim Dorothea Mixikonis habuit et prout a domino Marchioni obtinuit, vendidit et intabulauit.)

608. Katherina vxor olim Sarowczonis Mykssikoni de Malenowicz alias de Podhradye marito suo In Hradczowicz super duabus curticulis, dimidio tercio laneis, et vna thaberna Wozeczye Tres marcas grossorum census annui nomine veri dotalicij deputauit, Et si quid ibidem deficeret, hoc debet in Sarow in bonis liberis et non inbrigatis ac bene possessis suppleri.

609. (Mykssiko de Malenowicz alias de Podhradye Katherine vxori sue In villa Oldrzichowicz super dimidio octauo laneis censualibus Septem marcas grossorum census annui in Septuaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Wilhelmus de Kokor illud dotalicium suscepit.)

610. (Anna de Zerawicz Alssonem filium suum de Zerawicz suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet ibidem in Zerawicz, et eciam Annam filiam suam ad eandem vnionem suscepit prefata mater.)

611. (Also de Zerawicz Annam de Zerawicz sororem[1]) suam suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in Zerawicz et in Hornczicz et in Kudlowicz cum eorum pertinencijs vniuersis et eandem Annam Sororem suam ad eandem vnionem bonorum suscepit.)[2])

612. (Anna de Zerawicz et Alsso filius eius de Zerawicz Vlricum dictum Stoss de Branycz faciunt Commissarium verum et legittimum omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.)

(F. XXXIX. v.) 613. Petrus de Sowynecz Elskam de Mezyrziecz vxorem suam suscipit in veram vnionem omnium bonorum hereditariorum patris sui et eciam omnium bonorum partis sue, que in Sowynecz et alibi vbicumque habet, Et ista preseus vnio tamdiu durare debebit, quousque Trecente marce grossorum pro dotalicio prefate Elscze vxori fuerint assignate seu demonstrate in bonis.

614. (Proczko de Wetherzow alias de Gezow Woytyechium de Mostyenycz suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que in Gezow et alibi vbicumque habet, cum eorum pertinencijs vniuersis.)

615. Laurencius de Symrze Gedrudi vxori sue in villa Symrze super medietate Curie inferioris et vna curticula et eorum pertinencijs vniuersis decem marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, et Wanacz frater eius illud suscepit dotalicium.

616. Welyz dictus Pulecz de Slatynka Krzyzte vxori sue in Slatynkach super Curia et duabus Curticulis, et vna thaberna, agris cultis et incultis, et alijs suis pertinencijs omnibus, nichil prorsus excipiendo aut pro se reseruando, Septuagintaquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, et Johan Dupnyk de Nyetkowicz frater eius illud suscepit dotalicium. 1408.

617. Jodocus Marchio Morauie ad hoc consensit, ut Jaroslaus de Sternberg cum pueris Marquardi de Sternberg habeat veram vnionem in bonis Wessele ad annos dumtaxat debite etatis dictorum puerorum, Et huius Intabulacionis nunccij fuerunt missi ex parte ipsius domini Marchionis Wilhelmus de Pernstein et Erhardus de Skal, ad quorum relacionem facta est ista Intabulacio.

618. Zyzla Relicta Onssonis de Czertoryg filios suos suscipit in veram vnionem sui tocius dotalicij, quod habet in Pawlowicz.

619. Boczko, Erhardus et Vlricus fratres de Cunstat alias de Lestnycz Plebano ecclesie Omnium sanctorum in Wyssehorie et suis in perpetuum Successoribus pro censibus, quos prius ipse plebanus racione sue predicte ecclesie in Senycz habuit, suos census infrascriptos cummutando, de speciali consensu domini Jodoci Marchionis Morauie ac Reuerendi patris domini Episcopi Olomucensis domini Laczkonis et capituli Olomucensis et ad eorum literas patentes In villa Swabenycz super sex laneis censualibus et eorum vniuersis et singulis pertinencijs et obuencionibus duodecim marcas grossorum annui census et XVIII grossos cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus eorum in dictis Sex laneis Juris, proprietatis aut dominij reseruantes, in via huiusmodi permutacionis seu translacionis census dederunt assignauerunt et intabulauerunt Jure hereditario perpetuis temporibus per ipsum plebanum et eius successores possidendum, prout eadem bona ipsimet pacifice possiderunt.

(F. XL. r.) 620. (Boczko de Cunstat alias de Lestnicz Smyloni de Luczan et suis heredibus In Senycz magno super eo toto, quod olim plebani de Wyssehorzie tenuerunt vndecim marcas et XXVI grossos census annui pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendas excepto vno laneo plebani de Wyssehorzie.)

621. Erhardus et Georgius fratres de Cunstat Boczkoni de Cunstat alias de Podyebrad et suis heredibus Castrum Buzow cum opido ibidem et omnia et singula Bona ad Castrum Spranek spectancia, ac bona et villas infrascriptas, videlicet Lostycz, Vbistow, Podole, Gerzman, Wessele, Jaworowe, Woytyechow, Hwozd magnam, Hwozd paruam, Lydmirow, Milkow, Ospielow, Swoyanow, Blazow, Kaderzin, Kozow, Bezdyekow, Hradnycze cum dictorum bonorum et villarum agris cultis et incultis, hominibus, redditibus, censibus, prouentibus, aquis, riuis, fluminibus, montibus, vallibus, siluis, Rubetis, nemoribus, piscinis, Molendinis, Curijs allodialibus, metis, limitibus, grenicijs et notanter cum Jurepatronatus ecclesiarum parrochialium et generaliter cum omnibus dictorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus constiterint seu quali-

[1]) *Dieses Wort ist von einer anderen späteren Hand auf einer ausgekratzten Stelle geschrieben.*

[2]) *Der Schluss dieser Einlage von „et eandem Annam“ bis zu Ende ist durchstrichen und am rechten Rande steht von einer anderen späteren Hand die Note: „hec delecio non preiudicat.“*

1408. buscumque specialibus vocabulis possunt nunccupari, quemadmodum predicta bona omnia et singula ab alijs bonis circumadiacentibus antiquitus sunt (distincta?) pleno Jure et dominio, nichil sibi heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis uel dominij in bonis iam dictis reseruantes, prout pater eorum et ipsimet dicta bona pacifice tenuerunt, nichil prorsus excluso, vendiderunt hereditarie possidenda.

622. Erhardus et Georgius fratres de Cunstat Boczkonem de Cunstat alias de Podyebrad ipsum solum absque heredibus susceperunt ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum ad hanc Czudam Olomucensem spectancium Tali tamen condicione notanter apposita, Quod in casu, quo fratres predictos Erhardum et Georgium non relictis post se heredibus mori contingeret, quod tunc Bona supradicta ad dominum Boczkonem libere deuoluantur.

623. (Johannes dictus Ptaczek de Byrkenstein Gytcze de Cunstat Conthorali sue In et super villis et bonis suprascriptis videlicet Municionem Honczowicz cum villa ibidem et curia duarum araturarum, villa Brzezowa cum Molendino, flumine et siluis, et villa Mezyczie in eo toto, quidquid ibidem habet, cum omnibus et singulis dictorum bonorum pertinencijs, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, molendinis, piscinis, piscacionibus, fluminibus, venacionibus, aucupacionibus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruando aut pro se quidquam Juris aut proprietatis excipiendo, In hijs omnibus supradictis Mille sexagenas grossorum Pragensium racione veri dotalicij deputauit, dedit et intabulauit, Et si quid in dictis bonis deficeret, hoc debet et promisit in alijs suis bonis, que in Morauia obtinet, omnino supplere, ut ipsa Gytka pro suo dotalicio dictas mille sexagenas habeat integraliter et ex toto, Et hoc ipse Johannes Ptaczko promisit vtique facere pro se et heredibus suis, Et Erhardus de Cunstat frater eius illud suscepit dotalicium.)

624. Dorothea de Damborzicz, Relicta olim Onssonis, Petrum de Damboricz fratrem suum germanum suscepit in veram vnionem super centum sexagenis grossorum sui dotalicij, quod in Przestawlk habet.

(F. XL. v.) 625. Hinko de Ronow alias de Lethowicz Margarethe de Cunstat Conthorali sue In opido superiori Lethowicz sito retro flumine super hominibus censualibus ibidem Sexaginta sexagenas grossorum census annui in Sexingentis sexagenis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et si quid ibi deficeret, hoc debet in suis alijs bonis adimplere, Et Erhardus de Cunstat frater eius illud suscepit dotalicium.

626. (Gyrzik de Pawlowicz Offcze vxori sue In et super Municione Radkow et villa ibidem et Curia et super Molendino, dicto Snyehotskem, siluis, pratis, fluminibus et super bonis mobilibus ducentas et quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, et Petrus Jechanecz de Oduncze illud suscepit.)

627. Gyrzik de Pawlowicz Petrum dictum Jechanecz de Odoncze suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

628. Wytko de Lhota Gyrzikoni de Paulowicz et suis heredibus In Radeczna super quinque laneis dimidiam alteram marcas census annui cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendas. 1408.

629. (Wenceslaus et Otyko fratres de Lytopeczen Artlebo de Wetherzow et suis heredibus et domine Margarethe vxori sue Municionem Prosenycze cum villa ibidem et Curia allodiali et pomerio, hominibus, censibus, agris cultis et incultis, pratis, siluis, piscinis, Molendino, fluminibus, riuis et alijs suis pertinencijs vniuersis et vtilitatibus, in quibuscumque consistunt rebus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et heredibus suis aut Successoribus Juris, proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

630. (Katherina Relicta olim Marquardi de Sobyessyn Elscze Relicte olim Jessikonis Pykna de Hradistko ducentas sexagenas grossorum sui dotalicij, quas habuit in villis Wytoschow et Habrowa super hominibus, censibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis et alijs eorum pertinencijs vendidit possidendas ipso Jure, quo sola tenuit.)

631. (Elska Relicta olim Jessikonis Pykna de Hradistko Jessikonem filium suum ac Katherinam Relictam olim Marquardi de Sobyessin et Annam Relictam Jaroslai Schelmberg sorores suas suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, videlicet ad ducentas sexagenas grossorum, quas in Wytoschow et Habrawa habuit cum suis pertinencijs.)

632. Theodericus de Spraneka Margarethe vxori sue In Sborowicz super Tribus laneis et vna curticula quinque marcas grossorum census annui Jure veri dotalicij dat et assignat transferendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim in Drazegowiczkach habuit, et Marquart Brazda de Srbecz illud suscepit, Et ipsa Margaratha priori suo dotalicio, quod habuit in Drazegowyczky omnino renuncciat volens solum de presenti dotalicio contentari.

(F. XLI. r.) 633. Odpor[1]) Katherina de Kozussow, vxor Beneskonis, contra Wokonem de Kozussow facit odpor et dicit, quod Bona illa, super quibus ipse Woko Wiskonem et Swatoborium ad vnionem suscepit, sint sua hereditas, quodque predicta bona sunt ad eam post obitum Swatoborij fratris sui indiuisi legittime deuoluta.

634. Katherina de Kozussow Benesskonem de Wyczkow maritum suum suscipit ad veram vnionem sui tocius dotalicij, quod habet in Bernow.

635. (Kalynka de Honyeticz Wlczkonem fratrem suum germanum ad sui dotalicij, quod habet in Honyeticz, veram vnionem suscepit.)

636. Margaretha de Melicz Theodericum de Spranek maritum suum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Suleschowicz.

637. Byetka et Anna virgines Sorores de Morawan Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus in Morawan Curiam allodialem cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, et duas Curticulas cum omnibus eorum pertinencijs, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruantes Juris, proprietatis uel dominij, vendiderunt hereditarie possidendam.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1408. 638. (Byetka et Anna virgines sorores de Morawan Almuzoni de Kunkowicz et suis heredibus in Mostyenycz Curiam allodialem, medium laneum et vnam curticulam cum eorum pertinencijs vniuersis, nichil ibidem sibi reseruantes, pleno Jure et dominio vendiderunt hereditarie possidendam, prout sole post mortem patris earum possederunt, *et ipse virgines renuncciant omni Juri in supradictis bonis eis competenti, et si superius in tabulis terre reperirentur, debent deleri et nullum habere vigorem, quia quesita sunt et inuenire non potuerunt.)*

639. Onsso de Kunkowicz Almuzoni et Slawassoni fratribus de Kunkowicz et eorum heredibus omnia bona sua hereditaria, que habet in Nyetkowicz, cum suis vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem reseruando dat et intabulat de sua libera voluntate Jure hereditario possidenda.

640. (Katherina Relicta olim Rudoltonis de Czerweneho pueros suos suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Trubky.)

641. (Hinco de Ronow alias de Lethowicz Wytoslao de Wodyerad et suis heredibus et Successoribus Municionem in Jarohnyewicz cum villa ibidem tota, ac Curia allodiali, agris cultis et incultis, ac Jurepatronatus ecclesie ibidem, Molendino, lacubus seu stagnis, fluminibus, riuis ac limitibus, Item in Dubnanyech Curiam cum omnibus hominibus censuantibus et non censuantibus, agris cultis et incultis, ac limitibus ac alijs pertinencijs vniuersis, excepto dumtaxat dotalicio matris sue, Item villam Mokronossy totam cum Curia, agris cultis et incultis, piscina, riuis, siluis, pratis, limitibus et loco vbi quondam fuit Municio, Item in Lhota quinque laneos censuales et vnam thabernam braxatilem, cum siluis, rubetis, communitatibus, fontibus, riuis, limitibus, et alijs vniuersis predictorum bonorum et Curiarum pertinencijs, vtilitatibus et prouentibus, in quibuscumque rebus consistunt, seu qualibuscumque (F. XLI. v.) specialibus vocabulis nunccupantur, prout eadem Bona omnia et singula ab alijs bonis circumadiacentibus ab antiquo sunt (distincta?) cum pleno Jure et dominio, nichil sibi heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij penitus reseruando, vendidit Jure hereditario possidenda.)

642. Myksso de Zarussek Johannem de Zarussek patruum suum suscipit ad veram vnionem omnium suorum bonorum, que habet in Zarussky et in Kozussicz.

643. (Welislaus dictus Wlassak Manye vxori sue legittime In magna Senycz super Curia allodiali pratis et eius vniuersis pertinencijs et super rebus mobilibus, que wlgariter dicuntur Nadbyt, Septuaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dedit et deputauit, Sobyehrdone fratre Welyslai predicti indiuiso ad hoc consenciente, Et Mykulass de Slupna residens in Zaworicz frater Manye illud suscepit dotalicium.)

644. (Petrus de Zekrztomyle Anne vxori Johannis de Zekrztomyle In villa Zekrztomyl super illa Curia, in qua fuit Aduocacia super vno laneo et agris cultis et incultis et pomerio et alijs dicte Curie pertinencijs vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Benessius de Logowa illud suscepit.)

645. (Smylo de Cunstat alias de Luczan Michaeli dicto Raruczek Ciui Olomucensi et suis heredibus In magna Senycz Quindecim laneos, vigintiquinque marcas grossorum census annui soluentes, et cum hominibus dictos laneos tenentibus pleno Jure et dominio cum eorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque sunt (sic) rebus consistunt, Nichil sibi heredibus et Successoribus suis in dictis laneis et supradicto censu viginti quinque marcarum Juris, proprietatis aut dominij reseruans vendidit Jure hereditario possidendos, Tribus thabernis ibidem inclusis, quas eciam sibi et heredibus suis Jure hereditario vendidit possidendas.) 1408.

646. (Smylo de Cunstat alias de Luczan Sulikonem de Conycz Auunculum suum suscipit in veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in magna Senycz illorum dumtaxat bonorum, que resultant vltra quindecim laneos et tres thabernas Michaeli Raruczek Ciui Olomucensi et suis heredibus venditas, Et eciam prefatus Smylo suscipit eundem Sulikonem ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum ad hanc Czudam Olomucensem spectancium.)

647. (Michael dictus Raruczek Jeskonem de Malcze sororinum suum et eius heredes suscipit in veram vnionem vigintiquinque marcarum grossorum census annui et trium thabernarum cum eorum pertinencijs, que habet in magna Senycz super XV laneis, et ad hanc eciam vnionem Annam et Vrsulam sorores fratrueles suas suscepit.)

(F. XLII. r.) 648. (Wilhelmus de Sobaczow Sdencze Conthorali sue transducendo ipsam et pueros suos, quos cum ipsa habuit, de bonis hereditarijs, que prius in Zdyetyn in Curia et duobus laneis censualibus et duabus curticulis a patre ipsius tenuit et habuit, Jam vero hereditates suas et bona, que habet in Sobaczow, videlicet Curiam, que fuit quondam Erhardi de Cunstat, Tres curticulas, vnum quartale agrorum censuale, Molendinum, prata, siluas cum omnibus ipsius Curie pertinencijs, Item aliam Curiam, quam ibidem a patre suo obtinuit et habuit, et quatuor curticulas vnam thabernam cum pratis, siluis et alijs ipsius secunde Curie pertinencijs, ac cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruans, prefate Sdencze vxori sue et pueris, quos cum ipsa habet, loco priorum hereditatum dat et intabulat Jure hereditario possidenda, Et Mikulass de Chudobyn et Sobyehrd de Strzyetess illud susceperunt dicentes, esse bonum ipsius Sdencze et puerorum.)

649. (Mikulass de Dubnycze Vrsule vxori sue In Olssan super Curia, quam ipsemet tenet et super medio laneo prope dictam Curiam iacente, cum vno orto et vno prato[1]) ad dictam Curiam spectante et alijs ipsius pertinencijs Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Et Johannes niger de Domamyslicz illud suscepit.)

650. (Seborius de Dubczan, Wenceslao de Zwole et suis heredibus In Wyeczomyericz Sextumdimidium laneos censuales et duas curticulas pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil sibi heredibus et Successoribus suis in dictis laneis et curticulis Juris,

[1]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden zwei Worte „et alijs" sind durchstrichen.*

1408. proprietatis aut dominij reseruando vendidit Jure hereditario possidendos, Et ad hanc Intabulacionem magister Johannes de Dubczan frater suus, Jessko de Zyrotin, Vlricus de Lhota, Czenko de Wyeczomyericz et Johannes de Rzymycz sui congressarij consenserunt. *Et si superius ipsa Bona reperirentur in tabulis debent deleri et nullum habere vigorem.)*

651. (Wenceslaus de Zwole Elscze Conthorali sue In Wyeczomyericz super dimidio sexto laneis censualibus et duabus curticulis Septem marcas grossorum census annui in Septuaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et Petrus de Plumnow Supremus Camerarius Czude Olomucensis illud suscepit.)

652. Wlczko de Tuczyn Anne filie Theodrici de Rychnberg Conthorali sue in Tuczyn super media Curia et quinque quartalibus agrorum Triginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dedit et deputauit, et Theodricus de Kostelecz illud suscepit dotalicium.

653. (Johannes dictus Woyna de Krzstyetyn Anne vxori sue In et super villa Vnerazy tota et Curia ibidem et in Bezdyeczye tota villa super hominibus censualibus Agris cultis et incultis dictorum bonorum et Curie, fluminibus, molendino et alijs vniuersis eorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, nichil prorsus excluso, pleno Jure et dominio Centum et quinquaginta sexagenas grossorum racione veri dotalicij dat, deputat et assignat, Et Wanko de Myrow frater eius illud suscepit.)

(F. XLII. v.) 654. Margaretha Relicta Knabonis de Tyessan Illam vnionem videlicet Spolek, quam cum suis pueris in Tyessan villa super Curia, pratis et Curticulis habuit, prorsus dimittit, Illaque bona eisdem suis pueris dat et assignat Jure hereditario possidenda, nichil ibidem sibi reseruando.

655. Margaretha de Drzowicz Wenceslaum de Chomutowicz maritum suum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Drzowicz.

656. (Wenceslaus de Chomutowicz Margaretham de Drzowicz vxorem suam suscepit in veram vnionem super Curia et Molendino in Chomutowicz cum pratis, siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis.)

657. Erhardus et Vlricus fratres de Lestnycz cum omnibus eorum bonis, que vbicumque habent, ad inuicem sunt congressi.

658. Gerussye Relicta olim Smylonis de Lestnycz Erhardum et Vlricum de Lestnycz filios suos suscipit in veram vnionem sui dotalicij, quod in Bolelycze et alibi vbicumque habet et in Opatowicz.

659. Jessko et Marsso fratres germani de Vgezd Philippo de Vgezd et suis heredibus porciones suas, que in bonis et villis Vgezd et Zakrow et duabus curijs allodialibus ibidem et Jurepatronatus ecclesie ibidem in Vgezd et hominibus censualibus, fluminibus, pratis siluis, ad eos sunt post mortem patris eorum legittime deuolute, cum omnibus et singulis dictarum villarum et Curiarum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij reseruantes, prout ad ipsos post mortem patris eorum sunt deuolute vendiderunt Jure hereditario possidendas.

660. Boczko de Cunstat alias de Podyebrad Tassoni de Prussynowycz et suis heredibus opidum Potstat cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, Hradistye eciam appellatum Potstat cum Curia, Item villas Przedhradye, Bankow, Borzkow cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, villam Herzmanycze, villam Zygarticze, villam Rudolticze cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, villam Bernow cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, villam Lytugal cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, villam Milowany cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, villam Lydnaw cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, villam Lybomyrz cum Jurepatronatus ecclesie, villam Spalow cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, Item villam Kyzlerow, villam Kowarzow et villam dictam Paddessat lanow iacentem ante Ciuitatem Potstat, cum omnibus et singulis dictorum bonorum et villarum hominibus, censibus, redditibus, et Aduocacijs, que sunt in bonis predictis, et Curijs allodialibus, agris cultis et incultis, Molendinis et Trawnyky, piscinis, riuis, fluminibus, aquis, pratis, pascuis, siluis, montibus, vallibus, venacionibus, aucupacionibus, metis, limitibus, vijs et alijs vniuersis dictorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt seu qualitercumque specialibus nominibus nunccupantur, prout eadem bona ab alijs bonis circumadiacentibus ab antiquo sunt distincta, cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij reseruando, vendidit et intabulauit Jure hereditario possidendam Inclusa eciam aduocacia, in qua Ottyko residet quam tenet liberam, iuxta literam Hrotonis de Cunstat desuper confectam, Et si superius alicubi dicta bona in tabulis terre inuenirentur deleri debent et nullum robur firmitatis obtinere. 1408.

(F. XLIII. r.) 661. Philippus de Paczlawicz Anne vxori sue transducendo ipsam de suo priori dotalicio et hereditate, que habuit in Czessicz, Jam loco illius dotalicij et hereditatis In villa Paczlawicz super curia duarum araturarum, tribus nemoribus, quinque paruis piscinis et vno prato et curticula ac alijs vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Johanne de Paczlawicz fratre suo Stupnyk ad hanc Intabulacionem consenciente, Et Bedricus de Lodyenycz frater Anne illud suscepit dotalicium.

662. Marssiko de Radowiessicz Beneskoni de Laskow et suis heredibus villam Strzyzow totam cum Curia allodiali, pomerio, ortis et cum hominibus, censibus, redditibus, prouentibus, Agris cultis et incultis, pratis, pascuis, Siluis, rubetis, montibus, vallibus, riuis, limitibus, metis et generaliter cum omnibus et singulis eorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando vendidit Jure hereditario possidendam.

663. Jakubko de Rakodaw Margarethe vxori sue legittime In et super villa Myrotky tota et super Curia allodiali ibidem pratis et nemoribus et in Boyanowicz super quinque laneis minus vno quartali et thaberna et toto censu dictorum laneorum, et in Myrotky villa predicta super omnibus robottis, redditibus et prouentibus cum omni pleno et mero dominio, nichil ibidem sibi reseruans, exceptis tribus laneis et tribus curticulis in Bo-

1408. yanowicz et excepto Molendino in Myrotky et piscina ac nemore sito super piscinam eandem, que pro se reresuat, In alijs omnibus supra scriptis Centum et octoginta marcas grossorum eidem Margarethe vxori sue Jure veri dotalicij dat, deputat et assignat, Et Petrus Byelotin frater eius illud suscepit dotalicium, et ad hanc Intabulacionem Raczko Canonicus Chremsirensis et Jenczo de Racodaw, fratres dicti Jacubkonis indiuisi, consenserunt.

664. (Wenceslaus de Kladnyk Katherine de Sobyechleb vxori sue legittime transducendo ipsam de Kladnyk, vbi prius suum dotalicium habuit, In Jarohnyewicz super Curia allodiali et agris omnibus ad eam spectantibus Triginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Benessius de Logow, frater eius, illud suscepit, Et ad hanc Intabulacionem Jacubko de Rakodaw consensit.)

665. Offka, Zwyestonis filia de Obyedowicz, Henrico de Trubek et suis heredibus in villa Kowalowicz quintum dimidium laneos censuales, vnam Curiam allodialem cum duobus laneis, pratis, pascuis, rubetis et alijs pertinencijs vniuersis vendidit Jure hereditario possidendos, Ita quod de dictis bonis viginti grossos Henricus et Michalko predicti annis singulis censuare teneantur plebano in Morkowicz.

666. (Henricus de Trubek Michalkonem de Morkowicz suscipit in veram vnionem bonorum suorum, que habet in Kowalowicz.)

667. Jessko de Blazycz Margarethe vxori sue Ibidem in Blazycz super Curia et tribus laneis et eorum pertinencijs, agris cultis et incultis, Triginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat ac deputat de sua gracia speciali.

(F. XLIII. v.) 668. (Wilhelmus de Sobaczow Hanusskoni nigro de Monte et suis heredibus, omne Jus sui dotalicij, quod sibi in bonis Zdetyn conpetit, prout ab Erhardo de Cunstat habuit, illud videlicet Jus dotalicij, quod Janussie Relicta Zubonis Miksikonis obtinuit, vendidit et intabulauit possidendum.) [1])

669. Andreas de Pawlowicz Elscze Conthorali sue In villa Pawlowicz super tredecim laneis censualibus duodecim cum media marcas grossorum annui census in Centum vigintiquinque marcis grossorum racione veri dotalicij dat, deputat et assignat, Et Sbinko de Drzyenoweho pater eius illud suscepit.

670. (Sbinko de Drzienoweho Dorothee Conthorali Martini de Drahanowicz In et super villa Srnow tota super hominibus censualibus, agris cultis et incultis, Curia, pomerio, et alijs suis omnibus pertinencijs, in quibuscumque rebus consistunt, nichil prorsus excluso, pleno Jure et dominio Centum quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim in Drnowicz habuit, et Boczko de Drahanowicz illud suscepit dotalicium.)

671. Martinus de Drahanowicz Alssoni de Proczkoni fratribus de Cunstat alias de Lyssicz et eorum heredibus In villa Drnowicz vndecim medios laneos censuales, duas Curticulas et Curiam, quam solus tenuit cum omnibus pratis et siluis ad hoc spectantibus, prout ipsemet habuit, cum pleno Jure et dominio, riuis, pascuis, venacionibus et alijs suis pertinencijs vniuersis, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij reseruando intabulauit Jure hereditario possidenda, permutando supradicta bona sua in villa Drahanowicz cum supradictis fratribus Alssone et Proczkone pro ipsorum bonis, quecumque habent in Bossowicz et in Skrzypow, que bona dicti fratres pro bonis in Drnowicz superius nominatis permutarunt. 1408.

672. Herssiko dictus Czalta de Wrahowicz domino Welyzoni plebano in Clynowicz et ipsius fratribus filijs Jesconis de Rakussek et eorum heredibus Molendinum inferius ibidem in Wrahowicz cum omnibus suis pertinencijs, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

673. (Wenceslaus dictus Przikaz residens in Jarohnyewicz Baworoni [2]) de Prus in villa Kladnyk Municionem, Curiam cum dimidio altero laneis, Item dimidium octauum laneos censuales, vnam thabernam, tres Curticulas et medietatem Balnei et cum omnibus et singulis eorum pertinencijs, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, fluminibus, metis, limitibus cum pleno Jure et dominio, nichil in suprascriptis bonis Juris, proprietatis uel dominij sibi heredibus aut successoribus suis reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. XLIV. r.) 674. (Philippus de Paczlawicz Mixikoni de Chudobin et suis heredibus In Tyessyczkach villa Curiam Allodialem, dimidium tercium laneos aratiles, Item quintumdimidium laneos censuales ibidem, et duas Curticulas soluentes, cum omnibus eorum pertinencijs, obuencionibus et vtilitatibus, censibus, redditibus, Robottis, agris cultis et incultis, pratis, fluminibus, pascuis, limitibus, grenicijs et alijs eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi, heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij reseruando, quemadmodum dicta bona solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.)

675. Margaretha de Schuczendorff, Conthoralis Paulikonis de Sowynecz, eundem Pauliconem maritum suum suscepit ad veram vnionem omnium illorum, que a Bernhardo Hecht patre suo obtinet et in tabulis terre continentur.

676. (Pauliko de Sowynecz Margaretham de Schuczendorff Conthoralem suam suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum hereditariorum et Castri Sowynecz, que dumtaxat sunt de porcione sua, ad hanc Czudam Olomucensem spectancium, Et hec vnio debet tamdiu durare, donec Trecente marce grossorum eidem Margarethe in hereditatibus liberis fuerint pro dotalicio assignate et deputate.)

677. Mixiko de Chudobin Stephano filio suo de Chudobin et suis heredibus pro porcione paterna In villa Tyessyczkach Curiam Allodialem, dimidium tercium laneos Aratiles, Item dimidium quintum laneos censuales ibidem et duas curticulas soluentes cum eorum vniuersis pertinencijs, obuentionibus et vtilitatibus, censibus, redditibus, Robottis, Agris cultis et incultis, pratis, fluminibus, pascuis, limitibus grenicijs et alijs eorum pertinencijs, pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi

[1]) *Die im Orig. Ms. nachfolgende Einlage ist ganz ausgekratzt.*

[2]) *Die im Orig. Ms. nachfolgenden vier Worte „et Martino fratribus germanis“ sind ausgekratzt.*

1408. et alijs heredibus aut Successoribus Juris, proprietatis aut dominij reseruans, dedit et intabulauit hereditarie possidendum.

678. Stephanus de Chudobin Mixikonem de Chudobin patrem suum suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum cum eorum pertinencijs vniuersis, que habet in villa Tyessyczkach, nichil prorsus excluso.

679. (Hanussko niger de Monte Skoncze vxori sue In villa Zdyetyn super Curia et agris omnibus ad ipsam spectantibus cultis et incultis, siluis, pascuis, nichil in eadem Curia sibi reseruando, Sexaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat de gracia speciali.)

(F. XLIV. v.) 680. Johan de Wranowicz Dyetochoni de Lylcz et suis heredibus In villa Pornycz tres medios laneos et Jus suum hereditarium, quod sibi competit in illa Curia, quam Offka vxor Janussonis racione sui dotalicij tenet hoc, quod concernit ipsum racione hereditatis dicte Curie in Siluis, pratis, riuis, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruando aut suis heredibus, Jure hereditario vendidit possidendum.)

681. Zymsel de Smrzycz Hanussio de Smrzycz, tunc Vitrico ecclesie ibidem, In Smrzicz Curiam, tria quartalia Agrorum, duos pratos (sic) et ortum cum eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidenda eidem Hanussio (et suis heredibus) ac Margarethe vxori Hanuschij supradicti et eorum heredibus.

682. (Illustrissimus princeps dominus Jodocus Marchio Brandenburgensis et Morauie Wokoni de Holstein et suis heredibus Municionem Bohuslawicz cum villa ibidem Bohuslawicz, cum theloneo iusto ibidem, Item villam Nemoczynky, medietatem ville Lowyssek cum omnibus bonis ad dictam Municionem et villas predictas spectantibus, cum Siluis, nemoribus, riuis, piscinis et cum Jurepatronatus ecclesie in Bohuslawicz et cum pertinencijs omnibus et singulis bonorum supradictorum, pleno Jure et dominio dedit et intabulauit hereditarie possidendam, Et hec Intabulacio ad Relacionem Johannis de Lompnicz ex parte domini Marchionis ad tabulas missi est facta.)

683. (Wok de Holstein Katherine Conthorali sue Super Municione Bohuslawicz et Curia in Bohuslawicz, censibus pecuniarijs ac robottis et alijs redditibus vniuersis et theloneo ac Molendinis, vineis, piscinis, siluis, nemoribus, pratis, Riuis fluentibus et non fluentibus et super medietate ville Lowyssek ac siluis et alijs dicte medie ville pertinencijs, et super Nemotynek tota, siluis et alijs omnibus dicte ville pertinencijs, ac metis et limitibus et pertinencijs vniuersis bonorum predictorum, nichil ibidem sibi reseruando, Sexingentas sexagenas grossorum Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dat deputat et assignat, Et Wenceslaus de Misliboricz illud suscepit dotalicium.)

684. Hinko de Petrowicz Wokoni de Holstain et suis heredibus, Jus suum hereditarium, quod in villa Schyssnowka, quod sibi in duobus laneis ac piscinis compecijt, et similiter omne Jus suum hereditarium, quod sibi in villa Luczsko conpetit, vendidit hereditarie possidendum. 1408.

685. Dyetoch de Lylcz Bartossio de Slezan et suis heredibus In villa Poczenycz Septem laneos censuales, quatuor Curticulas, vnam thabernam cum omnibus suis pertinencijs, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendos.

Nota. Bartossius de Slezan pro se et suis heredibus renuncciat quatuor laneos et thaberne in Poczenycz, quia illa intabulata.....(sic.)

686. (Karolus de Oppatowicz Dorothee Conthorali sue In villa Lazynka super quinto dimidio laneis, duabus thabernis, vna curticula, Molendino, piscina, pomerio ac Nemoribus et eorum pertinencijs Septuagintaquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat, deputat et assignat, nichil ibidem sibi Juris reseruans, Et Zicho de Slapanicz illud suscepit dotalicium.)

(F. XLV. r.) 687. Doman de Kokor Dorothee vxori sue In Mezycz super Curia et vno quartali agrorum prope Curiam eandem iacente et silua dicta Luh ac pratis ad ipsam Curiam pertinentibus cum omnibus ipsius Curie pertinencijs Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Transferendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim in Rokytnycz habuit, et Artlebus de Selytek frater eius illud suscepit dotalicium.

688. Doman de Kokor Bartossium de Kokor fratrem et pueros suos suscipit ad veram vionem bonorum suorum, que in Mezycz (Sobaczow Chudobyn[1]) et in Paterzyn habet.

689. Petrus de Plumnow, Supremus Czude Olomucensis Camerarius, Anne vxori quondam Herborti de Chylecz In Styenawa super hominibus censualibus tres marcas grossorum annui census in Triginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

690. (Petrus de Crawarn alias de Plumnow, Supremus Czude Olomucensis Camerarius, Karlikoni de Opatowicz et suis heredibus Bona sua in Crumpsyn videlicet Curiam allodialem cum hominibus, agris cultis et incultis, censibus, redditibus, pascuis, pratis, siluis, Rubetis et cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, duabus thabernis, duabus Curticulis ac cum pleno dominio et pertinencijs vniuersis, quemadmodum dicta Bona ipse conparauit ac tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidenda.)

691. (Johannes de Morawan miles Anne de Byelowicz vxori Bohunkonis de Hrossky In Wlkoss super illis ducentis marcis grossorum, quas ipse Jure dotalicij in bonis eiusdem obtinet, Centum marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, (iuxta terre Morauie consuetudinem[2]), Et Jan Czerny de Domamyslicz frater Anne illud suscepit.)

692. Hermannus de Ratay Mikulassoni de Netczycz et suis heredibus Ibidem in Netczicz Curiam et quartale agrorum, mediam marcarum grossorum annuatim

[1]) *Die hiezu gehörige und im Orig. Ms. am Schlusse der Einlage von einer andern Hand beigefügte Note lautet: „Ista abolicio non nocet alijs scriptis.“*

[2]) *Im Orig. Ms. steht am Schlusse der Einlage die dazu gehörige und von einer Hand geschriebene Note: „Cancellacio ista non debet nocere alijs.“*

1408. censuans, cum pratis, siluis, nemoribus et alijs suis pertinencijs vniuersis, nichil ibidem sibi reseruans, pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.

693. (Anna vxor olim Herbordi de Chylecz Petrum de Lyboswar fratrem suum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Styenawa.)

694. (Wenceslaus de Zakrzowicz Bernhardum et Paulum fratres suos patrueles de Plotysst et Nicolaum de Nedwyezyeho suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in Zakrzowicz, prout Jure terre obtinuit eadem.)

695. (Wytoslaus de Wodyerad Johannem de Wodyerad fratrem suum suscipit ad veram vnionem cum suorum bonorum vbilibet habitorum ad hanc Czudam Olomucensem spectancium et eciam ad hanc vnionem Petrum et Boczkonem de Wodyerad fratrueles suos suscepit.)

(F. XLV. v.) 696. (Johannes de Przestawlk Sdenkoni de Wezek et suis heredibus In villa Prziestawlk Curiam superiorem cum siluis, pomerio, agris cultis et incultis, pleno Jure et dominio et vniuersis dicte Curie pertinencijs (nichil ibidem sibi reseruans, Item in villa Dobrczycz Septem laneos cum vno quartali) et dimidiam (alteram [1]) curticulam in Dobrczicz cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, dedit et intabulauit hereditarie possidendam.)

697. (Anna de Wezek sana tunc corpore existens coram domino Jodoco Marchione Sdenkonem de Nyczkowicz maritum suum ad sui dotalicij, quod habuit (in Wyezka et [2]) In Laznykach veram vnionem suscepit, sed ante apercionem tabularum morte est preuenta, Ipse vero dominus Marchio per Benessium de Quassicz huiusmodi vnionem fecit intabulari.)

698. (Sdenko de Wezek et Sigismundus de Orzechoweho et Sdenko de Nyczkowicz cum bonis eorum infrascriptis ad inuicem sunt congressi, ipse Sdenko de Wezek cum omnibus suis bonis, que habet in Wezek, et Sigismundus cum bonis suis, que habet in Orzechowe et rebus mobilibus Nadbyt nunccupatis, et Sdenko de Nyczkowicz cum suo dotalicio, quod in Wyezka et in Laznykach obtinet, et cum alijs suis hereditatibus vbilibet habitis et rebus mobilibus, que nadbyt vocantur.)

699. (Michael dictus Kassan de Hartmanycz Matusskonem de Strabenicz et Mixikonem de Gerspicz suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum ad hanc Olomuczensem Czudam spectancium.)

700. (Katherina dicta Sczastna de Herolticz Katherinam filiam suam suscipit ad veram vnionem suorum bonorum hereditariorum, que habet in Herolticz.)

701. (Katherina dicta Sczastna de Herolticz Johannem de Lompnicz facit verum Commissarium bonorum suorum, que habet in Herolticz et eciam Katherine orphane filie sue.)

702. Johannes dictus Gezdon de Lyboswar Petrzikoni de Lyboswar fratri suo et suis heredibus In Liboswar porcionem hereditariam ad ipsum per obitum 1408. patris sui deuolutam videlicet super Curia ibidem in Lyboswar et hominibus ac piscinis et aquis ad hoc spectantibus, necnon super siluis, pratis et alijs omnibus suis pertinencijs ad hanc villam spectantibus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus ibidem (sic) reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

703. (Benessius de Chudobyn Mendlikoni de Griffenberg et suis heredibus villam Drazegowicze totam cum Curia allodiali, Molendino, pratis, Riuis, agris cultis et incultis, pleno Jure et dominio et pertinencijs vniuersis et singulis, nichil ibidem sibi reseruans, excepta vna sola curticula, et in Sulessowicz Curiam cum vna thaberna et duabus curticulis pleno Jure vendidit hereditarie possidendam, incluso paruo luco ibidem in Sulessowicz.)

(F. XLVI. r.) 704. Odpor.[3]) Dominus Johannes plebanus in Grelicz quemadmodum circa citaciones[4]) factas contra Medlikonem de Wrahowicz fratrem suum fecit odpor, Ita nunc contradicens et faciens odpor, tamquam frater eius senior pro eo, quod in Drzowicz bona sunt in ipso Medlikone Jure terre obtenta, et cum Medlico sit etate Junior ipse quam dominus Johannes frater senior, non potuit Medliko perdere bona sua.

705. Mendlyk de Ryzemberg Johanni de Kralicz dicto Czech de Traplicz et suis heredibus villam Drazegowicze totam cum Curia allodiali, Molendino, pratis, Riuis, Agris cultis et incultis, pleno Jure et dominio ac pertinencijs vniuersis et singulis, excepta vna sola curticula, nichil ibidem sibi reseruans, Et in Sulessowicz Curiam cum vna thaberna, duabus Curticulis, et paruo luco, nichil ibidem sibi reseruans Juris et proprietatis, pleno Jure vendidit hereditarie possidendam.

706. Odpor.[5]) Bartoss de Slezan contra illa Bona, que Johannes de Kralicz dictus Czech de Traplicz a Mendlicone emit facit odpor, et dicit, quia ipse Johannes pingnus suum comparauit, et anni nondum transiuerunt.

707. Anna Relicta Woytyechonis de Meylicz Omne Jus dotalicij sui, quod in hereditatibus Katherine dicte Sczastna in Herolticz habuit, quas quidem hereditates ipsa Katherina Jure terre obtinuit, liberum prorsus dimittit eidem Katherine et eidem dotalicio renuncciat.

708. Johannes de Kralicz dictus Czech de Traplicz Protywczonem de Zastrzyzl facit verum Commissarium omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et eciam suorum puerorum.

709. Karolus de Opatowicz Vlrico de Lessan et suis fratribus indiuisis et eorum heredibus Bona sua in Crumpsin, videlicet Curiam allodialem et Sex laneos cum hominibus, censibus, redditibus, robottis, Agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, rubetis, aquis, montibus, Riuis, vallibus, venacionibus, duabus thabernis, duabus curticulis ac Jurepatronatus ecclesie ibidem, limitibus, metis, pleno Jure et dominio et pertinencijs

[1]) *Die hiezu gehörige und von einer andern Hand am Schlusse der Einlage beigefügte ebenfalls durchstrichene Note lautet: „Ista abolicio non nocet alijs scriptis.“*

[2]) *Zu diesen drei durchstrichenen Worten gehört die am rechten Rande von einer anderen Hand beigefügte Note: „Ista abolicio non nocet alijs scriptis.“*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[4]) *Die im Orig. nachfolgenden zwei Worte „fecit odpor“ sind als hieher nicht gehörig unterpunktirt.*

[5]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1408. vniuersis, quibuscumque nominibus censeantur, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando vendidit hereditarie possidenda.

710. (Dorothea de Selutycz Domanonem de Kokor maritum suum et Bartossium de Kokor eiusdem sui mariti fratrem et eorum heredes suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Rokytnycz, videlicet super quatuor sexagenis grossorum annui (sic) in quadraginta sexagenis grossorum.)

711. Boczko de Zelicz Henrico de Sobyebrzuch et suis heredibus et domino Wlczkoni presbitero fratri eiusdem Henrici villam Wrbyczy totam, cum Curia de duabus araturis, hominibus censualibus, agris cultis et incultis, pascuis, siluis ac Municione ibidem et reseruaculis, que dicuntur halterzy, et alijs vniuersis suis pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque sunt rebus, pleno Jure et dominio nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit Jure hereditario possidendam.

(F. XLVI. v.) **712.** Odpor[1]) Johannes de Schonwald ex parte puerorum Bohussij olim de Schonwald occasione bonorum in Trssicz contra Laczkonem de Crawarn facit odpor pro ut anno preterito fecit et in tabulis terre continetur.

713. (Jodocus Marchio Morauie Recongnouit, quod Sudko de Zakrzowicz sanus tunc existens corpore in eius constitutus presencia et coram eo Annam filiam suam et Johannem de Smrzow, Burgrauium in Byela, suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que in Marchionatu Morauie habet, Qui quidem dominus Marchio defuncto Sudkone iam dicto per Erhardum de Cunstat hanc vnionem fecit et mandauit intabulari.)

714. Odpor.[2]) Wenceslaus de Zakrzowicz facit odpor contra Johannem de Smrzow Burgrauium in Byela et Annam vxorem suam occasione bonorum in Zakrzowicz et dicit, quod ipsa Bona sint hereditas sua, et de hoc refert se ad libros Officialium Czude minoris Olomucensis, quia bona eadem in Zakrzowicz Jure terre per sentenciam Baronum terre Morauie sunt ei adiudicata, super quibus per officiales est inductus et demum bona predicta sunt ei adhereditata, prius quam Sudko de Zakrzowicz ad ipsorum bonorum suorum vnionem prefatum Johannem de Smrzow et Annam predictam recepit.

715. Odpor.[3]) Benessius de Podole facit eciam odpor contra Johannem de Smrzow et Annam vxorem suam dicens, quod in bonis Zakrzowicz Jus melius sibi conpetit, quam ipsis.

716. Hinko de Ronow alias de Lethowicz renuncciat bonis Jarohnyewicz, Dubnany, Mokronossi et in Lhota quinque laneorum et thaberne cum pertinencijs dictorum bonorum, quia bona supradicta Jure hereditario possidenda vendidit et intabulauit Wytoslao de Wodyerad et suis heredibus et dicit, quod per amplius nullum Jus in ipsis bonis eidem Hinkoni nec suis heredibus aut Successoribus competit, et si inuenirentur in terre tabulis, debent deleri.

717. Bartossius de Slezan Jodoco de Prachowicz et 1408.
Katherine de Chwalkowicz vxori sue et eorum heredibus In villa Poczenycz quatuor laneos censuales et vnam thabernam, que a Dyetochone de Lycz conparauit, cum eorum pertinencijs omnibus pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis in dictis quatuor laneis et thaberna Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

718. (Jodocus Marchio Morauie Jesskoni de Senycz et suis heredibus Jus dotalicij in Doloplaz, quod ad eum per obitum Raczkonis et Zybrzidonis fratrum de Pornycz est douolutum, dedit et intabulauit possidendum eo Jure, quo ad eum est deuolutum, Et hec Intabulacio facta est ad relacionem Smylonis de Luczan, ex parte domini Marchionis predicti ad tabulas terre Nunccij missi, et eciam ad literas patentes eiusdem domini Marchionis.)

719. Jessko de Senycz Johanoni de Wranowicz et suis heredibus Jus dotalicij in villa Doloplaz, quod a domino Jodoco Marchione obtinet, quodque olim Raczko et Zybrzid fratres de Pornicz tenuerunt, vendidit possidendum.

(F. XLVII. r.) **720.** (Stanyko de Vderlicz Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus in villa Senycze Welika Curiam allodialem cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis et alijs suis pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, pleno Jure et dominio vnacum medietate Jurispatronatus ecclesie ibidem, vendidit hereditarie possidendam.

721. (Illustrissimus princeps dominus Jodocus Marchio Morauie Petro de Crawarn alias de Plumnaw et suis heredibus Bona Wlcznow et Vgezd[4]) que dependebant in feudum ab eodem absoluens feudo cum eorum singulis pertinencijs, prout quondam Erhardus de Cunstat eadem tenuit, pleno Jure et dominio nichil sibi heredibus et Successoribus suis reseruans, in veram hereditatem et hereditariam possessionem dedit et intabulauit possidendam, hec Intabulacio ad Relacionem Wilhelmi de Pernstein ex parte ipsius domini Marchionis ad tabulas missi facta est.)

722. Boczko de Cunstath alias de Lestnycz honorabilibus et deo dicatis virginibus... Abbatisse et Conuentui Sanctimonialium Monasterij ad infanciam Saluatoris in Pustymyrz ordinis sancti Benedicti, In villa Swabenycz in porcione sua super quatuor laneis censualibus, tribus thabernis et vndecim minoribus curticulis decem marcas et quatuor grossos census annui cum hominibus censualibus dictos laneos et curticulas tenentibus ac singulis eorum pertinencijs, obuencionibus et prouentibus, in quibuscumque rebus consistunt seu qualitercumque specialibus nominibus nunccupentur cum pleno Jure et dominio nichil ibidem sibi, heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit et intabulauit per ipsam Abbatissam et Conuentum, que nunc sunt uel pro tempore fuerint, Jure hereditario perpetuis temporibus possidendum, hec Intabulacio facta est ad relacionem Wilhelmi de Pernstein ex parte

[1]), [2]) u. [3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[4]) *Die zwei Worte „et Vgezd“ sind ganz durchstrichen und am linken Rande steht von anderen Hand die Note: „Abolicio ista non nocet alijs.“*

1408. domini Jodoci Marchionis Morauie ad tabulas terre missi, Et predictus Boczko de Lestnycz pro se et suis heredibus renuncciat omni Juri, quod sibi in dictis quatuor laneis tribus thabernis et XI curticulis competit, quia extabulari non poterant propter alia.

723. (Jodocus Marchio Morauie Chunato dicto Habart de Sulegowicz et suis heredibus Jus suum in bonis ville Dubrawicz, quod ad eum ex parte illius de Buzow est deuolutum cum omnibus illorum bonorum fructibus et pertinencijs vniuersis dedit et intabulauit possidendum, Et hec Intabulacio ad relacionem Erhardi de Luczan nunccij ex parte ipsius domini Marchionis facta est et ad eius patentes literas.)

724. (Jessko de Senycz Anne Conthorali Medlikonis de Wrahowicz et pueris suis et domino Johanni dicto Gracia, plebano in Kralicz, In villa Lukych octo laneos censuantes annuatim quatuor marcas cum eorum vniuersis pertinencijs et vtilitatibus pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, vendidit Jure hereditario possidendos.)

725. Chunat dictus Habart de Sulegowicz Katherinam conthoralem suam suscepit in veram vnionem super omnibus illis bonis, que Jure domini Jodoci Marchionis Morauie in bonis ville Dobrawicz obtinet cum suis pertinencijs vniuersis.

(F. XLVII. v.) 726. (Katherina dicta Sczastna de Herolticz Petro de Plumnaw et suis heredibus In Herolticz super medio laneo censuali, quem tenet Jan dictus Josta, vnam marcam et quatuor grossos annui census cum pleno Jure et dominio intabulauit hereditarie possidendam.)

727. (Katherina dicta Sczastna de Herolticz Sulikoni de Conycz et suis heredibus In Herolticz super medio laneo, quem Wlczko tenet, mediam marcam et duos grossos annui census pleno Jure et dominio intabulauit Jure hereditario possidendam.)

Quartum Colloquium.

1409. 728. Anno domini Millesimo CCCC° Nono, feria secunda infra octauas Epiphanie domini[1]) de mandato Illustrissimi principis domini Jodoci, Marchionis Brandemburgensis et Morauie, Cellebratum est Colloquium dominorum per nobiles viros dominos Petrum de Plumnaw Camerarium, Erhardum de Cunstat dictum Puska Czudarium Czude Olomucensis Supremos, et Andream Archidiaconum Breczlauiensem, Notarium tabularum terre Morauie, Presidentibus Judicio Nobilibus viris dominis Vlrico de Nouadomo, Wilhelmo de Pernstein, Erhardo de Cunstat alias de Skal, Johanne de Lompnicz, Petro de Straznicz, Alberto filio domini Sdenkonis de Lucaw, Alberto de Towaczow, et Przedborio de Czimburg, Mathussio de Strazist, Sulikone de Conycz, Proczkone et Alssone fratribus de Lyssicz, Wankone de Czernahora, et Hincone de Letowicz et Paulikone et Jeskone de Sowynecz.

729. (Bolka Relicta olim Marquardi de Rossyczyna, dum ad huc viueret, de speciali consensu et voluntate domini Jodoci Marchionis Morauie Wenczeslao dicto Lzyczka de Vhrzecz et suis heredibus omne Jus suum et totum, quidquid in villa Rosczyn habuit, nullo prorsus excluso, dedit et donauit possidendum, Et hanc Intabulacionem prefatus dominus Marchio per nobiles Wilhelmum de Pernstein et Jaroslaum de Sternberg terre tabulis fecit annotari, que quidem presens Intabulacio ad eorum relacionem facta est.) 1409.

(F. XLVIII. r.) 730. (Jan dictus Hlawacz de Ronow Margarethe vxori sue legittime In et super medietate ville Borotyn, Municione ibidem et Siluis et Curia cum eorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus existunt, Centum et quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dedit et deputauit, Et Andreas de Holstain frater eiusdem Margarethe illud suscepit dotalicium.)

731. Wznatha Hecht de Rossicz Jodocum Hecht de Rossicz fratrem suum germanum suscepit ad veram vnionem, que wlgariter dicitur Spolek, Castri Strzielek cum suis pertinencijs et aliorum omnium suorum bonorum, que habet ad hanc dumtaxat Czudam Olomucensem spectancium.

732. (Przibiko dictus Schyp de Schelnberg Elscze Conthorali sue In et super villa Borssicz tota Municione ibidem et Curia et alijs vniuersis ipsius ville solius pertinencijs, in quibuscumque rebus consistunt, ducentas et quinquaginta sexagenas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et si quid ibidem deficeret, hoc debet in Curia ville Spynka iuxta terre Morauie sibi suppleri, Ita ut integraliter dictum suum dotalicium habeat.)

733. Albertus de Czimburg Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus mediam villam Muchnycz cum hominibus censibus agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis et eorum pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excluso, pleno Jure et dominio, prout Jarossius de Hwyezdlicz villam ipsam mediam tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

734. Jessko de Sowynecz alias de Pnyowicz recongnouit et fassus est, quod nullum prorsus Jus sibi et suis heredibus in et super Castro Sowynecz et suis vniuersis pertinencijs competit.

735. Paulus, Alsso, Petrus, Erhardus, Wocko et Proczko fratres de Sowynecz recongnouerunt et fassi sunt, quod ad bona in Pnyowicz et eorum vniuersis pertinencijs nullum omnino ipsis Jus competit, sed neque ipsorum heredibus.

(F. XLVIII. v.) 736. Alsso de Sowynecz et Erhardus de Sowynecz fratres Paulo de Sowynecz fratri ipsorum seniori et eius heredibus omnem ipsorum porcionem, quam in Castro Sowynecz et vniuersis bonis ad id Castrum spectantibus habuerunt, nichil ibidem sibi Juris proprietatis reseruantes, intabulauerunt hereditarie possidendam ac vendiderunt.

737. (Paulus de Sowynecz Margarethe vxori sue legittime In Castro Sowynecz super tribus[2]) porcionibus suis, quas conparauit ab Alssone et Erhardo fratribus

[1]) *d. i. den 7. Jänner.*

[2]) *Dieses Wort ist durchstrichen und darüber steht von derselben Hand „duabus.“*

1409. de Sowynecz et super sua tercia porcione, quam habet ibidem in Castro Sowynecz et super alijs omnibus bonis ad has tres porciones spectantibus in quibuscumque rebus consistunt seu quibuscumque specialibus vocabulis nuncupantur, sit in hominibus uel censibus, Curijs, Molendinis, Curijs [1]) aut siluis, pratis, pascuis, fluminibus, riuis pleno iure Mille marcas grossorum racione veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dat, deputat et assignat, Transducendo ipsam de Trecentis marcis dotalicij, quas prius habuit super Castro predicto Sowynecz ad has mille marcas grossorum, ut debeat solum ipsum dotalicium Mille marcarum habere.[2])

738. Paulus de Sowynecz Erhardum de Cunstat alias de Skal facit verum Commissarium puerorum suorum, si quos habebit, et signanter illius orphani Proczkonis de Sowynecz et bonorum ipsorum.

739. Petrus de Plumnaw, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, Sczastne Katherine de Herolticz vnam marcam et quatuor grossos census annui, quas in Herolticz super hominibus censualibus ab ipsa habuit ac tenuit, eidem Sczastne vendidit Jure hereditario possidendam.

740. (Katherina de Zdanycz Petrum de Konycz suum Sororinum, filium Sulikonis de Conycz, suscipit ad veram vnionem bonorum suorum, que in Zdanycz, in Wyczemilicz et Rohotrze habet cum eorum vniuersis pertinencijs.)

741. Margaretha filia Geblini, vxor Alberti dicti Kuzel de Artlebow, eundem Albertum suum maritum suscipit ad veram vnionem tocius sui dotalicij, quod habet in villa Weterzow, cum suis pertinencijs vniuersis ac siluis piscinis et areis Municionum seu habitacionum, Sedlystye nuncupatorum.

742. Bohunko dictus Valentyn de Magetyn Anne Conthorali sue Super villa Lhotka tota et omnibus piscinis ad Magetyn spectantibus ac siluis eciam ad Magetyn pertinentibus, Quinque marcas census annui in quinquaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat miliorando sibi dotalicium.

743. Albertus de Czimburg pro se et suis heredibus renucciauit bonis Nemochowicz, vbi sibi aut Jarossio de Czimburg intabulata forent.

(F. XLIX. r.) 744. (Jenczo de Przneho Magdalene Conthorali sue In villis Pawlowicz et in Lhota super Sex laneis et duabus Curticulis et in hominibus censualibus, quos habet ibidem, dimidiam octauam marcas grossorum census annui in Septuagintaquinque marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Henricus de Trubek predictum suscepit dotalicium, et ad hanc Intabulacionem consenserunt Paulik, Bartossko et Stacho fratres germani de Przneho Spolecznyczy.[3])

745. (Mykssik dictus Lyska de Chudyechrom Johanonem dictum Dupnyk de Nyetkowicz, Johanonem dictum Prowazek de Lazanek et Przesskonem de Lazanek suscipit ad veram vnionem bonorum suorum, 1409. que habet in Spyssow, nichil excipiendo.)

746. Jan dictus Jucha de Drzowicz Mykssoni de Lessan et Katrussy eius vxori, ac ipsorum heredibus In villa Drzowyczich super vno laneo et vna curticula duas marcas grossorum annui census pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi Juris, proprietatis aut dominij reseruando vendidit hereditarie possidendas, et Jacobus de Crumpsyn frater Stupny ipsius Janonis ad hanc Intabulacionem consensit.

747. Pessko dictus Puklicze de Nyetkowicz Pessikoni de Czechowicz et suis heredibus, et presbitero Bolikoni de Czechowicz fratri suo, In villa Nyetkowicz Curiam allodialem, Thabernam et curticulam et medium laneum cum piscina ac reseruaculo nunccupato halterz, siluis, pratis, pascuis, mero et pleno dominio, nichil ibidem sibi Juris proprietatis uel dominij reseruando aut excipiendo vendidit hereditarie possidendam.

748. Mikulass de Chudobyn Beneschium fratrem suum germanum suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in Sobuotka et alibi vbicumque.

749. Benessius de Chudobyn Mykulassonem fratrem suum germanum de Chudobyn suscipit ad veram vnionem lanei Emphiteotici in Chudobyn, in quo resident duo homines Jan et Procopius.

750. (Jessiko de Crumpsyn Katherine vxori sue legittime in Eywanye super Curia et censu et super alijs omnibus, que habet ibidem, Quadraginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit et assignauit, et Mykeska de Dyedkowicz pater Katherine illud suscepit dotalicium.)

751. (Jessiko de Crumpsin Katherinam vxorem suam cum pueris ipsius, quos habet cum eo, suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum hereditariorum, que habet in Eywanie, nichil prorsus excipiendo.)

(F. XLIX. v.) 752. Hanussius de Mylczan Dorothee vxori sue legittime In villa Nyezkowicz super suis octo laneis censualibus decem marcas census annui in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit ac dedit, transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in Drazeyowicz prope Holessow, Et si quid in dictis octo laneis deficeret, extunc in alijs lancis suis censualibus ibidem in Nyezkowicz debet suppleri, Et Jan Hussie de Crumpsin illud suscepit dotalicium.)

753. Hanussius de Milczan Janonem dictum Hussie de Krumpsin et Zychonem de Nedachlebicz facit veros Commissarios suorum omnium puerorum et bonorum suorum, que habet in Nyezkowicz.

754. Sobyeno de Sborowicz Anne vxori sue In villa Czetochowicz et suis pertinencijs super hereditatibus possessis ad hoc spectantibus decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum deputauit, et de gracia speciali superaddidit, ut ipsa Anna sit in possessione omnium bonorum cum pueris, quos cum

[1]) *Dieses Wort ist im Orig. durchstrichen.*

[2]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer andern Hand die Note: „Queratur alibi in quarto folio.“ Vergl. Einlage Nr. 789 dieses Buches.*

[3]) *Oberhalb dieser Einlage steht von einer anderen späteren Hand die Note zugeschrieben: „Infrascripta extabulacio ex eo facta est quia Henricus de Trubek literam patriarche Anthiocensis Commendatarij ecclesie Olomucensis patentem sub sigillo suo publice exhibuit, in qua litera ipse patriarcha in bonis episcopatus Olomucensis domine Magdalene dotalicium deputat feudalibus et promisit ipse Henricus, quia ipsa Magdalena stat bene de huiusmodi dotalicio contenta, veluti hec in bonis hereditarijs habuit obligatum, ad cuius promissum de consilio Baronum hec extabulacio facta est.“*

1409. ipso Sobyeno habuerit, et quamdiu cum pueris manserit et maritum non duxerit. Si autem cum pueris manere noluerit, aut maritum duxerit, tunc teneat dotalicium suum et alia pueris dimittat, Et hanc Intabulacionem facit predictus Sobyeno transducendo ipsam Annam vxorem suam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in Hostycz, Et Artlebus de Ryczan frater Anne illud suscepit dotalicium.

755. Anna vxor Dobesschij de Ostrata omnes pueros suos sexus vtriusque suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Ostrata a priore suo marito Paulikone.

756. Mixiko de Kokor Anne Conthorali sue legittime In villa Kokor in porcione sua, quam habet ibidem super duobus laneis censualibus et super vno laneo ad Curiam spectante, Item super dimidia tercia thaberna, tribus ortulanis et super quarta parte Molendini, ac pratis, pascuis, aquis et alijs eorum pertinencijs, prout ipsemet solus tenuit, Quinque marcas grossorum census annui in Quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij deputauit, Inclusis robottis ad illum laneum, qui spectat ad Curiam, pertinentibus, Et hanc Intabulacionem facit, transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in porcionibus fratrum suorum in Kokor, Et Wanko Prasse de Trzku hoc suscepit dotalicium.

(F. L. r.) **757.** Odpor.[1]) Jan de Schonwald Commissarius puerorum Bohussij de Schonwald facit odpor contra Laczkonem de Crawarn de bonis Trssicz ex parte predictorum puerorum Bohussij.

758. Wanko dictus Prassie de Trzka et Henricus de Radkow Boczkoni de Cunstat alias de Lestnycz et suis heredibus in villa Opatowicz in parte inferiori, quidquid habuerunt cum hominibus censualibus et Molendino ac duabus partibus Jurispatronatus ecclesie ibidem cum hereditatibus, eciam super quibus Anna Relicta quondam Frankonis suum habet dotalicium, cum pleno Jure et dominio, Item villam Brthowye totam et cum hominibus dictorum bonorum, agris cultis et incultis, pratis, pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis, nichil ibidem sibi Juris, proprietatis uel dominij in dictis bonis reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.

759. (Katherina de Klobuk Jacobum maritum suum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Swatoboricz super tercio dimidio laneis cum agris, pratis et alijs suis pertinencijs vniuersis, et huius dotalicij Quinquaginta marce grossorum existunt.)

760. Sobyeno de Sborowicz Hanussio de Bystricze, Protywczoni de Zastrzyzl et Lamynoni Sororino predicti Hanussij de Bystrzicze (et eorum heredibus) mediam villam Oswyetymany cum hominibus censualibus et non censualibus, agris, pratis, pascuis, aquis, siluis, pleno Jure ac dominio in villa ibidem et in campis et cum Jurepatronatus ecclesie ibidem ac Berna Marchionali, Item medietatem ville Genyssowicz et mediam partis Molendini ad dictam villam Genyssowicz spectantis, et alijs pertinencijs vniuersis dicte ville medie Genyssowicz, cum pleno Jure et dominio ac vtilitatibus omnibus, nichil ibidem sibi Juris, proprietatis aut dominij reseruando, prout ipsemet tenuit et habuit, vendidit Jure hereditario possidendam.

761. Czenka virgo de Byelowicz, filia quondam Jarossij dicti Kuzel, dominum Buzkonem de Zerawicz plebanum in Byelowicz suscipit ad veram vnionem Molendini sui in Kowalowicz et lanei in Seczanyech, in quo ad presens Jacobus Judex residet. 1409.

762. Wyeczko de Opatowicz et Jessik Sussek de Ponykwe pueros suos sexus vtriusque, exclusis illis pueris, qui sunt diuisi, suscipiunt ad veram vnionem Curie in Chudyechrom vnius arature, cum agris cultis et incultis, hominibus censualibus et non censualibus, pratis, pascuis, siluis et alijs eorum pertinencijs vniuersis, quem ad modum dicta bona sunt ad eos per mortem Wenceslai dicti Vgecz sunt (sic) deuoluta.

(F. L. v.) **763.** Hanussius de Wycstein Zawyskam de Wycstein fratrem suum suscipit ad veram vnionem villarum videlicet (Malopinczicky) Bukwes, et thaberne in villa Radwanycz cum eorum pertinencijs, nichil prorsus excluso aut pro se reseruato.

764. (Petrus de Plumnow Supremus Camerarius Czude Olomucensis Anne Relicte olim Jaroslai de Schelmberg In villa Wlcznow super hominibus censualibus pleno Jure vigintiquinque marcas census annui in ducentis et quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij iuxta terre Morauie deputauit et assignauit.)

765. (Anna Relicta quondam Jaroslai de Schelmberg pueros suos, quos cum eodem Jaroslao de Schelmberg habuit, ad sui dotalicij, quod habet in villa Wlcznow, suscipit vnionem.)

766. Petrus Kukla de Huntyerzow Sulikoni de Conicz et suis heredibus In villa Wazan super hominibus censualibus, quos sibi idem Petrus demonstrauerit dimidiam terciam marcas census annui intabulauit hereditarie possidendas pro Jure suo.

767. Petrus Kukla de Huntyerzow Katrussy de Kochow vxori sue In villa Wazan super Curia et duabus araturis agrorum cultorum et incultorum, et super Municione ibidem cum pratis, fluminibus, piscinis, pleno Jure, exclusis hominibus censualibus, Centum et quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat, deputat et assignat.

768. (Petrus Kukla de Huntyerzow Andree presbitero et Niklassoni fratribus de Lossyenycz et heredibus eorum In villa Wazan super tribus quartalibus agrorum emphiteoticorum, quos tenet ad presens Janko, cum pleno Jure et dominio, dimidiam alteram marcam et Sex grossos census annui, prout ipsemet tenuit, nichil ibidem sibi aut heredibus suis reseruando, intabulauit hereditarie possidendam.)

769. Petrus Kukla de Huntyerzow Jeskoni dicto Susek de Ponykwe et suis heredibus In villa Wazan super altero dimidio quartali agrorum iuxta Curiam ibidem iacente, et vna Curticula vnam marcam census annui et quinque grossos cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, intabulauit hereditarie possidendam.

770. Mykulass de Chudobin Beneskoni de Laskow et suis heredibus In villa Lukych medium laneum acialem (?) qui iacet ex opposito ecclesie, pleno Jure et dominio intabulauit hereditarie possidendum pro suo Jure.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1409. (F. LI. r.) 771. (Mykulass de Chudobyn Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus in villa Lukych quartum dimidium laneos censuales, quos Jure Marchionis in Jeskone dicto Zaczek obtinuit, cum eorum pertinencijs omnibus, pratis, pascuis, necnon pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris, proprietatis uel dominij reseruando, intabulauit et dedit hereditarie possidendos.)

772. Anna Relicta olim Johanonis de Wyeczemyericz Jacubkonem et Jenczonem fratres de Rakodaw et eorum heredes suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod in villis Chrzenowiczky et Mytrow habet.

773. Anna filia Andree de Scharow, vxor Caspari, In villa Nedachlebycz vnum laneum, qui ad eam deuolutus est per mortem patris sui, in quo quidem laneo Martinus Carnifex ad presens residet, et omne Jus, quod sibi in eodem laneo competebat, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans uel suis heredibus, Zychoni de Nedachlebicz et suis heredibus vendidit hereditarie possidendum, Et ad hanc Intabulacionem Caspar de Snelwalda maritus et Spolecznyk ipsius Anne suum dedit consensum.

774. Margaretha filia Bernhardi de Schuczendorff vxor Paulikonis de Sowynecz recongnouit, quod amici sui Jan de Schonwald ex parte sui et suorum heredum, et Adam presbiter ex parte heredum Bohussij de Schonwald sibi satisfecerunt et cum effectu dederunt, quidquid pater suus sibi legauit, Sic quod ad omnia bona pie memorie sui patris nullum prorsus habet respectum, neque aliquid Juris sibi competit in eisdem.

775. (Zdenko de Wczek Anne vxori Janonis de Przestawlk, filie Pesslonis de Wssechowicz, in Przestawlk super Curia superiori, agris cultis et incultis, pomerio, nemoribus et alijs ipsius Curie pertinencijs vniuersis, et super rebus mobilibus, que dicuntur Nadbyt, Quinquagintaquinque marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et Pesslinus de Czechowicz illud suscipit dotalicium pater eius.)

776. Caspar de Krzeczow Henrico de Trubek et suis heredibus In villa Zarussky Curiam de duabus araturis cum agris cultis et incultis, siluis, pratis, pascuis et alijs suis pertinencijs vniuersis dicte Curie pleno Jure, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, excepto Nemore, quod iacet super Nemoticz, vendidit hereditarie possidendam.

777. (Henricus de Trubek Michalkonem de Barzicz et Bohusskonem de Srbecz suscipit ad veram vnionem Curie de duabus araturis, quam habet in villa Zarussky cum dicte Curie pertinencijs vniuersis.)

(F. LI. v.) 778. (Leonardus de Borzitow residens in Poczenycz Dorothee vxori sue dicte de Tuczyn In villa Poczenycz Super Municione ibidem et Curia vnius Arature, Agris cultis et incultis, pratis ac siluis Sexaginta marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Et Wlczyko de Tuczyn frater Dorothee illud suscipit dotalicium, Alia vero omnia idem Leonardus sibi et heredibus suis reseruauit.)

779. (Franko de Kyrbenye Wenceslaum dictum Russ, Wenceslaum filium Doloplasonis antiqui, et Hanussium dictum Doloplas, fratres patrueles suscipit ad veram 1409.
vnionem suorum bonorum, que habet in Skrbenye cum suis pertinencijs vniuersis.)

780. Franko de Krbenye Wenceslaum dictum Russ de Doloplas facit verum Commissarium fratrum suorum et bonorum, que habet in Skrbenye.

781. (Jacubek de Borzetow Holaczoni de Borzetow fratri suo et suis heredibus Jus suum dotalicij Centum marcarum, quod habet in Poczenycz super Curia, agris ipsius cultis et incultis, siluis et censu et super medietate piscine et pratis, nichil ibidem sibi reseruando, et predictum dotalicium dat sibi pro porcione sua et intabulauit.)

782. Holacz de Borzetow Jacubkonem de Borzetow fratrem suum[1]) facit verum Commissarium suorum omnium puerorum et bonorum, que habet in Chwalkowicz et in Poczenycz, vsque dum pueri ad annos debite etatis peruenerint.

783. Petrus de Plumnow, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, Czenkoni de Drahotuss alias de Benessow, Johanni et Nicolao filijs quondam Jarossij de Drahotuss, residentibus in Benessow, et eorum heredibus In opido Prostans super Aduocacia et Theloneo decem marcas census annui intabulauit Jure hereditario percipiendas et possidendas.

784. Henricus de Damboricz residens in Rokytnycze Johannem de Rokytnycze fratrem suum suscipit ad veram vnionem bonorum infrascriptorum, videlicet super quarta porcione Municionis in Rokytnycze et Curie, Item super quarta porcione infrascriptorum, videlicet pomerii ibidem, Siluarum, fluminum, Molendini, pratorum, pascuorum et libertatum, Item super duobus hominibus censualibus et Septem curticulis, que sibi in porcione sua euenerunt.

(F. LII. r.) 785. Jessko de Dupowa Anne Relicte olim Bohussij de Schonwald omne Jus suum, quod in hereditatibus in Schonwald in Porcione Jeskonis de Schonwald Jure terre obtinuit, intabulauit Jure hereditario possidendum.

786. Stach de Przedmostye Sulikoni de Conycz et suis heredibus In Przedmostye domum et ortum cum suis omnibus pertinencijs dedit liberaliter et intabulauit hereditarie possidendum.

787. Odpor.[2]) Petrus filius Rzehonis de Przedmost pro se et pro patre suo facit odpor et dicit, quia domus et ortus in Przedmost, que Sulikoni de Conycz sunt intabulata, sunt sua et patris, et pro ipsorum comparata pecunijs, et per potenciam occupantur.

788. Anna Relicta Bohussij de Schonwald dominam Wratam de Lompnicz genitricem suam, suscipit ad veram vnionem illarum hereditatum in Schonwald, quas a Jeskone de Dupowa habet in terre tabulis annotatas.

789. Paulus de Sowynecz Margarethe vxori sue legittime In Castro Sowynecz super duabus porcionibus suis, quas comparauit ab Alssone et Erhardo fratribus de Sowynecz, et super sua tercia porcione, quam habet ibidem in Castro Sowynecz, et super alijs omnibus bonis, ad has tres porciones Castri spectantibus, in quibuscumque rebus consistunt, seu quibuscumque specialibus

[1]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1409. vocabulis nuncupantur, sit in hominibus uel Censibus, Curijs, Molendinis aut siluis, pratis, pascuis, fluminibus, riuis, pleno Jure, Item super villis Passeka et Krzywe integris ac siluis, pratis, pascuis, hominibus, censibus et fructibus et vtilitatibus et alijs earum pertinencijs vniuersis, ac Molendino dicto Lukowsky, Mille marcas grossorum racione veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dat, deputat et assignat, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio videlicet trecentis marcis grossorum, quas olim habuit super predicto Castro Sowynecz, ut solum has Mille marcas sui dotalicij et non plus debeat habere.[1])

790. (Wenceslaus dictus Lziczka de inferiori Dubnan alias de Vhrzecz Mikssikoni de Kokor et Anne vxori sue et eorum heredibus Curiam allodialem in Rossczyn et sex laneos minus vno quartali, Item Molendinum supra Balneum situm cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, fluminibus, riuis, aquis fluentibus et non fluentibus, ortis hinnuletis, duabus thabernis et octo curticulis, limitibus, gadibus, quemadmodum dicta bona ab alijs bonis circumadiacentibus ab antiquo sunt distincta, et generaliter cum omnibus et singulis eorum pertinencijs, in quibuscumque sunt rebus, nichil prorsus ibidem sibi aut heredibus suis Juris, proprietatis uel dominij reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam.)

(F. LII. v.) 791. (Elska Relicta olim Jessiconis Pykna de Hradistko Katherine, Relicte olim Marquardi de Sobyessyn, Ducentas sexagenas grossorum sui dotalicij, quas habuit in villis Wytosschow et Hrabowa super hominibus, censibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, siluis et alijs ipsorum pertinencijs vendidit possidendas eo Jure, quo sola tenuit.)

792. (Katherina Relicta olim Marquardi de Sobyessyn Jodocum dictum Hecht de Rossicz ac Elskam sororem suam, Relictam olim Jessikonis Pykna de Hradistko, et Jessikonem filium suum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, videlicet ad ducentas sexagenas grossorum, quas habet in villis Wytoschow et Hrabowa habet (sic) cum suis pertinencijs.)

793. (Margaretha vxor olim Wilhelmi de Chudobyn Anne[2]) de Nyetkowicz, Relicte olim Woyslai de Przilep, et Andree fratri ipsius de Nyetkowicz octoginta marcas grossorum sui dotalicij, quas in Schulessowicz super Curia, thaberna et duabus curticulis a Wilhelmo suo marito habuit, cum pratis, pascuis et luco et alijs vniuersis pertinencijs, nichil prorsus excluso, eo Jure, prout sola tenuit, vendidit et intabulauit ipsis et heredibus ipsorum possidendas.)

794. (Wanko dictus Prassie de Trzku Anne vxori Frankonis de Opatowicz Molendinum ante Municionem situm cum tribus curticulis ex alia parte Riui iuxta thabernam plebani ibidem et Siluam dictam Wytyeczka, Item in Smolna Molendinum, et in Malonyn Molendinum priori dotalicio suo superaddens intabulauit tamdiu per eam tenenda et possidenda Jure veri dotalicij, quousque sibi suum dotalicium fuerit datum et pariter assignatum, prout in terre tabulis continetur.) 1409.

795. Slawussius, Onsso et Almuz fratres de Kunkowicz Henrico de Zastrzizel et suis heredibus omne Jus ipsorum, quod sibi competebat in villa Dobroczkowicz super hominibus ibidem ac laneis cultis et incultis, Curticulis desolatis, siluis, pratis, piscina et Jurepatronatus exclesie ibidem et vniuersis pertinencijs eorum et super vna aratura cum medietate aree, que ab antiquo ad Curiam spectabat, excepta sola aratura de tribus lancis, cum medietate aree antique curie, prout dicta bona Jure terre in Dykone obtinuerunt, vendiderunt hereditarie possidendum.

796. Myksso de Chudobyn pueros suos indiuisos suscipit ad veram vnionem ville sue Pulyczky.

797. (Sbynko de Drzienoweho Dorothee filie sue, vxori Martini de Drahanowicz, Super tota villa Wlczyedoly Centum et quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod quondam habuit in Srnow, Et Jacobus Konczek de Prus illud suscipit dotalicium.)

(F. LIII. r.) 798. Sbynko de Drzienoweho Lyde vxori sue In et super villa Srnow tota, et Curia allodiali ac hominibus censualibus et pomerio, pratis omnibus ac Nemoribus, ad villam predictam spectantibus Centum marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit et assignauit Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim habuit in Koberzicz, et Johan dictus Dupnyk de Nyetkowicz frater Lyde illud dotalicium suscepit.

799. (Johannes dictus Smetana de Truzenycz Paulikoni de Eywanye et suis heredibus villam Skrziczie totam cum Curia ibidem, agris cultis et incultis, hominibus censualibus, pratis, pascuis, lucis, qui dicuntur luzky, et alijs suis pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

800. (Pauliko de Eywanye Swene matri sue In et super villa tota Skrzicze cum suis vniuersis pertinencijs, nichil prorsus excipiendo, Septuaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dedit ac deputauit Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod quondam in Lhota habuit.)

801. Kaczna de Byelowicz, Relicta quondam Rudolti, Henrico de Trubek et Michalconi de Barzicz et heredibus eorum Jus sui dotalicij videlicet Quinquaginta marcas grossorum, quas ab ipso Rudolto olim suo marito in villa Trubky habuit, super quarto dimidio laneis, Curticula ac Thaberna, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit et intabulauit possidendas.

802. Sobyeno de Lhota Franconi de Morkowicz et suis heredibus villam Lhotkam totam, que iacet supra Wzdunkam, cum Curia ibidem in Lhotka cum hominibus, censibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis, in quibuscum-

[1]) *Am linken Rande steht von einer anderen Hand zugeschrieben: „Nota, quod tercia pars ville Passeka est liberata eo, quod Margaretha est transducta in Tyesczyn.“ Uebrigens vergl. diese Einlage mit n. 737.*

[2]) *Die im Orig. nachfolgenden Worte „Relicte olim“ sind als hieher nicht gehörig durchstrichen.*

1409. que rebus consistunt, pleno Jure et dominio, vnacum prato super Laznyk sito, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris, proprietatis aut dominij reseruando vendidit hereditarie possidendam.

803. Odpor.[1]) Bartoss de Slezan contra illam Intabulacionem suprascriptam et contra Sobyenonem de Lhota facit odpor et dicit, quod cum sit fideiussor in vna litera secum, solucio debiti in litera contenti concernit eum eque bene sicut ipsum.

804. (Anna vxor olim Herbordi de Chylecz Martinum de Drahanowicz suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villa Stynawa.)

805. (Jacobus dictus Konczek de Prus Machne vxori sue legittime In et super opido Wzdunka tota super hominibus censualibus decem marcas census annui in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in Vhrzecz, Et Martinus de Drahanowicz suscepit dotalicium suprascriptum.)

(F. LIII. v.) 806. Stephanus de Chudobyn Anne vxori sue In villa Czessiczich super quatuor laneis censualibus et Curia allodiali ac pratis Septuaginta quinque marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Et Czenko de Wyeczemyericz pater Anne illud suscipit dotalicium, Et Myksso de Chudobyn pater Stephani predicti et Spolecznik ad hanc Intabulacionem suum dedit consensum.

807. (Czenko de Wyeczemyericz Anne filie sue et Stephano de Chudobin marito ipsius Anne In villa Chwalkowicz super tercio dimidio laneis sitis ab illa porta, qua itur in Eywanowicz, nichil ibidem sibi in dictis laneis reseruans, Quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Wsseborio de Dubczan ipsius Spolecznyk ad hoc consenciente.)

808. (Czenko de Wyeczemyericz Elscze vxori sue In Wyeczemyericz super Curia et Municione, Nemore, pomerio et pratis, necnon Agris ad ipsam Curiam spectantibus et signanter super bonis mobilibus, que dicuntur Nadbyt, in eadem Curia consistentibus Septuagintaquinque marcas grossorum racione veri dotalicij assignat et deputat, Et nichilominus Molendinum in Wyeczemyericz de gracia speciali sibi superaddidit, tali tamen sub condicione, ut post mortem suam ipsum Molendinum dicta Elska tamdiu teneat, quousque statum sue viduitatis non mutaret, Quod quidem dotalicium Mixo de Chudobin pater Elscze suscepit, Et Wsseborius de Dubczan, ipsius Spolecznyk, ad hanc consensit Intabulacionem.)

809. Johannes dictus Czech de Kraticz alias de Traplicz Margarethe vxori sue In et super villa Drazowicz tota, inter Chremsir Ciuitatem et Wzdunka opidum iacente, super eo toto, quidquid ibidem habet, Centum marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit et assignauit, Ita tamen, quod litera Laczkonis de Crawarn patens sigillis quatuor sigillata, que prefatos Johannem Czech et Margaretham ipsius vxorem concernebat, nullius omnino sit roboris uel momenti, Quod quidem dotalicium Protywczo de Zastrzyzl frater patruelis Margarethe suscepit.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand geschrieben.*

810. Bohussius de Lytenczicz Katherine vxori sue In villa Lytenczicz super tribus laneis censualibus et super vna thaberna Triginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dedit et deputauit, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in Strabenycz, et Petrus de Muchnycz amicus seu Consangnineus Katherine illud suscipit dotalicium dicens esse bonum suum. 1409.

811. Henricus de Zastryzl Bohussio de Lytenczicz et suis heredibus omne Jus suum, quod ibidem in Lytenczicz a Wilhelmo de Lytenczicz habuit, Nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

(F. LIV. r.) 812. (Katynka de Sobyebrzuch Wilhelmum de Horssow maritum suum ad Sexaginta marcas grossorum sui dotalicij, quas habet in villa Honyeticz super hominibus censualibus veram vnionem suscepit.)

813. (Katherina de Strabenicz Stachonem de Hostyeradek maritum suum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij Quinquaginta marcarum grossorum, quas in Tyessnowiczich villa, super Curia ibidem, hominibus, pratis ac siluis et eorum pertinencijs habet.)

814. (Johannes Byely de Domamyslicz Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus In villa Rudka duos laneos censuales cum eorum pertinencijs vniuersis, pleno Jure et dominio, nichil ibidem in dictis laneis sibi aut suis heredibus reseruando, intabulauit hereditarie possidendos.)

815. Benessius de Strabenycz Agnezkam vxorem suam suscipit ad veram vnionem Curie in Strabenycz et omnium illorum, que ibidem in Strabenycz habet.

816. Henricus de Sobyebrzuch Borzuthe de Bystrzicz et suis heredibus Jus sui dotalicij, videlicet Quadraginta marcas grossorum, quas in Klobuczkach prope Budssowicz sita super tercio dimidio laneis et vno quartali habuit, nichil ibidem sibi prorsus reseruando, exceptis octo grossis census annui, qui censeantur Kuzeloni, vendidit et intabulauit eo Jure, quo ipsemet tenuit, qui quidem dimidius tercius laneus et quartale annis singulis censuant dimidiam quartam marcam et decem grossos.

817. Czenko et Borzutha fratres de Bystrzicz cum bonis ipsorum videlicet, que habent in Schardyczky et in Klobuczkach, ad inuicem sunt congressi, id est Stupyly su sye.

818. (Petrus filius Lexonis de Prziestawlk Sdenkoni de Nyezkowicz et suis heredibus Jus suum hereditarium videlicet Curiam in Prziestawlk cum agris cultis et incultis, riuis, siluis, rubetis, piscina cum ambobus litoribus, vnam Curticulam censualem, cum vno laneo ad hoc spectante, ac pomerium cum vniuersis et singulis pertinencijs eorundem, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis reseruando vendidit hereditarie possidendum.)

819. (Katherina de Ratay Zuzannam filiam suam ad vigintiquinque marcas sui dotalicij, quod habet in opido Brodek, veram suscipit vnionem.)

(F. LIV. v.) 820. (Smylo de Melycz Anne matri sue In villa Sborowicz super septimo dimidio laneis censualibus, et sex curticulis ac Thaberna duodecim

1409. marcas annui census Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem in Centum et viginti marcis grossorum dat deputat et assignat, Buskone de Krasna ipsorum orphanorum Commissario ad hoc consenciente.)

821. Anna de Prus, Relicta quondam Woytyechij de Melicz, Sbynconem de Drzyenoweho fratrem suum patruelem suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villa Sborowicz super septimo dimidio laneis censualibus, Sex curticulis et thaberna.[1])

822. (Proczko de Gezow Woytyechonem de Mostyenycz suscepit ad veram vnionem Bonorum omnium hereditariorum suorum, que habet in Gezow, cum eorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, et aliorum omnium bonorum suorum ad hanc Czudam Olomuczensem spectancium, pleno Jure et dominio, nichil excipiendo aut reseruando.)

823. Woytyechius de Mostyenycz Johanni de Tuczap et suis heredibus (Curiam in Mostyenycz, quam ad presens Remyssek in emphiteosim tenet, cum tercio dimidio laneis et thaberna braxatili ac Curticula[2]) Item mediam villam Geuyssowicz desolatam, et medium Molendinum ibidem cum agris cultis et incultis, pomerijs, pratis, pascuis, riuis, siluis et alijs pertinencijs vniuersis, pleno Jure et dominio, prout ipsemet et pater suus tenuit ac possidit, Nichil ibidem sibi Juris proprietatis uel dominij reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam, excepta sola Berna Regali, que spectare semper debet ad Summam in Wessel sito in flumine Morawa.

824. Janko de Podole Jacobo dicto Drahuss de Podole et suis heredibus In villa Podole medium laneum et thabernam pleno Jure, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

825. *Johannes Czerny de Domamyslicz Philippo dicto Strycz de Wyczkow et suis heredibus In villa Paczlawicz super quatuor laneis censualibus Quatuor marcas annui census, prout solus tenuit, Jure veri dotalicij dat et deputat.*

826. Smylo de Meylicz pro se, fratribus suis et Sororibus coram pleno Officio renuncciat omni Juri et dicit, quia In et super Curia inferiori in villa Herolticz pratis et duobus laneis ac vna thaberna inferiori ibidem et quatuor curticulis et eorum pertinencijs nullum prorsus Jus sibi ac fratribus et sororibus suis competit, sed quod plenum Jus Katherine dicte Sczasna de Herolticz[3]) competit in eisdem eo, quod sufficienter per tabulas terre probauit supradicta bona esse sua, ad quorum possessionem Inuencione Baronum terre Morauie per Officiales est inducta, Et ideo vbi in tabulis terre et in libro Jesskonis dicti Puska de Cunstat protunc Czude Olomucensis Camerarij superius nominata Curia, prata, duo lanei, thaberna et curticule inuente fuerint, nullum debent habere vigorem, Et ad hanc renuncciacionem Bussko de Krasna ipsorum orphanorum Commissarius consensit.

(F. LV. r.) 827. (Petrus de Plumnow, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, Lybomyroni de Mezlessicz et Ludmille vxori sue et eorum heredibus Curiam suam in Stychowicz, in qua olim Stanko villanus resedit cum omnibus et singulis ipsius Curie pertinencijs, pascuis, vijs ac limitibus, Item vnam praetam, que quondam ad Curiam in Plumnow spectabat, que est proximior ville Stychowicz, quam fluuius wlgariter dictus Rudnyk mediat cum arboribus pirorum in ipsa praeta consistentibus sub ea via, que mediat Nemus Janonis ab illa praeta), Item aliam praetam idem Petrus de Plumnow sibi heredibus et successoribus suis reseruauit,[4]) (denique sicut via est inter praetas easdem et vadum ab illo vado flumine et lucum se vsque ad villam Stychowicz extendentem, Item aream dictam Mlynystye in eo flumine sitam supra villam eandem sicut ab antiquo fuit Molendinum, Item quemdam Montem, qui fuit quondam Medkonis, et cum ea silua, que nunc ex nouo existit limitata id est odmezeno, ac Nemus paruum, quod iacet iuxta Nemus Janonis in acie proximum ville Moskowicz, Item dimidiam terciam marcam et vndecim grossos census annui, In villa Prostyegowiczky cum omnibus eorundem pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet habuit ac tenuit, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris, proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum.) 1409.

828. Odpor.[5]) Anna vxor Dywischij de Olschan contra suprascriptam in proximo Intabulacionem facit odpor contra Lybomyronem et vxorem eius predictos dicens, se suum habere dotalicium in villa Prostyegowiczky.

829. Ludmilla de Rosczytek et Lybomyrus de Mezlessicz maritus ipsius Budywogio de Pnyetluk et suis heredibus in villa Rosczytka Curiam et quatuor laneos censuales ac pratis siluis et alijs pertinencijs ad dictam Curiam spectantibus, Nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

830. Budywoyg de Pnyetluk Anne vxori sue in villa Rosczitka super Curia, quatuor laneis censualibus, pratis, siluis et alijs ipsius Curie pertinencijs Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et Sbynko de Wrahowicz frater Anne illud suscepit dotalicium.

831. Anna relicta olim Jaroslai de Schelmberg Elskam et Katherinam sorores suas et Jodocum dictum Hecht de Rossicz facit veros Commissarios suorum puerorum.

832. *(Petrus de Plumnaw Camerarius Supremus Czude Olomucensis Wilhelmo de Wssowidek et Hercze vxori sue In Prostans in Nouaciuitate super hominibus censualibus Terciam dimidiam marcas census annui racione veri dotalicij in viginti quinque marcis grossorum dat deputat et assignat.)*

(F. LV. v. et sequens inpaginatum vacant.)

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer anderen Hand die Note zugeschrieben: „Isti Anne iam nullum Jus competit in dotalicio, quod racione vnionis per Sbynconem alibi est transducta super sua medietate, queratur in libro domini Petri de Straznicz.“*

[2]) *Am Schlusse dieser Einlage steht am rechten Rande von einer anderen Hand die Note zugeschrieben: „Ista abolicio non preiudicat alijs hic intabulatis.“*

[3]) *Die zwei Worte „de Herolticz“ stehen oberhalb der Zeile von derseben Hand geschrieben.*

[4]) *Am linken Rande dieser Einlage steht bei der ungelöschten Stelle die von anderer Hand geschriebene Note: „Isti intabulacioni cancellacio non preiudicat.“*

[5]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

Liber domini Petri de Crawarn

alias de Straznicz Supremi Camerarij Olomucensis.[1]

1412. **Colloquium primum.**

(F. I. v.) 1. Anno domini Millesimo Quadringentesimo XII Celebratum est Colloquium dominorum Sabbato proximo post Epiphaniam domini,[2]) de mandato Serenissimi principis et domini domini Wenceslai Romanorum Regis et Boemie per nobiles viros dominos Petrum de Crawarn alias de Straznicz Czude Olomucensis Supremum Camerarium Sulikonem de Conycz Czudarium et Andream Archidiaconum Brazlauiensem prothonotarium Tabularum terre Morauie, presentibus Nobilibus viris dominis Laczkone de Crawarn Capitaneo terre Morauie, Erhardo de Cunstat, Wilhelmo de Pernstein, Johanne de Lompnicz, Erhardo de Skal, Alberto Czimburg, Alberto de Lukow, Hanussio de Lypa et alijs multis Baronibus terre Morauie.

2. Erhardus de Cunstat Nyczkoni de Wytbach et suis heredibus villam suam dictam Czrhow cum Curia allodiali ibidem cum omnibus censibus redditibus prouentibus hominibus agris cultis et incultis siluis pratis pascuis Riuis aquis et alijs eius pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, limitibus metis, pleno Jure ac dominio, nichil ibidem sibi heredibus fratribus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam, Et si alibi in tabulis terre reperirentur, debent extabulari, et nullum robur firmitatis obtinere dicta bona.

3. Magister Johannes Morauus Canonicus Pragensis Erhardo dicto Pusska de Cunstat et suis heredibus Curiam in Studencz cum suis pertinencijs vniuersis et specialiter cum siluis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam vnacum tribus Curticulis ad dictam Curiam spectantibus.

(F. II. r.) 4. Erhardus dictus Pusska de Cunstat Alssoni de Cunstat alias de Lyssicz et suis heredibus Bona mea et villas infrascriptas videlicet villam Ragyecz integram cum Jurepatronatus ecclesie ibidem et cum duobus Castris dirutis seu ruptis ibidem et cum duabus Curijs allodialibus et duobus Molendinis ac luco, 1412.
necnon Silua ad dictam villam Ragiecz spectante, et cum alijs omnibus siluis ad Ragicz predictam pertinentibus ab antiquo, quemadmodum dicta bona sua ipse et pater suus tenuit, cum nemoribus montibus fluminibus Riuis aquis currentibus seu fluentibus et non fluentibus, cum Metis limitibus venacionibus aucupacionibus et cum omnibus pratis ad dictam villam spectantibus cum hominibus censualibus et robottis redditibus fructibus et obuencionibus vniuersis agris cultis et incultis cum Piscina ad dictam villam spectante cum Berna regali, ac pleno Jure et dominio, quemadmodum dicta bona in suis limitibus consistunt ab antiquo, Item in villa Podole duos laneos et Curticulam, ac siluam ad dictam villam Podole pertinentem, prout ipse solus tenuit, Item in villa dicta Wawrzynczi quinque laneos et eorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil in dictis bonis sibi aut suis heredibus et Successoribus Juris proprietatis uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Et ad hanc Intabulacionem Erhardus de Cunstat alias de Skal suus Congressor consensit.

5. Elska de Swyetlow Jaroslao de Sternberg alias de Wessele Bona sua hereditaria videlicet Borssicz, Luka, Wnorowy, Spynek cum Jurepatronatus ecclesiarum in bonis predictis, cum omnibus et singulis dictorum bonorum pertinencijs, Nichil ibidem sibi reseruando, dedit et intabulauit in veram hereditatem.

6. Elska de Swietlow Jaroslaum de Sternberg alias de Wessele suscepit ad veram vnionem suorum bonorum hereditariorum, que habet in villis Krhow, Pytyn, Hostyetyn (et Komnye)[3]) cum earum villarum pertinencijs vniuersis.

(F. II. v.) 7. (Elska de Swyetlow Jaroslaum de Sternberg alias de Wessele et Stephanum filium Wilhelmi de Pernstein suscipit ad veram vnionem bonorum suorum hereditariorum, que habet in et super Castro Swyetlow, et super villis Rzetechow Prowodow, Kozlowicze, Lytkowicze, Luhaczowicze, Zylyn, et super media Vstye, Item super villa Boykowicze, et vniuersis supradicti Castri et villarum pertinencijs, Eciam suscepit eos ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet a marito

[1]) *Dieser auf der Vorderseite des ersten Blattes angebrachte Titel des VIII. Olmützer Buches stimmt mit der auf der Vorderseite des Umschlagsbogens unterhalb des mit einer Helmdecke gezierten, jedoch verkehrten Krawař'schen Wappens, von einer gleichzeitigen Hand gemalten Aufschrift, die da lautet: „liber . Petri . de . Crawar . alias . de . Straznycz."*

[2]) *d. i. 9. Jänner.*

[3]) *Etwas tiefer unter dieser Einlage steht die von anderer Hand geschriebene Note: „Ista cancellacio coniunccionis Komnye non viciat alia ibidem intabulata."*

1412. suo olim Wokone in et super villis Bartossowicze, Zygoticze, et in Zylyna quidquid habet sui dotalicij cum eorum pertinencijs vniuersis.)

8. Jan de Czimburg facit odpor contra dictam Elskam de Swyetlow et dicit, quod ad supradicta bona, ad quorum vnionem Jaroslaum de Sternberg alias de Wessele et Stephanum filium Wilhelmi de Pernstein videlicet super Castro Swyetlow et eius pertinencijs vniuersis suscepit, melius et pinguius Jus sibi competit quam illis.

9. Erhardus de Cunstat (Johanni Nigro de Domamyslicz et)[1]) Vlrico cum suis fratribus de Lessan et ipsorum heredibus in villa Lesschan Nouem quartalia agrorum et vnam Curticulam et vnam Thabernam et balneum et cum duobus ortis, qui soluunt annuatim quintam dimidiam marcam et quatuor grossos minus duobus denarijs, cum omni Jure, prout ipsemet tenuit, et pertinencijs suis vniuersis nichil ibidem sibi heredibus et successoribus suis reseruando, vendidit hereditarie possidenda, et si ipse Erhardus dicta bona alibi haberet in tabulis terre, nullius debent esse roboris aut firmitatis.

10. Albertus de Czimburg Priori et Conuentui Monasterij Sancti Thome in preurbio Brunnensi ordinis heremitarum sancti Augustini, qui nunc sunt uel pro tempore fuerint, Opidum Hwyezdlicze cum villa ibidem prope idem Opidum, Item villam dictam Stare Hwyezdlicze cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, et tribus curijs, quarum vna sita est iuxta Opidum cum duabus Araturis et in antiquo Hwyezdliczich duas Curias, quamlibet de vna Aratura, Item locum Municionis dictum Twrzistye situm super Opidum, cum piscina iacente sub opido et cum alia piscina sita super opidum cum Molendinis ibidem siluis pratis aquis fluentibus et non fluentibus Riuis metis limitibus (F. III. r.) vijs et alijs dictorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, hominibus censibus fructibus redditibus pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit perpetuis temporibus Jure hereditario possidendum.

11. (Johannes de Lompnicz Jaroslao de Sternberg alias de Wessele In et super villis videlicet Hornye Porziecze et Dolnye Porziecze, et in Brawna, in hominibus ibidem viginti sexagenas grossorum census annui racione veri dotalicij post filiam suam Kunkam iuxta terre consuetudinem deputauit et assignauit in Ducentis sexagenis grossorum possidendas, Et si quid ibidem deficeret, illud debet suppleri in villa Bohunow, sic ut integraliter illud dotalicium habeat ipse Jaroslaus supradictus.)

12. (Jaroslaus de Sternberg alias de Wessele Kuncze Conthorali sue, filie Johannis de Lompnicz, In et super villis Hornye Porziecze et Dolnye Porziecze et in Brawna super hominibus ibidem viginti sexagenas annui census in ducentis sexagenis grossorum Jure veri dotalicij iuxta terre consuetudinem dat deputat et assignat, Et si quid ibidem deficeret, illud debet suppleri in villa Bohunow sicut integraliter ipsa Kunka predictum suum dotalicium habeat, Et Johannes de Lompnicz pater ipsius Kuncze illud suscepit dotalicium.) 1412

13. (Jaroslaus de Sternberg alias de Wessele Kuncze Conthorali sue, filie Johannis de Lompnicz, In et super villis Mystrzicze, Czelarzye et Jawornyczek in eo toto, quod ibidem habet, prout ad eum per mortem olim Anne Relicte Marquardi de Sternberg est deuolutum, Triginta sexagenas census annui in Trecentis sexagenis grossorum Jure veri dotalicij iuxta terre consuetudinem dat et assignat, Quod quidem dotalicium Johannes de Lompnicz pater prefate Kuncze suscepit.)

14. Karolus de Lilcze Barthossio de Slezan et suis heredibus Juspatronatus ecclesie in villa Poczenycz vendidit hereditarie possidendam, videlicet Juspatronatus ecclesie sancti Petri ibidem.

(F. III. v.) 15. (Henricus de Trubek Semyslao de Strabenicz et suis heredibus Curiam in villa Zarussek duarum araturarum cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure, prout solus tenuit, excluso quondam paruo Nemore, quod plebano ecclesie in Nemoticz est donatum, vendidit hereditarie possidendam.)

16. Semislaus de Strabenicz Kunkam Conthoralem suam legittimam suscipit ad veram vnionem Curie duarum Araturarum in villa Zarussek cum suis pertinencijs vniuersis Agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis excluso quodam paruo Nemore plebano ecclesie in Nemoticz donato.

17. (Wilhelmus de Pernstein Czyeczoni de Kalow dicto Mixiconi et suis heredibus In villa Luzycz super eo toto, prout a domino Marchione obtinuit, Octo marcas annui census Jure veri dotalicij in Octoginta marcis grossorum iuxta terre consuetudinem deputat et assignat.)

18. (Stiborius de Petcze Almuzoni de Kunkowicz et suis heredibus Curiam de medio altero laneo in Wysskowicz et duas Curticulas cum pertinencijs suis vniuersis pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, prout ipse solus et sui predecessores dicta bona tenuerunt, vendidit hereditarie possidendam.)

19. (Aless dictus Bystrzicze de Mylonicz Agnescze Conthorali sue in villa Vhercze prope Hwyezdlycz sua dumtaxat porcione, quam habet ibidem et In dimidio octauo laneis censualibus, necnon siluis et alijs pertinencijs vniuersis, nichil ibidem sibi reseruans, quatuordecim marcas grossorum cum dimidia marca census annui Jure veri dotalicij in Centum marcis grossorum iuxta terre consuetudinem dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod aliquando habuit in villa Blyssicz, Quod dotalicium Protywczo de Zastrzyzl suscepit dicens, esse bonum suum.)

(F. IV. r.) 20. (Aless dictus Kuzel de Zerawicz Johannem dictum Kuzel de Zerawicz suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habuit a domina Marusse filia Geblini in villa Wetherzow cum dicti dotalicij pertinencijs vniuersis, Et ad hanc Intabulacionem faciendam

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht die von anderer Hand geschriebene Note: „Johannes Niger de Domamyslicz fecit nomen suum extabulari, et hoc non debet nocere alijs Intabulatis, sed hec Intabulacio respicit solum Vlricum de Lessan et suos fratres et eorum heredes.“*

1412. fuerunt nunccij missi ad Tabulas terre de mandato olim domini Jodoci Marchionis, dum adhuc viueret, dominus Petrus de Straznicz et Wilhelmus Zagiecz de Waldek.)

21. Jodocus olim Marchio Morauie Jakubconi dicto Konczek de Prus et suis heredibus et Sbinkoni de Drzyenoweho et suis heredibus Opidum Wzdunky et villas infrascriptas videlicet Swyetla, Swrczowicz, Sobyessuk et Vgezdecz, cum dictarum villarum pertinencijs vniuersis ad dictum opidum spectantibus, vendidit hereditarie possidendum, Et ipse Marchio prefatus, dum adhuc viueret, hanc intabulacionem presentem fieri mandauit et per suas presentes literas et per Nobiles Wilhelmum de Pernstein et dominum Petrum de Crawarn alias de Straznicz, ad quorum relacionem presens facta est Intabulacio.

22. Stephanus de Wartnow facit odpor contra filios Jacobi dicti Konczek de Prus et dicit, quia Jus melius ad bona Wzdunky sibi conpetit, quam illis et quod sit heres bonorum predictorum.

23. Stephanus dictus Kropacz de Holstain facit odpor contra filios Koneczkonis de Prus et dicit, quia ad bona Wzdunky habet melius Jus, quam illi, et Soror eius.

24. (Jodocus olim Marchio Morauie Hinczikoni de Dyewczieho Jaroslao de Sternberg alias de Wessele et Dobessio de Mezirziecz et eorum heredibus Municionem Hluk cum omnibus et singulis bonis ad dictam Municionem spectantibus, prout dicta bona ad eum fuerunt deuoluta, intabulauit hereditarie possidendam, Qui Marchio, dum adhuc viueret, hanc Intabulacionem tam per suas patentes literas, quam eciam per Nobiles Wilhelmum de Pernstain et Johannem de Lompnicz fieri mandauit, ad quorum relacionem facta est presens Intabulacio.)

25. Wenceslaus dictus Czakl de sancta Cruce facit odpor et dicit, quod bona Hluk sunt sua hereditas, et quod mater ipsius in dictis bonis habet suum dotalicium, videlicet Centum quinquaginta sexagenas grossorum.

26. Hinczikо de Dyewczieho, Jaroslaus de Sternberg alias de Wessele et Dobessius de Mezirzicz alias de Popowicz domine Anne Conthorali Georgij de Meslpek Municionem Hluk cum omnibus et singulis bonis ad dictam Municionem pertinentibus intabulant hereditarie possidendam.

(F. IV. v.) 27. (Anna Conthoralis Georgij de Messelpek pueros suos, quos habet de presenti cum eodem suo Georgio marito uel habebit de futuro suscepit ad veram vnionem Municionis sue Hluk, ac omnium et singulorum bonorum ad hec pertinencium.)

28. (Anna de Tyessicz filia Holenkonis dicti Jan, Conthoralis Borzuthonis de Bystrzicz, eundem Borzutham suum maritum suscepit ad veram vnionem suorum bonorum hereditariorum, videlicet Curie illius, quam habet in Czessczicz et super censu annuo, quod ibidem obtinet.)

29. (Katherina Conthoralis Hanusschij de Schawnstein Artlebum de Wetherzow et Margaretham vxorem suam legittimam suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villa Buk.)

30. Buhuslaus de Lasskow Benessium de Lasskow et suos heredes suscipit ad veram vnionem omnium suarum hereditatum, quas habet in Lasskow. 1412.

31. Bussko de Krasna Zawissium (et Mikssiconem)[1]) de Kokor suscipit ad veram vnionem Sex laneorum minus vno quartali, Septem Curticularum, dimidij alterius Molendini, et medij pomerij, que olim Zdenko de Lukow in Tyessczyn tenuit et habuit.

32. *Odpor*[2]) *Anna vxor Russonis de Trssicz filia Busskonis de Krasna facit odpor et dicit, quod Bussko pater suus post mortem suam promisit ei assignare in bonis Tyessczyn Centum marcas grossorum.*

33. (Dominus Buzko presbiter dictus Kuzel de Zerawicz et Alsso filiaster ipsius de Zerawicz Johanni de Maholticz et eius heredibus et fratri suo Andree presbitero fratri germano et indiuiso Quinque marcas census annui In villa Kudlowicz super octo laneis Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem in Quinquaginta marcis grossorum dat deputat et assignat.)

34. (Bedricus de Kozussecz Stephano de Chudobin et suis heredibus In Kozussecz Curiam de duabus araturis cum pratis siluis riuis et alijs suis vniuersis pertinencijs et vtilitatibus pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. V. r.) 35. (Jodocus olim Marchio Morauie Plankenberg, ubi quondam Municio sita fuit, Item villam Byskupicze cum Curia allodiali ac Jurepatronatus ecclesie ibidem, Item villam Brzezinka, cum hominibus censibus Agris cultis et incultis, montibus vallibus pratis siluis pascuis et alijs dictorum bonorum pertinencijs vniuersis ac vtilitatibus redditibus et obuencionibus, in quibuscumque rebus consistunt, seu quibuscumque specialibus vocabulis censentur, a suo feudo absoluens et omnino libera dimittens, Erhardo de Cunstat alias de Skal et suis heredibus in veram hereditatem dedit et intabulauit dicta bona de cetero per eum et eius heredes Jure hereditario perpetuis temporibus possidenda, Qui quidem Marchio adhuc viuens per Nobiles Wilhelmum de Pernstain et Johannem de Lompnicz mandauit dicta bona absolui a feudo et sibi in veram hereditatem intabulari.)

36. (Hinko de Ronow alias de Lethowicz Johanni de Morawan et suis heredibus In villa Miloticz bona sua hereditaria cum Jurepatronatus ecclesie ibidem cum mero ac pleno Jure, sicut solus tenuit et possedit, Nichil ibidem sibi heredibus suis aut Consanguineis in eadem villa Juris proprietatis aut dominij reseruando, quemadmodum predecessores sui et ipsemet tenuit, et habuit, vendidit hereditarie possidenda, Et si ipse Hinko alibi dicta bona haberet in tabulis, nullum prorsus debent habere vigorem.)

37. (Anezka de Slapanicz, Relicta olim Mixikonis de Milczan, Mixikonem de Kokor suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Lydslawicz.)

38. (Wiczek de Opatowicz Elscze vxori sue legittime In villa Smolyna super quarto dimidio laneis, Item in

[1]) *Oberhalb der Einlage steht die dazu gehörige und von einer anderen Hand geschriebene Note: „Ista cancellacio facta est, quod Bohusse filius Mikssikonis suam porcionem vendidit Protiwczoni de Pawlowicz ibidem in Czisstin.“*

[2]) *Steht am rechten Rande.*

1412. Opatowicz super tribus medijs lancis et super vno quartali ibidem et super vna Thaberna in Opathowicz, et super vna curticula sita super Curiam ibidem in Opatowicz, in qua Vitus residet, cum omnibus suis pertinencijs Quinque marcas census annui Jure veri dotalicij iuxta terre consuetudinem in quinquaginta marcis grossorum dedit ac deputauit possidendas, Et Wenceslaus Rechnberg frater germanus Elscze illud suscepit dotalicium.)

(F. V. v.) 39. Machna de Newogicz, Relicta olim Koneczkonis de Prus, Jacobum et Podobam filios suos suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet ab eodem olim marito suo Koneczkone in et super Opido Wzdunky, videlicet decem marcas census annui in Centum marcis grossorum.

40. (Petrus de Huntyerzow Jessikoni dicto Fussek et suis heredibus in villa Wazan super tribus quartalibus, que Camyk rusticus tenet, dimidiam alteram marcam census annui cum suis pertinencijs, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris uel dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

41. (Aless dictus Bystrzicze Hanussio dicto Kauffung de Kauffung et suis heredibus in villa Blyssicz Municionem et Curiam allodialem cum hominibus censualibus cum Curticulis ac pratis siluis pascuis Riuis montibus vallibus et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit et possedit, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

42. Nyczko de Pytpach Machne vxori sue legittime In et super villa Czrhow integra super hominibus censualibus et suis pertinencijs excepta sola Curia ibidem Quinque sexagenas grossorum census annui racione veri dotalicij in Quinquaginta sexagenis grossorum deputauit et assignauit, Et Bartholomeus dictus Tempny pater eius illud suscepit dotalicium.

43. (Wenceslaus de Chomuthowicz Margarethe vxori sue legittime In villa Chomutowicz super Curia, que fuit olim patris sui et super duabus curticulis pratis ac siluis et alijs vniuersis dicte Curie pertinencijs et super medietate Curie, que dicitur Oldrzychowsky, ibidem in Chomutowicz et super pratis ac siluis ac alijs dicte medie Curie pertinencijs Sex marcas census annui in Sexaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem deputauit et assignauit Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in Dirzowicz, et Johannes de Dirzowicz eius filius illud suscepit dotalicium.)

(F. VI. r.) 44. (Elska de Pornycz Lyczkoni de Lulcz et suis heredibus In villa Pornycz Curiam, quam olim Wytoslaus habuit, et duas marcas census annui super hominibus censualibus eo Jure dotalicij, prout sola tenuit et possedit, vendidit possidendam in quinquaginta marcis grossorum.)

45. Elska de Pornycz Agnezce matri sue residuum sui dotalicij videlicet octo marcas census, quas in villa Pornycz super hominibus censualibus habuit, ipso Jure dotalicij, quo sola tenuit in octoginta marcis grossorum vendidit possidendas, Notanter in hijs hominibus censualibus, de quibus dicte Agnezcze est condescensum.

Nota quod Agnezka predicta ex istis Octo marcis census vendidit quatuor marcas census et propter hoc illis quatuor marcis census renuncciat. 1412.

46. Przedbor de Czimburg Elscze Conthorali sue In et super opido Drzewohostycz in hominibus censualibus ibidem Molendinis Thabernis et balneo ac super Curia allodiali, et molendino in Turowicz censuali necnon pratis ad eandem Curiam spectantibus, Et in villa Lypowey super hominibus censualibus et super eius pertinencijs vniuersis, que ipse ibidem obtinet, Quinquaginta marcas census annui in Quingentis marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim habuit in Horka et in Bernarticz, Et si quid ibidem deficeret, hoc debet sibi adimpleri In villa Radkowich super hominibus censualibus et Molendino, Insuper de sua gracia speciali sibi superaddit, ut quamdiu statum suum non mutauerit Municionem Drzewohosticz tam diu habeat et teneat, Quod quidem dotalicium Drslaus de Stralek suscepit.

47. (Przedbor de Czimburg Stephano de Heynsdorffa et suis heredibus Jus sui dotalicij videlicet viginti marcas annui census in ducentis marcis grossorum, quod ipse habuit et tenuit in villis Horka et Bernarticz, vendidit eo Jure dotalicij, sicut solus tenuit, Nichil ibidem sibi prorsus reseruando.)

48. Albertus de Sternberg alias de Lukow Hanussio de Lypa In et super villis infrascriptis videlicet Jankow, Czotkytl, Sumwald, Tatenycz in bona parte, Item in Tatenycz in alia parte, in Sudyna, Lubna, Hadowecz Quinquaginta sexagenas grossorum census annui Jure veri dotalicij secundum terre Morauie consuetudinem in Quingentis sexagenis grossorum post Margaretham sororem suam dat et assignat possidendas.

49. (Elska Relicta olim Herssonis Smetana Ondrzeykonem de Bossowicz suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Zahlenyczich.)

(F. VI. v.) 50. Hanussius de Lypa Margarethe Conthorali sue In et super villis Jankow, Czotkytl, Sumwald, Tatenycz in bona parte, et in Tatenicz alia parte, Sudyna, Lubna et Hadowecz Quinquaginta sexagenas census annui in Quingentis sexagenis grossorum Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem deputauit et assignauit, Quod dotalicium Albertus de Sternberg alias de Lukow frater eius suscepit.

51. Jan Dyetye residens in Lossynach Anne Relicte olim Bohussij de Schonwald in villa dicta Sborowicz quinque laneos censuales Duas Thabernas et vnam Curticulam agrorum, duos ortos et pomerium censuale vendidit Jure hereditario possidendos.

52. Jan Dyetye residens in Lossinach Hinkoni et Bohussio fratribus de Schonwald In villa Sborowicz decem laneos censuales, duas thabernas, Quinque Curticulas agrorum, et quinque ortos vendidit et intabulauit Jure hereditario possidendos.

53. (Jan Dyetye residens in Lossynach Zbinkoni de Drzienoweho et suis heredibus In villa Sborowicz Curiam allodialem cum dimidio tercio laneis ac Jurepatronatus ecclesie ibidem, cum Nemoribus et pratis, ortum et locum Molendini, qui dicitur Mlynystcze desolutum, pleno Jure ac dominio et vniuersis dicte Curie pertinencijs, prout in suis limitibus consistit, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

1412. 54. Odpor[1]) Smylo de Meilicz facit odpor et dicit, quod super Nemoribus in Sborowicz, que Jan Dyetye superius nominato Zbinkoni de Drzienowe vendidit, sibi Jus competit.

55. (Hermannus de Crawarn alias de Plumnaw Abbatisse et Conuentui Sanctimonialium Monasterij Sancte Clare in Olomucz ordinis minorum in villa Huzowa super Curia allodiali dominorum ac hominibus censualibus et pertinencijs vniuersis, Piscina, pratis, pascuis, Robottis, illis dumtaxat Robottis exceptis, que ad Molendinum dictum Benatsky spectant, Centum Septuaginta et quinque marcas grossorum Jure veri dotalicij possidendas vendidit et intabulauit iuxta terre Morauie consuetudinem, Et Albertus de Lukow filius Sdenkonis illud suscepit dotalicium.)

56. Henricus de Crawarn alias de Plumlow Preposito et Conuentui Monasterij in Sternberg villam Babicze et Curiam ibidem cum Siluis Rubetis pratis pascuis et alijs eorum vniuersis pertinencijs Jure veri dotalicij pro Quadringentis sexagenis grossorum vendidit possidendas.

(F. VII. r.) 57. (Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Preposito et Conuentui fratrum Monasterij in Sternberg In villa Pernyky super hominibus censualibus Sedecim sexagenas et octo grossos census annui Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem in Centum sexaginta sexagenis et LXXX grossis deputauit et assignauit.)

58. Laczko de Crawarn, Magister Curie Romanorum et Boemie Regis, Dyetrzichoni de Reychenberg et suis heredibus In villa Kostelecz Curiam, que iacet penes antiquam villam, Item Thabernam cum duobus laneis minus vno quartali et quatuor curticulas cum eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio ac vtilitatibus, pratis pascuis Rubetis necnon agris cultis et incultis limitibus metis, quemadmodum ab antiquo in suis metis consistit, prout solus tenuit et possedit, excepto solo medio laneo, in quo Mixiko forestarius residet, vendidit hereditarie possidendam.

59. Laczko de Crawarn, Magister Curie Romanorum Regis et Boemie, Bedrico de Ryssenburg et suis heredibus villam Dub et villam dictam Poluwssye cum hominibus censibus redditibus prouentibus obuencionibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis montibus vallibus aquis riuis Rubetis penis emendis et locis Molendinorum dictis Mlynystye et alijs vniuersis et singulis dictorum bonorum pertinencijs fructibus et vtilitatibus, in quibuscumque sunt rebus, necnon metis et limitibus, prout dicta bona ab alijs bonis circumadiacentibus sunt distincta, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis[2]) reseruando vendidit hereditarie possidendam, prout solus tenuit.

60. Laczko de Crawarn, Magister Curie Regis Romanorum et Boemie Regis,[3]) prout per tabulas terre fuit verus et legittimus Commissarius bonorum et puerorum Benessij de Benessow alias de Quassicz, ex parte sua fecit et substituit verum Commissarium dictorum bonorum et puerorum ipsius Benessij de Benessow alias de Quassicz Nobilem Petrum de Crawarn alias de Straznicz Supremum Camerarium Czude Olomucensis. 1412.

61. Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Wytkoni de Woynicz et Dorothee de Kunkowicz sue Conthorali, In villa Dyedicz vnum laneum, quatuor marcas grossorum annis singulis censuantem, Jure veri dotalicij possidendum pro quadraginta marcis grossorum vendidit et intabulauit.

62. Hanuss de Milczan Alberto de Sternberg alias de Lucow filio Sdenkonis et suis heredibus villam Nyezkowicz cum hominibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis et alijs vniuersis eius pertinencijs et vtilitatibus pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

(F. VII. v.) 63. Marssiko de Slapanicz Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus in villa Kuzussicz quintum dimidium laneos censuales, tres curticulas, vnam thabernam braxatilem, medietatem Molendini et siluam cum agris cultis et incultis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendos.

64. Laczko de Crawarn, Magister Curie Romanorum Regis et Boemie, necnon Capitaneus terre Morauie Slawkoni alias Slawczoni de Kovalowicz et vxori ipsius Margarethe In villa Miloticz super curia allodiali ac hominibus censualibus ac alijs pertinencijs vniuersis, in quibus bonis sua hereditas consistit, dimidiam octauam marcas census annui Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem in Septuaginta et quinque marcis grossorum deputauit atque dedit de sua gracia speciali.

65. (Vlricus de Lhota Znathe de Woynycz et suis heredibus In villa Smrzicz super hominibus in quatuor laneis residentibus et super duabus praetis dictis Nywy et super Judice ibidem Nouem sexagenas census annui in Nonaginta sexagenis grossorum Jure veri dotalicij deputauit.)

66. Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Onssoni dicto Cropacz de Podhagie et suis heredibus In Ohrozym Curiam allodialem cum duobus pratis, quorum vnum iacet sub piscina, et aliud pratum super piscinam, si forsan dictum pratum per aquas piscine non occuparetur, pleno Jure et dominio et suis pertinencijs vniuersis, excepto Jurepatronatus ecclesie ibidem, et illo orto, quod ad illam spectabat Curiam eciam excepto, qui ortus iacet iuxta ortum olerum plebani, vendidit hereditarie possidendam, Et si ipse Henricus dicta bona prius haberet in tabulis, hec nullum debent habere vigorem, nisi presens intabulacio.

67. Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Mixoni dicto Potoczek Ciui in Prostano et suis heredibus et Elscze vxori sue legittime In villa Dubanech Curiam allodialem et tres marcas census annui ibidem super vna thaberna et tribus emphiteotis dictis Purkrechti et alijs bonorum dicte eorundem pertinencijs vniuersis pratis pascuis aquis pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile und ist von derselben Hand geschrieben.*

[3]) *Dieses Wort ist im Orig. unterpunctirt.*

1412. 68. (Jesko de Zyrotin Wsseborium de Dubczan suscipit ad veram vnionem suorum bonorum, que dumtaxat habet de Zyrotyn.)

69. Henricus de Crawarn alias de Plumnow Wenceslao de Zwola et suis heredibus In villa Stychowicz super Curia allodiali et super tribus laneis censualibus et vno quartali ac super tribus Curticulis et vna thaberna pratis pascuis robottis et rubetis cum suis pertinencijs vniuersis Sexaginta et vnam marcam grossorum Jure veri dotalicij assignat et deputat.

(F. VIII. r.) 70. Elska de Zastrzizl Protywczonem de Zastrzyzl patrem suum suscipit ad veram vnionem omnium suorum bonorum, que habet vbicumque.

71. (Katrusse de Morawan Protywczonem de Zastrzyzl (et Johannem de Morawan fratres suos)[1]) suscipit ad veram vnionem omnium suorum bonorum que habet in villa Chylczich.)

72. (Henricus de Crawarn alias de Plumnow Janoni de Ptenye et suis heredibus, villam Klynowicze integram cum Curijs agris cultis et incultis pratis pascuis aquis et earum decursibus hominibus censibus fructibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis necnon robottis, excluso solo Jurepatronatus ecclesie ibidem, Jure veri dotalicij intabulauit in Quingentis marcis grossorum possidendam.)

73. Dorothea de Vgezd Blatneho Mikulassonem maritum suum suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que ibidem in Vgezd Jure dotalicij obtinet, et eciam super omnibus bonis suis mobilibus, que nunccupantur Nadbyt, que eciam habet ibidem.

74. Johannes de Smrzow alias de Bezna et Anna Conthoralis sua, filia Sudkonis de Podole, Sulkoni de Krzekowicz et suis heredibus villam Zakrzowicz cum Municione ibidem et Curia cum hominibus censibus agris cultis et incultis piscinis aquis et aquarum decursibus et in villa Laznyk dimidium alterum laneum censualem et Molendinum, quod iacet sub Laznyk, cum dictorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, pleno Jure et dominio, cum lucis ibidem, Nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis uel dominij reseruantes, prout dicta bona in suis limitibus consistunt et prout ipsi eadem tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidendam.

75. Johannes de Ptenye confessus est coram nobis Officialibus, quod Anna Conthoralis Johannis de Smrzow filia Sudkonis de Podole pro suis bonis hereditarijs et dotalicio plenam satisfaccionem in Boemia est consecuta, igitur hoc debet probare per Beneficiarios Pragenses, et per illum hominem bene possessum, qui dicta bona Anne tam hereditaria quam dotalicij suscepit, quod si probare non posset, extunc predicta Anna bona dicti Johannis de Ptenye potest apprehendere, ut satisfaccionem de premissis consequatur, et quam cito probauerit, tunc bona Zakrzowicz Johanni de Smrzow debent extabulari.

76. Johannes de Ptenye Henricum de Crawarn alias de Plumnow, Philippum dictum Stricz de Paczlawicz, Johannem dictum Palowecz et Bedricum dictum Moticzka de Lulcz facit veros Commissarios omnium bonorum suorum, que habet vbicumque et eciam omnium suorum puerorum, exceptis bonis mobilibus, que dicuntur Nadbyt. 1412

(F. VIII. v.) 77. (Henricus de Crawarn alias de Plumnow Stachoni de Hostyeradek et suis heredibus In villa Dyedicz super altero dimidio laneis censualibus Sex marcas grossorum annuatim censuantibus et super media villa Lypynka duas marcas census annui, quod totum facit VIII marcas census Jure veri dotalicij in octoginta marcis grossorum dat deputat et assignat.)

78. Stacho de Hostyeradek Katherine de Strabenicz vxori sue legittime In villa Dyedicz super altero dimidio laneo censuali et super media villa Lypynka octo marcas census annui In octoginta marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim habuit in Tisnowiczich, et Henricus de Trubek illud suscepit dotalicium.

79. Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Wilhelmo de Litenczicz et suis heredibus In villa Smrzicz super tribus laneis et vno quartali censualibus et vna Curticula Septem sexagenas census annui in Septuaginta sexagenis grossorum Jure veri dotalicij deputauit.

80. Wilhelmus de Lytenczicz Przibiconem de Dobromylicz suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villa Smrzicz super tribus laneis et vno quartali censualibus et vna curticula.

81. (Katherina vxor Stachonis de Hostieradek Martino dicto Pernstain de Podnyetowicz et suis heredibus in villa Tyessnowicz super Curia allodiali et eius pertinencijs et super hominibus censualibus et alijs hereditatibus, in quibus suum ibidem habuit dotalicium Quinquaginta marcas grossorum sui dotalicij eo Jure, quo sola tenuit, vendidit possidendas.)

82. (Jakubko de Rakodaw Wenceslao de Przieka z et suis heredibus in villa Jarohnyewicz Curiam cum duabus araturis pratis pascuis siluis vnum laneum censualem minus medio quartali, duas thabernas, Septem curticulas censuales, Item in Drazowicz vnam curticulam cum pleno Jure et dominio ac vniuersis et simul pertinencijs, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam, et dominus Raczko Canonicus Chremsiriensis et Jenczo de Kostelecz fratres et Congressores sui ad hanc Intabulacionem consenserunt.)

83. Wytko de Woynycz Alssoni de Cunstat alias de Lyssecz et suis heredibus In villa Petrowicz super Curia allodiali et super tribus laneis censuantibus et super parua piscina atque pratis necnon super tribus porcionibus siluarum et eorum pertinencijs, Et in villa Schusnowicze super tribus lancis et in villa Wawrzynczy super altero dimidio laneis et eorum pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, Sexaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dedit et deputauit iuxta consuetudinem terre.

(F. IX. r.) 84. (Elska de Czimburg, Relicta olim Benessij de Quassicz alias de Benessow, Nobilem Petrum de Crawarn alias de Straznicz Czude Olomucensis Supremum Camerarium suscipit ad veram vnionem sui

[1]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand die Note: „Ista abolicio non nocet huic intabulacioni.“*

1412. dotalicij, videlicet Quingentas marcas grossorum, quas habet in et super bonis Quassicz.)

85. Petrus de Muchnicz Anne vxori sue legittime, In villa Muchnycz super Curia, quinque laneis, Molendino censuante, tribus curticulis soluentibus, necnon siluis et super alijs dicte Curie pertinencijs vniuersis et in villa Komossow Super Sex laneis et eorum pertinencijs, Quindecim marcas annui census in Centum et quinquaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem assignauit atque dedit, Quod dotalicium Marsso de Slapanicz suscepit.

86. (Wenceslaus de Zwola Elscze de Dubczan Conthorali sue legittime In villa Stychowicz super Curia allodiali et robottis, tribus laneis, et vno quartali censualibus, Thaberna, tribus Curticulis siluis et pratis cum eorum pertinencijs vniuersis Sexaginta vnam marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod in Rowenske olim habuit, Et Scheborius de Dubczan illud suscepit dotalicium.)

87. Wyeczko de Opathowicz Jeskoni dicto Fuossek et suis heredibus omne Jus, quod sibi in Chudiechrom in bonis hereditarijs conpetit, vendidit hereditarie possidendum, nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando.

88. Wenceslaus de Zwola Agnezcze de Zopp et Dorothee ipsius filie In villa Rowenske super hominibus censualibus Sex marcas annui census in Sexaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij secundum terre Morauie consuetudinem deputauit.

89. (Katherina de Meyssow Conthoralis olim Petri de Plumnaw Henricum et Benessium filios suos suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum, siue sint hereditaria siue dotalicia.)

90. Wenceslaus de Slupna dictus Herynk Johanni dicto Swehla et suis heredibus Jus dotalicij, quod Margaretha de Chlum quondam vxor sua habuit et tenuit, videlicet Centum marcas grossorum In villa Kwaczicz super Curia allodiali ac hominibus censualibus cum pratis pascuis siluis et luco et super vno littore fluminis Morawa ad hoc spectante ac robottis et alijs suis pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excluso, vendidit eo Jure possidendum.

(F. IX. v.) 91. (Mixsso dictus Sesstak de Slupna Kunathoni dicto Zylstrank de Sobotyn et suis heredibus in Zaworzicz Municionem et Curiam allodialem cum agris cultis et incultis, Item tres ortos censuales cum Robottis, mediam Thabernam, vnum Molendinum, tres piscinas, duo Nemora, quorum vnum iacet sub piscina, et aliud retro Morawam fluuium, et vnum littus ipsius Morawe, quod littus incipit a limitibus Leznycz et definit in limitibus Koyssow, Item vtrumque littus fluminis Hoczaw a limitibus bonorum Postrzelymow vsque ad flumen Morawe per omnia, sicut ab antiquo consistebat, cum Pratis pascuis venacionibus aucupacionibus et piscacionibus, Item XX grossos census annui in Agris dictis Kratke, quos ad presens Benedictus rusticus tenet, vnacum hereditatibus quinque laneorum, quas pronunc Johannes de Rzymycz Jure dotalicij obtinuit, Nichil in supradictis bonis sibi aut suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruando cum dictorum bonorum pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendum.)

92. (Cunath dictus Zilstrank Anne dicte Walkunka vxori sue legittime Super Municione in Zaworzicz et super Curia ibidem Molendino et piscinis et super omnibus bonis ipsius Municionis pertinentibus ad hoc decem marcas census annui in Centum marcis grossorum racione veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem deputauit adque dedit, Quod dotalicium Henricus de Crawarn alias de Plumnow suscepit, Et supradictum dotalicium ipsa Anna debet habere super eo toto, quidquid Cunath predictus suus maritus in Zaworzicz obtinet.) 1412.

93. (Smylo de Cunstat alias de Luczan Michaeli dicto Raruozek Ciui Olomucensi, Johanni presbitero eius filio, Johanni Sororino suo, Anne et Vrsule filiabus fratris sui de Olomucz, et suis heredibus In villa Senycz Curiam cum agris cultis et incultis, Molendinum cum balneo, et decem curticulas cum ortulanis bene possessis ac eciam desolatis cum pratis aquis limitibus metis hominibus censualibus redditibus fructibus ac pleno Jure et dominio et specialiter cum medietate Jurispatronatus ecclesie ibidem in Senycz cum pascuis Judicijs et emendis et alijs pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris aut proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. X. r.) 94. Henricus de Trubek Anne Relicte olim Janouis de Hustyenowicz In villa Zdyslawicz Jus sui dotalicij super quinto dimidio laneis censualibus, quatuor curticulis, vineis, decimis vnius praete nuncupate Rybnyczek, Item super Thaberna deserta et eorum pertinencijs, Nichil ibidem sibi reseruans nec suis heredibus, Octo marcas census annui In LXXX marcis grossorum eo Jure veri dotalicij vendidit possidendum, Et ad hanc Intabulacionem Michalko de Morkowicz suus Congressor consensit, *Et si dictum dotalicium ipse Henricus prius haberet in tabulis, non debet habere vigorem et debet aboleri.*

95. Henricus de Trubek Michalkoni de Morkowicz residenti in Barzicz et suis heredibus In Kowalowicz villa super Czyesczyn iacente octo cum dimidio laneis et vnum quartale, et super vno quartali Jus hereditarium, quod plebano ecclesie in Morkowicz censuat, Item vnam Curticulam et vnum ortum, cum omnibus et singulis eorum pertinencijs, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

96. Michalko de Morkowicz Clare vxori sue legittime In villa Kowalowicz super quinto dimidio laneis censualibus Quinque marcas census annui in Quinquaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in villa Zdyslawicz in bonis Henrici, et idem Henricus de Trubek illud suscepit dotalicium.

97. Mirko de Chlum Johanni dicto Swehla de Sobyehrd et suis heredibus In Kwaczicz Jus suum hereditarium, in quibus prefatus Johannes dotalicium obtinet, dedit et intabulauit possidendum vnacum Jurepatronatus ecclesie ibidem in Kwaczicz.

98. Petrus de Zdislawicz Dorothee de Srbecz conthorali sue legittime In villa Zdislawicz super Curia pomerio pratis et siluis cum vniuersis dicte Curie pertinencijs Quindecim marcas grossorum Jure veri dota-

1412. licij deputauit, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod ibidem in Zdislawicz habuit, super hominibus censualibus, Quod dotalicium Henricus de Trubek suscepit.

99. (Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Johanni de Popowek et Margarethe de Kleczan Conthorali sue et eorum heredibus In Wlcznow Curiam cum agris cultis et non cultis aquis pascuis pratis ac Nemore ab Vngaria iacente et Pomerium et cum hominibus censibus et eorum pertinencijs vniuersis in ducentis et quadraginta marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit possidendam.)

100. Johannes de Popowek et Margaretha de Kleczan sua Conthoralis Zychonem de Nedachlebicz facit (sic) verum et legittimum Commissarium omnium suorum puerorum et notanter illius dotalicij, quod habent in Wlcznow.

(F. X. v.) 101. Jessek Fuossek de Chrudyechrom Perchte vxori sue legittime Ibidem in Chrudyechrom super Curia et hominibus censualibus siluis robotis et eorum pertinencijs vniuersis, que olim Vyczyko tenuit octoginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, quod dotalicium Wenceslaus de Rechenberg suscepit.

102. Henricus de Rokytnicz Johanni fratri suo de Rokytnycz et suis heredibus in Rokytnicz super medio laneo, in quo Jacobus Nawraskacz residet, vnam marcam census annui in decem marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit.

103. Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Wilhelmo de Snowydek et suis heredibus in villa Buchlowicz Curiam allodialem cum censibus ad dictam Curiam spectantibus cum hominibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis et earum decursibus pleno Jure et dominio, prout hec quondam Onsso tenuit, in Sexaginta duabus marcis grossorum Jure veri dotalicij assignauit.

104. Wilhelmus de Snowydek Hercze vxori sue legittime in villa Buchlowicz super Curia allodiali et censibus ad eam pertinentibus et super hominibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis et earum decursibus pleno Jure et dominio Sexaginta duas marcas grossorum in pingnus veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim in Prostano et in Klobuk habuit, Et Czenko Wieczemyerzicz illud suscepit dotalicium.

105. (Agneska relicta olim Frankonis de Pornycz Katherinam et Elskam filias suas suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Pornycz.)

106. Mykulass de Krzstyetyn Boczkoni de Cunstat alias de Opathowicz et suis heredibus In villa Opathowicz Curiam, in qua ad presens duo homines resident censuales, Item duos laneos in Lhota Bedrici cum agris cultis et incultis et alijs eorum pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendam.

107. Bedricus de Ryssumburg alias de Russkeho Elscze Conthorali sue Super villa Dub tota cum pleno Jure Quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit atque dedit.

108. (Jodocus quondam Marchio Morauie Pessikoni de Lhota et suis heredibus omne Jus suum, quod sibi in Wiskowicz in Curia et duabus curticulis compecijt et ad eum est per mortem Styepankonis deuolutum, dedit hereditarie possidendum, Et huius rei nunccij sunt per eum missi ad Tabulas Albertus de Towaczow et Sulico de Konycz, ad quorum relacionem presens Intabulacio est facta.) 1412.

109. (Idem Jodocus quondam Marchio Morauie Pessikoni de Lhota et Brzenkoni de Ryznberk et eorum heredibus omne Jus sibi competens In et super villa Bzowe tota, quod ad eum fuit per mortem Wlkonis de Miliczyn deuolutum dedit, Et huius rei Nunccij fuerunt per eum missi ad tabulas terre Albertus de Towaczow et Sulico de Conycz, ad quorum relacionem ista Intabulacio est facta.)

(F. XI. r.) 110. (Dobess de Mezirziecz alias de Popowicz Budissium de Budissow suscepit ad veram vnionem omnium illorum bonorum, que habet in Trawnyk, prout ea obtinuit Jure terre.)

111. Hinko de Petrowicz Alssoni de Cunstat alias de Lyssicz et suis heredibus In villa Petrowicz vnum laneum censualem et porcionem suam, que eum in Curia allodiali et Jurepatronatus ecclesie concernit, cum eorum pertinencijs vniuersis, et in villa Schussnowcze duos laneos cum siluis et pertinencijs vniuersis, Nichil ibidem sibi et heredibus suis reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

112. Johannes de Ostrowanek Katherine vxori sue legittime In medietate ville Ostrowanek super tribus laneis tribus curticulis et super medietate siluarum ibidem et super vna piscina inferiori et vno pomerio, cum eorum pertinencijs vniuersis, vigintiquinque marcas grossorum Jure veri dotalicij assignauit, Et Johannes de Ptenye illud suscepit dotalicium.

113. Odpor.[1]) Adam de Hradek facit odpor et dicit, quod bona Bzowe per Marchionem Jodocum Pessikoni de Lhota et Brzenkoni de Rzynburg (sic) intabulata sunt sua, quodque ea comparata haberet in tabulis terre.

114. Hrdko de Petrowicz Alssoni de Cunstat alias de Lyssicz et suis heredibus Ibidem in Petrowicz Curiam Allodialem, super qua Witko dotalicium habuit, cum siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis cum vno laneo censuali, pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam, Ad quam Intabulacionem Mathias de Petrowicz suus Spolecznik consensit.

115. (Johannes dictus Ganzar de Koyssow Katherine vxori sue In villa Sluchunowek super quarto dimidio laneis censualibus Quartam dimidiam marcam census annui in XXXV marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Wenceslaus de Zwola illud dotalicium suscepit.)

116. Znata de Woynycz Dorothee vxori sue legittime in et super villa Smrzicz super hominibus censualibus Nouem sexagenas census annui in Nonaginta sexagenis grossorum Jure dotalicij assignat habendas in duabus[2]) Praetis dictis Nywy et quatuor laneis et in Judice alterumdimidium grossos, Et Andreas dictus Syssel de Bossowicz illud suscepit dotalicium, Et ipsa Dorothea

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb des durchstrichenen „quatuor“ und ist von derselben Hand geschrieben.*

1412. est transducta de suo dotalicio priori videlicet L marcis grossorum, quod habuit in Bossowicz.

117. Benessius de Schonwald Anne Relicte olim Bohussij de Schonwald in villa Rohle Sextum dimidium laneos et in villa Studencze tres laneos cum eorum pertinencijs vniuersis ac pleno Jure vendidit hereditario Jure possidendos.

(F. XI. v.) 118. Anna Relicta olĥm Bohussij de Schonwald Hinconem et Bohussium filios suos de Schonwald suscepit ad veram vnionem, videlicet super decem marcis census annui, quas habet in Sborowicz, et super quatuor [1]) marcis census annui, quas habet in Rohly, et super tribus marcis census annui, quas habet in villa Studencze pleno Jure, quemadmodum illa Jure hereditario possidet atque tenet.

119. (Benessius de Schonwald Elścze de Mostecznehо et pueris ipsius In villa Olessna sextum dimidium laneos censuales, et quartam dimidiam virgas agrorum, vnum subsidem cum media thaberna, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendos.)

120. (Henricus de Crawarn alias de Plumnow Katherine relicte olim Paulikonis de Sowynecz in villa Vgezd super Curia allodiali vnacum segetibus et Quadraginta marcis annui census ibidem in Vgezd super hominibus censualibus, pleno Jure et suis pertinencijs vniuersis, Jure veri dotalicij in Trecentis et XXX marcis grossorum deputauit atque dedit cum pleno Jure ac dominio, Nichil ibidem sibi et heredibus Juris proprietatis et dominij reseruando.)

121. (Henricus de Crawarn alias de Plumlaw Erhardo de Sowynecz in villa Vgezd super hominibus censualibus viginti sex marcas census annui in hominibus possessionatis cum pleno Jure et dominio ac pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, Nichil sibi ibidem aut suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruando, Jure veri dotalicij in ducentis et sexaginta marcis grossorum iuxta terre Morauie consuetudinem deputauit.)

122. (Benessius et Hinko fratres patrueles de Schonwald Kuncze de Zwole, Relicte olim Herssonis dicti Skrzietek, Jus suum hereditarium, prout in Kostelecz prope Prostans in Petro de Plumnaw obtinuerunt, videlicet septimum dimidium laneos censuales, et balneum et super XI domibus in platea morauicali cum ortis ad hoc spectantibus cum pleno Jure, Nichil ibidem sibi aut heredibus suis reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.)

123. Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Zychoni de Nedachlebicz et suis heredibus in villa Zlamany Vgezd Curiam allodialem, XVIII laneos censuales, Molendinum, duas curticulas cum pratis et siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi et heredibus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XII. r.) 124. Mikulass dictus Onssik de Lypyny Katherine Conthorali sue in villa Myestkowicz et in Curia vnius arature et super sex laneis censualibus pratis siluis et riuis et alijs dicte ville pertinencijs vniuersis et eciam super tribus quartalibus in villa Nezdenycz Quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Johannes de Lypyny frater Mikulassonis predicti ad hoc consensit, Quod dotalicium Michalko de Barzicz suscepit. 1412.

125. Zdenko et Hersso fratres Germani de Swabenicz Smiloni de Weletyn et suis heredibus in villa Dyedkowicz Curiam de duabus araturis, quatuor laneos censuales, Thabernam cum sex curticulis, Agris cultis et incultis aquis et earum decursibus Pratis pascuis venacionibus metis fluminibus, necnon siluis et Nemoribus pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendam.

126. Johannes de Rokytnycze Katherine vxori sue legittime In Rokytnycz super quarto dimidio laneis et hominibus possessionatis et Septem Curticulis et super media thaberna et vna curticula, quam ad presens Welislaus tenet, que Curticula censuat IX grossos, Jure veri dotalicij decem marcas grossorum deputat et assignat, Et Petrus frater Johannis ad hoc consensit, quod in tribus laneis et vna curticula sibi est intabulatum predictum dotalicium, Quod dotalicium Hermannus de Ratay frater Katherine suscepit.

127. (Mabka de Przedmostye Pueros suos omnes suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in Przedmostye, siue sit hereditas siue dotalicium.)

128. Hersso et Smylo fratres de Weletyn fecerunt congressum cum omnibus ipsorum bonis vbicumque habitis.

129. Johannes de Vstye Clare vxori sue Ibidem in Vstye super Curia Allodiali et super medietate ipsius ville, necnon siluis pratis et vniuersis eius pertinencijs, Nichil ibidem sibi reseruans, Sexaginta marcas grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, Et Smylo de Lylcz pater eius illud suscepit dotalicium.

130. Johannes de Vstye Smylonem de Lylcz suum Socerum suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

131. (Smylo de Meilicz Znathe de Prus et suis heredibus In villa Heroltícz Curiam cum duobus laneis et medium laneum pomerium flumen ortum et pratum iuxta superius Molendinum quod iacet iuxta salicem, Item aliud Molendinum, quod iacet super villam cum alio Molendino, quod est in villa, cum vna thaberna et duabus curticulis et cum agris, qui eum in sua porcione concernunt, Nichil ibidem sibi aut fratribus suis et heredibus et hijs, qui cum vnionem habent, prorsus reseruans vendidit hereditarie possidendam.)

(F. XII. v.) 132. Heduigis vxor Marquardi de Drslawicz ipsum Marquardum maritum [2]) suum de Drslawicz suscepit in veram vnionem sui dotalicij et bonorum mobilium, que dicuntur Nadbyt, que habet in Drslawicz.

133. Benessius de Schonwald Benessio seniori de Chudobin et suis heredibus Curiam in Drahanowicz superiorem cum agris cultis et incultis et alijs dicte Curie pertinencijs vniuersis cum limitibus metis grenicijs pratis duobus ortis et notanter cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, necnon directo dominio hominum et rusticorum ad dictam ecclesiam spectancium, Nichil

[1]) *Dieses Wort steht oberhalb des ursprünglich geschriebenen „tribus.“*

[2]) *Steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

KATEDRA POMOCNÝCH VĚD HISTORICKÝCH … V. STUDIA … filozofická …

1412. ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis uel dominij reseruando, prout dicta Curia in suis ab antiquo consistit limitibus vnacum pomerio ibidem vendidit hereditarie possidendam, Hinkone de Schonnwald fratre suo ad hoc consenciente.

134. Johannes de Sowynecz Margarethe vxori sue legittime In et super villa Pnyowicz et super Municione ibidem et Curia ac Molendino et super villis Lawczie, Lhota, Krotendorff et earum pertinencijs vniuersis, siluis, fluminibus, practis et piscinis, prout dicta bona in suis limitibus consistunt, Mille marcas grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat cum bonis mobilibus dictis Nadbyt in dictis Curijs existentibus, luco ibidem incluso.

135. Odpor.[1]) Johannes de Horky facit odpor dicens, quod pater suus Curiam et Molendinum in Pnyowicz et quatuor marcas census in Lhota Jure obtinuit.

136. (Franko de Doloplaz Margarethe vxori sue In villa Skrbeny super hominibus censualibus viginti-quinque marcas census annui Jure veri dotalicij in ducentis et quinquaginta marcis grossorum dat et assignat, Quod dotalicium Jan Woyna de Krzstyetyna suscepit.)

137. Mikulass Badura de Przeczkowicz Kuncze vxori sue, Super Curia allodiali In Przeczkowicz viginti quinque marcas Jure veri dotalicij deputauit, quod dotalicium Johannes niger de Domamyslicz suscepit.

138. Boczko de Cunstat alias de Opatowicz Elscze conthorali sue In Opatowicz lapideam Municionem sitam in superiori parte, quam conparauit a Prassie et Curiam, quam conparauit ab Henrico cum duabus Agriculturis agrorum cum eo toto, quidquid in parte superiori habet, In villis Smolnye et in Malonyn cum omnibus hominibus in Opatowicz in parte superiori vsque ad paruum pontem, sicut ibi villa diuiditur cum Molendino sito sub ecclesia cum siluis pratis pascuis ac rubetis et communitatibus, vijs semitis publicis pascuis in parte inferiori cum Molendino, quod iacet in medio ville In quadraginta marcis census annui, in quadringentis marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit et dedit vnacum illis duobus (F. XIII. r.) laneis in parte superiori, quos a Mikulassone comparauit, Et eciam predicta Elska prefatum dotalicium debet habere in et super villa Brchowye, Et supradictum dotalicium in supradictis bonis sibi deputauit, transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim habuit in villa Opatowicz parte inferiori, Et Suliko de Conycz illud suscepit dotalicium, Ita tamen, quod si predicta Elska de predicto dotalicio contenta non posset fieri, extunc ipse Suliko et sui heredes in supradicto Boczkone et suis heredibus possunt recuperare.

139. Margaretha de Vhrzicz prope Brodam Vngaricalem Mathyekonem de Ratay maritum suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Vhrzicz et bonorum suorum mobilium, que dicuntur nadbyt, que habet siue multum sit siue parum.

140. Theodericus de Kostelecz Margarethe vxori sue legittime Ibidem in Kostelecz super vna[2]) Curia allodiali et super duobus laneis minus vno quartali, (super Molendino)[3]) et quatuor curticulis et alijs suis pertinencijs vniuersis ibidem in Kostelecz penes antiquam villam Quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Drslaus de Stralek illud suscepit dotalicium. 1412.

141. (Hermannus de Ratay Anne vxori sue legittime Super villa Ratay decem et septem marcas cum media marca census annui[4]) Jure veri dotalicij in Centum septuaginta et quinque marcis grossorum super hominibus censualibus ibidem deputauit atque dedit, Et Andreas de Paulowicz pater eius illud suscepit dotalicium.)

142. Stiborius de Peczse Almuzoni de Kunkowicz et suis heredibus In villa Wisskowicz prope Lytenczicz Curiam allodialem de dimidio tercio laneis cum siluis pratis et eius pertinencijs vniuersis, super quibus suum habuit dotalicium, videlicet XV marcas grossorum, eo Jure dotalicij vendidit possidendam.

143. (Zycho de Nedachlebicz Zdene vxori Stiborij de Peczse In Vgezd zlamany super Curia allodiali cum pratis et alijs suis pertinencijs quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim habuit in Wyskowicz super duabus Curijs.)

144. Hanuss de Kauffung Proczkoni de Jezow et suis heredibus villam Blyssicz totam cum Municione ibidem Curiam cum pomerijs, XI laneos censuales, V curticulas cum hominibus censualibus, Robotis agris cultis et incultis pratis pascuis siluis limitibus metis ac alijs suis pertinencijs fructibus redditibus et vtilitatibus vniuersis pleno Jure et dominio, prout eadem in suis limitibus ab antiquo consistunt, Nichil sibi ibidem aut heredibus suis Juris proprietatis uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam vnacum aquis fluentibus et non fluentibus.

145. (Proczko de Jezow Johannem dictum Kuzel de Artlebow suscipit in veram vnionem bonorum suorum in Blyssycz.)

(F. XIII. v.) 146. Aless Kabat de Wyskowicz Magdalene vxori sue legittime Ibidem in Wyskowicz super Municione et Curijs allodialibus Quinquaginta sexagenas grossorum in supplemento Jure veri dotalicij dat et assignat et eciam in pratis ibidem.

147. Anna de Byelowicz Benessium de Longavilla maritum suum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Wlkoss prope Byzencz.

148. Benessius de Longavilla renuncciat omni Juri sibi competenti In et super villis videlicet Longavilla et Wrchoslauicz dicens, quod inde suam porcionem recepit, Renuncciat eciam dotalicio, ad eum post obitum matris sue deuoluto.

149. Heress de Turowicz Dorothee de Radyeczow In villa Lypowe super Curia allodiali et super vno laneo censuali et super vna curticula, ex qua factum est Trawnyk, locus videlicet graminum, super piscina necnon pratis et robottis Triginta cum octaua dimidia marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Quod dotalicium Wsseborius de Dubczan suscepit.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Das im Orig. vorstehende „duabus“ ist unterpunktirt.*

[3]) *Am linken Rande steht von anderer Hand die Note: „Ista abolicio non nocet alijs.“*

[4]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „census“ ist unterpunktirt.*

1412. 150. (Johannes de Longavilla Zychonem de Nedachlebicz facit verum et legittimum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum.)

151. Doman de Czekynye Elscze Conthorali sue filie Petrzikonis de Lychtnaw In villa Czekynye super octo laneis censualibus minus vno quartali bene possessis absque omni Impedimento cum pleno Jure et dominio decem marcas annui census In centum marcis grossorum in pingnus veri dotalicij iuxta terre consuetudinem dat et assignat, quod dotalicium Dywa de Czekynye suscipit.

152. (Wsseborius de Dubczan Kuncze vxori sue In villa Chwalkowicz super decem laneis censualibus et eorum pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excepto, decem et octo sexagenas census annui, Et in villa Dubczan super hominibus in parte Nedwyedkonis duas marcas census annui Jure veri dotalicij In Centum septuaginta quinque marcis grossorum dat et assignat, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit in Chwalkowicz super Curia, Quod dotalicium Wenceslaus de Zwola suscepit.)

153. Sulko de Krzekowicz Elscze Conthorali sue Super Municione et super villa in Zakrzowicz, et super medietate Curie ibidem cum piscinis siluis et pratis et in villa Laznyczich super altero dimidio laneis et Molendino cum eorum pertinencijs vniuersis Centum et quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Johannes de Longavilla illud suscepit dotalicium.

154. Doman et Dywa fratres de Czekynye cum omnibus eorum bonis, que habent vbicumque, congressi sunt et stupyly sye.

(F. XIV. r.) 155. Proczko de Jezow Machne vxori sue legittime In et super bonis Blyssicze, Municione videlicet et Curia ibidem laneis et curticulis et alijs omnibus dictorum bonorum pertinencijs, in quibuscumque sunt rebus, nullo prorsus excepto, Ducentas marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Et Bedricus de Lulcz dictus Motyczka illud suscepit dotalicium, Et Johannes Kuzel de Artlebow suus spolecznyk ad hanc Intabulacionem consensit.

156. Petrus dictus Jechanecz de Oduncze Benessio de Laskow et suis heredibus apud Laskow siluam Pylowicze et Nemus cum medio flumine, Item Siluam Hrussowye cum medio flumine cum metis cum pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.

157. (Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Katherine Relicte olim Vlrici Hecht de Rossicz In villa Vgezd super hominibus censualibus et possessionatis quinque marcas census annui Jure veri dotalicij dat et assignat pleno Jure, prout solus tenuit.)

158. Johannes Niger de Domamyslicz Wenceslao Baccalario de Namyest et suis heredibus in Klobuk Curiam hereditariam cum agris cultis et incultis Orto atque prato et pascuis cum metis et limitibus et alijs suis pertinencijs vniuersis, Nichil prorsus sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendam, Et si prius ipse Johannes dictam Curiam haberet in terre tabulis, nullum prorsus debet habere vigorem.

159. Czenko de Scharow Margarethe vxori sue et eorum heredibus[1]) In villa Scharow super Municione Curia hominibus censibus agris pratis siluis et super alijs pertinencijs eorum vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod ex munere habuit in villa Zaworzicz a Dorothea matre sua eo Jure, prout tenuerunt, Et Caspar de Hradssowicz illud suscepit dotalicium. 1412.

160. (Czenko de Scharow Johanni de Rzymycz et suis heredibus Jus dotalicij sui videlicet Centum marcas grossorum quas in villa Zaworzicz habuit super V laneis censualibus ex munere Dorothee, eo Jure quo solus tenuit vendidit possidendum.)

161. (Johannes de Rzymycz Agnescze vxori sue In villa Zaworzicz super tribus laneis censualibus et in Rzymycz super altero dimidio laneis sue porcionis octauam dimidiam marcas census annui in Septuaginta quinque marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, quod dotalicium Wsseborius de Dubczan suscepit.)

162. Katherina Relicta olim Vlrici Hecht de Rossicz Sobyehrdoni de Strzyetez et suis heredibus in villa Bohdalowicz super Curia allodiali et dimidio altero laneo censuali, necnon thaberna et Curticula et eius pertinencijs vniuersis Silua pratis et pascuis et fluminibus Jus sui dotalicij videlicet L marcas grossorum vendidit possidendum.

(F. XIV. v.) 163. Tyema de Drazyegowicz Johanni de Morawan et suis heredibus In villa Swatoboricz vnum laneum et duas Curticulas cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi suis heredibus aut Consanquineis Juris proprietatis uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

164. Doman de Kokor Benessio de Chudobyn filio Johannis et suis heredibus tria quartalia censualia, ex quibus quartalibus vnus rusticus duo, et tercium quartale alius rusticus tenet, Ibidem in Chudobin cum dictorum trium quartalium pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidenda.

165. Wilhelmus de Sobaczow Benessio filio Johannis de Chudobin et suis heredibus in Sobaczow Pratum et Siluam dictam Strany contra vadum, que iacet prope pratum ipsorum, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum, partem videlicet parue silue in quantitate latitudinis prati.

166. Benessius de Chudobin Mikulassonem fratrem suum et pueros Stephani de Chudobin suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

167. (Sdenko de Costyenycz Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus in villa Orzechow octauum[2]) dimidium laneos censuales et vnam curticulam cum agris cultis et incultis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi heredibus uel Successoribus suis reseruando, vendidit hereditarie possidendos.)

168. Odpor.[3]) Proczko de Zlywna facit odpor et dicit, quod in illis bonis Orzechow superius nominatis sibi melius Jus competit, quam alijs.

169. (Johannes dictus Hussie de Krumssyn Wenceslao dicto Lzyczka de Dubnan Inferiori et suis heredibus

[1]) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb des unterpunktirten „septimum.“*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1412. villam Kozoged integram cum curia allodiali cum agris pratis pascuis siluis piscinis pleno Jure et dominio vna-cum silua dicta Opatowsky, Nichil ibidem sibi et heredibus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Et si prius ipse Johannes dicta bona haberet in tabulis, illa Intabulacio nullum debet habere vigorem.)

170. (Wenceslaus dictus Lzyczka de Dubnan inferiori Elscze sue Conthorali Super villa sua Kozoged Curia allodiali et silua dicta Opatowsky cum Agris pratis pascuis Siluis Nadbyt et piscinis et eorum pertinencijs vniuersis Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in villa Vhrzecz ad Czudam Brunnensem spectante, Et Mixiko de Zarussek illud suscepit dotalicium.)

171. Habardus de Zarussek et Wlczko de Kozussecz cum bonis eorum et hereditatibus, que habent in Zarussky, Kozussecz et Muchnycz et eorum pertinencijs vniuersis ad inuicem sunt congressi.

(F. XV. r.) **172.** (Boczko de Cunstat alias de Opatowicz Marquardo de Zwole et suis heredibus In villa Vgezd prope Mohelnycz XI laneos censuales quatuor ortos et pascua dicta pastwystye cum Agris cultis et incultis ad eosdem XI laneos spectantibus cum pratis pascuis Nemoribus Riuis montibus vallibus cum pleno Jure et dominio, Nichil sibi ibidem aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendos, Et si ipse Boczko dicta bona prius haberet in tabulis, hoc nullum vigorem debet habere.)

173. Zicho dictus Kuzel de Nedachlebicz et Jan dictus Kuzel de Artlebow cum ipsorum bonis infrascriptis, videlicet cum Nedachlebicz, Vgezd zlamany, Topolan, Artlebow, Wetherzow, Ratyskowicz et Klobuczky et dictorum bonorum pertinencijs vniuersis ad inuicem fecerunt congressum et Stupugy sie, Et ad hunc congressum dominus Buzko dictus Kuzel de Zerawicz suum dedit consensum.

174. Zicho dictus Kuzel de Nedachlebicz et Jan dictus Kuzel de Artlebow dominum Buzkonem dictum Kuzel de Zerawicz plebanum in Byelowicz fecerunt verum et legittimum Commissarium omnium puerorum suorum ac bonorum vbilibet habitorum.

175. Alsso dictus Kuzel de Zerawicz Zichonem dictum Kuzel de Nedachlebicz suscepit ad veram vnionem bonorum suorum, videlicet Zerawicz cum Municione et suis pertinencijs vniuersis et super vineis et vinearum decimis dictis horne ibidem atque siluis, Et ville Horynczicz deserte, piscina ac Molendino ac suis ceteris pertinencijs.

176. (Wsseborius de Dubczan Wenceslao de Zerawicz In villis Myrotyn et Hradeczna super hominibus censualibus in ea parte, que quondam fuit Nedwyedkonis, quatuor marcas annui census, Jure veri dotalicij in quadraginta marcis grossorum deputauit.)

177. Wenceslaus de Zerawicz Anne vxori sue legittime In villis Myrotyn et Hradeczna super hominibus censualibus in ea parte, que olim fuit Nedwyetkonis, quatuor marcas census annui et in villa Zyerawicz media super hominibus censualibus Sex marcas census annui Jure veri dotalicij in Centum marcis grossorum deputauit et assignauit, Et Wsseborius de Dubczan illud suscepit dotalicium.

178. Wznata de Prus Buskonem de Mlekowicz facit verum et legittimum Commissarium omnium suorum bonorum vbilibet habitorum et eciam puerorum suorum, quamdiu ad annos debite etatis ipsi pueri non peruenerint. 1412.

179. Katherina dicta Sczastna de Herolticz Johannem de Dohalicz maritum suum suscipit ad veram vnionem Curie in Herolticz cum suis pertinencijs exclusis hominibus censualibus.

(F. XV. v.) **180.** (Czenko de Malotyn Wenceslao de Wolfenberg et suis heredibus villam Passowicz totam cum Curia, XX laneis ac tribus curticulis, cum Agris cultis et incultis pratis siluis et locis piscinarum et Molendini et alijs vniuersis dicte ville pertinencijs fructibus et vtilitatibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

181. (Wenceslaus de Wolfenberg Elscze vxori sue legittime Super villa Passowicz tota, Curia ibidem, XX laneis, tribus curticulis agris cultis et incultis pratis siluis et locis piscinarum et Molendini et alijs vniuersis ipsius ville fructibus vtilitatibus et pertinencijs, in quibuscumque sunt rebus pleno Jure et dominio Centum et triginta marcas grossorum in pingnus veri dotalicij iuxta terre consuetudinem deputauit, Et Terwart de Domazelicz frater eius illud suscepit dotalicium.)

182. Wenceslaus Russ de Trssicz Anne vxori sue In Trssicz villa duas marcas cum media census annui de gracia speciali Jure veri dotalicij in XXV marcis grossorum deputauit, Wenceslao Doloplas suo Congressore ad hoc consensum suum dante.

183. (Katherina de Sowynecz Relicta olim Vlrici Hecht de Rossicz Petrum de Sowynecz suscepit ad veram vnionem sui dotalicij vbilibet habiti.)

184. (Wenceslaus de Prziekaz Katherine vxori sue In Snyehoticz super hominibus censualibus Tres marcas census annui in XXX marcis grossorum Jure veri dotalicij assignat, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit in Jarohnyewicz super curia allodiali, Et ad hanc Intabulacionem Mixo de Ottoslawicz consensit ipsumque suscepit dotalicium.)

185. Wenceslaus de Prziekaz Raczkoni de Domamyslicz et suis heredibus In villa Jarohnyewicz duas Curias allodiales cum agris cultis et incultis praetis dictis Nywy pratis pascuis fluminibus Nemoribus dictis Lahowe, quorum vnum supra villam et aliud sub ipsa villa iacet, tria quartalia VIII Curticulas, II thabernas braxatiles et balneum, Item in Drazyeyowicz vnam curticulam et Nemus iacens iuxta Nemus prepositi et dictorum bonorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi et heredibus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendas.

186. Byetka de Zelicz Relicta olim Koldonis Jeskoni dicto Polnkopye de Russkeho et suis heredibus quinquaginta sexagenas grossorum sui dotalicij, quas in Trawnyk super Curia allodiali in Wenceslao de Mlisliboricz Jure terre obtinuit, ipso Jure dotalicij vendidit possidendas.

187. Odpor.[1]) Suliko de Conycze facit odpor et dicit, quod in Curia in Trawnyk habet suam porcionem, quamdiu debita diuisio non fuerit subsecuta.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1412. (F. XVI. r.) 188. (Johannes de Tyessan Semykoni de Vgezd et suis heredibus Ibidem in Tyessan Curiam allodialem duorum laneorum vnam curticulam pratis limitibus et alijs suis pertinencijs vniuersis necnon agris ad hec spectantibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

189. Petrus dictus Kozlowecz de Rudky Jankoni et Matyeykoni fratribus de Chlystow et eorum heredibus in magna Rudka Curiam allodialem et Curticulam cum Agris cultis et incultis pratis siluis piscinis pascuis metis vijs et alijs dicte Curie pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi et heredibus suis Juris uel proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

190. (Martinus dictus Pernstain de Podnyetkowicz Arnesto de Malkow In villa Tyessnowicz Municionem cum Curia allodiali ibidem cum duobus [1]) promptuarijs piscium dictis kuchynky et medietatem Jurispatronatus ecclesie in Tyessnowicz, Item in laneo vnam Thabernam V curticulas cum agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis aquis et cum orto vbi quondam fuit hinnularium, montibus vallibus limitibus metis et Robottis et alijs eorum pertinencijs vniuersis, Et in villa Kotoged tercium dimidium laneos et vnam thabernam et tres curticulas eo Jure, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi Juris proprietatis uel dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum, Et (sic).)

191. (Johannes de Lyderzow Jarcze vxori sue legittime Ibidem in Lyderzow super Curia allodiali et IV laneis censualibus in porcione sua cum Agris cultis et incultis pratis piscinis siluis et eorum pertinencijs vniuersis Nonaginta marcas grossorum in pingnus veri dotalicij deputauit, Et Zycho de Nedachlebicz illud dotalicium suscepit.)

192. (Welena de Lulcz Relicta olym Hrdkonis de Vhrzecz Brzenkoni de Ryzenberg et suis heredibus Jus sui dotalicij videlicet XV marcas annui census, quas in villa Stawissicz tota habuit et tenuit, in CL marcis ipso Jure dotalicij vendidit possidendum.)

193. Alsso de Cunstat alias de Lyssicz Proczkonem de Cunstat alias de Lyssicz fratrem suum suscepit ad veram vnionem bonorum suorum in Ragyecz cum eorum pertinencijs vniuersis exclusa villa Podole cum siluis et suis pertinencijs.

194. Alsso de Cunstat alias de Lyssycz Katherinam vxorem fratris sui Proczkonis de Cunstat alias de Lyssycz suscipit ad veram vnionem bonorum infrascriptorum, videlicet Petrowicz Podole, Wawrzincze, Schussowka cum siluis et eorum bonorum pertinencijs vniuersis.

(F. XVI. v.) 195. Jan de Sczytowicz Sulykoni de Conycz et suis heredibus Curiam allodialem in Wrbatek quondam Filipi, quam Jure terre obtinuit cum suis omnibus pertinencijs dedit hereditarie possidendam.

196. Boczko de Cunstat alias de Opatowicz Henrico et Johanni fratribus de Hoburg et eorum heredibus [2]) villam Podole integram et Curiam ibidem cum Agris cultis et incultis Riuis pascuis et alijs dicte ville pertinencijs vniuersis cum montibus vallibus in Siluis et vallibus incipiendo ab eadem villa per eam viam vsque ad illam viam, que dicitur do wozskey czesty, et ab eadem rursum via usque ad Riuum, qui dicitur Myrowsky, per eum riuum deorsum, sicut ipsa in suis limitibus bona consistunt, pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Et si prius dicta bona idem Boczko haberet in tabulis, debent deleri et nullum habere vigorem. 1412.

197. (Zawisska de Vitkenstain Bartossium de Kokor suscepit in veram vnionem ville Buk cum Curia et super eo toto, quod habet in Penczicz minori, necnon Thaberne in Radwanycz et aliorum omnium suorum bonorum vbilibet habitorum cum eorum pertinencijs vniuersis.)

198. Protywczo de Zastrzyzl Wenceslao et Mikulassoni fratribus de Roh suis priuingnis et eorum heredibus Illud totum, quidquid habuit in villa Orzechowe, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis reseruando, excepta vna solum vinea vendidit hereditarie possidendum.

199. (Wenceslaus et Mikulass fratres de Roh filij Mixikonis quondam Burgrauij in Bysencz pueros illos, quos Protywecz de Zastrzyzl cum ipsorum matre habuit, suscipiunt ad veram vnionem omnium suorum bonorum, que habent in villa Orzechow.)

200. (Odpor. [3]) Salomon Judex Olomucensis Commissarius puerorum Musslini Judei Olomucensis facit odpor et dicens (sic) quod ipsi pueri Musslini predicti habent Jus ad Curiam in Wrbatek Sulikoni de Conycz intabulatam.)

201. Petrus de Sowynecz Katherinam Matrem suam facit veram Commissariam omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum.

202. (Johannes Niger de Domamyslicz Drslao de Prziluk et suis heredibus in villa Osseczan Curiam de vna aratura cum Agris cultis et incultis et aream Curie vnacum Municione Nemore pratis halterze cum Riuo, Item quinque laneos censuales et thabernam braxatilem et vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio metis et limitibus, Nichil ibidem sibi et heredibus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

203. Odpor. [4]) Andreas dictus Kuzel de Mystrzycz facit odpor et dicit, quod predicta bona videlicet Curia in Osseczan Municio et laneus et thaberna sint ipsius et sue matris bona hereditaria.

(F. XVII. r.) 204. (Katherina Relicta olim Paulikonis de Sowynecz Alssonem de Cunstat alias de Lyssicz fratrem suum ad sui dotalicij, quod habet in Vgezd, suscipit vnionem.)

205. Odpor [5]) Katherina de Ponykwe, vxor Johannonis de Lyssowa, renouat odpor et dicit, quod absque scitu suo Marsso de Ponykwe frater suus Dywyssium de Olssan [6]) ad vnionem suorum bonorum videlicet Ponykwe Luke et aliorum bonorum suscepit, existens ipse Marsso frater suus indiuisus ipsaque Katherina est heres bonorum illorum.

206. (Wilhelmus de Opatowicz Johanni de Longauilla et suis heredibus In Lytenczicz Tres laneos et

[1]) *Steht oberhalb des unterpunktirten „tribus.“*

[2]) *Diese drei Worte stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

[3]), [4]) *u.* [5]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[6]) *Steht oberhalb des unterpunktirten „Slezan.“*

1412. vnam curticulam maiorem cum Agris cultis et non cultis hominibus censualibus et non censualibus et alijs eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil sibi ibidem uel suis heredibus reseruans vendidit hereditarie possidendos.)

207. Margaretha Relicta olim Marssiconis de Ostrawan Johannem et Hanussium filios suos suscepit ad veram vnionem sui dotalicij videlicet XXV marcarum grossorum, quas habet super villa Ostrowanek.

208. Katherina de Nouavilla Johannem dictum Babyczsky maritum suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, videlicet quadraginta marcas grossorum, quas habet in villa dicta Vlyczka.

209. Katherina de Nouavilla vxor Johannis Babyczsky pueros suos, quos habuit cum Mertlikone Magistro pixidum priore marito suo, suscepit ad veram vnionem sui dotalicij videlicet XXX marcas grossorum, quas habet in villa Vlyczka.

210. Proczko de Jezow Wytoslao de Wodyerad et suis heredibus villam Jezow cum Municione ibidem et Curiam ad ipsam Municionem spectantem cum hominibus censibus Agris cultis et incultis Molendinis piscinis ac Jurepatronatus ecclesie ibidem necnon vineis siluis Rubetis pomerijs pratis Riuis metis limitibus, vijs semitis et vniuersis communitatibus aquis fluentibus et non fluentibus et alijs suis pertinencijs fructibus vtilitatibus et obuencionibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam, Et si ipse Proczko dicta bona prius haberet in tabulis, non debent habere vigorem.

211. Wlczko plebanus in Hostzicz Semyslaum de Slapanicz suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

(F. XVII. v.) 212. Michael dictus Kassan de Hostycz Katherine vxori sue In villa Hostycz super hominibus censualibus decem marcas annui census in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij assignauit, Et si quid ibi deficeret, hoc debet suppleri in Curia duarum Araturarum ibidem in Hostycz et in Robottis, Quod dotalicium Wlczko plebanus in Hostczycz frater eius suscepit.

213. Odpor.[1]) Hinko filius Bohussij de Schonwald facit odpor contra Laczkonem de Crawarn et dicit, quod ad bona Trssicz sibi Jus competit.

214. Franko de Morkowicz Zbinkoni de Drzienoweho et suis heredibus In Poczenycz duos laneos olim Jarkonis cum omnibus et singulis pertinencijs suis, prout post obitum sui patris illos tenuit, pleno Jure, Nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendos, Ad hanc Intabulacionem Wenceslaus de Morkowicz frater Frankonis consensit.

215. Franko de Chorynye alias de Morkowicz Johanni dicto Czech de Kratczicz et suis heredibus alias de Traplicz In villa Bezuchow XIII laneos minus vno quartali, Thabernam et tres Curticulas cum Agris cultis et noncultis pratis siluis Riuis, Communitatibus metis limitibus et alijs suis pertinencijs vniuersis fructibus et vtilitatibus ac redditibus pleno Jure ac dominio, prout solus tenuit, Nichil sibi ibidem aut suis heredibus et Successoribus reseruando, vendidit hereditarie possidendos, Et si ipse Franko prius dicta bona haberet in tabulis, nullum prorsus debent habere robur firmitatis. 1412.

216. (Dorothea olim Lytoltonis de Mostyenycz filia Ibidem in Mostyenycz Curiam cum vno laneo ac Thabernam braxatilem cum Curticulis ad ipsam Curiam spectantibus cum agris cultis et incultis siluis pratis pascuis riuis piscinis et loco Molendini dicto Mlynystye Johanni de Mostyenycz et suis heredibus pleno Jure et dominio cum suis pertinencijs vniuersis, nichil sibi ibidem heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis uel dominij reseruans, prout dicta bona Lytolt quondam pater eius tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

217. (Johannes de Longavilla Paulikoni de Przneho et suis heredibus In Lytenczicz tres laneos vnam curticulam maiorem cum Agris cultis et incultis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendos.)

218. (Benessius de Schonwald Wytkoni de Luczan et suis heredibus In villa Drahanowicz Curiam inferiorem allodialem hereditariam cum Municione ibidem agris cultis et incultis siluis pratis pascuis aquis, Necnon siluas et prata ad Curiam superiorem hereditariam spectantes vnacum Monte sito retro Curiam superiorem predictam, Item sextum dimidium laneos censuales et thabernam similiter censualem cum omnibus eorum pertinencijs metis limitibus, prout ab antiquo dicta bona in eis consistunt, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. XVIII. r.) 219. Franko de Morkowicz Annam matrem suam suscepit ad veram vnionem suorum bonorum omnium vbilibet habitorum.

220. (Anna Relicta olim Johannis de Morkowicz Frankonem de Morkowicz filium suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod in villa Zdislawicz a Henrico de Trubek comparauit.)

221. Wytoslaus de Wodyerad Byetcze vxori sue In villa Jezow in bonis puris et bene possessis decem marcas census annui Jure veri dotalicij in Centum marcis grossorum deputauit, et Proczko de Jezow illud suscipit dotalicium.

222. Wenceslaus de Byelowicz (Radslao de Rakowich et)[2]) Martynkoni de Byelowicz et suis heredibus Curiam Allodialem in Byelowicz de vna Aratura, Curticulam vnam et piscinam cum pratis fluminibus et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus et successoribus suis aut Consanguineis Juris aut proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

223. Albertus de Leznycz Elscze vxori sue In et super villa Waczlawow et in alia villa Pywonyn prope Zabrzeh iacente et eciam super Molendino in Waczlawow sito et super eo toto, quidquid in dictis duabus villis habet, Decem sexagenas census annui Jure veri

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Am linken Rande steht von anderer Hand die Note: „Non viciat hec abolicio.“*

1412. dotalicij dat et assignat, Quod Petrus de Rokytnicz suscepit dotalicium.

224. (Jan de Hysl Wenceslao de Chomutowicz et Benessio de Chomutowicz fratribus et eorum heredibus Curiam in villa Chomutowicz et vnam curticulam cum agris cultis et incultis pratis nemoribus et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Et si ipse Jan dicta bona prius haberet in tabulis, nullum debent habere vigorem.)

225. Mathias dictus Nyemcziczky de Nyemczicz Jaroskoni de Wyeczemyericz et suis heredibus In Strabenycz Curiam de vna aratura, et tres medios laneos, duas curticulas, agris cultis et incultis pratis pascuis siluis Rubetis fluminibus aquis piscinis pomerio limitibus metis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

226. (Johannes Swoch de Bohdalicz Lamperto de Krumpsim et suis heredibus Curiam in Bohdalicz vnius Arature (duos laneos) cum Agris cultis et incultis pratis siluis pascuis (necnon Jurepatronatus ecclesie ibidem) [1]) metis limitibus riuis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi uel suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam, Et si ipse Johannes prius haberet dicta bona in tabulis, nullum debent habere vigorem.)

(F. XVIII. v.) 227. Sdenko de Nyetkowicz Herssoni de Popowicz et suis heredibus In Przestawlk Curiam pomerium piscinam vnam Curticulam censualem et vnum laneum carentem area [2]) Agris cultis et incultis siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

228. Lampertus de Krumsyn Andree de Paulowicz et suis heredibus IV medios laneos censuales tria quartalia vnam Thabernam cum Agris cultis et incultis et suis pertinencijs vniuersis et cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, necnon pratis pascuis vijs aquis Riuis metis limitibus pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi aut heredibus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

229. Onsso dictus Kopacz de Podhagie Katherine vxori sue In Ohrozym super Curia sua et pratis duobus et super Nemore ad ipsam Curiam pertinente et super bonis mobilibus dictis Nadbyt, necnon Agris cultis et incultis et eius pertinencijs vniuersis Quinquaginta marcas grossorum in pingnus veri dotalicij deputauit, Et Johanko de Wranowicz pater eius illud suscepit dotalicium.

230. Franko de Zerotin Offcze vxori sue legittime In villa Zerotyn super dimidio tercio laneis sue porcionis Quintam dimidiam marcam census annui Juris dotalicij assignauit, Et Jan Swehla de Sobyehrd illud suscepit.

231. (Mixiko de Wezek Johanni dicto Jamka de Podhagie et Przybe vxori eius et eorum heredibus In villa Woynycz Curiam duarum Araturarum cum vno laneo area carente et vna curticula censuali cum agris cultis et incultis, necnon vno prato metis limitibus et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.) 1412.

232. Henricus dictus Rathhan de Hoburg Anne vxori sue in villa Podole super hominibus censualibus octauam dimidiam sexagenas census annui Jure veri dotalicij iuxta terre consuetudinem in Septuaginta quinque sexagenis grossorum deputauit, Et Johannes frater ipsius Henrici Rathan illud dotalicium suscipiens ad hanc Intabulacionem consensit.

233. (Andreas de Wynar Hercze vxori sue In villa Wynary super Curia allodiali et duabus curticulis ac pratis ad ipsam Curiam spectantibus, et super prato iacente in Silua sub villa Lysky et eorum pertinencijs XXV marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit de speciali consensu fratrum suorum Nycolai et Damyani presbiteri, Et Jesko de Penczicz illud dotalicium suscepit.)

234. (Alsso dictus Kabath de Wyskowicz Gregorio dicto Omech omne Jus suum hereditarium, quod in villa dicta Husserowa Lhota habuit, et quam Bohunko tenuit, Nichil ibidem sibi reseruans, vendidit sibi et suis heredibus possidendam hereditario Jure.)

(F. XIX. r.) 235. Odpor. [3]) Przibiko de Crutyenycz acit odpor et dicit, quod super Curia in Przestawlk et eius pertinencijs habet Jus dotalicij, quod sibi Jodocus olim marchio contulit per mortem Lekssonisse.

236. (Arnestus de Malkow Margarethe sue glori [4]) vxori Hawlonis de Malkow In villa Tyessnawicz super IV laneis possessionatis et super antiquis [5]) Quatuor curticulis agrorum et thaberna, Et in Kotogyed super tercio dimidio laneis vna thaberna et tribus curticulis agrorum et super medijs bonis mobilibus dictis Nadbyt, exceptis equis et segetum medietate LXXX marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Jesko dictus Polnkopye de Russke illud dotalicium suscepit.)

237. Wilhelmus de Sobaczow Henrico de Senycz et suis heredibus In villa Lukych quartum dimidium laneos censuales cum pratis pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

238. (Philippus de Vgezd Johannem de Popowek facit verum et legittimum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum.)

239. Andreas de Paulowicz Budywogoni de Pnyetluk In villa Rossczutky Molendinum vnum laneum et aream Molendini nunccupatam Mlynystye cum suis pertinencijs vniuersis pleno Jure sibi et suis heredibus vendidit hereditario Jure.

240. Arnestus de Malkow, pueros Hawlonis de Malkow suscepit in veram vnionem suorum bonorum, que habet in Tyessnowicz et in Kotoged, excluso dotalicio Margarethe gloris sue.

241. Arnestus de Malkow Hawlonem de Malkow fratrem suum facit Commissarium verum suorum bonorum, que in Tyessnowicz et in Kotyeged habet, excluso dotalicio Margarethe.

[1]) *Am linken Rande steht von einer anderen Hand die Note: „Ista abolicio non preiudicat alijs scriptis.“*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb des durchstrichenen „emphiteosi.“*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[4]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „Nouerce.“*

[5]) *Dieses Wort ist im Orig. unterpunktirt.*

1412. **242.** Budywoy de Pnyetluk Anne vxori sue In villa Rossczutky super molendino et vno laneo et Mlynystye cum eorum pertinencijs terciam dimidiam marcas annui census in XXV marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Zbinko de Wrahouicz frater eius illud suscepit.

243. Jan dictus Swehla de Sobyehrd Gytcze vxori sue legittime In villa Kwaczicz super Curia allodiali pratis siluis pascuis Molendino nemore dicto luh et super piscacionibus fluminis Morawe, ac hominibus censualibus redditibus prouentibus et alijs pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excluso, et super bonis mobilibus Nadbyt nuncupatis ducentas marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Alsso de Leznycz eius filius illud suscepit dotalicium.

(F. XIX. v.) **244.** Wenceslaus de Morkowicz Zdyncze vxori Lytkonis de Stranyk In Skawsko tota illa villa Curia ibidem agris cultis et incultis, pratis siluis pascuis et eorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, Triginta cum media octaua marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et si quid ibi deficeret, hoc in villa Poczenycz in parte Wenceslai de Morkowicz suppleatur, Et Lewyko de Slezan frater eius illud suscepit dotalicium, Et Anna mater Wenceslai predicti ad hanc Intabulacionem consentit.

245. Brzenko de Ryzenberk et Pessiko de Sczechowicz Herssoni et Henrico fratribus de Stehelczyewes et eorum heredibus villam Bzowe cum Curia allodiali ibidem Agris cultis et incultis, hominibus censibus redditibus Molendino pratis pascuis Siluis aquis fluentibus et non fluentibus et alijs suis pertinencijs vniuersis, in quibuscumque sint rebus pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendam.

246. (Czenko de Bystrzicze Mraxoni de Passowicz et suis heredibus et Nicolao presbitero fratri ipsius de Passowicz In villa Sardyczky Curiam Allodialem cum medio laneo censuali absque area, et absque tercia parte agrorum, qui ad dictum medium laneum spectabant in quo est curticula locata cui quidem curticule supradicta tercia pars agrorum illius medij lanei, de quo supersit mencio est addita et cum alijs secunde Curie pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi et heredibus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

247. Johannes de Chylecz Katherine vxori sue, In villa Laznyk magna[1]) super vno quartali et eius pertinencijs vniuersis et super bonis mobilibus Nadbyt nunccupatis decem marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Benesko de Laznik pater eius illud suscepit dotalicium.

248. Raczko de Domamyslicz Johannem dictum Byely de Domamyslicz suscepit ad veram vnionem suorum bonorum, que habet in Jarohnyewicz.

249. (Jarossko de Wyczemyericz Elyzabethe vxori sue In villa Strabenycz super Curia allodiali ibidem, necnon pratis pascuis siluis et super tribus medijs laneis et duabus curticulis et eorum pertinencijs vniuersis quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Wlcziko de Tuczyn illud suscepit dotalicium.)

250. Pessiko de Sczechowicz Johannem dictum Czyhowka de Zyrawicz suum generum ad omnium bonorum suorum, que habet vbicumque, veram suscepit vnionem. 1412.

(F. XX. r.) **251.** (Georgius dictus Krzeczek de Nyetkowicz Jacobo de Crumpsin et suis heredibus in villa Bohdalicz Curiam vnius arature et tribus quartalibus censualibus pratis metis limitibus Riuis pascuis cum suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.)

252. Benessius de Wyczkow Katherine de Koyssow vxori sue In villa Studenka in parte inferiori, vbi quondam Elska Relicta Wisskonis suum dotalicium habuit, in bonis eisdem tres marcas census annui in XXX marcis grossorum in pingnus veri dotalicij deputauit, Et si quid ibi deficeret, hoc in villa Trzemessek debet suppleri, et Woko Ganzar miles de Koyssow frater eius illud suscepit dotalicium.

253. Jacobus de Crumsyn Andree de Paulowicz et suis heredibus In villa Bohdalicz Curiam vnius arature et tria quartalia censualia cum pratis metis limitibus Riuis pascuis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.

254. (Benessius et Hinko fratres patrueles de Schonwald Welislao dicto Wlassak de Strzyetez et suis heredibus et Hankoni presbitero de Strzietez fratri eius in villa Vgezd prope Mohelnycz VIII laneos censuales, duos ortos, aduocaciam liberam, cum omnibus eorum pertinencijs ac pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, Nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruantes vendiderunt hereditarie possidendos, Et si prius dicta bona ipsi fratres haberent in tabulis, debent aboleri et nullam obtinere roboris firmitatem.)

255. (Jacubko de Bohuslawicz Zdene vxori sue In Bohuslawicz super Curia et Agris et super pratis ad ipsam Curiam spectantibus et super sex laneis censualibus ibidem Quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem deputauit, Quod dotalicium Radslaus de Rakowicz pater eius suscepit.)

256. Doman de Kokor Wilhelmo de Sobaczow et suis heredibus In Sobaczow Curiam Allodialem, et IV ortos censuales, cum pratis pascuis Siluis fluminibus limitibus metis et alijs suis pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

257. Gregorius dictus Ometh Johanni de Prziestawlk et Vrsule vxori eius et ipsorum heredibus In villa Husserowa Lhota Curiam et IIII laneos cum Agris cultis et incultis pratis pascuis siluis Robotis metis limitibus fluminibus et alijs suis pertinencijs vniuersis, in quibuscumque consistunt rebus, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

258. (Michael dictus Kassan de Hostycz Mixikoni de Jerspicz et eius heredibus In villa Hostycz IV laneos et vnam curticulam cum eorum pertinencijs vniuersis in quatuor marcis census annui Jure veri dotalicij in XL marcis grossorum deputauit.)

(F. XX. v.) **259.** Michael dictus Kassan de Hosticz Wilhelmum et Mikssonem de Strabenycz filios sui fratris

[1]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile und ist von derselben Hand geschrieben.*

1412. suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

260. Wilhelmus de Sobaczow Welisslao dicto Wlassak de Strzietez et suis heredibus et Hankoni presbitero de Strzietez fratri eius In Magna Senycz Curiam Allodialem cum Agris cultis et incultis pratis metis limitibus cum Jurepatronatus ecclesie ibidem et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

261. Sdenko de Wezek Jacobo de Dobrczicz et suis heredibus in villa Dobrczicz VII laneos et vnum quartale et vnam curticulam cum piscina deserta, necnon Nemore Kokruow hay nunccupato et fluminibus limitibus metis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendos.

262. Jacobus de Dobrczicz Wlczikonem de Tuczyn patruum suum suscepit in veram vnionem bonorum suorum vbilibet habitorum.

263. Franko de Morkowicz Zdyncze vxori Lytkonis de Stranyk In villa Lhotka super hominibus censualibus Quatuor marcas census annui minus vno fertone in Triginta et octaua dimidia marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit de consensu speciali Anne Matris sue, Quod quidem dotalicium Lewyko de Slezan suscepit, Et si quid ibidem deficeret, hoc suppleri debet in bonis Morkowicz sic ut integre dicta Zdynka suum predictum dotalicium habeat.

264. (Witoslaus de Wodyerad Johannem de Wodyerad fratrem suum et Petrum et Boczkonem de Wodyerad filios fratris sui suscipit ad veram vnionem suorum bonorum, que habet in Jezow et in Wodyerad.)

265. Zdenko de Nyczkowicz Zdenkoni seniori de Wezek et suis heredibus In villa Wezek super Curia allodiali necnon agris cultis et incultis pratis pascuis siluis et vna thaberna IV curticulis agrorum et eorum pertinencijs Sexaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij assignauit per omnia, sicut solus tenuit.

266. Pesslinus de Czechowicz Johanni dicto Jamka de Podhagie et suis heredibus In Smrzicz Molendinum superius cum eius pertinencijs pleno Jure vendidit hereditarie possidendum, Et si prius idem Pesslinus dictum Molendinum haberet in tabulis, debet aboleri et nullum vigorem habere.

(F. XXI. r.) 267. (Welyz dictus Pulecz de parua Slatynek Sobyehrdonem de Strzyetez et suos heredes super omnibus bonis, que habet ibidem in parua Slatynek, in veram vnionem suscepit.)

268. Sobyehrd de Strzyetez Welyzonem dictum Pulecz de parua Slatynek et suos heredes super omnibus bonis, que habet in Bohdalicz, in veram vnionem suscepit.

269. Petrus de Modrzicz Petro de Zdislauicz et suis heredibus Jus hereditarium, quod habuit in Zdislauicz super duabus Curticulis, quas plebanus ecclesie in Nakla in obligacione tenet, vendidit hereditarie possidendum, Et si dictas duas Curticulas ipse Petrus uel sui fratres prius habuissent in tabulis, nullum debent habere vigorem, sed debent deleri de tabulis.

270. Wilhelmus de Sobaczow Domanoni de Kokor et suis heredibus In villa Mezicz Tres ortos censuales cum eorum pertinencijs, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendos. 1412.

271. Pessko dictus Sestrzenecz de Sobaczow Ibidem in Sobaczow Magdalene vxori sue super quarta porcione Curie et eius quarte partis pertinencijs vniuersis XXV marcas grossorum Jure dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim habuit in villa Zdyetin, Et Wilhelmus de Sobaczow illud dotalicium suscepit.

272. (Stanyk de Magna Senycze Anne vxori sue In Sobaczow super media Curia, in qua ad presens Pawel residet, et dicte medie Curie pertinencijs vniuersis XX marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in Senycz, Quod dotalicium Wilhelmus de Sobaczow suscepit.)

273. Wytko de Luczan Elene vxori sue In villa Drahanowicz super Curia inferiori hereditaria et super Agris cultis et incultis siluis pratis et super duabus marcis census in dimidio altero laneis, sitis in ea parte vbi Curia predicta iacet, cum suis pertinencijs vniuersis Centum et viginti marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim habuit super tercia porcione bonorum Wesselycze, Et Pardus de Zyranowicz frater eius illud suscepit dotalicium.

274. (Wlcziko de Tuczyn Dorothee Conthorali sue legittime In villa Tuczyn super media Curia Allodiali et super Agris cultis et incultis necnon tribus quartalibus censualibus et super medietate bonorum mobilium, que wlgariter dicuntur nadbyt, quadraginta minus tercia dimidia marcas grossorum Jure veri dotalicij de sua speciali gracia deputauit, Et illud dotalicium debet habere in porcione bonorum dicti Wlcziconis.)

(F. XXI. v.) 275. Kunka Relicta olim Herssonis Skrzietek Elskam de Zwole matrem suam et dominum Raczkonem Canonicum Olomucensem suscepit ad veram vnionem viginti marcarum census annui, quas habet in Kostelecz prope Prostans opido.

276. Doman de Kokor Johanni de Rokytnicz et suis heredibus[1]) Ibidem in Rokytnicz, Jus sui dotalicij, quod habuit super vno laneo et tribus thabernis, videlicet quatuor marcas census annui minus quatuor grossis in quadraginta marcis grossorum eo Jure dotalicij vendidit possidendum, prout habuit ab Offka Relicta olim Henrici de Rokytnicz nouerca ipsius Johannis.

277. Johannes dictus Pletcze de Rakowich Radslao de Rakowich et suis heredibus duos laneos ibidem in Rakowich et vnam Curticulam cum pratis Siluis fluminibus metis limitibus et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, Nichil prorsus sibi et suis heredibus ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendos, Et si alibi dicta bona reperirentur in tabulis, non debent habere vigorem.

278. (Welisslaus dictus Wlassak de Strzietez Margarethe vxori sue legittime In villa Vgezd prope Ciuitatem Mohelnycz super tribus laneis censualibus et eorum pertinencijs XXIV marcas grossorum Jure veri dotalicij

[1]) *Diese drei Worte „et suis heredibus“ stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

1412. assignauit, Et Sobyehrd de Strzietez illud suscepit dotalicium.)

279. Sobyehrd de Strzietez Katherine vxori sue legittime In villa Slatynka parua super Curia ibidem et suis pertinencijs Sexaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Welyz dictus Pulecz de parua Slatynka suscepit.

280. Wilhelmus de Kokor Mixikonem de Kokor facit verum et legittimum Commissarium omnium puerorum suorum ac bonorum vbilibet habitorum.

281. Jacubko de Bohuslawicz pueros heredes suos suscepit ad veram vnionem bonorum suorum, que in Bohuslauicz et in Polom habet et alibi vbicumque.

282. (Marsso de Ponykwe Anne de Olssan et eius heredibus In villa Luke Septimum dimidium laneos censuales, Aduocaciam liberam, duas Curticulas vnacum Jurepatronatus ecclesie ibidem et siluis cum eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Nichil sibi et heredibus suis ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendos.)

283. Jesko dictus Polnkopie de Russkeho Lyczkonem de Russke patrem suum suscipit in veram vnionem Curie in villa Trawnyk, quam Curiam emit a Byetka Relicta Koldonis, et eciam super VI sexagenis census annui ibidem in Trawnyk super hominibus censualibus, quas Jure terre obtinuit in Wenceslao de Misliborzicz.

284. Johannes dictus Hussye de Crumpsyn Sbinkonem presbiterum patruum suum de Crumpsin facit verum et legittimum Commissarium omnium puerorum suorum necnon omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, que habet vbicumque.

(F. XXII. r.) 285. Odpor.[1]) Wenceslaus de Misliboricz facit odpor, quod ad VI sexagenas census annui in Trawnyk, super quibus Jesko Polnkopie patrem suum in vnionem recepit, sibi Jus competit, quousque ipse Juramentum non faciet iuxta decretum et Inuencionem dominorum.

286. Odpor.[2]) Henricus de Rokytnicz facit odpor, quod ad dotalicium, quod Doman de Kokor Janoni de Rokytnicz vendidit, sibi Jus competit.

287. (Radslaus de Rakowych Cristinam vxorem Mikssikonis de Onycz alias de Wezek transducendo ipsam de priori sua hereditate, quam olim habuit in Curia in Woynycz nunc[3]) aliam hereditatem suam loco illius videlicet duos laneos et Curticulam siluam prata, que habet in villa Rakowich a Johanne Pletcze, eidem Cristine dat et intabulauit asserens, ipsam satis habere.)

288. (Andreas dictus Syssel de Bossowicz Damianum dictum Krzeczek de Nyetkowicz suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Suleschowicz.)

289. Cristina vxor Mikssikonis de Woynycz alias de Wezek eundem Mixikonem suum maritum suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum hereditariorum vbilibet habitorum.

290. Petrus dictus Brod Ciuis Olomucensis Petro et Wachoni fratribus de Przedmostye et matri ipsorum Kaczne ac eorum heredibus Curiam in Przedmostye cum suis omnibus pertinencijs, quam Jure terre in Adam Byess obtinuit, vendidit prout solus tenuit hereditarie possidendam. 1412.

291. (Karolus de Oppatowicz Dorothee vxori sue in villa Laznyk super quinque laneis censualibus et duabus Curticulis, quas comparauit a Sdenkone de Nyezkowicz cum suis pertinencijs Quinque marcas census annui Jure dotalicij in quinquaginta marcis grossorum deputauit, Et Petrus de Modrzicz illud suscepit dotalicium.)

292. (Barthossius de Slezan Zdenkoni de Nyezkowicz et Anne vxori ipsius et eorum heredibus in villa Poczenycz super VII laneis vna thaberna VIII curticulis, Item in villa Slezan super vno laneo, cum eorum pertinencijs vniuersis decem marcas census annui Jure veri dotalicij iuxta terre consuetudinem dedit et deputauit in Centum marcis grossorum, Quod dotalicium Lewyko de Slezan frater Anne suscepit.)

(F. XXII. v.) 293. Anna filia olim Henrici de Przibislauicz Wenceslaum de Kozussan maritum suum suscepit ad veram vnionem Curie sue hereditarie, quam habet in parua Prossynek prope Prerouiam cum suis pertinencijs vniuersis.

294. Bartossius de Slezan Zdyncze filie sue, vxori Lytkonis de Stranyk, In Slezan super duobus laneis censualibus et eorum pertinencijs Terciam dimidiam marcas census annui in XXV marcis grossorum racione veri dotalicij deputauit, Et Lewyko de Slezan frater eius illud suscepit dotalicium.

295. Salmon Judeus de Olomucz Commissarius orphanorum Musslini Judei Olomucensis Sulikoni de Conycz et suis heredibus Omne Jus, quod eisdem orphanis in villa Wrbatek super Curia et eius pertinencijs competebat, prout super eo literas olim Marchionis Jodoci habent, vendidit et intabulauit possidendum.

296. Odpor.[4]) Habardus de Sulegowicz facit odpor et dicit, quod Curie in Palonyn cum suis pertinencijs per Jodocum Marchionem Monasterio fratrum Cartussiensium In Dolan intabulate sibi obligate existant, suaque vxor Katherina habeat super eisdem Curijs suum dotalicium, quod offert se probaturum literis ipsius Marchionis.

(Fol. sequens vacat, alterum vero excisum est.)

(F. XXIII. r.) **Colloquium secundum domini Petri de Straznicz Camerarij Supremi Olomucensis.**

297. Anno domini Millesimo CCCCXII, de mandato Serenissimi principis ac domini domini Wenceslai Romanorum et Boemie Regis Celebratum est Colloquium dominorum Sabbato proximo post festum sancti Johannis Baptiste[5]) In presencia nobilis viri domini Laczkonis de Crawarn Capitanei terre Morauie, per nobiles viros dominos Petrum de Crawarn alias de Straznicz Camerarium Supremum Czude Olomucensis, Sulikonem de Konycz Czudarium et Andream Archidiaconum Breczlauiensem Prothonotarium Tabularum terre Morauie, Presidentibus Judicio Nobilibus viris do-

[1]) *u.* [2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[3]) *Das im Orig. nachfolgende „ad“ ist unterpunktirt.*
[4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[5]) *d. i. den 25. Juni.*

1412. minis Johanne de Sternberg alias de Lukow, Johanne de Lompnicz, Wankone de Bozkowicz, Alberto de Lukow, Alberto de Towaczow, Kunikone de Drahotuss, Dobessio de Popowicz, Przedborio de Czimburg, Sbislao de Tworkow, Erhardo de Lesstnicz, Drslao de Wssechowicz, Artlebo de Drahotuss, Stephano de Wartnow et Boczkone de Lestnycz.

298. (Welys dictus Pulecz de Pulicz et Margaretha Soror sua Sobyehrdoni de Strzietez et suis heredibus Curiam sitam in parua Slatynkach cum omnibus ipsius Curie pertinencijs vendiderunt hereditarie possidendam, prout eam soli tenuerunt.)

299. Zicho de Nedachlebicz iuxta decretum et sentenciam dominorum Baronum terre Morauie Czenkoni de Malotyn et suis heredibus Jus dotalicij, videlicet Centum et decem marcas grossorum Pragensium, quas Soror sua Sdynka tenuit ac habuit in villa Boyanowicz, super sex laneis et octo curticulis et super medietate Municionis dicte Kopecz et eciam super medietate Aree dicte Dworzystye et super XXV stadijs agrorum super media villa desolata, que vocatur Rapistorff, Item super medietate Agrorum, qui dicuntur Vgezdi, cultorum et incultorum et super medio Nemore, et notanter super tercia parte Nemoris siti supra villam iuxta viam, que nuncupatur Neykowska czesta, et super omnibus eorum pertinencijs, quibuscumque nominibus censeantur, prout eadem Soror sua tenuit et possedit, Nichil ibidem prorsus sibi reseruando, eo Jure dotalicij vendidit et intabulauit possidendum.

(F. XXIII. v.) 300. (Martinus de Byelowicz Kuncze vxori sue In Byelowicz super Curia vinginti marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat de sua gracia speciali.)

301. Czenko de Malotyn Mixonem fratrem suum germanum de Malotyn et ipsius heredes Wenceslaum presbiterum fratrem suum germanum et Gytkam Sororem suam vterinam suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, videlicet super Centum et decem marcis grossorum Pragensium, quas habet in villa Boyanowicz super VI laneis VIII curticulis et alijs omnibus et singulis, prout sibi per Zichonem de Nedachlebicz est intabulatum.

302. Bohunko dictus Valentinus de Magetyn Katherine Conthorali sue legittime In villa Magetyn super Municione ibidem, necnon Curia et villa ibidem cum piscinis siluis pratis pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis Quinquaginta marcas grossorum denariorum Pragensium Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dat deputat et assignat, Quod dotalicium Marquardus de Slapanicz frater Katherine predicte suscepit.

303. (Hersso de Popowicz In Przestawlk super Curia duabus curticulis et nemoribus et piscina et alijs vniuersis dicte Curie pertinencijs Anne Conthorali sue Quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dedit ac deputauit, Transferendo ipsam de suo priori dotalicio, quod prius habuit in villa Wezka, Quod dotalicium Zdenko de Wezek frater eius suscepit.)

304. Krzystka de Zyrotyn Jesskoni de Zyrotyn fratri suo Totum, quidquid habuit in Zyrotyn, sit multum aut parum, dedit liberaliter et intabulauit possidendum Jure hereditario. 1412.

305. (Jessko de Zyrotyn Scheborium de Dubczan suscepit ad veram vnionem omnium illorum bonorum, que donacione Krziscze de Zyrotin sororis sue habet et obtinet in Zyrotyn.)

306. (Artlebus de Wetherzow Margarethe Conthorali sue Super tota villa Prossyenka siluis Molendino ac Municione et Curia ibidem et eorum pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excipiendo, pleno Jure et dominio Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit ac Intabulauit, Transferendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit in villa Lhota, quod dotalicium Suliko de Konycz suscepit.)

(F. XXIV. r.) 307. Mikalass de Rankowa Lhota filius Wiczenonis Buzkoni de Wlachowicz et suis heredibus villam totam In Rankowa Lhota Curiam et vnam araturam, cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis cum hominibus censibus, Juribus, prouentibus et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, exclusis duobus laneis, in quibus Nepotes Rankonis resident, vendidit hereditarie possidendam pleno Jure et dominio ac Intabulauit.

308. Agnezka de Slapanicz Relicta olim Mixikonis de Milczan Alberto de Sternberg alias de Lukow filio olim domini Sdenkonis et suis heredibus omne Jus sui dotalicij, quod in villa Ludslawicz habuit, vendidit et intabulauit possidendum.

309. (Zawysska de Witkenstein Elscze vxori Bartosskonis de Kokor in villa Buk super hominibus censualibus liberis et bene possessionatis Decem marcas census annui Jure veri dotalicij iuxta terre consuetudinem in Centum marcis grossorum dat deputat et assignat.)

310. (Elska vxor Bartosskonis de Kokor eundem Bartosskonem maritum suum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villa Buk super hominibus censualibus liberis et bene possessionatis.)

311. Katherina de Cunstat Relicta olim Paulikonis de Eulenburg Paulo de Eulenburg filio suo de suo dotalicio, videlicet tredecimam dimidiam marcas census annui, quas in villa Passeka secundum terre consuetudinem in Centum et XXV marcis grossorum obtinuit et habuit, Sex marcas census annui cum vno fertone dedit resignauit et intabulauit, Residuam partem dotalicij, quod ad eandem summam se extendit sibi reseruando In supradicta villa Passeka, Et si alibi prius ipsa Katherina haberet dotalicium, totum sibi resignauit.

312. Eadem Katherina de Cunstat Relicta olim Paulikonis de Eulenburg Erhardum filium suum de Eulenburg suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, videlicet super Sex marcis et vno fertone census annui, quod habet in villa Passeka.

(F. XXIV. v.) 313. Przedborius de Czimburg alias de Krzidlo et Mathussius de Czimburg alias de Strazyst fratres cum omnibus eorum bonis vbicumque habitis ad inuicem sunt congressi, Tali tamen condicione notanter expressa, vt si prefatus Przedborius cum filijs suis legittimis ab hac vita per mortem decesserint, extunc Mathussius frater suus superstes filiabus suis, si de

1412. consilio amicorum suorum et consanguineorum matrimonio tradite fuerint, vnicuique earum Centum marcas grossorum racione dotalicij det et assignet, et si que ex filiabus predictis ad Monasterium Sanctimonialium disposicione et ordinacione dictorum amicorum intrauerint, et regularem inibi vitam duxerint, quod tunc huic Moniali V marcas census annui pro sustentacione status sui, vsque ad vite sue dumtaxat tempora comparabit, Quod si prius prefatum Mathussium cum suis filijs mori contingeret, extunc prefatus Przedborius frater suus superstes omnia et singula superius expressa, absque diminucione et contradiccione erga[1]) filias fratris sui predicti[2]) tam seculares, quam eciam Religiosas, si quas habuerint, facere tenebitur et debebit.

314. Jan de Magetin Anne vxori sue In villa Dubanech super duabus Araturis Agrorum et super VI laneis et IV curticulis et thaberna et pratis et alijs eorum pertinencijs vniuersis Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij dedit deputauit et intabulauit, Quod quidem dotalicium Bohunko dictus Valentynus suscepit.

315. Smylo de Weletyn Zichne vxori sue legittime In villa Dyedkowicz prope Swabenicz super quatuor laneis censualibus, Thaberna et sex curticulis, decem marcas annui census in pingnus veri dotalicij iuxta terre consuetudinem in Centum marcis grossorum Pragensium deputauit et intabulauit, Et Protywczo de Zastrzyzl pater Zichne illud suscepit dotalicium, Ad quam Intabulacionem Hersso de Weletyn frater et Congressor ipsius Smilonis consensit, Et si quid eidem Zichne ibi in dotalicio deficeret, illud suppleri debet in Curia in Dyedkowicz et pertinencijs eius.

316. Laczko de Crawarn, Capitaneus terre Morauie, Baworouy de Prus et Anne vxori eius legittime et eorum pueris Super eo toto, quidquid habet in villa Wzbrassow in parte sua, prout ipsemet tenuit XXX marcas grossorum In Jus veri dotalicij intabulauit, exceptis Siluis ad hoc spectantibus, quas siluas pro se heredibus et Successoribus suis reseruauit.

(F. XXV. r.) **317.** Wytoslaus de Wodyerad Jeskoni dicto Hruska de Vgezd et Mikulassoni de Vgezd et eorum heredibus Municionem in Jarohnyewicz cum villa ibidem tota, et Curia allodiali Agris cultis et incultis ac cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, necnon Molendino stangnis fluminibus Riuis ac limitibus, Item in Dubnanyech Curiam cum omnibus hominibus censuantibus et non censuantibus Agris cultis et incultis limitibus ac alijs pertinencijs vniuersis, excepto dumtaxat dotalicio matris Hinkonis de Ronow, Item villam Mokronossy totam cum Agris cultis et incultis piscina Riuis siluis pratis limitibus et loco, vbi quondam fuit Municio, et alijs dictorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, seu qualitercumque specialibus vocabulis nuncupentur, prout dicta bona ab alijs bonis circumadiacentibus sunt distincta cum pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

318. Wytoslaus de Wodyerad Johancze Relicte olim Wanykonis de Muchnicz In villa Lhota quatuor cum dimidio laneos censuales, et vnam Thabernam braxatilem, cum Siluis rubetis Communitatibus fontibus riuis limitibus et eorum pertinencijs Vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis reseruans, vendidit Jure hereditario possidendos. 1412.

319. Sbynko de Drzyenoweho Lydam Conthoralem suam legittimam facit veram Commissariam suorum bonorum, que habet in Teteticz illorum presertim, que resultant vltra ipsius Lyde dotalicium siluis exceptis, facit eciam ipsam Commissariam suorum puerorum, quas solum ex ipsa generauit Sub tali condicione, vt ipsa Lyda dicta bona ac pueros regat possideat ac teneat, quamdiu ipsi pueri ad annos debite etatis non peruenerint, et quamdiu ipsa statum sue viduitatis non mutaret, Quamprimum autem statum suum mutauerit, quod tunc mox de bonis predictis eisdem suis pueris condescendat vnacum piscina, quam habuit, commissioni includit, et si contingat de bonis eisdem dictis pueris condescendi, hoc non debebit nec poterit diuisionem aliorum bonorum cum ceteris pueris impedire, quando pocius ista et alia bona equis porcionibus inter omnes suos indiuisos pueros diuidantur.

320. (Dywa de Syssma Perchte Conthorali sue In villa Syssma super sex laneis censualibus et possessionatis ac liberis Quinque marcas annui census In Jus veri dotalicij secundum consuetudinem terre in quinquaginta marcis grossorum dat deputat et assignat, Et Terwart de Domazelycz illud suscepit dotalicium, Et si quid dotalicij in eisdem VI laneis deficeret, extunc in reliquis laneis in Syssma, ut sufficiat, sibi Perchte debet suppleri.)

(F. XXV. v.) **321.** (Johannes dictus Pardus de Zeranowiz Czenkoni de Naklo et suis heredibus in preurbio Ciuitatis Brode vngaricalis Curiam allodialem duarum Araturarum cum agris cultis et incultis pratis fluminibus pascuis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi et suis heredibus reseruando vendidit et intabulauit Jure hereditario possidendam.)

322. (Czenko de Naklo Anne Conthorali sue In preurbio Ciuitatis Brode vngaricalis super Curia allodiali duarum Araturarum cum Agris cultis et incultis fluminibus pratis pascuis pleno Jure et dominio Centum marcas grossorum in Jus veri dotolicij assignauit et intabulauit, Et Pardus de Zeranowicz frater eius illud suscepit dotalicium.)

323. Dobessius de Mezirziecz Sulikoni de Konycz et suis heredibus In villa Trawnyk super hominibus censualibus quinque marcas census annui, prout in Wenceslao de Misliboricz Jure terre obtinuit, Jure dotalicij vendidit et intabulauit possidendas.

324. (Jan de Krumsyn alias de Czelechowicz Vlrico et Lewuskoni fratribus de Lessan et eorum heredibus et Johanni presbitero de Lessan ipsorum fratri In Krumsyn Curiam allodialem cum eo medio laneo, qui ad ipsam Curiam pertinet et colit, cum Robottis redditibus prouentibus ac vtilitatibus ad hoc spectantibus, Item tres laneos et vnum quartale vnam curticulam et vnam thabernam cum hominibus censibus Agris cultis et in-

[1]) *Das im Orig. nachfolgende Wort „suas“ ist unterpunktirt.*

[2]) *Diese drei Worte: „fratris sui predicti“ stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

1412. cultis pratis pascuis siluis Riuis limitibus metis et cum silua dicta Dolnycze, Nemoribus, Rubetis, cum piscina parua seu reseruaculo dicto halterz, et alijs eorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, venacionibus piscacionibus et aucupacionibus, pleno Jure et dominio, Nichil sibi heredibus et Successoribus suis ibidem reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam, Et ad hanc Intabulacionem Stephanus de Paulowicz supradicti Janonis congressor consensit.)

325. (Henricus de Zastrzyzl Artlebo de Seluticz In Dobroczkowicz super duobus laneis tribus curticulis et in quarta curticula IX grossos soluente, in qua sibi Henrico remanerent III grossi, tres marcas annui census Jure veri dotalicij in XXX marcis grossorum dedit et intabulauit, Ad quod Protywczo de Zastrzyzl frater suus congressarius suum dedit consensum.)

326. Odpor.[1]) Bohussius filius Bohussij de Schonwald facit odpor contra dominum Laczkonem de Crawarn et Wenceslaum Russ et dicit, quia in Bonis Trssicz Jus melius et pinguius sibi conpetit, quam illis.

(F. XXVI. r.) 327. Janek dictus Warmuze de Sczytowicz Sulikoni de Konycz et suis heredibus In villa Sczytowicz super Curia allodiali, in qua residet Onsso, et super vna curticula omne Jus suum hereditarium, quod sibi conpecijt ibidem et alibi in eadem villa Sczytowicz, cum eorum pertinencijs, prout solus tenuit, exceptis solummodo IV grossis census, quos sibi in ipsa curticula predicta reseruat, vendidit hereditarie possidendum.

328. Przibiko dictus Schelmberg de Borssicz Johannem do Rotstain facit verum et legittimum Commissarium omnium puerorum suorum, et eciam omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

329. Bussko de Olssan Mikulassoni dicto Opycze de Dubnycze et suis heredibus In Olssan (Curiam allodialem) omne Jus suum hereditarium, quod super Curia ibidem, in qua ipse Mikulass residet, et super curticula et parte Jurispatronatus ecclesie ibidem, et super pratis agris cultis et incultis et alijs vniuersis suis pertinencijs sibi conpetit et eum concernit, vendidit et intabulauit hereditarie possidendum, prout ipsemet tenuit et possedit, Et ad hanc Intabulacionem Bohunko de Laznyk Congressor Busskonis predicti consensit, Et si superius nominata bona alicubi reperirentur in tabulis terre, nullam debent habere roboris firmitatem.

330. Mykulass dictus Opicze de Dubnycze Johannem dictum Czerny de Domamyslicz ad supradicta bona tam hereditaria quam eciam dotalicij et super parte Jurepatronatus ecclesie, que habet in Olssan, curticula ac Agris cultis et incultis et eorum pertinencijs in veram suscepit vnionem.

331. (Wenceslaus de Misliboricz Sulikoni de Konycz et suis heredibus illud dotalicium, quod in Trawnyk habuit, quodque ad eum post mortem vxoris sue Katrussie est deuolutum, vendidit et intabulauit possidendum, Nichil in ipso dotalicio sibi reseruando.)

332. Johanka Relicta olim Wanykonis de Muchnicz 1412. Mixonem dictum Roman de Myslegowicz et Wilhelmum dictum Ryuola de Mislegowicz fratres suos et eorum heredes suscepit ad veram vnionem omnium suorum bonorum, que habet in villa Lhota cum suis pertinencijs, prout eadem a Witoslao de Wodyerad comparauit et in tabulis terre continentur.

(F. XXVI. v.) 333. (Margaretha de Nezdenicz Miksiconem de Tvmaczow maritum suum super bonis suis hereditarijs, que habet in Nezdenycz ad veram suscepit vnionem.)

334. (Agnezka de Wilharticz Johannem et Miroslaum filios suos fratres de Czimburg suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Schumicz prope Brodam vngaricalem.)

335. (Jarossius dictus de Zakowicz Katherine vxori sue In villa Zakowicz super hominibus censualibus duodecim cum media marcas annui census in Centum et viginti quinque marcis grossorum Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem dat et intabulat, Quod quidem dotalicium Henricus de Trubek suscepit.)[2])

(F. XXVII. r.) **Colloquium Tercium domini Petri de Straznicz.**

336. Anno domini Millesimo CCCCXV[o] sab- 1415. bato proximo post festum sancti Johannis Baptiste[3]) de mandato Serenissimi principis domini Wenceslai Romanorum Regis et Boemie Celebratum est Colloquium per nobiles viros dominos Petrum de Crawarn alias de Straznicz Camerarium, Milotam de Tworkow Czudarium et Andream Archidiaconum Breczlauiensem, prothonotarium, Czude Olomucensis Supremos, presentibus et Judicio presidentibus Nobilibus viris dominis Laczkone de Crawarn Capitaneo Morauie.

337. Proczko de Lyssicz Alssonem de Lyssicz fratrem suum germanum[4]) facit verum Commissarium omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et eciam omnium suorum puerorum, quos habet cum Katherina pronunc coniuge sua.

338. Hinko de Ronaw alias de Lethowicz Wankonem de Bozkowicz alias de Czernahora Auunculum suum facit verum Commissarium omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et eciam omnium suorum puerorum, quamdiu ijdem pueri ad debitam etatem non peruenerint.

339. Erhardus de Cunstat dictus Puska alias de Dubrawicz Katherine Conthorali Petri dicti Angel de Lystycz in villa Studenecz super Curia allodiali sua Quinquaginta marcas grossorum nomine veri dotalicij dat deputat et assignat de sua libera voluntate cum ipsius Curie pertinencijs vniuersis.

340. Sdenko de Kokor Zawissium de Kokor fratrem suum suscipit ad veram vnionem bonorum suorum, que habet in Kokor et alibi vbicumque.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Unterhalb dieser Einlage steht der Anfang einer unvollendeten Einlage „Mixiko de Kokor.“*

[3]) *d. i. den 29. Juni.*

[4]) *Die drei Worte „fratrum suum germanum“ stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

1415. 341. (Dorothea de Zopp Zichonem filium Wenceslai de Wolffimberg alias de Passowicz suscepit ad veram vnionem Juris[1]) sui dotalicij, quod obtinet in villa Rowenske super hominibus censualibus, videlicet Sex marcas census annui in sexaginta marcis grossorum.)

(F. XXVII. v.) 342. (Benessius de Wyczkow Katherine de Kozyssow Conthorali sue super villa Trzemesko tota et super villa Studenka tota et eciam super villa Olessna tota, super hominibus censualibus dictarum villarum et super eo toto, quidquid ibidem obtinet et tenet, et eciam super bonis mobilibus omnibus dictis Nadbyt, cum pleno Jure et dominio, Quindecim sexagenas grossorum census annui in Centum et quinquaginta sexagenis grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod prius habuit in villis Rowenske et Bernow, Quod quidem dotalicium Wenceslaus de Zwola suscepit.)

343. Benessius de Wiczkow Wenceslaum de Zwola facit verum Commissarium omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et eciam suorum puerorum, quamdiu ad debitam etatem ipsi pueri non peruenerint.

344. (Domicella Anna de Sternberg alias de Wessele, filia olim Marquardi de Sternberg, Jaroslao fratri suo de Sternberg et suis heredibus omne Jus suum hereditarium, quod sibi competit in et super Castro et Ciuitate Wessele, necnon Curijs piscinis villis siluis fluminibus pratis pascuis rubetis lucis venacionibus aucupacionibus et alijs vniuersis et singulis ad dictum Castrum Ciuitatem villas et Curias pertinentibus, in quibuscumque rebus consistunt seu quibuscumque specialibus vocabulis nunccupantur, cum pleno Jure et dominio, necnon Jurepatronatus ecclesiarum ibidem, Nichil prorsus sibi in eisdem bonis Juris proprietatis aut dominij reseruando, dedit hereditarie possidendum, de sua mera ac libera voluntate.)

345. Jaroslaus de Sternberg alias de Wessele Anne virgini de Sternberg, filie olim Marquardi de Sternberg, In et super villis Wnorow et Spynek integris pleno Jure Quingentas sexagenas grossorum racione veri dotalicij dat deputat et assignat, Et si quid ibidem deficeret, hoc in villa Luky debet suppleri, sic ut omnino cum integritate dictas Quingentas sexagenas obtineat ac habeat.

346. (Anna virgo de Sternberg filia olim Marquardi de Sternberg Jaroslaum de Sternberg alias de Wessele fratrem suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in et super villis Wnorow et Spynek omni eo modo, sicut sola obtinuit et tenet.)

347. (Jaroslaus de Sternberg alias de Wessel Johannem de Lompnicz Czude Brvnnensis Supremum Camerarium, facit verum Commissarium omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et habendorum et eciam omnium suorum puerorum.)

348. (Jaroslaus de Sternberg alias de Wessele Petrum de Sternberg filium olim domini Zdeslai de Sternberg et Johannem filium Johannis de Lompnicz Supremi Camerarij Brunnensis Sororium suum videlicet Swagra suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum seu habendorum.)

(F. XXVIII. r.) 349. Suliko de Konycz Benessio Juniori de Chudobyn et suis heredibus In villa Sawyn super duobus laneis vnam marcam census annui pleno Jure intabulauit hereditarie possidendam, Et si quid ibidem est ulterius, hoc sibi superaddit. 1415.

350. (Elska de Czimburg olim Conthoralis Benessij de Benessow alias de Quassicz Zbinkoni dicto Dubrawka de Dubrawicz marito suo Jus suum dotalicij, quod habuit In et super villis et bonis infrascriptis, videlicet in villa Strzyezowicz, in villa Byelow, in villa Ohnystky, in villa Sulymow, et in villa Kladruby, super tribus laneis censualibus super bonis liberis et hereditarijs et bene possessis et hominibus censualibus villarum predictarum Quinquaginta marcas census annui in Quingentis marcis grossorum denariorum Pragensium, prout ipsamet tenuit et possedit, intabulauit possidendum.)

351. Zbynko dictus Dubrawka de Dubrawicz Elscze de Czimburg Conthorali sue In et super villis et Bonis infrascriptis videlicet Strziezowicz, Byelow, Ohnystky, Sulymow, et Kladruby super tribus laneis censualibus super bonis liberis et hereditarijs et bene possessis ac hominibus censualibus villarum predictarum Quinquaginta marcas census annui in Quingentis marcis grossorum denariorum Pragensium racione veri dotalicij et intabulauit et deputauit possidendas.

352. Elska Relicta olim Alberti de Sternberg alias de Lukow Georgium et Laczkonem filios suos ad sui dotalicij, quod in opido Freystat (uel alibi) obtinet, veram suscepit vnionem.

353. Johan dictus Dupnyk de Nyetkowicz, Przecho de Lazanek et Johan dictus Prowazek de Oldrzichow Wankoni de Bozkowicz alias de Czernahora et suis heredibus villam Spyssow cum Curia allodiali ibidem cum hominibus censibus redditibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis fluminibus aquis et quadam praeta, que odmrtna nunccupatur, necnon piscinis paruis, cum pleno Jure et dominio et pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt seu quibuscumque specialibus vocabulis nuncupantur, limitibus metis grenicijs, quemadmodum dicta bona ab alijs bonis circumadiacentibus sunt distincta, Nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij in dictis bonis reseruando, sed per omnia, sicut ipsimet tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidendam.

354. (Serenissimus princeps dominus Wenceslaus Romanorum Rex et Boemie Przedborio de Czymburg alias de Krzydlo et suis heredibus omne Jus suum, quod sibi competebat, racione dotalicij in villa Rymycz ad ipsum per mortem olim Anne de Czimburg sororis ipsius tamquam ad Marchionem Morauie deuolutum, dedit et intabulauit possidendum, Qui quidem dominus Rex patentes suas literas super huiusmodi donacione sigillo suo signatas nobis Officialibus transmisit, ex super habundanti Nobilem virum Johannem Juniorem de Bozkowicz Nunccium ad terre tabulas destinauit, per quem nobis mandauit, hanc pro eo Intabulacionem fieri, Cuius dotalicij sunt decem marce census in predicta villa Rymycz.)

[1]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile und ist von derselben Hand geschrieben.*

1415. (F. XXVIII. v.) 355. Boczko de Labut Annam sororem suam et Sbinkonem dictum Hrzywnacz militem de Hnyewossicz maritum ipsius Anne super Curia allodiali et villa Zeletowicz cum pratis siluis pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis in veram suscepit vnionem.

356. Hassko de Waldstein alias de Ostroh Anne de Ryzenberg Conthorali sue de consensu expresso voluntate et mandato Serenissimi principis domini Wenceslai, Romanorum et Boemie regis, qui speciales suos nuncios direxit ad tabulas, Nobiles viros Laczconem de Crawarn et Johannem de Lompnicz, per quos nobis fieri mandauit intabulacionem presentem, In infrascriptis obligacionibus dudum eidem Hasskoni per Jodocum et Procopium quondam Marchiones Morauie factis, eidem Anne de Ryzenberg primo in suburbio seu villa sub Ciuitate Ostroh iacente, et in Curia duarum araturarum ibidem cum plenis Robottis pratis et super theloneo ibidem, Curticulis hominibus censualibus, exceptis tamen pīscacionibus ibidem, Item super tota villa Lhota et Curia duarum araturarum et Theloneo ibidem ac duobus Molendinis hominibus censualibus et alijs suis pertinencijs, Item super inferiore villa Blatnicz tota cum theloneo ibidem et Molendino ac hominibus ibidem censualibus cum pleno Jure et dominio villarum predictarum Octingentas sexagenas grossorum denariorum Pragensium nomine et titulo veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem intabulauit, Ad quam Intabulacionem pro suo interesse Benesko de Waldstain frater germanus Haskonis predicti expresse consensit et idem dotalicium suscepit, Et si quid in eisdem bonis et villis de predicta summa dotalicij deficeret, illud debet in Ciuitate Ostroh et alijs vniuersis bonis ad hec spectantibus et in supradicta obligacione suppleri ac adimpleri.

357. Pessiko de Lhota Almuzoni de Kunkowicz et suis heredibus In villa Wysskowicz super Curia allodiali ibidem et duabus curticulis et alijs earum pertinencijs vniuersis omne Jus suum, quod ibidem dōnacione olim Jodoci Marchionis Morauie habuit et tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

358. Odpor.[1]) Bonusse vxor Jacubczonis laici de Litenczicz odpor facit et dicit, quod super Curia allodiali et II curticulis[2]) in Wiskowicz X marcas dotalicij habet.

359. (Anna de Paulowicz filia Andree eundem Andream patrem suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in (Pawlowicz) villa Rathay.)

360. Benessius de Strabenicz Mathie et Buskoni fratribus de Strabenycz et eorum heredibus Curiam allodialem cum vna Aratura in Strabenycz et quinque curticulas cum siluis pratis pascuis Riuis metis et limitibus et alijs eorum pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit et intabulauit hereditarie possidendam.

361. (Bohussie de Strabenycz Paulikoni de Przneho et suis heredibus In villa Lytenczicz Curiam de duabus araturis cum pratis siluis riuis montibus et vallibus, Item decimum dimidium laneos et quatuor curticulis maioribus (sic) cum hominibus censualibus dictorum laneorum et curticularum, Item tres curticulas minores, 1415.
Item vnam thabernam braxatilem cum balneo, necnon cum Jurepatronatus ecclēsie ibidem, cum fructibus redditibus vtilitatibus et eorum pertinencijs vniuersis, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, vnacum berna regali, prout ipsa bona ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

362. *Odpor*[3]) *Johannes de Longauilla facit odpor ex parte orphani filij Katherine vxoris Bohussij de Strabenicz et dicit, quod in bonis Lytenczicz Jus competit sibi.*

(F. XXIX. r.) 363. (Mabka relicta olim Paleczkonis de Przedmostye Johanni de Rokytnycz et suis heredibus Curiam allodialem in Przedmostye prope Prerowiam cum agris cultis et incultis et cum monte dicto Skalka et cum orto iacente inter horreum et Curiam et alijs suis pertinencijs pleno Jure, prout ipsamet tenuit, vendidit hereditarie possidendam vnacum rubetis in Skalka crescentibus.)

364. Petrus de Damboricz Johannem de Damboricz fratrem suum suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

365. Bohusse de Strabenycz Anne de Kunkowicz In villa Lytenczicz super tribus laneis et vna thaberna braxatili, et vna maiore curticula, cum agris cultis et incultis ac eorum pertinencijs vniuersis Triginta marcas grossorum et XX grossos Jure veri dotalicij dat et assignat.

366. Hanussius de Przneho miles Elscze vxori sue In villa Lesthna super Municione ibidem et Curia allodiali piscinis, pratis pascuis siluis et alijs eorum pertinencijs vniuersis Centum marcas grossorum denariorum Pragensium Jure veri dotalicij intabulauit atque dedit, Et Marssiko de Radowiessicz illud suscepit dotalicium.

367. (Hanussius de Przna miles Veronicam et Heduigem filias suas ac Sigismundum de Raycz et Milotam de Laznyk, dictarum filiarum suarum maritos facit (sic).)

368. (Hanussius de Przneho miles Heduigi filie sue, Coniugi Sigismundi de Raycz, In villa Perna super Curia allodiali agris cultis et incultis pratis siluis et pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Quod dotalicium Swatobor de Cozyssow suscepit vnacum Molendino ibidem in Perna, quod eciam habere debet in suo dotalicio predicta Heduigis, Et idem Hanussius transduxit eam de priori suo dotalicio, quod prius habuit in Postrzelymow.)

369. Hanussius de Przneho Veronicam et Heduigem filias suas et Sigismundum de Raycz et Milotham de Laznyk, earundem filiarum suarum maritos, facit veros commissarios Jeronimi orphani filij Bartoskonis, qui Bartosko fuit filius indiuisus ipsius Hanussij, vsque dum ipse Jeronimus ad annos debite etatis peruenerit.

370. Jacobus de Gyrzikowicz Nicolao dicto Potomyest de Stussicz et Henrico suo Sororio videlicet Nicolai[4]) et eorum heredibus in villa Stussicz Curiam allodialem cum agris pratis pascuis siluis et alijs eorum pertinencijs

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*
[2]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „araturis.“*
[3]) *Steht am rechten Rande von derselben fremden Hand.*
[4]) *Die Worte: „et Henrico — Nicolai“ stehen oberhalb der Zeile, sind aber von derselben Hand geschrieben.*

1415. pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXIX. v.) 371. Johannes dictus Hastal de Myennynek[1]) Katherine vxori sue In et super villa Myennynek[2]) et super hominibus censualibus ibidem et super Curia ibidem et eorum pertinencijs Quinquaginta sexagenas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, Quod quidem dotalicium Jan dictus Swietlik de Mladcz suscepit.

372. (Pauliko de Przneho Johancze vxori sue Super tota villa Lytenczicz, parte videlicet sua, et super hominibus censualibus decem marsas annui census in Centum marcis grossorum racione dotalicij dat et assignat, Et si quid ibi deficeret, hoc debet in Curia allodiali ibidem adimpleri, ita quod vtique dictas Curias ex integro habeat.)

373. Smylo de Rokytnycz Petro et Johanni fratribus suis de Rokytnicz omnia sua bona, que in Rokytnycz pro hac dumtaxat vita uel alibi habet, dictis fratribus et eorum heredibus dedit Jure hereditario possidenda.

374. (Petrus de Wodyerad Margarethe vxori sue legittime, In villa Wodyerad super Curia allodiali ibidem, quam a domino Wankone comparauit, Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij vnacum quatuor equis aratilibus de ipsa Curia dedit et assignauit de consensu fratris sui senioris Wenceslai, Quod dotalicium Philippus de Chlewske pater ipsius Margarethe suscepit.)

375. (Odpor.[3]) Margaretha vxor Stachonis de Wodyerad odpor facit et dicit, quia pueri ipsius super Curia in Wodyerad, qui non dum ad annos debite etatis peruenerunt, Jus obtinent.)

376. Janko de Sowynecz Czenkonem de Budssowicz facit verum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum illorum bonorum (sic) dumtaxat, que ad hanc pertinent Czudam, Ita tamen ut tam circa pueros quam eciam circa bona, fideliter et legaliter agat.

377. Mraksso de Kokor Mixikoni de Kokor fratri suo germano et suis heredibus Porcionem suam hereditariam, quam habet in Kokor videlicet tres laneos cum vno quartali, tres ortos, Item quartam partem Molendini cum hominibus censibus agris cultis et incultis siluis pratis pascuis fluminibus fructibus vtilitatibus vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, dedit hereditarie possidendam, nichil ibidem sibi reseruando, vnacum parte Jurispatronatus ecclesie ibidem in Kokor ipsum concernente.

(F. XXX. r.) 378. Wsseborius de Dubczan Hinconi et Bohussio fratribus de Schonwald et eorum heredibus In villa Trubek tres Curias allodiales, quamlibet de vna aratura, Item octo laneos censuales, quatuor thabernas, Sex curticulas, Item hinnularium et ripam eiusdem Molendini cum remanencia cuiusdam agri, Item duas siluas cum agris cultis et incultis pratis et pascuis, Item in villa Tyessan tres laneos censuales duas thabernas, quinque curticulas, medium Molendinum cum hominibus censibus redditibus pascuis et eorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque sunt rebus, cum pleno Jure et dominio prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

379. (Johannes dictus Czyhowka de Czyhowicz Katherine Conthorali sue In villa Rzewnowicz super sua porcione Sex marcas annui census in Sexaginta marcis grossorum racione veri dotalicij deputauit, Et Pessiko de Lhota pater Katherine illud suscepit dotalicium.) 1415.

380. Johan, Zdenko et Hersso fratres germani filij Wlczkonis de Dobroczkowicz alias de Swabenicz Abbatisse et Conuentui Sanctimonialium Monasterij in Pustmyr ordinis sancti Benedicti In Swabenicz Curiam allodialem vnius arature, Item viginti marcas et viginti sex grossos annui census super quinto dimidio laneo et Sedecim curticulis maioribus et minoribus, Item Balneum, duo Molendina, vnum desertum iacens sub ecclesia, et aliud possessum, Item sex bancos carnificum, quorum sunt IIII desolati et duo possessionati, Item duas thabernas, duo prata, quorum vnum iacet iuxta pascua Opidi Ewanowicz, et aliud inter Abbatisse et plebani prata, Item reseruaculum iacens sub ecclesia, wlgariter halterz dictum, cum nemoribus rubetis montibus vallibus metis limitibus et alijs suis pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi aut suis fratribus germanis, aut eorum heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruantes, vendiderunt et intabulauerunt Jure hereditario perpetuis temporibus possidendum, Et ad hanc Intabulacionem Serenissimus princeps dominus Wenceslaus Rex Romanorum et Boemie per suas patentes literas sigillo Magestatis sigillatas expresse consensit, nobisque Officialibus seriose mandauit, ut eis presentem Intabulacionem faceremus.

381. Anna Relicta olim Drslay de Stralek Sbinkonem de Stralek, mariti sui predicti fratrem, super medietatem sui dotalicij, quod habet in villa Hradczan cum suis pertinencijs in veram suscepit vnionem.

382. Anna predicta Relicta Drslay de Stralek Benessium de Podole et Elskam vxorem eius et eorum heredes ad aliam medietatem sui dotalicij predicti, quod habet in villa Hradczan, cum suis pertinencijs in veram vnionem suscepit.

383. Zbinko de Stralek Petrum de Crawarn alias de Straznicz, Camerarium Czude Olomucensis supremum, ad omnium suorum bonorum vbilibet habitorum veram suscepit vnionem.

384. Jacobus de Vhrzecz Kaczne Conthorali sue In villa Vhrzecz super duobus Molendinis et super eadem villa tota duodecim marcas cum media annui census in viginti quinque et Centum marcis grossorum Jure dotalicij dat et intabulat, Quod dotalicium Sbinko de Drzyenoweho pater Jacobi predicti suscepit, Et si quid ibidem deficeret, illud suppleri debet in Curia ibidem in Vhrzecz.

(F. XXX. v.) 385. (Wilhelmus de Sobaczow Jesskoni dicto Zub de Sczytowicz et suis heredibus In villa Rudka duos laneos censuales cum eorum pertinencijs vniuersis ac pleno Jure et dominio, Nichil sibi aut suis heredibus in eisdem laneis reseruando, dedit hereditarie possidendos.)

386. (Adlyczka de Paczow Johannem de Sobaczow maritum suum super Curiam suam allodialem, quam habet in Paczow, cum hominibus censualibus ad ipsam

[1]) u. [2]) *Steht oberhalb des durchstrichenen „Myennyk."*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1415. Curiam spectantibus et eorum pertinencijs vniuersis in veram suscepit vnionem.)

387. Gerharth de Meraw et Sigismundus filius eius Barbare et Ludmille virginibus et Dorothee nupte sororibus de Zawissicz In villa Postrzelymow duas marcas census annui super vno laneo agrorum, et duas areas ecclesie proximiores, in quibus Petrus et Gregorius rustici resident, cum pleno Jure et dominio et eorum pertinencijs vniuersis, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruantes, vendiderunt et intabulauerunt Jure hereditario possidendas.

388. Elska Relicta olim Herssonis Smetana Smylonem de Melicz maritum suum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Zahlenyczich.

389. Johannes filius Mukarzonis de Kokor Hinkonem fratrem suum patruelem de Kokor suscepit ad veram vnionem omnium suorum bonorum vbicumque habitorum.

390. Mirko de Smrczan Heduigi Coniugi sue legittime In et super Municione et villa Drazegowicz et Curia prope Artlebow ac hominibus censualibus agris cultis et incultis pratis piscinis siluis et alijs eorum pertinencijs vniuersis Centum et quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in villa Chylecz, quod quidem dotalicium Artlebus de Lypina suscepit.

391. Zdena de Rakowich Conthoralis Hinkonis de Lukawicz eundem Hinkonem maritum suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Bohuslawicz.

392. Agnezka de Schardicz Jeskonem filium suum suscipit ad veram vnionem super suo dotalicio, quod habet in villa Schardicky super Curia, in qua ad presens sola residet.

393. Zasstyt de Petrowicz Alssoni de Cunstat alias de Lyssticz et suis heredibus In villa Petrowycz Curiam allodialem cum hominibus censualibus et curticulis ac Jurepatronatus ecclesie ibidem cum paruis piscinis, siluis pratis, pascuis, prout ad ipsum fuit per obitum Hrdkonis fratris sui deuolutum, Item in villa Podole tres laneos et vnam curticulam, et in villa Wawrzyncze tres laneos cum eorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil in eisdem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XXXI. r.) 394. Kaczna Relicta Stephani Sprynczlonis de Wyeczemyericz Czenkoni de Wyeczemyericz et suis heredibus ibidem in Wyeczemyerzicz, Curiam allodialem cum orto pratis et vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruans, prout sola tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

395. Wenceslaus de Zwola Czenkoni de Wyeczemyericz et suis heredibus In villa Wyeczemyericz Sextum dimidium laneos censuales et duas Curticulas cum suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

396. Miksso de Podole Jankoni de Lazan et suis heredibus In villa Podole tres laneos et vnam Curticulam et siluam ad ipsum pertinentem pleno Jure et dominio, nichil ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

397. (Myrko de Chlum Anne de Rozdalowicz Relicte olim Jaroslai Schelmberg villam Chylecz mediam, videlicet tredecim laneos, tres curticulas, mediam thabernam et Curiam allodialem, piscinam cum luco pratis siluis et pascuis fluminibus riuis et rubetis et eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi prorsus reseruando, vendidit et intabulauit Jure hereditario possidendum.) 1415.

398. Anna de Rozdalowicz Relicta olim Jaroslai Schelmberg omnes pueros suos sexus vtriusque suscepit ad veram vnionem suorum bonorum, que habet super medietate ville Chylecz, cum suis pertinencijs vniuersis illos signanter pueros, quos cum Jaroslao predicto marito suo habuit.

399. (Zdysslaus de Paczow Petro dicto Wstekleczoni de Ledecz et suis heredibus, Ibidem in Paczow Curiam allodialem cum pratis ad eam spectantibus, Item quinque quartalia censualia, cum siluis et riuo ad ipsam Curiam pertinentibus, prout solus tenuit, Item cum medio laneo, quem adiunxit, et cum eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

400. Myrko de Chlum Heduigem Conthoralem suam, Wenceslaum de Slupna militem dictum Herynk et Artlebum de Lypyna facit veros Commissarios omnium suorum puerorum et bonorum vbilibet habitorum.

401. Bussko de Strabenycz Machne vxori sue super Curia allodiali in Strabenycz et duabus curticulis ac pomerijs siluis riuis pratis et super tota porcione sua, quam habet ibidem in Strabenicz, Triginta et septem marcas grossorum cum media marca grossorum Jure veri dotalicij intabulauit, quod dotalicium Stiborius de Czelczicz frater Machne (illud) suscepit.[1])

402. (Adliczka de Paczow Johannem de Sobaczow maritum suum super Curiam suam allodialem, quam habet in Paczow, cum hominibus censualibus ad ipsam Curiam spectantibus et eorum pertinencijs vniuersis in veram suscepit vnionem.)

(F. XXXI. v.) 403. (Mixiko de Kokor Anne vxori sue In Kokor super Curia allodiali cum robottis ac pratis et super medietate molendini et super tota parte sua, quam ibidem habet, Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat et vna cum silua, quantum ad vsum cremacionis sufficeret, Et Artlebus de Selutek frater Anne illud suscepit dotalicium, eciam illud dotalicium habere debet super quinque marcis census annui ibidem, transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit in Styenawa.)

404. (Mykulass dictus Badyura de Syrawa Mixoni de Przestawlk et suis heredibus In villa Syrawa Curiam allodialem cum vna curticula, prout solus tenuit, pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam vnacum pratis ad hanc spectantibus, prout solus tenuit.)

405. Benessko Junior de Chudobin Dorothee vxori sue In villa Chudobin super Curia allodiali et super hominibus censualibus cum pratis et pomerijs ac vniuersis eorum pertinencijs Centum marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit, et Artlebus de Namyest illud suscepit dotalicium.

[1]) *Zwischen dieser und der nachfolgenden Einlage steht der Anfang einer unvollendeten Einlage: „Alsso Kuzel de Zerawicz, Heduigi Conthorali sue.“*

1415. 406. Jodocus de Prachowicz Machne, priuigne sue et suis pueris, vxori Holaczij de Poczenycz In villa Chwalkowicz prope Ewanowicz opidum, duos medios laneos censuales cum eorum pertinencijs dedit et intabulauit in veram hereditatem de sua libera voluntate et gracia.

407. Mylotha de Tworkow alias de Crawarn Anne de Weyssenburg Conthorali sue In et super Ciuitate Prerouia et super omnibus bonis et villis ad eam spectantibus, quibuscumque nominantur vocabulis, prout eadem bona a Serenissimo principe domino Wenceslao Romanorum et Boemie Rege vnacum Castro ibidem in Prerouia obtinet in pignore[1]) et prout litere ipsius domini Regis super hoc sunt confecte, et in eis plenius continetur, Mille marcas grossorum denariorum Pragensium nomine veri dotalicij dat deputat et assignat, Ad quam quidem presentem Intabulacionem predictus dominus Wenceslaus Romanorum et Boemie Rex consensit omnino, et Nunccios suos nobiles viros Laczkonem de Crawarn et Johannem de Lompnicz ad nos Officiales destinauit mandans per eos, ut presentem Intabulacionem faceremus, hoc notanter expresso, quod supradicta Anna in eodem dotalicio tamdiu permaneat, quandiu statum viduitatis non mutaret, neque eciam quispiam ex heredibus Milothe predicti possit eam datis Mille marcis grossorum ammouere, excepto solo Rege Boemie, qui pro tempore fuerit, aut Marchione Morauie.

408. Theodricus de Spranek et Margaretha de Melicz vxor sua Hinkoni et Bohussio fratribus de Schonwald et eorum heredibus In villa Zborowicz super tribus laneis Thaberna et vna curticula quinque marcas annui census cum hominibus vtilitatibus et prouentibus vniuersis et pertinencijs eorum, Nichil ibidem sibi Juris aut proprietatis reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendas vna cum orto ad hoc spectante.

(F. XXXII. r.) 409. Onsso de Sarow Hinkoni et Bohussio fratribus de Schonwald et eorum heredibus villam dictam Hotmanowa Lhota totam cum Curia allodiali ibidem cum agris cultis et incultis hominibus censibus redditibus siluis pratis pascuis fructibus et emolimentis vniuersis, in quibuscumque sunt rebus, pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi et heredibus suis Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit et intabulauit hereditarie possidendam.

410. Anna et Kaczna sorores de Czessicz Borzutham de Bystrzicz susceperunt ad veram vnionem sui dotalicij, quod a matre ipsarum obtinent in villa Czessicz.

411. Katherina de Strabenycz Nyczkoni de Martlowicz et suis heredibus Curiam allodialem in Strabenycz cum agris pratis pascuis siluis riuis rubetis, et alijs suis pertinencijs, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

412. Semyslaus de Strabenycz Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus Curiam allodialem in villa Zarussky cum agris pratis pascuis siluis et rubetis et alijs suis pertinencijs vniuersis, Nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

413. Miksso de Strabenicz Niczkoni de Martlowicz et suis heredibus In Strabenicz Curiam allodialem et vnam thabernam braxatilem liberam, medium laneum, tres curticulas cum agris pratis pascuis riuis et siluis et alijs eorum pertinencijs vniuersis, Nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendam. 1415.

414. Anna Relicta olim Bartosskonis de Przneho Jeronimum filium suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villis Lhota dicta Zabokrky et Wissoka, et Sbinkonem de Stralek facit Commissarium predicti Jeronimi filij sui.

415. (Mikulass de Morzicz Offcze vxori Jesskonis filij sui In villa sua Netczicz super Curia allodiali de duabus araturis, et in villa Morzicz super hominibus censualibus Centum et quinquaginta marcas grossorum in quinque marcis census Jure dotalicij dat et assignat, Et Philippus de Paczlawicz illud suscepit dotalicium.)

416. Margaretha Relicta olim Herzmankonis de Tuczap et Hanussko de Ostrowanek filius ipsius Mixikoni de Tuczap et Ondrzeykoni de Strziebrnyk eius filiastro et eorum heredibus In villa Tuczap in illis hereditatibus, que quondam fuerunt Herzmankonis predicti, decem marcas grossorum sui dotalicij vendiderunt eo Jure, prout soli tenuerunt.

417. Mana de Strzietez Relicta Wlassakonis Sobyehrdonem de Strzietez suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Senycz et in Vgezd.

(F. XXXII. v.) 418. Offka de Radkow Jesskonem de Morzicz maritum suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod in Radkow obtinet uel eciam alibi vbicumque.

419. Terwart de Domazelicz Anne vxori sue In villa Domazelicz super nouem laneis et super vna thaberna in medio ville sita et vna curticula decem marcas annui census in Centum marcis grossorum in pingnus veri dotalicij dedit et deputauit, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod prius habuit in villa Paulowicz, Quod dotalicium Wilhelmus de Kokor suscepit.

420. Terwart de Domazelycz Annam vxorem suam facit veram Commissariam puerorum suorum et bonorum suorum omnium tamdiu, quousque statum viduitatis non mutaret.

421. (Wenceslaus de Passowicz Elscze Conthorali sue Super villa Passowicz viginti marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit super predicta Passowicz villa tota et eius pertinencijs vniuersis, quas quidem XX marcas sibi addidit ad aliud dotalicium, quod prius habuit, Et Terwart de Domazelycz illud suscepit dotalicium.)

422. *Odpor[2]) Henricus de Bielotin facit odpor et dicit, quod prius quam super villa Passowicz dotalicium intabulatum fuisset, ipse in eandem villam obtinuit Jure terre XXV marcas.*

423. Benessius de Schonwald Johanni de Rzymycz et eius heredibus In villa Sudkow super hominibus censualibus decem marcas grossorum annui census, prout solus tenuit, vendidit Jure veri dotalicij possidendas.

424. (Jodocus de Prachowicz alias de Poczenycz Sulkonem de Paczow et Annam vxorem ipsius suamque Sororinam suscepit ad veram vnionem quatuor laneorum

[1]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Steht am rechten Rande und ist von derselben fremden Hand geschrieben.*

1415. et Thaberne, que obtinet in Poczenycz in ea parte, que pertinet ad Parrochiam ecclesie sancti Petri ibidem in Poczenycz.)

425. (Protywecz de Zastrzyzl Elscze vxori sue In et super villa Kozussecz in eo, quod ibidem obtinet, Triginta marcas annui census in Trecentis marcis grossorum Jure dotalicij deputauit, Et si quid ibi deficeret, hoc in villa Morawan debet suppleri, Et Znatha de Prus illud suscepit dotalicium.)

426. Katrusse de Studenecz prope Prostans Petrum dictum Angel maritum suum suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Studencze, super Curia allodiali et suis pertinencijs.

427. Johannes de Dobroczkouicz Czenkoni de Bistrzicz et suis heredibus In villa Sardyczky super Curia, quam comparauit a Pessicone, decem marcas grossorum Jure dotalicij dat et assignat.

428. Jessiko de Krumpsyn Katherine de Eywanye vxori sue In villa Dyedkowicz super tribus laneis Mikesskonis, et super quarto laneo suo proprio et eorum pertinencijs Quadraginta marcas grossorum racione veri dotalicij assignauit, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in villa Eywanye, Ad quam Intabulacionem dictus Mikesska de Dyedkowicz consensit et illud eciam suscepit dotalicium, et est ipse Mikesska pater Katherine.

(F. XXXIII. r.) 429. Margaretha de Nezdenycz Mixikonem de Trmaczow maritum suum super bonis suis hereditarijs, que habet in Nezdenycz, ad veram suscepit vnionem.

430. Agnezka de Wilharticz Relicta olim Alssonis de Czymburg Johannem et Myroslaum filios suos suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Schumycz prope Brodam Vngaricalem.

431. Jarossius dictus Dun de Zakowicz Katherine vxori sue Super tota villa in Zakowicz super hominibus censualibus duodecim cum media marca grossorum annui census in Centum et viginti quinque marcis grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Quod dotalicium Henricus de Trubek suscepit.

432. Mixiko de Kokor Wilhelmo de Kokor Patruo suo et suis heredibus In villa Rosczyn Curiam allodialem et sex laneos minus vno quartali censuales cum octo Curticulis et duabus thabernis et Molendinum cum agris pratis pascuis aquis metis limitibus et alijs eorum pertinencijs vnacum berna regali et alijs vtilitatibus pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

433. Johannes de Rzymycz Agnezcze vxori sue in villa Sudkow super hominibus censualibus Septem marcas cum media marca grossorum annui census in Septuaginta quinque marcis grossorum Jure dotalicij dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Rzymycz et Zaworzicz, Et Seborius de Dubczan illud suscepit dotalicium.

434. Jessko dictus Layloch Petrum dictum Czerny de Sczytowicz et heredes ipsius suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum habitorum et eciam habendorum.

435. Zdenko de Wezek Anne vxori Stiborij filij sui In villa Wezky prope Ratay super quatuor medijs laneis simul iacentibus, in quibus resident laici, videlicet Holczo, Sczedron, Trdlo et Wannytka, et super duobus quartalibus, quorum vnum diuisum est a medio laneo Jankonis laici, et aliud quod iacet penes Thabernam inferiorem, Quadraginta marcas grossorum racione dotalicij dat et assignat, Et Kunassko de Byskupicz pater Anne illud suscepit dotalicium. 1415.

436. Zdenko de Wezek Agnezcze vxori Petri filij sui In villa Wezky prope Rathay super tercio dimidio laneo censuali et Molendino et in illis tribus curticulis, que iacent insimul ex opposito Municionis, et super thaberna superiori, et super medio laneo, in quo Czalta laicus residet, et penes hoc in illo quartali, quod diuisum est a medio laneo Jankonis laici, Item super tribus Nemoribus, que wlgariter nunccupantur trzy ochozye iuxta fontem dictum Styborka in hijs dumtaxat nemoribus duas marcas census annui, Centum marcas grossorum in vniuerso, Jure veri dotalicij dat et assignat, quod dotalicium Protywczo pater Agnezcze suscepit.

437. Benessius Senior de Chudobin Katherine vxori sue In villa Chudobin super Curia ibidem et eo toto, quod ibidem obtinet, Tres marcas census annui in Triginta marcis grossorum dat Jure veri dotalicij et assignat, Et Onssiko de Zastrzyzl dictum suscepit dotalicium.

(F. XXXIII. v.) 438. Sbynco de Drzyenoweho Anne Sorori sue, vxori quondam Woytyechy, In et super villa Srnow tota super hominibus censualibus ibidem Sex marcas census annui In Sexaginta marcis grossorum Pragensium racione veri dotalicij dedit et deputauit, Et Johannes dictus Krumpsin de Czelechowicz illud suscepit dotalicium, Transduxit ipsam de medietate dotalicij, quod habuit in Sborowicz prefatus Sbynko, ex eo quia alia medietas dotalicij, racione vnionis prefatum Sbynkonem concernebat.

439. (Drslaus de Przieluk Johanni dicto Czerny de Domamyslicz et suis heredibus In villa Ossyeczan Municionem suam cum Curia allodiali vnius arature cum reseruaculo dicto halterz, Item quinque laneos censuales, Thabernam braxatilem cum Nemore et flumine cum agris cultis et incultis pratis pascuis limitibus metis et alijs suis pertinencijs vniuersis fructibus et vtilitatibus pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi Juris aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

440. (Philippus de Vgezd Johanni de Longauilla et suis heredibus Bona et villas suas videlicet Vgezd prope Brodam Vngaricalem cum Jurepatronatus ecclesie ibidem et villam Zakrzow cum Curijs allodialibus in villis predictis existentibus et Municione in villa predicta Vgezd cum hominibus censualibus dictorum bonorum agris cultis et incultis pratis pascuis rubetis siluis riuis fluminibus nemoribus montibus vallibus venacionibus aucupacionibus metis limitibus, quemadmodum dicta bona ab alijs bonis antiquitus sunt distincta, Juribus fructibus prouentibus et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt seu quibuscumque specialibus nominibus nunccupantur, et generaliter cum eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidenda, Et si alibi dicta bona scripta essent in tabulis terre, nullum omnino habere debent vigorem.)

441. (Lowko et Andreas fratres de Byelowicz Johanni dicto Czerny de Domamyslicz et suis heredibus In villa

1415. Ossyeczan quartumdimidium laneos censuales et vnam curticulam penes halterz iacentem, Item in villa Kowalowicz vnum laneum censualem cum hominibus censibus agris cultis et incultis et alijs eorum pertinencijs vniuersis, et eciam cum Communitate Juribus et vtilitatibus pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi reseruans, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendos.)

442. (Pauliko de Vnczicz Johanni dicto Strnystkoni de Przestawlk et suis heredibus villam Skrzycze totam cum Curia allodiali et duos paruos lucos et paruas piscinulas cum pratis pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

443. (Johannes dictus Lysska de Murzinow Johani Kuzel de Artlebow et suis heredibus Jus suum hereditarium, quod habet in bonis Wetherzow, prout a domina Clara de Wetherzow occasione empcionis obtinuit, vendidit hereditarie possidendum, Et si alibi dicta bona essent in tabulis, nullum debent habere vigorem.)

444. Odpor.[1]) Woko de Holstain facit odpor et dicit, quod ad bona Wetherzow Jus sibi hereditarium conpetit, quod probare wlt coram Baronibus.

445. (Johannes de Przestawlk Herssoni de Popowicz et suis heredibus curiam allodialem in Przestawlk cum vno laneo ad ipsam Curiam antiquitus spectante et cum pomerio et prato cum pratis pascuis siluis nemoribus rubetis et alijs suis pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam, Nichil ibidem sibi reseruando.)

(F. XXXIV. r.) 446. (Brzenko de Ryzenburg Andree dicto Syssel de Nyetkowicz et suis heredibus Jus sui dotalicij, videlicet XV marcas census annui, quas in tota villa Stawissicz habuit et tenuit, in Centum quinquaginta marcis grossorum ipso Jure, quo solus vendidit possidendas.)

447. Andreas dictus Syssel de Nyetkowicz Anne vxori sue In villa Stawissicz super toto Jure suo, quod ibidem in dotalicio obtinet, Octoginta marcas grossorum Jure veri dotalicij assignauit, Quod quidem dotalicium Protywczo de Zastrzyzl suscepit.

448. Andreas dictus Syssel de Nyetkowicz Protywczonem de Zastrzyzl et Damianum dictum Krzeczek de Nyetkowicz facit veros Commissarios omnium bonorum suorum et puerorum.

449. (Johannes de Longavilla Anne vxori Benesskonis fratris sui In villa Vgezd super Curia allodiali et tota villa ibidem et super hominibus censualibus et pertinencijs vniuersis Centum marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit in villa Wlkoss, et Johannes Kuzel de Artlebow dictum suscepit dotalicium.)

450. (Stephanus de Chudobin Zdenkoni de Swabenycz alias de Dobroczkowicz In villa Kozussecz Curiam allodialem de duabus araturis cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis vendidit sibi et suis heredibus Jure hereditario possidendam, Nichil ibidem sibi reseruando.) 1415.

451. Laurinus dictus Hay de Podhagie Katherine vxori sue In villa Oynyczich super sua Curia allodiali ibidem cum pratis pascuis et alijs suis pertinencijs vniuersis Sexaginta quatuor marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Bartossius de Kokor illud suscepit.

452. (Johannes de Laznyk, filius Bohunconis, Dywe de Czekynye et suis heredibus In villa Laznyk suam Curiam allodialem et duo quartalia censualia duas curticulas cum Agris pratis pascuis siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

453. Onsso de Scharow Caspari de Hradssowicz et Anne vxori eius et eorum heredibus medietatem ville Lossczyczky cum agris cultis et incultis siluis pratis et alijs pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendam, nichil ibidem sibi reseruando.

454. Mixiko de Zarussek Johanni de Zarussek et suis heredibus Bona sua, que habet in Zarussek videlicet duas curias de tribus araturis octo curticulas cum agris pascuis siluis et piscinis ac fluminibus metis ac limitibus ad hoc spectantibus, Item in villa Kozussecz tercium dimidium laneos, medium Molendinum cum vna curticula et steura regali et alijs suis pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda.

(F. XXXIV. v.) 455. (Onssiko de Zastrzyzl Anne vxori sue super medietate ville Zastrzyzl et eius pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excipiendo, quemadmodum dicta medietas ad eum est post obitum patris sui deuoluta, Centum et viginti quinque marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Et si quid ibi deficeret, hoc debet in Dobroczkowicz in tota porcione sua ipsum concernente suppleri, Sic quod integre ipsa Anna XII marcas cum media marca annui census in dictis C et XXV marcis debeat obtinere, Quod dotalicium Johannes de Popowek suscepit.)

456. Zdenko de Swabenycz Protywczoni de Zastrzyzl et suis heredibus In villa Kozussczych Curiam allodialem in quatuor laneos diuisam cum pratis et siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

457. Wenceslaus de Zerawicz Protywczonem de Chwalkowicz fratrem suum suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in Zerawicze et in media villa Lhotky, que dicitur Jurko, et alibi vbicumque.

458. Dorothea de Krzstyetyn filios suos omnes suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Krzstyetyn et in Wessele.[2])

459. Matyeyko de Ratay Sbynkoni de Drzyenoweho et suis heredibus Illa omnia Nemora et siluas, que spectant ad Medlaw, que Jure terre in Frankone de Morkowicz obtinuit, prout eciam dicta nemora et silue fuerunt quondam ex obitu patris sui ad Matyeykonem predictum deuoluta, vendidit hereditarie possidenda.

460. *Odpor.[3]) Wenceslaus de Morkowicz odpor facit et dicit, quod habet melius Jus ad illa nemora et siluas*

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht: „Senyk de Labuth.“*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben fremden Hand.*

1415. *in Medlaw. Et similiter Franko de Morkowicz tale facit odpor, sicut Wenceslaus super Nemoribus ut Supra.*

461. (Johannes de Zarussek Margarethe vxori sue In villa Zarussek super duabus curijs allodialibus ibidem et octo curticulis et piscina agris pratis pascuis siluis et alijs eorum pertinencijs vniuersis Centum marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit, transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim habuit in villa Smrzicz, et Artlebus de Selutek illud suscepit dotalicium.)

462. Jenczo de Wezek Sdenkoni de Wezek et suis heredibus Ibidem in Wezek Curiam suam allodialem cum agris metis et limitibus ac pertinencijs suis, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

463. (Holacz de Borzuthow alias de Chwalkowicz Leonardo de Poczenycz et suis heredibus Jus sui dotalicij, quod habuit in Poczenycz, super Curia allodiali media piscina thaberna quatuor curticulis Siluis pratis pascuis et alijs suis pertinencijs vniuersis, nichil sibi reseruans, vendidit possidendum videlicet centum marcas grossorum.)

464. Onsso de Swabenicz Jessikoni de Krumsyn et suis heredibus vnum laneum agrorum In Dyedkowicz, in quo Paulus rusticus a Curia Mikesskonis tercius residet, pleno Jure, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

(F. XXXV. r.) 465. (Gerardus de Meraw et Sigismundus ipsius filius de Meraw Johanni dicto Woyna de Krzstyetyn et suis heredibus villam Postrzelymow videlicet triginta tres marcas et XV grossos census annui in eadem villa cum agris cultis et incultis pratis pascuis montibus vallibus et omnibus alijs ad dicta bona spectantibus pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

466. Johannes presbiter et Radslaus fratres de Olssan Mixoni dicto Potuoczek Ciui de Prostans et suis heredibus Curiam allodialem in Olssan de vna aratura duos laneos minus vno quartali censuales Item duas thabernas, tres ortos, vnam praetam dictam nywa, iacentem ex opposito ville Smrzicz, cum agris censibus pratis pascuis riuis et alijs pertinencijs vniuersis vnacum parte Jurispatronatus ecclesie ibidem ipsos concernente, prout soli tenuerunt, Nichil sibi ibidem reseruantes, vendiderunt et intabulauerunt hereditarie possidendam.

467. *Odpor[1]) Anna vxor Budywogij odpor facit et dicit, quod racione vnionis dotalicij, quod super Curia Olssan habuit, cum suis fratribus Jus ad eandem sibi conpetit ita bene sicut illis.*

468. Mixo dictus Potuoczek Ciuis de Prostans Wenceslaum dictum Samalyk Ciuem de Prostans facit verum Commissarium omnium bonorum suorum et puerorum.

469. Wsseborius de Dubczan magistrum Johannem fratrem suum suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in villa Zyrotyn.

470. Wsseborius de Dubczan et magister Johannes fratres indiuisi Vlricum de Lhota et Johannem de Rzymycz susceperunt ad veram vnionem omnium suorum bonorum, que habent in villa Zyrotyn. 1415.

471. Hersso de Wrahowicz, Lydam vxorem suam suscipit in veram vnionem bonorum infrascriptorum primo super quinto dimidio laneis et in medio quartali[2]) In villa Wrahowicz et tribus curticulis et super quartam partem Jurispatronatus ecclesie ibidem, et hoc facit ideo, quia ipsam transduxit de suis hereditatibus, quas habuit in villa Zabczicz, que ad Brunnensem Czudam spectat, Et Philippus de Paczlawicz dicit, quod hoc sit bonum Lyde predicte.

472. Hersso de Wrahowicz Philippum de Paczlawicz facit verum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum.

473. Mathias dictus Kozel de Strabenycz Margarethe vxori sue in villa Strabenycz In illa porcione Curie allodialis, que quondam fuit Benessij, que ex diuisione sibi euenit, et duabus Curticulis pomerijs siluis pratis pomerijs et super eadem tota porcione sua viginti quinque marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Et Johannes dictus Byely de Domamyslicz illud suscepit dotalicium.

474. Johannes de Poczenycz Katherine vxori sue In Poczenycz super Curia sua allodiali agris pratis pascuis siluis et alijs vniuersis suis pertinencijs Triginta marcas grossorum racione dotalicij assignauit, quod dotalicium Adamek de Honyeticz frater Katherine suscepit.

(F. XXXV. v.) 475. (Semyko de Labut Ade de Drahanowicz et suis heredibus Curiam allodialem duorum laneorum vnam curticulam cum agris pratis pascuis et alijs suis pertinencijs in villa Tyessan, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

476. Wilhelmus de Kokor Domanoni de Kokor patruo suo alias de Czekynye In villa Wynary Curiam suam cum medio laneo et duabus curticulis cum agris pratis pascuis nemoribus et alijs pertinencijs, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam et intabulauit, Et si dicta bona alibi scripta essent in tabulis, non habebunt vigorem.

477. Martinus de Byelowicz Radslaum de Rakoweho facit verum Commissarium suorum puerorum et bonorum, que habet in Byelowicz.

478. (Zbynko de Wrahowicz Katherine vxori sue In villa Wrahowicz super quatuor laneis et quinque curticulis agrorum, tribus ortis, duobus molendinis Decem marcas annui census in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat de consensu domini Velyzonis patrui indiuisi ipsius Zbinkonis, quod dotalicium Bedricus Motyczka frater Katherine suscepit.)

479. Adam de Honyeticz Dorothee vxori sue In Honyeticz in Curia allodiali super porcione sua, et in duobus molendinis agris censibus ad ipsam Curiam spectantibus, necnon pratis et nemoribus et alijs suis pertinencijs Triginta septem cum media marcis grossorum Pragensium titulo veri dotalicij assignat et intabulat, Et Leonardus de Poczenycz illud suscepit dotalicium.

480. *Odpor[3]) Dominus Wlczko plebanus de Hosticz ex parte orphanorum fratrum Ade de Honyeticz odpor*

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben fremden Hand.*

[2]) *Die Worte „et in medio quartali“ stehen am linken Rande bei einem Commente.*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben fremden Hand.*

1415. *facit et dicit, quod ipsi orphani ad annos etatis debite nondum peruenerunt, ipseque in Honyeticz dotalicium intabulauit et ipsis conpetit Jus.*

481. Sulko de Zakrzowicz Elskam de Wesseliczko vxorem suam transduxit de suis bonis hereditarijs et eciam de dotalicio, quod habuit in Wesseliczko ex parte matris, eandemque Elskam in reconpensam ipsius transduccionis suscepit in veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum, et Johannes de Longauilla dixit, quod hoc sit bonum ipsius Elscze.

482. (Sulko de Zakrzowicz Andree de Kelcz et suis heredibus villam Wesseliczko totam cum Curia allodiali cum hominibus censibus agris cultis et incultis fructibus obuencionibus et redditibus vniuersis pratis pascuis siluis Nemoribus rubetis aquis riuis montibus vallibus metis et limitibus et alijs suis pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, seu quibuscumque specialibus nominibus nunccupantur, quemadmodum ipsa bona ab alijs bonis circumadiacentibus sunt distincta, pleno Jure et dominio nichil ibidem sibi ibidem (sic) aut suis heredibus Juris aut proprietatis uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

483. Andreas de Wesseliczko Anne vxori sue super Curia allodiali in Wesseliczko cum omnibus Curie ipsius pertinencijs et pratis Triginta marcas racione veri dotalicij assignat, Et Petrziko de Crumsyn illud suscepit.

(F. XXXVI. r.) 484. (Anna de Stawissicz, Relicta olim Przesskonis de Vhrzecz, Wznathe de Melicz alias de Prus et suis heredibus [1]) quinquaginta marcas grossorum sui dotalicij, quas habet in Stawiessicz, super V laneis ac hominibus ibidem censualibus vendidit possidendas.)

485. (Wznatha de Meylicz, alias de Prus, pueros Brzenkonis de Rysenburg alias de Nasedlowicz suscepit ad veram vnionem quinquaginta marcarum sui dotalicij, quas habet in villa Stawiessicz.)

486. Wlczko de Medlowicz Dorothee vxori sue in villa Medlowicz super Curia allodiali et hominibus censualibus ibidem pratis siluis pascuis pomerijs et alijs suis pertinencijs Octoginta marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, Et si quid ibidem deficeret, hoc in bonis mobilibus dictis nadbyt vbilibet existentibus, debet adimpleri, ad quod Johannes frater Wlczkonis consensit, et Johannes de Artlebow illud suscepit dotalicium.

487. (Elska de Magna Senycz dicta Drahowa Dorothee vxori Pauli filij sui In Magna Senycz super Curia allodiali iacente in plathea, que dicitur Luczanska, vbi suum obtinet dotalicium, et super agris cultis et incultis necnon pratis viginti quinque marcas grossorum nomine veri dotalicij assignauit.)

488. Lampertus de Krumsyn Andree de Paulowicz et suis heredibus Curiam vnius arature in Bohdalicz cum agris cultis et incultis pratis siluis pascuis metis limitibus riuis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

489. Johannes de Husserowa Lhota In villa Husserowa Lhota super Curia allodiali ibidem et agris ad illam spectantibus vigintiquinque marcas grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, quod Wilhelmus de Sobaczow suscepit dotalicium, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Krzstomyl. 1415.

490. (Gytka vxor Johannis Swehle de Quaczicz Albertum de Leznicz de Leznycz (sic) filium suum et suos heredes suscepit ad veram vnionem ducentarum marcarum sui dotalicij, quas habet in villa Quaczicz et super bonis mobilibus dictis nadbyt de consensu et voluntate Johannis Swehla mariti sui.)

491. Sigismundus de Czelczicz Anne vxori sue In villa Czelczicz super medietate Curie sue, que racione congressus ad eum est per mortem Byel sui patrui deuoluta, et suis pertinencijs vniuersis ad dictam medietatem Curiam (sic) spectantibus vigintiquinque marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, quod dotalicium Petrus de Czertoryg suscepit.

492. (Johannes Ganzar de Kozussow Katherine vxori sue In Municione superiori in Kozussow et super Curia allodiali ibidem et robotis cum pratis pascuis siluis fluminibus pomerijs metis et limitibus et alijs suis pertinencijs, Item in villa Dluhomylow super tercio dimidio laneis et super hominibus censualibus terciam dimidiam marcas census annui soluentibus Nonaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et Alssiko de Leznycz illud suscepit.)

(F. XXXVI. v.) 493. Andreas de Paulowicz Protywczonem de Zastrzyz patruum suum facit verum Commissarium omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et eciam suorum puerorum.

494. Johannes dictus Czerny de Domamyslicz Dorothee vxori sue In villa Ossyeczan super septem laneis vna thaberna et eorum pertinencijs octo marcas census annui in Octoginta marcis grossorum racione dotalicij dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Domamyslicz, quod Henricus de Trubek suscepit dotalicium.

495. Dorothea Relicta olim Blazeykonis de Stychowicz Johannem Byely de Domamyslicz facit verum Commissarium suorum nepotum et sui dotalicij, quod habet in Stychowicz.

496. (Andreas de Turowicz Jeskoni filio suo et Andree dicto Syssel de Nyetkowicz In villa Nyetkowicz quartum dimidium laneos et quatuor curticulas et eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

497. Semyk de Labut Anne vxori sue in villa Labuth super quinque laneis et quatuor curticulis et vna thaberna braxatili et eorum pertinencijs vniuersis Quatuor marcas census annui in quadraginta marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Et Czenko de Scharow illud suscepit dotalicium.

498. Andreas dictus Syssel de Nyetkowicz Symkoni de Kelczicz et suis heredibus et Margarethe vxori eius in villa Sulessowicz Octoginta marcas grossorum sui dotalicij, quas habet super Curia allodiali ibidem et tribus curticulis et paruo luco ac thaberna agris pratis pascuis

[1]) *Die Worte: „et suis heredibus“ sind durchstrichen und am Schlusse der Einlage steht von anderer Hand die Note: „Non preiudicat alijs.“*

1415. et fluuio et eius pertinencijs vniuersis vendidit eo Jure, quo ipsemet tenuit et intabulauit.

499. Anna Relicta olim Johannis de Laznyk Offcze de Tupcze Ibidem in villa Tupecz Jus sui dotalicij, quod ibidem habuit super medio laneo duobus pratis, prout sola tenuit, vendidit possidendum.

500. Offka de Chudobin Relicta Mixikonis Sulkonem filium suum de Chudobin suscipit ad vnionem sui dotalicij, quod habet in Pulycz.

501. (Wilhelmus de Kokor Barbare vxori sue In villa Rossczyn super Curia allodiali et super sex laneis minus vno quartali et super VIII curticulis et duabus thabernis ac Molendino et eorum pertinencijs vniuersis Centum et quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, quod Bartosko de Kokor suscepit.)

502. Mathias de Rudky Johannem fratrem suum germanum et Petrum patruum suum suscepit ad veram vnionem bonorum suorum, que habet in Rudka.

(F. XXXVII. r.) 503. Jacobus et Petrziko de Krumpsyn Vlrico de Lessan et suis heredibus Bona ipsorum hereditaria in villa Krumpsyn, videlicet Curiam allodialem, quintumdimidium laneos cum thaberna et vnam Curticulam, cum Jurepatronatus ecclesie ibidem eos concernente et tres ortos, cum hominibus censibus redditibus Juribus fructibus pratis pascuis Siluis rubetis nemoribus riuis fluminibus montibus vallibus et alijs eorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, vnacum Robottis pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi aut heredibus ipsorum reseruantes, vendiderunt hereditarie possidenda prout ipsimet tenuerunt.

504. (Hanusschius de Zdyetyn Vlrico de Lessan et suis heredibus Bona sua hereditaria in villa Zdyetyn, Curiam allodialem cum area, Item quinque laneos censuales et vnum quartale, thabernam, quinque ortos et praetas cum agris cultis et incultis riuis siluis cum hominibus censualibus Juribus redditibus fructibus vtilitatibus et eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidenda.)

505. Vlricus et Lewussius fratres germani de Lessan cum omnibus bonis ipsorum habitis et habendis ad inuicem sunt congressi.

506. Jessko de Krumpsyn Drslao de Przieluk et suis heredibus bona sua hereditaria in villa Ewanye videlicet Curiam allodialem cum medio laneo duabus curticulis et vno orto et praeta, in quo aliquando pratum fuit, cum hominibus censibus agris cultis et incultis limitibus metis et alijs suis pertinencijs et vtilitatibus vniuersis pleno Jure et dominio, nichil sibi ibidem reseruans, sed prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda.

507. Benessius de Schonwald Margarethe vxori sue In villa Schonwald super hominibus censualibus quatuordecim marcas census annui, Item in villa Sudkow Sex marcas annui census annui (sic) super hominibus ibidem censualibus, et in villa Schonwald super Curia allodiali Quinquaginta marcas grossorum, que omnia suprascripta racione veri dotalicij sibi assignat et intabulat in Ducentis et quinquaginta marcis grossorum denariorum Pragensium possidendas, Et Petrus de Zwole illud suscepit dotalicium.

508. Smylo et Woytyechius fratres de Melicz Hinkoni 1415.
et Bohussio fratribus de Schonwald et ipsorum heredibus In villa Sborowicz decem laneos censuales, Item quinque curticulas agrorum et quinque curticulas minores et duas thabernas, que omnia decem et octo marcas et XLV grossos censuant annuatim, cum hominibus censibus redditibus Juribus et fructibus Agris cultis et incultis pratis pascuis siluis riuis et alijs eorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque sunt rebus, cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.

509. (Jacobus de Dobrozicz Wlczikoni de Tuczyn et suis heredibus bona sua hereditaria in villa Sedlczye videlicet tres curias allodiales et vnam curticulam cum siluis pratis fluminibus metis et limitibus et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda.)

(F. XXXVII. v.) 510. Johannes dictus Czerny de Domamyslicz Symoni presbitero de Olomuncz Marco Ciui ibidem in Olomuncz et Elyzabeth Conthorali sue legittime et eorum heredibus In villa Domamyslicz super hominibus censualibus cum pleno Jure et dominio octo marcas annui census vendidit hereditarie possidendas.

511. (Benessius de Chudobin Johanni dicto Beba de Wlkoss et suis heredibus in villa Hlussowicz super hominibus censualibus Quatuor marcas et octo grossos census annui pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendas.)

512. Sbynko de Drziennoweho pueros suos suscepit ad veram vnionem Juris hereditarij, quod in Bartosskone de Slezan in villa Poczenycz obtinuit Jure terre.

513. Vlricus de Lessan Damianum presbiterum plebanum in Mostkowicz ad bonorum suorum, que habet in villis Zdyetin et Ohrozym, suscepit vnionem, nichil ibidem excipiendo, et Lewussius frater Vlrici ad hoc consensit.

514. Johannes de Chomutowicz Masskoni de Chomutowicz et heredibus suis Ibidem in Chomutowicz Curiam allodialem cum pratis nemoribus siluis agris et paruis lucis et alijs suis pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans ibidem, vendidit hereditarie possidendam.

515. Massko de Chomutowicz Raczkonem de Domamyslicz suscepit ad veram vnionem illorum omnium bonorum, que habet in Chomutowicz.

516. (Petrus et Przecho fratres de Vgezd Benessio de Wyssoke et suis fratribus germanis et eorum heredibus bona sua hereditaria in villa Laznyk minori, videlicet Curiam allodialem duas thabernas braxatiles tres curticulas et vnum quartale censuale, Molendinum cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis limitibus metis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendiderunt hereditarie possidenda.)

517. (Swatobor de Kozussow Beneskoni de Wyczkow et suis heredibus Municionem In villa Kozussow et Curiam allodialem cum hominibus censualibus pratis pascuis siluis montibus vallibus fluminibus riuis aquis metis ac limitibus, Item in villa dicta trzy dwory tres homines censuales, Item in villa Olessna Aduocaciam liberam cum vno homine censuali, Item in villa Studenka

1415. V. homines censuales et quidquid in hereditatibus ibidem obtinuit, Item in villa Strzemessek totum, quidquid sibi iure hereditario tam in Jurepatronatus ecclesie ibidem, quam eciam in aduocacia libera conpetit Juris, Item in villa Postrzelmow homines censuales annuatim soluentes octo marcas et XVII grossos, Item in villa Chromcze in hominibus tres marcas census annui minus vno fertone[1]) cum pleno Jure et dominio bonorum et hereditatum predictarum et eorum pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum, nichil ibidem sibi reseruans uel suis heredibus.)

518. Benessko de Wyczkow Swatoborio de Kozussow In villa Postrzelmow super hominibus censualibus et in villa Chromcze eciam super hominibus censualibus vndecim marcas census annui, nichil sibi in eisdem XI marcis census reseruando, Jure veri dotalicij in Centum et X marcis grossorum dat et assignat.

(F. XXXVIII. r.) 519. (Swatobor de Kozussow Anne vxori sue legittime In et super villis Postrzelmow et Chromcze super hominibus censualibus villarum predictarum vndecim marcas census annui Jure veri dotalicij in Centum et decem marcis grossorum assignauit et intabulauit, Et Marssiko de Radowyessicz illud suscepit dotalicium.)

520. Petrus de Krzstomyle Marquardo de Gezwecz et suis heredibus In villa Krzstomyl Jus sui dotalicij super illo laneo, in quo Zdicho rusticus residebat, cum pomerio cum agris pratis pascuis metis et limitibus et alijs eorum pertinencijs vniuersis vendidit possidendum.

521. Marquardus de Gezwecz Annam vxorem suam suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villa Krzstomyl super illo laneo, in quo Zdicho rusticus residebat, cum suis pertinencijs vniuersis.

522. Wenceslaus et Franko fratres germani de Morkowicz ipsi et eorum heredes cum omnibus bonis eorum vbilibet habitis et habendis ad inuicem sunt congressi seu vniti.

523. (Kunath dictus Zylstrank de Sobotyn Marquardo Militi de Zwole et suis heredibus In villa Zaworzicz Municionem cum Curia allodiali et pomerijs, ac quinque laneos censuales, tres ortos tres piscinas, mediam thabernam cum agro dicto Kratka, Item Molendinum, quod iacet in flumine Morawa, Item ambas ripas eiusdem fluminis, defluentis a metis ville Postrzelmow vsque ad riuum, qui dicitur struha, et cum alijs fluminibus, Item duas siluas seu duo nemora cum pratis pascuis agris cultis et incultis hominibus censibus redditibus et eorum pertinencijs vniuersis metis et limitibus pleno Jure et dominio, Nichil ibidem sibi uel suis heredibus ibidem (sic) reseruans, prout solus tenuit, vendidit Jure hereditario possidendum.)

524. Marquardus miles de Zwole Petrum de Zwole fratrem suum germanum suscepit ad veram vnionem suorum omnium bonorum, que habet in villa Zaworzicz.

525. Marquardus Miles de Zwole Kunathoni dicto Zylstrank de Sobotyn et suis heredibus In villa Vgezd prope Mohelnycz vndecim laneos censuales, quatuor ortos cum rubetis pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendos. 1415.

526. Kunat dictus Zylstrank de Sobotyn Anne dicte Walkunka vxori sue In villa Vgezd prope Mohelnycz super hominibus censualibus duodecim marcas census annui in Centum et viginti marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in villa Zaworzicz, quod dotalicium Alssiko de Leznycz suscepit.

527. Johannes dictus Krumsyn de Czelechowicz toti Communitati Incolarum ac hominum ville Czechowicz, qui sunt ad presens uel pro tempore fuerunt, (illorum presertim quos ipse Johannes tenuit et habuit)[2]) illud Nemus, quod supra villam Klobuk iacet, applicuit appropriauit et intabulauit Jure hereditario perpetuis temporibus possidendum pro eorum vsibus.

(F. XXXVIII. v.) 528. (Nicolaus dictus Opycze de Dubnycz Vrsule vxori sue In villa Ossyeczan super Curia duorum laneorum et eorum pertinencijs Quinquaginta marcas grossorum dotalicij assignat et deputat, Ad quam Intabulacionem Johannes de Domamyslicz consensit, illudque suscepit dotalicium, tali tamen sub condicione, quod dicta Vrsula, quandiu vixerit, ipsum dotalicium ibidem habeat et teneat, et post mortem eius ad supradictum Johannem de Domamyslicz et suos heredes dictum dotalicium libere deuoluatur. Et predicta Vrsula transducta est de priori suo dotalicio, quod olim habuit in villa Olssan.)

529. (Kunath dictus Sylstrank de Sobotyn Machnam sororem suam suscepit ad veram vnionem suorum bonorum hereditariorum, que habet in villa Vgezd prope Mohelnycz.)

530. Wlcziko de Tuczin Dorothee vxori sue super medietate bonorum suorum, que habet in villa Sedlczy Triginta septem marcas grossorum cum media marca Jure veri dotalicij assignat et deputat, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit in Tuczyn, et Michael de Tuczyn frater Wlczykonis suscepit.

531. Benessius et Sulko fratres germani de Chudobin cum omnibus Bonis eorum,[3]) que nunc habent uel habebunt, mutuo sunt vniti et verum fecerunt congressum.

532. (Anna Relicta Johannis de Laznyk Sigismundo et Johanni fratribus de Laznyk et eorum heredibus in villa Laznyk Sedecim marcas sui dotalicij, quas habuit super altero dimidio laneis ibidem, cum eorum pertinencijs vendidit, prout solus tenuit.)

533. Offka de Tupecz Johannem maritum suum suscepit ad veram vnionem Curie allodialis in Tupecz inferiori cum suis pertinencijs et duorum ortorum.

534. Pauliko de Myesseczna Lhota Stankoni de Radkow et suis heredibus In villa Miesseczna Lhota tercium dimidium quartale agrorum et vnum ortum prout solus tenuit, cum suis pertinencijs[4]) vendidit hereditarie

[1]) *Die Worte „minus uno fertone“ stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Die zu dieser gelöschten Stelle gehörige, am linken Rande der Einlage befindliche und von anderer Hand geschriebene Note lautet: „hec abolicio non viciat alia.“*

[3]) u. [4]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile und ist von derselben Hand geschrieben.*

1415. possidendum, Et si alibi dicta quartalia et ortus inuenirentur in terre tabulis, nullum habere debent vigorem.

535. Michael de Tuczin Elscze vxori sue In villa Tuczyn super Curia allodiali et super vna marca census annui in hominibus censualibus et pratis ac flumine et super alijs ipsius Curie pertinencijs quadraginta marcas grossorum Jure veri dotalicij assignat, et Wlcziko de Tuczyn illud suscepit dotalicium.

536. Adam de Honyeticz Johanni de Poczenycz In villa Zdislawicz super medio laneo octo marcas grossorum Jure dotalicij intabulauit possidendas.

537. Stanko de Radkow Katherinam vxorem suam suscepit ad veram vnionem omnium illorum, que habet in Myessecznalhota.

(F. XXXIX. r.) 538. (Alless de Podole Johanni de Wokow et suis heredibus In villa Podole vnum laneum cum omnibus suis pertinencijs, nichil in eodem laneo sibi et heredibus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

539. Johannes dictus Hussye de Krumsyn Stachonem de Hostyeradek fratrem suum patruelem facit verum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum, Taliter tamen quod post mortem ipsius Johannis Hussye et suorum heredum dicta bona ad ipsum Stachonem deuoluantur libere.

540. (Mylotha de Benessow alias de Trawnyk Nobilem Petrum de Crawarn alias de Straznycz, Czude Olomucensis Supremum Camerarium, suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.)

541. Mykulass dictus Opycze de Dubnycz Benessio de Chudobin et suis heredibus In villa Olssan Curiam allodialem et dimidiam alteram marcam cum octo grossis census annui, et quartam partem Jurispatronatus ecclesie ibidem, que eum concernebat cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, vendidit et intabulauit hereditarie possidendam.

542. Onsso de Podhagye alias de Ohrozym Margarethe relicte [1]) Petro dicto Klynowsky Ciui (sic) in Prostano et eius filiastris Martynkoni et Matusskoni de Prostano et horum omnium heredibus pratum illud, quod iacet retro villam Podhagie a villa Drzowicz iuxta flumen cum dicti prati pertinencijs eo Jure, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

(F. XXXIX. v.) **Colloquium quartum domini Petri de Straznycz.**

1416. 543. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sedecimo Sabbato proximo post octauam Epiphanie [2]) Celebratum est Colloquium dominorum.

544. (Johannes de Ewlmburg alias de Pnyowicz Agnezscze vxori sue legittime In et super tota villa Lawka et in villa Pnyowicz super dimidio octauo laneis censualibus Triginta sexagenas census annui in Trecentis sexagenis grossorum denariorum Pragensium nomine veri dotalicij dat deputat et assignat.)

545. (Boczko de Cunstat alias de Podyebrad Sulikoni de Conycz et suis heredibus Municionem Tynecz cum opido Tynecz ibidem, Item Lanshut opidum, et villas infrascriptas videlicet Twrdonycz, Kostycze, Dlhonicz, Hrussky, et Curijs in dictis bonis existentibus ac Molendinis theloneis vineis et vinearum decimis et Jure montano, necnon hominibus censibus redditibus agris pratis pascuis siluis Nemoribus rubetis lucis et specialiter cum Jurepatronatus ecclesiarum in Tynecz et in Twrdonycz montibus vallibus fluminibus riuis stagnis aquis venacionibus aucupacionibus limitibus metis granicijs et alijs eorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, prout eadem bona ab alijs bonis circumadiacentibus ab antiquo sunt distincta, prout solus tenuit seu predecessores sui tenuerunt, nichil in eisdem bonis sibi aut suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruando, vendidit hereditarie possidenda, Et si alibi dicta bona scripta in tabulis inuenirentur, in quibus tamen ipsi Boczkoni Jus conpeteret, nullam habere debent roboris firmitatem, sed debent deleri de terre tabulis.) 1416.

(F. XL. r.) 546. Gytka de Lantstein Relicta olim Wznathonis dicti Hecht de Rossicz Hinkonem de Rossicz alias de Strzyelek filium suum suscepit in veram vnionem sui dotalicij, vbicumque obtinet illud.

547. Stephanus dictus Kropacz de Holstein Annam matrem suam suscepit in veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in Wssetrap villa.

548. Katherina Relicta olim Vlrici dicti Hecht de Rossicz Gytkam de Lantstein Relictam olim Wznathe de Rossicz et Hinkonem filium ipsius Gytcze de Rossicz alias de Strzielek suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet vbicumque.

549. Jodocus dictus Hecht de Rossicz, Elska Relicta olim Jessikonis dicti Pykna de Hradystko, et Jessiko filius ipsius Jessikonis Pykna, Annam Relictam olim Jaroslai Schelmberg susceperunt ad veram vnionem super ducentis marcis grossorum illius dotalicij, quod ad eos est deuolutum per mortem olim Katherine Relicte quondam Sobyessyni sororis eorundem.

550. Johannes dictus Hlawacz de Ronow Margarethe de Holstein vxori sue legittime In villa Borotyn super Curia sua allodiali et hominibus suis censualibus ac siluis pratis pascuis Siluis (sic) et super villa dicta parua Nyerowecz et dictarum villarum pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, pleno Jure et dominio Centum marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat, Nichil ibidem sibi reseruando, Et Janko de Pnyowicz illud suscepit dotalicium.

551. Stephanus, Andreas, et Nicolaus fratres germani de Zastrzyzl cum bonis ipsorum omnibus vbilibet habitis verum fecerunt congressum.

552. (Stephanus, Andreas, et Nicolaus fratres germani de Zastrzyzl Onssikonem fratrem ipsorum germanum de Zastrzyzl susceperunt in veram vnionem omnium suorum bonorum vbilibet habitorum.)

553. (Boczko de Cunstat alias de Podyebrad Hanusskoni de nigro [3]) Monte et suis heredibus In et super villa tota Wesseliczko, que dicitur Dorfflik, super hominibus

[1]) *Die zwei Worte „Margarethe relicte" stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand zugeschrieben.*

[2]) *d. i. den 18. Jänner.*

[3]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile, ist aber von derselben Hand geschrieben.*

censualibus agris cultis et incultis Curia allodiali ibidem siluis pratis pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, Sexaginta marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit et intabulauit possidendas.) 1416.

554. (Hanussko de Monte dictus Niger Skoncze Conthorali sue In et super villa tota Wesseliczko, que dicitur Dorfflik, et super hominibus censualibus ibidem, Curia allodiali agris cultis et incultis pratis pascuis siluis et eorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque sunt rebus, Sexaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod aliquando habuit in Zdyetyn, Et Wilhelmus de Sobaczow illud suscepit dotalicium.)

(F. XL. v.) 555. Johannes de Lompnicz Johanni dicto Ozor de Bozkowicz et suis heredibus Castrum Luka cum villa dicta Luka, sub ipso Castro iacente, cum Curia allodiali ibidem, cum hominibus censibus agris cultis et incultis et duabus piscinis sub ipso Castro iacentibus, cum siluis pratis pascuis fluminibus metis montibus vallibus venacionibus aucupacionibus et alijs suis pertinencijs vniuersis, pleno Jure et dominio, in quibuscumque sunt rebus, ad supradictum Castrum Luka, villam et Curiam spectantibus, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum, Ista tamen bona infrascripta ipse Johannes de Lompnicz pro se et suis heredibus reseruauit expresse et excepit, primo videlicet Opidum Olesnicze cum suis pertinencijs vniuersis ac dominio, Item villam Bohunow, villam Hornye Porzyecze villam Dolnye Porziecze, villam Bradlne, villam Knyeze Wes, et totum illud, quod habet in villa Hodonyn, Item prata inferius nominata, videlicet pratum dictum Syroka luka, Item pratum iacens ex opposito Molendini Budissij, Item pratum iacens in loco piscine prope Hodonyn, quod dicitur na rybnycze.

556. Wsseborius de Dubczan Jutcze Conthorali Johannis de Bystrzicz In villa Strzemenyn super hominibus censualibus, et in villis Lhota et in Paterzyn super illis hominibus, de quibus sibi condescendit Tres marcas census annui Jure veri dotalicij in triginta marcis grossorum dat et assignat, Quod quidem dotalicium Benessius de Wiczkow suscepit.

557. (Johanka Relicta olim Artlebi de Selutek Protywczonem de Zastrzyzl patruum suum suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Klobuk et alijs omnibus vbilibet habitis.)

558. (Heduigis Relicta olim Dyetochonis de Vgezd et Lyczko filius eius Benessio de Onssow et suis heredibus et Elscze Conthorali sue In villa Hradssowicz decem et septem laneos cum dimidio et thabernam minorem, Jure veri dotalicij, prout soli tenuerunt vendiderunt et intabulauerunt.)

559. Benessius de Onssow Johannem de Onssow fratrem suum germanum facit verum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum.

560. Bohussius de Drnowicz Katherine vxori sue In villa Drnowicz super Curia allodiali ibidem hominibus censualibus siluis et alijs eorum pertinencijs, prout solus tenuit, Centum et vigintiquinque sexagenas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, quod dotalicium Vlricus Stoss de Branycz suscipit.

561. Anna de Ryczan Relicta Sobyenonis de Sborowicz Raczkonem filium suum suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Czetochowicz. 1416.

562. Raczko de Sborowicz Annam matrem suam de Ryczan suscepit ad veram vnionem omnium suorum bonorum vbilibet habitorum.

(F. XLI. r.) 563. Drazko de Hradek Elscze vxori sue In et super media parte ville Bzowe et media parte Curie ibidem Triginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat de consensu Ade fratris sui germani et indiuisi, Et Buzko de Wlachowicz illud suscepit dotalicium.

564. Adam de Hradek Anne vxori sue legittime In et super media parte ville Bzowe et media parte Curie ibidem Triginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat de consensu Drazkonis germani fratris sui et indiuisi.

565. Drazko et Adam fratres germani de Hradek Johannem dictum Hussye de Krumsyn susceperunt ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

566. (Onsso de Zastrzyzl Styepankonem fratrem suum germanum facit verum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum.)

567. Pawliko de Przne Protywczonem de Zastrzyzl facit verum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum.

568. (Johannes et Miroslaus fratres de Czymburg alias de Sehradicz Onssoni de Sarow et suis heredibus omne Jus ipsorum dotalicij, quod habuerunt in villa Tyessow prope Brodam Vngaricalem videlicet Quindecim marcas grossorum census annui pro Centum et quinquaginta marcis grossorum in pingnus veri dotalicij vendiderunt possidendas cum omnibus suis pertinencijs, nichil prorsus ibidem sibi et suis heredibus reseruando, prout soli tenuerunt.)

569. Nicolaus presbiter plebanus de Zeletaw Sdenkoni de Wezek et suis heredibus In villa Wezky prope Ratay Curiam allodialem cum pomerio et vnum laneum cum tribus curticulis et piscina agris cultis et incultis siluis pascuis pratis et alijs eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.

570. (Artlebus de Wetherzow Miles Mixikoni de Kokor et suis heredibus villam Prossyenycz minorem prope Prerow cum Municione ibidem et Curia allodiali ac Molendino et silua, que dicitur Luh, agris cultis et incultis hominibus redditibus censibus Juribus obuencionibus pratis pascuis montibus vallibus metis limitibus fluminibus aquis riuis et alijs suis pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.)

(F. XLI. v.) 571. (Artlebus de Wetherzow Vlrico et Marquardo fratribus de Duban et eorum heredibus villam Mikulczicz totam cum Municione ibidem et Curia allodiali et Molendino cum hominibus censibus redditibus Juribus agris cultis et incultis pratis pascuis fluminibus siluis riuis aquis metis limitibus et grenicijs montibus vallibus et alijs eorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, et specialiter cum Jurepatronatus ecclesie ibidem pleno Jure et do-

1416. minio, prout solus tenuit, Nichil ibidem sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

572. (Zawissius de Witkenstein Johanni et Johanni fratribus germanis dictis Kropacz de Frankstath et eorum heredibus In villa parua Penczicz Curiam allodialem de duobus laneis, et duos laneos censuales, Item quatuor curticulas, Molendinum, duas thabernas maiores cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis aquis et aquarum decursibus et alijs eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, Nichil prorsus ibidem sibi reseruando, vnacum loco Municionis dicto Kopczek vendidit hereditarie possidendam.)

573. Paulus de Sowynecz Sulikonem de Conycz facit verum et legittimum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum.

574. (Suliko de Conycz Margaretham vxorem Paulikonis de Sowynecz de tercia parte ville Passeka transducit Cui Margarethe (sic).)

575. Pauliko de Sowynecz Margarethe Conthorali sue legittime In villa Tyesczyn super hominibus censualibus Sulikonis de Conycz de ipsius Sulikonis consensu decem marcas annui census in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat Transducendo ipsam de tercia parte ville Passeka, que est Petri de Sowynecz, Quod dotalicium ipse Suliko de Conycz suscepit.

576. (Johannes de Ryczan Vlricum de Lhota suscepit ad veram vnionem omnium suorum bonorum, que habet in villa Chylecz prope Stanycz.)

577. Wsseborius de Dubczan Barssoni et Marquardo fratribus de Czyhowicz et eorum heredibus In villa Zdyslawicz octo laneos censuales Sex curticulas vnam thabernam Septem vineas censuales, Item vnum ortum censualem cum parua piscina et duobus pratis censualibus et cum silua dicta Strzyezowecz, ac cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendos.

578. Onsso de Sarow Katherine vxori sue In villa Tyessow super decem marcis census annui Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Johannes pater Katherine suscipit.

(F. XLII. r.) 579. (Johannes de Rokytnicz Milóthe de Tworkow et suis heredibus Curiam allodialem in Przedmostye prope Prerouiam cum agris cultis et incultis et cum Monte dicto Skalka et cum orto iacente inter horreum et Curiam et alijs suis pertinencijs pleno Jure, prout ipsemet tenuit, vnacum rubetis in Skalka crescentibus, vendidit hereditarie possidendam.)

580. Wenceslaus de Orzechowe Anne vxori sue In villa Orzechowe prope Bysencz super hominibus censualibus quinque marcas census annui in Quadraginta marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Johannes de Morawan illud suscepit dotalicium.

581. Lewuss de Lessan Margarethe vxori sue In villa Krumsyn super Curia allodiali superiori, in qua olim Bedricus resedit, et super duabus curticulis ad eandem spectantibus, Quinquaginta marcas grossorum Jure 1416. dotalicij dat et assignat, consenciente ad hoc Vlrico de Lessan fratre suo, quod dotalicium Vlricus de Lhota pater Margarethe suscepit.

582. Alsso de Wezek Zibrzidonem de Borzityn suscipit ad veram vnionem bonorum suorum Wezky et Curie Natrssaly dicte et aliorum omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et habendorum.

583. (Michael dictus Raruozek Ciuis Olomucensis Erhardo de Cunstat alias de Lestnycz et eius heredibus In villa Senycz Curiam allodialem cum agris cultis et incultis Molendinum cum Balneo et decem curticulas et cum ortulanis possessionatis et eciam desolatis cum pratis aquis limitibus metis hominibus censualibus redditibus fructibus et pleno Jure ac dominio et specialiter cum medietate Jurispatronatus ecclesie ibidem in Senycz cum pascuis iudicijs et emendis et alijs pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi heredibus et Successoribus suis Juris aut proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

584. Tasso de Prussynowicz Anne vxori sue legittime In et super opido Podstad super hominibus censualibus Sex marcas census annui ad vite sue dum taxat tempora dat et deputat de sua gracia speciali.

585. Anna de Kunkowicz Onssonem et Almuzium fratres de Kunkowicz suscepit ad veram vnionem sui dotalicij et aliorum suorum bonorum vbilibet habitorum.

586. Petrus de Czrtoryg Johancze vxori sue In villa Czelczicz super hominibus suis censualibus et alijs omnibus, que ibidem habet, Octoginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Et Artlebus de Ryczans illud suscepit dotalicium, Et si quid ibi deficeret, hoc in Czrtoryg debet suppleri, sic ut habeat integre VIII marcas census annui.

587. Wilhelmus de Opatowicz Pessikoni de Lhota et suis heredibus villam Opatowicz integram cum Municione ibidem et Curia allodiali cum siluis pratis pascuis piscinis et reseruaculis dictis halterzy agris cultis et incultis hominibus censibus Juribus et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio cum limitibus metis montibus et vallibus aquis et riuis, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

(F. XLII. v.) 588. Wenceslaus de Chomutowicz Nicolao dicto Opycze de Dubnycze et suis heredibus In villa Chomutowicz dimidiam terciam Curiam allodialem et quatuor curticulas Molendinum cum agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis rubetis metis et limitibus et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure, prout solus tenuit vendidit hereditarie possidendam.[1])

589. Petrziko de Krumsyn Claram matrem suam et Przibiconem de Odlochowicz suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

590. Jessico de Krumsyn Katherinam vxorem suam suscepit ad veram vnionem suorum bonorum hereditariorum tamen[2]) que habet in Dyedkouicz.

[1]) *Am rechten Rande steht von einer anderen Hand die Note: „Isti, quem ista intabulacio concernit, non competit Jus super aliud, nisi super alteram dimidiam curiam et super tres curticulas, quod alia vendidit et intabulata alia sibi in toto Jure competunt.“*

[2]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

1416. 591. Johannes de Przestawlk Anne vxori sue In et super villa Skrzycz tota et super Curia allodiali ibidem cum agris pratis siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis Sexaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Przestawlk, quod dotalicium Pulecz de Bohdalicz suscepit.

592. Johannes de Drahanowicz filius Vlrici Buzkoni de Wlachowicz et suis heredibus villam Bohuslawicz totam cum Curia allodiali Molendino et piscina cum agris cultis et incultis hominibus censibus redditibus Juribus fructibus pratis pascuis Siluis fluminibus aquis riuis montibus vallibus limitibus metis et alijs suis pertinencijs vniuersis et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et heredibus et Successoribus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, prout solus tenuit, vendidit et intabulauit hereditarie possidendam.

593. Johannes dictus Ganzar de Kozussow Benessio de Wyczkow et suis heredibus In villa Olessna super hominibus censualibus ibidem pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum, Nichil ibidem sibi reseruans, videlicet tres marcas grossorum census annui ibidem in Olessna super hominibus censualibus.

594. Benessius senior de Chudobyn Stephanum de Chudobin fratruelem suum facit verum et legittimum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum.

595. Jessiko de Lhota Elscze Nouerce sue In villa Lhota super altero dimidio laneis, Item in villa Hrabye super quatuor laneis, Item in villa Strzemenye super tribus laneis Quinque sexagenas census annui in Quinquaginta sexagenis grossorum Jure veri dotalicij secundum terre Morauie consuetudinem dat et assignat, Quod quidem dotalicium Sobyehrd de Strzietez suscepit.

596. Erhardus de Cunstat alias de Lestnycz Boczkoni de Cunstat alias de Opatowicz et suis heredibus In villa Wessele super porcione sua, quam habuit ibidem, duas marcas grossorum et XII grossos census annui, prout solus tenuit, pleno Jure vendidit hereditarie possidendas.

(F. XLIII. r.) 597. Jessko de Mrlyn Anne vxori sue In villa Mrlyn tota et[1]) super Curia allodiali et hominibus censualibus et alijs dicte ville pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excipiendo, Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij deputauit et dedit, quod Zdenko de Kokor suscepit dotalicium.

598. (Mixiko de Kokor Busskonem de Krassna et Jesskonem de Lyboswar, fratrem germanum vxoris sue, facit veros Commissarios omnium puerorum suorum et bonorum vbicumque habitorum, quandiu dicti pueri sui ad annos debite etatis non peruenerint.)

599. Hedwigis de Przne Sigismundum de Raycz maritum suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Perne uel alibi vbicumque.

600. Elska de Lhota Michaelem de Tuczyn maritum suum suscepit ad veram vnionem Quadraginta marcarum grossorum solummodo sui dotalicij, quas habet in Lhota Hrabye et Strzemenye.

601. Johannes dictus Czerny de Domamyslicz Wenceslao de Namyest In villa Domamyslicz Super area Curie et super illis agris, que (sic) per diuisionem factam ad hoc spectant, alteram dimidiam marcam grossorum census annui, prout solus tenuit, et prout ad presens Sysska et Kraysa resident in eadem, Item ortum in quo laicus Zalud resident (sic) cum silua, que iacet supra villam ad hoc pertinente, pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, eidem Wenceslao de Namyest et suis heredibus vendidit Jure hereditario possidendas. 1416.

602. (Jenczo de Przne, residens in Hulyn, Sbynkoni de Drzienoweho et suis heredibus In villa Paulowicz et in Lhota Curiam allodialem de duabus araturis, Sex laneos censuales medium quartale duas curticulas, thabernam et duos ortos cum reseruaculo dicto Halterz agris cultis et incultis hominibus censualibus pratis siluis pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis, prout ipsemet tenuit, nichil sibi ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum, Excluso ibidem illo laneo, quem olim Johannes de Paulowicz donauit Ecclesie.)

603. Jarossko de Bohdalicz Wenceslao de Namyest et suis heredibus In villa Domamyslicz super area illius Curie in qua (ad presens) olim Hrbko resedit, quam pronunc Wawruch laicus possidet, et super agris ad hoc spectantibus alteramdimidiam marcas census annui cum XII pullis et alteram dimidiam sexagenas ouorum, que annis singulis soluuntur, pleno Jure, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendas.

604. Drslaus de Przieluk Vlricum de Lessan facit verum et legittimum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum et habendorum, vsque dum predicti sui pueri ad annos debite etatis peruenerint.

(F. XLIII. v.) 605. (Mylotha de Benessow alias de Trawnyk Johanni dicto Ozor de Bozkowicz et suis heredibus In et super villa Olssowecz super octo laneis censualibus et dimidia quarta Curticula et super quodam stagno dicto Pokraynyk et alijs suis pertinencijs vniuersis[2]) Item in villa Hosczynek super Sex laneis censualibus et super medio laneo, cuius area est deserta et eius agri coluntur per rusticos, et super septem Curticulis et super Curia allodiali et prato ad eam spectante, de quibus quidem Curia et prato rustici censuant, Item in opido Tlumaczow super tribus quartalibus, que pronunc Hawel laicus tenet, et super vno quartali, quod ad presens Jan Swietecz laicus possidet, In hijs omnibus superius nominatis viginti marcas grossorum census annui nudi et deputati, Jure veri dotalicij iuxta terre Morauie consuetudinem in ducentis marcis grossorum dedit ac deputauit Nobili Petro de Crawarn alias de Straznycz Congressore Mylothe adhoc consenciente.)

606. (Johannes dictus Ozor de Bozkowicz Elscze Conthorali sue legittime In et super villis Pywyn et Eywanowicz prope Bozkowicz super eo toto, quidquid in eis villis obtinet, nichil prorsus excluso Quinquaginta marcas grossorum annui census, in Quingentis marcis grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Quod dotalicium Milotha de Benessow alias de Trawnyk suscepit frater Elscze.)

[1]) *Die zwei Worte „tota et“ stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Die Worte „et alijs — vniuersis“ sind durchstrichen.*

1416. 607. Bawor de Prus alias de Kladnyk omnes pueros suos sexus vtriusque suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

608. Marsso de Ponykwe et Anna vxor Dywissij de Olssan Benesskoni de Laskow et suis heredibus In villa Lukych Septimum dimidium laneos censuales duas curticulas cum Aduocacia libera cum siluis lucis pratis pascuis agris hominibus censibus et notanter cum Jurepatronatus ecclesie ibidem et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum, renunccians ipse Marsso omni Juri sibi in premissis conpetenti.

609. Boczko de Cunstat alias de Opatowicz Sdenkoni et Herssoni fratribus de Dobroczkowicz alias de Swabenycz et eorum heredibus In villa Swabenicz vnum laneum et vnam Curticulam, qui laneus censuat duas marcas grossorum, Item in villa Scheborzicz sextum dimidium laneos, cum eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendos, Et si dicti lanei et curticule alibi prius scripti essent in tabulis, debent deleri et nullum robur habere.

610. Elska relicta olim Hanusschij Militis de Przne Sigismundum de Raycz et Milotham de Laznyk generos suos suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet vbicumque.

(F. XLIV. r.) 611. Anna Conthoralis Mixikonis de Kokor Martino de Drahanowicz et Johanni orphano nato Artlebi de Selytek omne Jus sui dotalicij, quod habuit in Styenawa, videlicet tres marcas census annui vendidit ipsis et eorum heredibus.

612. Stupycze de Czerwena Lhota Johanni Puska de Cunstat alias de Ottosslawicz et suis heredibus Jus sui dotalicij videlicet terciam dimidiam marcas census, quod habuit in Snyehoticz super Curia, quam solus possedit, nichil ibidem sibi reseruando vendidit possidendum Renunccians omni Juri, si quod sibi conpeteret in premissis.

613. (Johannes dictus Damyk et Gyndra de Dyedkowicz fratres indiuisi Philippo dicto Strycz de Wyczkow et suis heredibus Curiam allodialem in Dyedkowicz cum agris pratis et alijs pertinencijs vniuersis, prout soli tenuerunt, nichil ibidem sibi reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendam.)

614. (Mraxo de Passowicz Woyslao de Paczlawicz et suis heredibus, In villa Sardyczky Curiam allodialem cum medio laneo carente area [1]) et alijs suis pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendam cum pratis ac metis.)

615. Woyslaus de Paczlawicz Gezdononi de Wazan et suis heredibus In villa Sardyczky Curiam allodialem cum medio laneo carente area [2]) et alijs suis pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendam vnacum pratis ac metis.

616. (Anna vxor olim Woytyechonis de Meilicz Sbinkonem de Drzyenoweho fratrem suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Srnow.)

617. Martinus de Drahanowicz Dorotheam vxorem suam legittimam facit veram Commissariam post mortem suam Johannis orphani nati Artlebi de Selytek et bonorum ipsius orphani omnium, que habet vbicumque, quamdiu ipse orphanus ad annos debite etatis non peruenerit. 1416.

618. (Laurencius dictus Hay de Podhagye Johanni dicto Kopacz de Podhagye et suis heredibus Curiam allodialem In Podhagye et omne Jus, quod ibidem sibi conpetit, cum agris pratis pascuis et alijs suis pertinencijs vniuersis vendidit hereditarie possidendam.)

619. Johannes dictus Kopacz de Podhagye Anne vxori sue In villa Podhagye super Curia allodiali agris pratis et alijs suis pertinencijs vniuersis Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit, Et Petrziko de Krumsyn illud suscepit dotalicium.

(F. XLIV. v.) 620. Dywissius de Olssan Renunciauit omni Juri suo,[3]) quod racione vnionis, quam cum Marssone de Ponykwe in bonis Luke habuit.

621. Nicolaus [4]) Friczko de Olssan Renuncciat omni Juri sibi conpetenti racione vnionis, quam habuit cum Anna Matre sua in bonis Luke.

622. Gezdon de Wazan Andream de Paulowicz facit verum Commissarium omnium suorum puerorum et bonorum vbilibet habitorum.

623. (Hinko de Kokor Johannem de Kokor filium olim Mukarzonis, fratrem suum patruelem, suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.)

624. Paulus de Laznyk Thomczoni de Zakrzowicz et suis heredibus In villa Laznyk maiori [5]) vnum quartale agrorum, cum duabus praetis ad hoc emptis, cum agris pratis pascuis Siluis et alijs suis pertinencijs, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

625. Marquardus de Gyekwe Dorothee Conthorali sue villam Prossyenky prope Napagedl totam cum Curia piscinis et siluis pratis pascuis et alijs suis pertinencijs dedit et intabulauit, Taliter ut post mortem ipsius Marquardi dictam villam ipsa Dorothea habeat et teneat vsque ad tempora vite sue, Et post ipsius Dorothee mortem predicta villa ad heredes ipsius Marquardi libere deuoluatur.

626. Vlricus Stoss de Branycz Mylothe de Benessow alias de Trawnyk et suis heredibus omne Jus sui dotalicij, quod in bonis Tlumaczow et eorum pertinencijs racione vnionis a domina Katrussie matre predicti Milothe habuit, et omnia illa, que a predicta Katrussie in hereditatibus habuit, dedit libere et resignauit pro se et suis heredibus.

627. Zycho de Nedachlebicz Hanussio de Mylczan et suis heredibus in villa Topolan prope Wischaw Curiam allodialem octo cum dimidio laneos censuales tres curticulas censuales, Item locum Molendini superioris et pomerium agris cultis et incultis hominibus censibus Juribus redditibus et notanter Juspatronatus ecclesie ibidem pratis siluis pascuis rubetis montibus vallibus aquis riuis metis limitibus grenicijs venacionibus aucupacionibus piscacionibus et alijs suis pertinencijs vniuersis cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruando, vendidit hereditarie

[1]) u. [2]) *Die zwei Worte „carente area“ stehen oberhalb der Zeile, sind aber von derselben Hand geschrieben.*

[3]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand.*

[4]) *Steht am rechten Rande von einer anderen Hand.*

[5]) *Dieses von derselben Hand geschriebene Wort steht oberhalb der Zeile.*

1416. possidendum de consensu domini Buzkonis et Johannis Kuzel.

628. Hanussius de Milczan Dorothee vxori sue In villa Topolan prope Wisschaw super Curia allodiali et eius pertinencijs decem marcas grossorum annui census in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Nyezkowicz, et si quid in ipsa Curia de dicto dotalicio deficeret, hoc debet suppleri in hominibus censualibus illorum octo laneorum cum dimidio in villa supradicta Topolan, quod Johannes dictus Hussie de Krumsyn suscepit dotalicium.

(F. XLV. r.) 629. (Bartossko de Kokor Elscze vxori sue In villa Mezycz super hominibus censualibus agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis aquis riuis et alijs pertinencijs vniuersis excepta sola Curia allodiali, quam pro se reseruat, decem marcas grossorum census annui, Jure veri dotalicij in Centum marcis grossorum dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Buk, de consensu Domanonis de Kokor, qui eciam illud suscepit dotalicium.)

630. Zdenko de Swabenycz Stephano de Chudobin et suis heredibus pratum situm iuxta pratum plebani de Swabenicz, quod iacet in suis limitibus ex vna parte et ex alia parte inter piscinam Gywanowicz et Rzewnowicz, prout solus tenuit, pleno Jure vendidit et intabulauit hereditarie possidendum.

631. Myksso de Laznyk Wenceslao de Przyekaz et suis heredibus In villa Laznyk Curiam allodialem cum vno quartali cum agris cultis et incultis aquis piscinis Siluis pratis pascuis et alijs suis pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam.

632. Alssico Kuzel de Zerawicz Anne vxori Jesskonis Hruska de Vgezd Sorori sue In villa Zerawicz super duobus laneis censualibus, quorum vnum possidet Silher et alium Jaklinus, Tres marcas grossorum census annui in Triginta marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, quod dotalicium Vlricus Stoss de Branycz suscepit.

633. (Wenceslaus de Przyekaz Johannem de Przickaz fratrem suum suscepit ad veram vnionem.) 1416.

634. Jessko de Mrlyn Sdenkonem de Kokor suscipit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

635. Wenceslaus de Przickaz Katherine vxori sue In villa Laznyk super Curia allodiali et eius pertinencijs Triginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Snyehoticz, Quod Sigismundus de Laznyk dotalicium suscepit.

636. Smylo de Mezyborzie Henrico de Crawarn alias de Plumnaw et Petro de Crawarn alias de Straznycz, Czude Olomucensis supremo Camerario, et eorum heredibus Municionem Czechy cum villa ibidem cum hominibus censibus redditibus vineis piscinis Molendino Curia allodiali agris cultis et incultis pascuis pratis siluis et alijs suis pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, et illud totum, quod in villis Pyenczyn et Sluzyn habuit, pleno Jure et dominio, nichil in eisdem bonis sibi et suis heredibus et sororibus (sic) reseruando et notanter cum Jurepatronatus ecclesie in Czech vendidit hereditarie possidendam.

(F. XLV. v.) 637. Mylotha de Crawarn alias de Tworkow Anne de Wissenburg Conthorali sue in Przedmostye Curiam allodialem cum suis pertinencijs dedit liberaliter et donauit ad vite sue tempora, Ita tamen, quod post mortem ipsius Anne dicta Curia ad heredes prefati Milothe libere deuoluatur.

638. Johannes dictus Hussye de Krumsyn Stachonem de Hostyeradek fratrem suum patruelem facit verum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum, Taliter tamen, quod post mortem prefati Johannis Hussye ac heredum suorum bona predicta ad eundem Stachonem deuoluantur libere.

639. Johan de Lysow pueros suos sexus vtriusque suscepit ad veram vnionem illorum bonorum in Ponykwe, que Jure terre obtinuit in Marssone de Ponykwe.

(Fol. sequens inpaginatum vacat.)

Primus Liber domini Wilhelmi de Pernstain

Camerarij Supremi Czude Olomucensis.[1]

Colloquium primum

nobilis domini Wilhelmi de Perstain Camerarij Supremi Czude Olomucensis.

1417. (F. I. v.) 1. Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo septimo, Sabbato proximo post festum sancti Johannis Baptiste[2]) Celebratum est Colloquium dominorum de mandato speciali Serenissimi Principis domini Wenceslai Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis per nobiles viros dominos Wilhelmum de Pernstain, Camerarium Supremum Czude Olomucensis ad hoc per eundem dominum Regem specialiter vocatum et electum, Milotham Czudarium, et Andream Canonicum Brunnensem Prothonotarium, presidentibus et assidentibus huic Colloquio Nobilibus viris et dominis Petro de Crawarn Capitaneo Terre Morauie, Johanne de Lompnicz, Henrico de Plumnaw, Benessio de Crawarn alias de Crumpnaw, Jaroslao de Sternberg alias de Wessele, Przedborio de Czimburg, Boczkone de Cunstat alias de Podyebrad, Alssone de Cunstat alias de Lissicz, Dobessio de Mezirziecz alias de Popicz, Johanne de Towaczow, Artlebo de Wetherzow, Kunikone de Drahotuss, Boczkone de Cunstat alias de Opatowicz, Wilhelmo de Potenstain, Erharto et Vlrico fratribus de Cunstat alias de Lestnycz, Proczkone de Buzow et alijs quam pluribus proceribus et Baronibus ibi presentibus et colloquium celebrantibus.

2. (Anna de Chwalnow Johannem de Popuowek maritum suum suscepit in veram vnionem sui dotalicij quod habet in Chwalnow.)

3. Elsska de Dubczan Relicta olim Wenceslai de Zwole Slawkoni de Dobrawoda et suis heredibus Jus sui dotalicij, quod habuit in villa Stichowicz, super Curia allodiali et Robottis tribus laneis et vno quartali censualibus Thaberna tribus Curticulis Siluis et pratis cum eorum pertinencijs vniuersis Sexaginta vnam marcam grossorum Jure veri dotalicij, prout ipsamet tenuit, vendidit possidendum. 1417.

4. Slawko de Dobrawoda Dorothee Conthorali sue legittime in villa Stichowicz super Curia allodiali et Robottis Tribus laneis et vno quartali censualibus Thaberna Tribus Curticulis Siluis et pratis et eorum pertinencijs vniuersis Quinque marcas census annui racione veri dotalicij Juxta terre consuetudinem in Quinquaginta marcis grossorum dat et assignat, Quod quidem dotalicium Petrziko de Crumsin suscepit.

5. Anna Conthoralis Medliconis de Wrahowicz et Johannes dictus Gracia olim plebanus in Kralicz pueris legittimis Jesskonis de Senicz vtriusque Sexus et eorum heredibus in villa Lukich Octo laneos censuantes annuatim Quatuor marcas grossorum cum eorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil ibidem sibi aut eorum heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendiderunt Jure hereditario possidendum.

(F. II. r.) 6. (Johannes dictus Ozor de Bozkowicz Johanni de Hostieradek et suis heredibus In et super villa Olssowecz super octo laneis censualibus et dimidia quarta curticula, et super quodam Stagno dicto Pokraynik, Item in villa Hosczinek super sex laneis censualibus et super medio laneo, cuius area est deserta, et eius agri coluntur per Rusticos et super Septem Curticulis et super curia allodiali et prato ad eam spectante, de quibus quidem Curia et prato Rustici censuant, Item in Oppido Tlumaczow super Tribus quartalibus, que pronunc Hawel laicus tenet, et super vno quartali, quod ad presens Jan Swyetecz laicus possidet, In hijs omnibus superius nominatis Viginti marcas grossorum census annui nudi et deputati Jure veri dotalicij Juxta terre Morauie consuetudinem in ducentis marcis grossorum vendidit et intabulauit possidendum, prout solus tenuit.)

[1]) *Dieser Titel des IX. Olmützer Buches steht am oberen Rande der zweiten Seite des ersten bezeichneten Blattes, während auf der Vorderseite desselben die hier unter dem obigen Titel stehende nähere Bezeichnung jenes Landrechtes angebracht ist, bei welchem Wilhelm von Pernstein das erstemal als Oberstlandkämmerer der Olmützer Cuda fungirte.*

Die zwischen dem bezeichneten ersten Textblatte und dem Umschlage vorhandenen unbezeichneten vier Pergamentblätter enthalten das in der gewöhnlichen Art verfasste Inhaltsregister über die bei dem 1., 2. und 3. Landrechte unter diesem Oberstlandkämmerer vorgenommenen Eintragungen.

Auf den beiden äusseren Seiten des Umschlages ist das Wappen der Pernsteine jedoch verkehrt abgebildet.

Die hier angeschlossene Kunstbeilage zeigt die Zeichnung und Farben desselben genau an.

[2]) *d. i. den 26. Juni.*

1417. 7. Niczko de Czrhow Bernhardum dictum Sinek fratrem suum facit verum Commissarium omnium suorum puerorum et Bonorum pariter, que habet in Czrhow, nichil excepto.

8. (Hinko de Kokor Johanni de Kokor alias de Lissek et suis heredibus in villa Prosenicz maiori omnem hereditatem suam seu bona hereditaria, que ad eum sunt per mortem patris eius legittime deuoluta, cum hominibus censibus redditibus agris cultis et incultis et specialiter cum luco dicto luh et alijs suis vniuersis vtilitatibus et pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio, necnon metis limitibus et granicijs, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut heredibus suis Juris et proprietatis uel dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

9. (Johannes de Kokor alias de Lisek Hinconi de Kokor et suis heredibus omne Jus suum hereditarium, quod sibi competebat in et super tota villa Pawlowicz et super Curia allodiali duarum araturarum et super pratis et siluis et super Jurepatronatus Ecclesie et loco Municionis, que dicitur Kopecz, et piscinis paruulis et pomerijs, Item in villa Prosienki minori sita prope Pawlowicz super duobus laneis et vno quartali censualibus, ac dictorum bonorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistant, Agris pascuis Riuis metis limitibus et granicijs, prout illa bona ab alijs bonis circumferencialiter sunt distincta, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

10. Hinko de Cokor et Johannes de Kokor alias de Lissek cum omnibus eorum bonis, que habent vtrimque, verum fecerunt congressum.

11. Henricus de Crawarn alias de Plumnaw, Ewe de Weletin et Herssoni ac Smiloni filijs suis et eorum heredibus in villa Huzowa in et super illa Sessione seu Purkrecht, in qua Holik resedit, Tres marcas grossorum census annui racione veri dotalicij in Triginta marcis grossorum vendidit et intabulauit pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi reseruando, excepta sola Berna Regali.

(F. II. v.) 12. (Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Artlebo de Lipina et suis heredibus villam suam Wlcznow totam et integram cum Curia allodiali de tribus araturis cum hominibus censualibus agris cultis et incultis censibus redditibus et Jurepatronatus Ecclesie ibidem, vtilitatibus fructibus robottis vineis Nemoribus montibus vallibus riuis pascuis pratis metis limitibus granicijs pleno Jure et dominio et alijs dictorum Bonorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistant, seu quibuscumque specialibus nominibus nuncupentur, quemadmodum dicta Bona ab alijs Bonis circumadiacentibus antiquitus sunt distincta, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruando, vendidit Jure hereditario possidendum.)

13. Artlebus de Lipina Anne Conthorali sue legittime In et super tota villa et Bonis Wlcznow et super Curia allodiali de tribus araturis cum hominibus censualibus agris cultis et incultis censibus pratis pascuis et alijs suis pertinencijs et vtilitatibus vniuersis in quibuscumque rebus consistant, et notanter in rebus mobilibus, que dicuntur Nadbith, Mille sexagenas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et si quid ibidem in dicto dotalicio deficeret, hoc debet in villa Drslawicz maiori adimpleri, sic ut dicta Anna suum predictum dotalicium integre consequatur, Quod quidem dotalicium Wenceslaus dictus Herink de Slupna suscepit, Et idem Artlebus transducit predictam Annam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in villis Wazan et Rassowicz ad Czudam Brunnensem spectantibus. 1417.

14. Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Offcze Conthorali quondam Barssikonis de Czihowicz (et Hinconi de Lukawicz)[1]) et Markwardo ipsius Offcze filio in villa Vgezd In et super quatuor laneis minus medio quartali censualibus et duabus Curticulis et pertinencijs eorum vniuersis Sex marcas grossorum census annui in pignus veri dotalicij Juxta terre consuetudinem in Sexaginta marcis grossorum dat vendit et assignat possidendum.

15. Wilhelmus de Potstain Kunikonem de Drahotusch suum vitricum suscipit ad veram vnionem omnium Bonorum suorum vbilibet habitorum.

16. Katherina de Zdanicz pueros suos omnes sexus vtriusque recipit ad veram vnionem suorum Bonorum hereditariorum videlicet Castro et villa Zdanicz, Item super media villa Wiczemilicz et piscina ibidem et super villa Rohotrzie cum Siluis et cum alijs dictorum Bonorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio, vnacum Jurepatronatus Ecclesie in Zdanicz.

17. Katherina de Zdanicz Wenceslaum de Misliboricz maritum suum suscipit ad veram vnionem super altera medietate ville Wiczemilicz.

18. Stephanus de Holenstain dictus Kropacz Stephano de Holenstain alias de Wartnow omne Jus suum, quod sibi in Bonis Wzdunky et eorum pertinencijs conpetebat, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit Jure hereditario possidendum.

(F. III. r.) 19. Petrus de Crawarn, Capitaneus Marchionatus Morauie, Mixssoni de Malotin in villa Wrbka super dimidio octauo laneis censualibus et eorum pertinencijs dimidiam octauam marcas grossorum census annui in Septuaginta quinque marcis grossorum Jure veri dotalicij vendidit possidendum sibi et suis heredibus.

20. Mixsso de Malotin Anne Conthorali sue legittime in villa Wrbka super dimidio octauo laneis censualibus et eorum pertinencijs dimidiam octauam marcas grossorum census annui in Septuaginta quinque marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Petrus de Crawarn Capitaneus terre Morauie suscipit.

21. (Anna de Sternberg filia olim Markwardi de Sternberg Johannem Juniorem de Lompnicz maritum suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in et super villis Wnorow et Spinek, omni eo modo sicut sola tenet.)

22. (Raczko de Zborowicz Mixssoni de Malotin et suis heredibus in villa Kelczany tota et integra Municionem cum Curia allodiali de duabus araturis hominibus censualibus Redditibus prouentibus agris cultis et incultis,

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von anderer Hand die Note: „Ista abolicio non preiudicat alijs intabulatis.“*

1417. Item vineam duo Molendina Siluis Riuis pratis pascuis limitibus metis et in villa Wlkosch super quatuordecim laneis veras decimas frugum tam hiemalium quam estiualium, quemadmodum ab antiquo dicte decime dari et solui consueuerunt, pleno Jure et dominio et alijs eorum pertinencijs vniuersis tam in bonis quam in decimis, in quibuscumque rebus consistunt, seu quibuscumque specialibus nominibus nuncupentur, quemadmodum dicta Bona in suis limitibus vnacum dictis decimis in Wlkosch antiquitus consistunt, nichil ibidem sibi ac suis heredibus et Successoribus reseruando, sed per omnia sicut solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum de consensu expresso Anne matris Raczconis suprascripti, que cum eo habet vnionem in ceteris bonis.)

23. Zawissius de Witstain Agnezcze de Lompnicz Conthorali sue legittime in villa Buk tota et integra et super Curia allodiali ibidem et eorum pertinencijs vniuersis Centum Quinquaginta sexagenas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, transducendo ipsam de Bonis Lompnicz, que ad eam post mortem matris sue fuerant deuoluta, que eciam Bona spectant ad Czudam Brunnensem.

24. Buzko plebanus in Bielowicz renuncciauit omnibus et singulis Commissionibus vnionibus et congressionibus Bonorum, quas Zicho de Nedachlebicz cum eo et ipse viceuersa cum illo habuit, nolens per amplius de illis uigere (sic) seu illis vti quouismodo.

(F. III. v.) 25. Artlebus de Lipina Annam vxorem suam legittimam suscipit ad veram vnionem ville Drslawiczki minoris site prope Brodam vngaricalem, transducendo ipsam de suis bonis hereditarijs, que aliquando tenuit in villa Dubrawicz sita prope Mohilnicz.

26. (Anna de Lompnicz Conthoralis Artleby de Lipina Conrado dicto Fogl Ciui Olomucensi et suis heredibus in villa Dubrawicz, sita prope Mohilnicz, Bona sua hereditaria videlicet Tres laneos censuales, qui annuatim quinque marcas grossorum censuant, cum hominibus censualibus agris cultis et incultis pratis ad dictos laneos pertinentibus et alijs suis pertinencijs vniuersis, quemadmodum ipsa Bona sola tenuit, et Klamosska pater ipsius possedit, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi ac suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidenda.)

27. Artlebus de Lipina Annam de Lompnicz Conthoralem suam et Mirkonem de Chlum facit veros Commissarios omnium puerorum suorum et Bonorum ad Czudam Olomucensem spectantium.

28. Odpor.[1]) Johannes prepositus ex parte dominarum Abbatisse et Conuentus Sanctimonialium in Pustymir contra intabulacionem Zichonis de Nedachlebicz, quam de villa Topolan fecit Hanussio de Milczan, facit odpor et dicit, quod pomerium in Topolan spectat ad Jus et proprietatem Monasterij in Pustimir.

29. (Czenka virgo de Bielowicz Johanni Kuzell de Arclebow et suis heredibus omne Jus suum hereditarium, quod habuit in villa Osseczan, videlicet vnum lancum et vnam curticulam, Item in villa Kowalowicz, Molendinum cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsamet tenuit, nichil ibidem pro se reseruans, de consensu Buzkonis plebani in Bielowicz, qui cum ea in Bonis habet vnionem, dedit libere de gracia speciali hereditarie possidendum.) 1417.

30. Katherina de Meissow Relicta olim Nobilis domini Petri de Crawarn alias de Plumnaw Katherinam virginem filiam suam ad sui dotalicij, quod habet in villa Vhrziczicz, veram suscipit vnionem.

31. Katherina de Meisow supradicta et Katherina virgo prefata Henricum de Crawarn alias de Plumnaw susceperunt ad veram vnionem sui dotalicij, quod habent in villa Vhrziczicz supradicta.

32. Thomko de Rosczenie Anne de Laskow Conthorali filij sui Johannis in villa Rosczenie super Curia allodiali agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis cum pomerio ac Communitate Metis limitibus aquis fluentibus et non fluentibus et alijs dicte Curie pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excluso, Quindecim marcas grossorum Jure veri dotalicij dedit et deputauit, Quod quidem dotalicium Benessko de Lasskow suscepit.

33. (Agnezka Relicta olim Franconis de Pornicz Vrsule Relicte olim Benessij dicti Dupowecz in villa Pornicz quatuor marcas grossorum census annui sui dotalicij, prout sola tenuit, de consensu Elscze Relicte olim Dyetochonis de Lilcz, que cum ea habet vnionem in Bonis, eo Jure vendidit possidendas.)

(F. IV. r.) 34. (Vrsula Relicta olim Beneschij Dupowecz Perchtam filiam suam suscepit ad veram vnionem super Quatuor marcis census annui, quas racione sui dotalicij obtinet in villa Pornicz.)

35. (Anna de Honyeticz Stiborium de Nietkowicz maritum suum et pueros, si quos cum eodem habuerit suscipit ad veram vnionem ville Honyeticz integre cum Curia allodiali ibidem Siluis pratis pascuis ac duobus Molendinis ad hec spectantibus et dimidij alteri lanei in villa Zdislawicz cum suis pertinencijs.)

36. Johannes de Wodyerad alias de Gezow Margarethe vxori sue legittime in villa Wodyerad super Curia allodiali et super eo toto, quidquid ibidem obtinet uel suum est proprium, et in villa Gezow super illo laneo, in quo solus resedit et super medietate bonorum mobilium, que dicuntur Nadbit, Sexaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Quod quidem dotalicium Nicolaus de Chudobin frater ipsius Margarethe suscepit.

37. Boczko de Wodyerad alias de Gezow Anne vxori sue legittime in villa Gezow super tercio dimidio laneis in Bonis bene possessis Quatuor marcas census annui in Quadraginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et asignat et eciam super vna curticula ibidem.

38. Boczko de Wodyerad alias de Gezow pueros suos omnes suscipit ad se ad veram vnionem omnium Bonorum suorum, que habet in Gezow.

39. Johannes de Wodyerad alias de Gezow Benessium plebanum in Gezow suscipit ad veram vnionem omnium Bonorum suorum hereditariorum, quocumque nomine censentur, que sua sunt propria, que obtinet et tenet in villis Wodyerad et Gezow.

40. (Byetha Relicta olim Witoslai de Wodyerad alias de Gezow Benessium plebanum in Gezow suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villa Gezow.)

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1417. 41. (Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Wznathe de Woynicz et suis heredibus in villa Smrzicz super nouem quartalibus agrorum hominum et Bonorum bene possessorum, nichil ibidem sibi Juris proprietatis aut dominij reseruando, Quintamdimidiam marcas census annui nomine veri dotalicij deputat et assignat.)

42. (Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Matieykoni dicto Muzar de Zessow in villa Podhagie prope Smrzicz Curiam allodialem cum agris cultis et incultis pratis pascuis et alijs suis pertinencijs vniuersis, prout felicis memorie dominus Petrus genitor suus et ipsemet tenuit et possedit, nichil ibidem sibi ac heredibus suis Juris aut proprietatis reseruans, dedit hereditarie possidendam.)

43. (Petrus de Huntierzow Raczkoni de Peterzswald et suis heredibus in villa Wazan super duobus medijs laneis, In quibus resident Wenceslaus Schata et Johannes Woyslawin Rustici, duas marcas grossorum census annui in viginti marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.)

(F. IV. v.) 44. (Raczko de Petrzswald Anne Conthorali sue legittime in villa Wazan super duobus medijs laneis, in quibus resident Wenceslaus Schata et Johannes Woyslawin Rustici duas marcas grossorum census annui in viginti marcis grossorum nomine veri dotalicij dat et assignat, Quod quidem dotalicium Petrus de Huntierzow pater ipsius Anne suscepit.)

45. Protiwczo de Zastrzihl Onssiconi de Zastrzihl fratrueli suo et eius heredibus in villa Zastrzihl Municionem, mediam Curiam allodialem de media aratura, quintumdimidium laneos, Septem curticulas, vnum Molendinum vnam Thabernam braxatilem, Item in villa Chwalnow antiquo tres curticulas soluentes cum predictorum bonorum hominibus censibus redditibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis Rubetis aquis limitibus metis granicijs et alijs eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis uel dominij ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum Et si dicta Bona alibi scripta inuenirentur in tabulis, nullum robur obtinebunt firmitatis.

46. (Johannes de Sowynecz alias de Pnyowicz Agnezcze Conthorali sue in villa Pnyowicz super Curia allodiali et agris ad hanc pertinentibus et in eadem tota villa super hominibus censualibus et thabernis, Item in tota villa Lawka et earum pertinencijs vniuersis exceptis piscinis quinquaginta Sexagenas grossorum census annui in Quingentis sexagenis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Et si quid ibidem de dicto dotalicio deficeret, hoc debet in villa Lhota in hominibus censualibus adimplere taliter, quod ipsa ex integro possit predictum suum dotalicium obtinere, Quod dotalicium Petrus de Sowinecz suscepit.)

47. (Petrus de Sowinecz Katherine Conthorali sue legittime In et super Castro Sowinecz in porcione sua et in villa Paseka sua porcione super hominibus censualibus et super siluis et Molendino, Item in villis Karlow et Krzizow et ibidem in Krzizow super Curia allodiali cum vniuersis eorum pertinencijs Triginta sexagenas grossorum census annui in Trecentis sexagenis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Ita tamen quod post mortem dicti Petri dicta Katherina, quamdiu statum viduitatis non mutaret, dictum dotali- 1417.
cium ab ea non poterit per quempiam liberari, Quod quidem dotalicium Johannes de Pnyowicz suscepit.)

48. Czenco de Budssowicz Johannem de Sowinecz alias de Pnyowicz facit verum et legittimum Commissarium omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et pariter puerorum, Ita tamen quod circa pueros et Bona prefata fideliter se gerat tamquam fidelis Commissarius, Et si contingat predictum Czenconem absque heredibus ab hac vita decedere, ex tunc dicta bona omnia et singula ad ipsum Johannem Commissarium prefatum deuoluentur.

49. Conradus dictus Fogl Ciuis Olomucensis Johanni de Rokitnicz et suis heredibus in villa Dubrawicz sita prope Mohilnicz Bona sua hereditaria videlicet tres laneos censuales, qui annuatim quinque marcas grossorum censuant, cum hominibus censualibus agris cultis et incultis et pratis ad dictos laneos pertinentibus et alijs suis pertinencijs vniuersis, quemadmodum ipsa Bona solus tenuit, pleno Jure et dominio nichil ibidem sibi ac suis heredibus Juris proprietatis uel dominij reseruans, vendidit hereditarie possidenda.

(F. V. r.) 50. Agnezka Relicta quondam Alssonis dicti Bistrzicze Protiwczonem de Zastrzizl et Zawisskam de Cokor suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in villa Vhercze prope Hwyezdlicz.

51. Zbinco de Drzienoweho Agnezcze Conthorali sue legittime in villa Poczenicz super quatuor laneis censualibus Tres marcas grossorum cum vno fertone census annui de gracia sua speciali dedit, sic ut predictum censum ad tempora dumtaxat sue vite teneat et post mortem eius Agnezcze ad pueros seu ad heredes predicti Zbinconis idem census reuertatur.

52. Onsso de Scharow Czenconi de Scharow fratri suo et eius heredibus in villa Vgezd Zlamany prope Scharow decem laneos censuales cum eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendos.

53. Margaretha Relicta Marssiconis de Ostrowanek Czenkoni de Budssowicz et suis heredibus Jus sui dotalicij videlicet vigintiquinque marcas grossorum, quas habuit in villa Ostrowanek super Curia allodiali, vendidit et assignauit possidendum, Et si dictum dotalicium alibi intabulatum existeret, illi expresse renuncciat.

54. Matieyko dictus Muzar de Zessow Benessio dicto Prazma de Chudobin et eius heredibus in villa Podhagie prope Smrzicz Curiam allodialem cum agris cultis et incultis pratis pascuis et alijs suis pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit et possedit, nichil ibidem sibi aut heredibus suis Juris ac proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

55. Onsso de Zastrzizll Anne Conthorali sue legittime in villa Zastrzihl super hominibus censualibus Duodecim cum media marcas grossorum census annui in Centum et viginti quinque marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Quod quidem dotalicium Zicho de Nedachlebicz suscepit.

56. Wsseborius de Dubczan Nobili Henrico de Crawarn alias de Plumnaw in villa Sawin super hominibus suis censualibus quinque fertones grossorum census annui, prout solus tenuit, vendidit sibi et suis heredibus

1417. hereditarie possidendos, Et si quid ibidem deficeret, illud in villa Zirotin super vno orto sue porcionis debet adimplere, Et magister Jessko frater Wsseborij ad hoc consensit.

57. (Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Johanni dicto Oweczka de Chilecz et suis heredibus in villa Huzowa Curiam allodialem cum suis pertinencijs pleno Jure in Septuaginta Sexagenis grossorum racione veri dotalicij vendidit et assignauit possidendam.)

(F. V. v.) 58. Smilo de Malenowicz alias de Podhradie Katherine vxori sue legittime In et super villa Oldrzichowicz tota ac hominibus censualibus et eius pertinencijs vniuersis decem marcas census annui in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dedit ac deputauit, Et si quid ibidem deficeret, hoc suppleri debet in villa Ohorzelicz, Quod quidem dotalicium Protiwczo de Zastrzihl pater ipsius Katherine suscepit.

59. Margarethe de Pogrell Relicta olim Nobilis domini Laczconis de Crawarn, Marchionatus Morauie Capitanei, Petrum de Crawarn dictum de Straznicz, Capitaneum Marchionatus Morauie, et eius heredes ad veram suscipit vnionem sui dotalicij, quod habet vbicumque prout in tabulis terre continetur, expresse in quibuscumque rebus consistat uel quibuscumque specialibus nominibus nuncupetur.

60. Petrus de Crawarn, Marchionatus Morauie Capitaneus, Liczconi de Vgezd et suis heredibus in Opido Lipow super hominibus censualibus Triginta marcas census annui racione veri dotalicij in Trecentis marcis grossorum dat et assignat possidendas, Et si quid ibidem deficeret, hoc debet in sua Curia propria in Lipow adimplere.

61. (Liczco de Vgezd Dorothee Conthorali sue legittime in Opido Lippow super hominibus censualibus Triginta marcas grossorum census annui racione veri dotalicij in Trecentis marcis grossorum deputat et assignat, transferendo eam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in Bonis Newogicz et Letoschow, hoc notanter expresso, quod si quid in Lippow de dicto dotalicio deficeret, Illud debet in Curia allodiali ibidem suppleri, Quod quidem dotalicium Nobilis Petrus de Crawarn Capitaneus terre Morauie suscepit.)

62. (Dorothea Conthoralis Liczconis de Vgezd Johanni dicto Huse de Crumsin et suis heredibus super Bonis sui dotalicij, quod habuit in Newogicz et eius pertinencijs vniuersis, excepta solum Municione et Curia allodiali, et super villa Letoschow, in qua eciam Jus dotalicij obtinet et obtinuit, viginti marcas grossorum census annui in ducentis marcis grossorum Pragensium nomine veri dotalicij vendidit et intabulauit possidendas, Et si alibi predictum dotalicium reperiretur in tabulis, huic presenti intabulacioni non debet preiudicare.)

63. Anna de Thowaczow Johanni et Stiborio fratribus de Czimburg alias de Thowaczow et eorum heredibus omne Jus suum, quodcumque sibi hucusque competebat seu competit, In et super bonis Thowaczowiensibus et eorum pertinencijs vniuersis cum pleno Jure et dominio, nichil sibi in bonis predictis aut suis successoribus Juris proprietatis uel dominij reseruans, dedit libere et intabulauit de munere speciali.

64. Sbinco de Stralek alias de Wssechowicz Anne vxori Czenconis de Tuczin in villa Olbramicz super Curia allodiali et in villa Nahossowicz super vno laneo 1417. bene posesso Centum marcas grossorum in pignus veri dotalicij dat et assignat de consensu Nobilis Petri de Straznicz sui Congressoris Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in preurbio Ciuitatis Brode vngaricalis super Curia allodiali, Quod quidem dotalicium Zbinco de Drzienoweho suscepit.

(F. VI. r.) 65. Zbinco de Drzienoweho et Jakubko de Poczenicz Petro de Crawarn, Capitaneo terre Morauie, omne Jus suum hereditarium, quod Jure terre obtinuerunt in Milota de Benessow alias de Trawnik in Bonis Trawnik videlicet in Municione villa Curia allodiali Siluis luco Aquis fluminibus pratis pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidendum.

66. Petrus de Crawarn alias de Straznicz, Capitaneus Morauie, Milotam de Benessow alias de Trawnik et suos heredes suscipit ad veram vnionem super omne Jus hereditarium, quod sibi competit in Bonis Trawnik, Taliter tamen quod quam primum dictum Petrum mori contingeret, extunc mox dictum Jus hereditarium ad prefatum Milotam et suos heredes absque omni impedimento heredum predicti Petri libere deuoluantur.

67. Przedborius de Czimburg alias de Krzidlo Jesskoni dicto Polnkopie de Ruske et eius heredibus in villa Rimicz super hominibus censualibus decem marcas grossorum census puri et annui in pignus veri dotalicij in Centum marcis grossorum vendidit et intabulauit possidendas.

68. (Jessko dictus Polnkopie de Ruske Offcze Conthorali sue legittime in villa Rimicz super hominibus censualibus decem marcas grossorum puri annui census in pignus veri dotalicij in Centum marcis grossorum dedit et intabulauit, Quod quidem dotalicium Zicho de Nedachlebicz suscepit.)

69. Onssiko de Zastrzihl Protiwczonem de Zastrzihl patruum suum facit verum Commissarium omnium puerorum suorum et Bonorum vbilibet habitorum, Ita tamen quod in huiusmodi Commissione fideliter se gerat, Et si predictum Onssikonem absque pueris mori contingeret, extunc mox Bona predicta ad Protiwczonem predictum libere deuoluentur.

70. Dorothea Relicta olim Witkonis de Woynicz Onssonem et Almuzonem fratres de Cunkowicz Elsskam et Dorotheam suas filias super omne Jus sui dotalicij vbicumque habet suscepit in veram vnionem.

71. Anna vxor olim Hermanni de Ratay Dyetrzichoni de Pranek et suis heredibus super villa Ratay decem et septem marcas cum media marca grossorum census annui Jure veri dotalicij, prout sola tenuit, in Centum Septuaginta et quinque marcis grossorum super hominibus censualibus ibidem vendidit et intabulauit possidendas.

(F. VI. v.) 72. Anna de Crawarn alias de Giczin Przedborium de Czimburg et Elsskam suam sororem Conthoralem Przedborij prefati super Castro suo Giczin et super medietate Ciuitatis Giczin cum eorum pertinencijs tam Castri quam Ciuitatis medie vniuersis, in quibuscumque rebus consistant, in veram suscepit vnionem vnacum heredibus Przedborij suprascripti Jure hereditario.

1417. 73. Elsska Venerabilis Abbatissa Monasterij in Pusmyr Stephano dicto Telecziehlawa fratri suo patrueli et suis heredibus omne Jus suum, si et in quantum sibi in Bonis Ratay quomodolibet conpetebat, dedit libere et resignauit possidendum.

74. Johannes de Hostieradek Dorothee Conthorali sue In et super villis Olssowecz et Hossczinek in hominibus censualibus Quatuordecim marcas grossorum census annui puri in Centum quadraginta marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod olim habuit in villa Hostieradki ad Czudam Brunnensem spectante, Et illud dotalicium Zicho de Nedachlebicz suscepit.

75. Petrus de Crawarn alias de Straznicz pro se et Johanne de Lompnicz Benessio de Crumlow, Commissariorum Johannis de Crawarn alias de Giczin, Orfani filij Wockonis de Giczin contra intabulacionem suprascriptam Anne de Crawarn alias de Giczin odpor faciunt dicentes, quod eidem Orphano pigwius Jus competit in Castro Giczin et Ciuitate media, quam alteri cuicumque, Quodque eciam ipse orphanus nondum adhuc ad Annos legittime etatis peruenit.

76. Zicho de Wolfenberg Johannem de Wolfenberg fratrem suum suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet et sibi competit in villa Rowenske.

77. Vlricus dictus Stosch de Branicz, Artlebus de Lipina, Markwardus de Praxssicz, Wenceslaus de Passowicz, Swacho dictus Stricz de Skrzicz et Hincze de Koyschow Fideiussores et Compromissores ac disbrigatores Bonorum infrascriptorum pro Mixssicone de Vgezd iam defuncti (sic) Sigismundo de Honbicz alias de Orzechoweho et suis heredibus villam Dobrkowicz integram cum Curia allodiali hominibus censibus redditibus agris cultis et incultis piscinis Siluis magnis et paruis Montibus collibus vallibus pratis pascuis Metis limitibus et granicijs et alijs suis pertinencijs vniuersis vtilitatibus et emolimentis omnibus, in quibuscumque rebus consistant, quemadmodum dicta Bona ab antiquo in suis limitibus consistunt, nichil prorsus excipiendo aut pro se et heredibus suis reseruando, videlicet Mixssiconis predicti defuncti pleno Jure et dominio, prout ipse Mixssico tenuit, vendiderunt hereditarie possidendum.

(F. VII. r.) 78. Wilhelmus de Lowczicz Katherine vxori sue legittime in villa Wrbicze super hominibus censualibus Curia allodiali et alijs vniuersis Rebus et pertinencijs, que sunt ibidem, nichil excipiendo, Sexaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat de consensu Wlczkonis presbiteri heredis Bonorum predictorum, Et hanc intabulacionem facit transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit olim in villa Honyeticz, Et illud dotalicium prefatus Wlczko presbiter suscepit.

79. Przibico de Dobromilicz Liczkonem de Lilcz et suos heredes suscipit ad veram vnionem omnium suorum Bonorum ad Czudam Olomucensem spectancium.

80. (Przibico de Dobromilicz Petro de Muchnicz et suis heredibus in villa Dobromilicz super molendino et super quinque quartalibus agrorum Quinque marcas grossorum census annui in Quinquaginta marcis grossorum nomine veri dotalicij dat et deputat de gracia speciali.)

81. (Johannes de Domamislicz Marco Ciui Olomucensi, 1417. Elizabeth Conthorali sue legittime et eorum heredibus, omne Jus suum hereditarium in villa Domamislicz, In et super hominibus censualibus agris cultis et incultis Balneo Molendino et alijs vniuersis eorum pertinencijs et vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistant seu quibuscumque specialibus nominibus nuncupentur, nichil prorsus excluso, neque pro se aut suis heredibus reseruato, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum, *et si alibi prius dicta bona intabulata existerent, nullam debent habere roboris firmitatem.)*

82. Johannes dictus Schwehla de Kwaczicz Katherine Conthorali sue legittime In et super tota villa Kwaczicz Curia allodiali toto Jure suo, quod ibidem obtinet, ac vniuersis pertinencijs suis, nichil prorsus excluso, Septuagintaquinque marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, Tali tamen condicione nominanter expressa, quod si dictus Johannes Schwehla procreatis ex ea pueris ab hoc seculo recesserit, extunc dicta Katherina dictis Septuagintaquinque marcis grossorum stet contenta et illas habeat pro suo dotalicio, Si uero non procreatis ex ea pueris ipsum mori contingeret, extunc alias Septuagintaquinque marcas grossorum in Bonis eisdem sibi deputans prioribus pecunijs eidem Katherine superaddit, Sic quod vtreque pecunie ad Summam Centum et Quinquaginta marcarum se extendant, quas in hunc euentum sibi pro dotalicio deputauit, denique si quid ultra dictas Centum et Quinquaginta marcas grossorum tam in hereditatibus quam eciam in alijs pertinencijs residuum fuerit, hoc totum sine diminucione ad Annam filiam suam vxorem Johannis de Mrlin deuoluetur eo facto.

83. Smilo de Malenowicz alias de Podhradie Markwardum de Malenowicz alias de Praxssicz fratrem suum germanum suscipit ad veram vnionem omnium suorum Bonorum vbilibet habitorum.

(F. VII. v.) 84. Elsska Relicta olim Hanussij militis de Lesczna Veronicam filiam suam suscipit ad veram vnionem omnium suorum Bonorum vbilibet habitorum, siue sit hereditas siue dotalicium.

85. Thasso de Prussinowicz Anne vxori sue legittime in Opido Potenstat super hominibus censualibus Quatuor marcas census annui in Quadraginta marcis grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et si quid ibidem deficeret, hoc adimpleri debet in Suburbio dicti Opidi super quinquaginta laneis, Transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod olim habuit in Prusinowicz, quod quidem dotalicium Johannes de Malhoticz suscepit.

86. Henricus de Trubek Bohunkonem Militem de Trawnik suscepit ad veram vnionem omnium Bonorum suorum vbilibet habitorum de consensu Michalkonis de Barzicz Congressoris Henrici supradicti.

87. Johannes de Schonwald Hinconem et Bohussium de Schonwald fratres suos patrueles suscipit ad veram vnionem omnium Bonorum suorum vbilibet habitorum, et notanter que habet in Castro Brnieczko et in Schonwald cum pertinencijs eorum vniuersis.

88. Dorothea de Poczenicz Relicta olim Leonardi Wlczikonem et Michaelem fratres suos germanos suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Poczenicz.

1417. 89. (Johanka Relicta olim Artlebi de Selitek Martino de Drnowicz et suis heredibus omne Jus sui dotalicij, quod habuit in villa Klobuk super duabus araturis et quatuor curticulis et piscina et alijs eorum pertinencijs vniuersis, centum et quinque marcas grossorum Inclusis Triginta marcis grossorum, quas Artlebus olim suus maritus sibi de gracia speciali addiderat Jure veri dotalicij, quo sola tenuit, vendidit possidendum.)

90. (Koyan de Oprostowicz Blazkonem filium suum et Evam filiam suam et Philippum maritum predicte Ewe et eorum singulos pueros suscepit ad veram vnionem omnium Bonorum suorum vbilibet habitorum, et specialiter Bonorum, que habet in Oprostowicz et in Raczow.)

91. (Johannes de Chilecz alias de Huzowe Anne Conthorali sue In villa Huzowe super illa Curia allodiali, in qua ex parte domini Henrici de Crawarn alias de Plumnaw Jus dotalicij obtinet, In eadem eciam Curia dicte Anne quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij deputauit, et Illud dotalicium Jessco de Lhota frater ipsius Anne suscepit.)

(F. VIII. r.) 92. Dorothea de Midlowar Johanni fratri suo germano omne Jus suum, quod sibi in villa Midlowar racione Congressus cum matre sua Margaretha competebat, dat libere et resignat possidendum.

93. Henricus de Byelotin Jacubkoni de Rakodaw alias de Postupek omne Jus suum, quod Jure terre in Wenceslao de Wolfenberg, in villa Passowicz obtinuit videlicet dimidiam terciam marcas grossorum census annui, que sibi eciam per Officiales Czude Olomucensis adhereditate existunt, dat et intabulat de munere speciali, nichil ibidem sibi reseruando.

94. Buzko de Borzuthow Domanyoni de Czekynye et suis heredibus in villa Medlowiczki super duobus laneis censualibus et vna curticula duas marcas grossorum census annui post filiam suam Margaretham racione veri dotalicij in viginti marcis grossorum dat et assignat.

95. Doman de Czekynye Margarethe Conthorali sue legittime in villa Medlowiczki super duobus laneis censualibus et vna curticula duas marcas grossorum census annui racione veri dotalicij in viginti marcis grossorum deputat et assignat, Et illud dotalicium Buzko pater Margarethe predicte suscepit.

96. Doman de Czekynye Margarethe Conthorali sue legittime prefate in villa Czekynye super hominibus censualibus Sextam dimidiam marcas grossorum census annui nomine veri dotalicij in Quinquagintaquinque marcis grossorum dat et assignat, Quod quidem dotalicium Buzko pater Margarethe supradicte suscepit, Et ad hanc intabulacionem Dywa de Czekynye Congressor Domanyonis predicti suum prebuit consensum.

97. Johanka de Krzstomyll Pakussium maritum suum super Jus sui dotalicij, quod habet in Krzstomyll, suscepit in veram vnionem.

98. Anna de Doloplaz Henrico de Wranowicz et eius heredibus in villa Doloplaz Curiam allodialem hereditariam, que olim in Jus emphitheoticum est vendita, sita prope Ottoslawicz, que soluit mediam terciam marcas annuatim, cum agris cultis et incultis fluminibus pratis limitibus metis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout sola tenuit, vendidit hereditarie possidendam. 1417.

99. Odpor.[1]) Jessko dictus Misska de Prus contra intabulacionem Koyanonis, quam fecit de villa Raczow, Odpor facit dicens, quod racione donacionis regie Jus melius et pigwius sibi competit in eadem.

(F. VIII. v.) 100. Pessiko de Czechowicz Petrum de Czertoryg et Katherinam filiam ipsius videlicet Pessikonis suscipit in veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum Tali tamen condicione, quod post mortem Pessiconis Katherine predicte Petrus iam dictus ante omnia Centum marcas grossorum de illis bonis tribuat et assignat in suos proprios vsus conuertendas, et de reliquis Bonis parem et equalem inter se predicti Petrus et Katherina facient porcionem.

101. Raczko plebanus in Paulowicz et Petrus de Czertoryg fratres germani Pessiconem de Czechowicz faciunt verum et legittimum Commissarium omnium suorum Bonorum et puerorum Petri predicti Taliter tamen, quod si dictum Petrum absque pueris seu heredibus et Raczkonem plebanum fratres predictos mori contingeret, quod ex tunc omnia Bona predicta ad ipsum Pessiconem de Czechowicz libere deuoluantur.

102. Nicolaus de Drzzowicz Petrum de Czertorig suscipit ad veram vnionem omnium Bonorum suorum vbilibet habitorum.

103. (Procopius de Vnyeticz Blahutoni de Tupes et Benessio fratribus de Vnyeticz super Curia allodiali et suis vniuersis pertinencijs duas marcas grossorum census annui in viginti marcis grossorum in pignus veri dotalicij deputat et assignat ipsis Blahutoni et Benessio ac ipsorum heredibus.)

104. Jacobus de Swarow Anne vxori sue legittime in villa Swarow super hominibus censualibus et Curia allodiali et alijs vniuersis pertinencijs eorum, in quibuscumque rebus consistunt, nichil excepto, Tres marcas census annui in Triginta marcis grossorum nomine veri dotalicij deputauit et assignauit possidendas. *Quod dotalicium Sbynko de Drzienowe suscepit.*

105. (Petrus de Crumsin Drslao de Prziluk et eius heredibus villam Hradysczko totam et integram cum hominibus censibus fructibus redditibus agris cultis et incultis Thabernis Molendinis Siluis et pratis pascuis Riuis cum Curia, que est vendita in Aduocaciam liberam, metis limitibus granicijs montibus vallibus et alijs eorum vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut suis heredibus Juris proprietatis ac dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendam.)

106. Stephanus de Chudobin Benessium de Chudobin patruum suum seniorem facit verum et legittimum Commissarium omnium puerorum suorum et bonorum vbilibet habitorum, Et si contingeret prefatum Stephanum absque pueris ab hoc seculo decedere, quod tunc dicta Bona ad predictum Benessium deuoluantur.

(F. IX. r.) 107. Margaretha de Dobrawoda Benessium de Slezan maritum suum suscepit in veram vnionem ville sue Lhotka integre site prope Hradczowicz, quam hereditarie possidet.

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1417. 108. Benessius de Slezan Margarethe Conthorali sue in villa Slezan in porcione sua, quam a patre suo obtinet, super hominibus censualibus decem marcas census annui in centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, et si quid ibidem deficeret, hoc debet in porcionibus Bonorum Lewiconis et Smilonis fratrum de Slezan adimpleri, Sic ut dicta Margaretha predictum suum dotalicium possit integre habere, ad quod predicti fratres de Slezan expresse consenserunt, Quod quidem dotalicium Czenco de Scharow suscepit.

109. Doman de Cokor Johannes et Anna pueri sui renuncciauerunt et renuncciant omnibus et singulis Bonis, que habuerunt in villa Lukowe et eorum pertinencijs vniuersis, Et si alibi scripta in tabulis terre inuenirentur, nullum penitus robur habere debent firmitatis.

110. (Doman de Cokor Elscze Conthorali Bartosskonis de Cokor in Bonis suis hereditarijs et villis videlicet Mezicz et Paterzin Centum marcas grossorum in veram hereditatem et hereditariam possessionem assignat et intabulat Taliter, quod dicta Elsska decem marcas census annui in dictis Bonis posset conquirere et habere absque diminucione, Et hanc intabulacionem facit sibi ex eo, quod ipsam de sua priori hereditate, quam in Bonis Nyemcziczki prope Prawlow habuit, transtulit et transduxit, Et Johannes de Cocor hoc suscepit et dixit, hoc esse Elscze predicte bonum.)

111. Zawissius de Witkenstein pueros suos omnes suscipit ad veram vnionem omnium Bonorum suorum et villarum videlicet Buk et Radwanicz cum eorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, nichil prorsus excipiendo aut reseruando, prout dicta Bona sunt ad eum per mortem Hanussij fratris sui racione Congressus deuoluta.

112. (Wsseborius et magister Johannes fratres germani de Dubczan Barssoni et Markwardo fratribus de Czichowicz et eorum heredibus in villa Zdyslawicz septem laneos censuales cum hominibus in dictis laneis residentibus fructibus censibus redditibus et prouentibus, Item vnam Thabernam ibidem cum sex curticulis vineis pomerio in campo sito, Siluis nemoribus Riuis pratis pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistant, Montibus vallibus collibus Metis limitibus granicijs, quemadmodum dicta Bona in suis metis consistunt, prout ab alijs bonis circumadiacentibus antiquitus sunt distincta, pleno Jure et dominio, prout ipsimet tenuerunt, nichil ibidem sibi ac heredibus suis Juris proprietatis ac dominij reseruantes, vendiderunt Jure hereditario possidenda.)

113. (Barsso de Czihowicz Johanni dicto Swietlik de Rakusek et suis heredibus in villa Zdislawicz super duobus laneis censualibus, in quorum vno Barthon dictus Buben et in altero Clara vidua Olussowa resident, et dictorum laneorum duorum pertinencijs vniuersis Tres marcas grossorum census annui in Triginta marcis grossorum in pignus veri dotalicij dat et assignat.)

(F. IX. v.) 114. (Johannes dictus Swietlik de Rakusek Anne Conthorali sue legittime in villa Zdislawicz super duobus laneis censualibus, in quorum vno Barthon dictus Buben et in altero Clara vidua dicta Olussowa resident, tres marcas grossorum census annui in Triginta marcis grossorum, Et in magna Senicz super Curia allodiali et eius pertinencijs vniuersis Quadraginta quinque marcas grossorum in pignus veri dotalicij dat et assignat, Quod quidem dotalicium Wsseborius de Dubczan suscepit.) 1417.

115. (Johannes de Vhrzecz alias de Stawissicz Barthossium de Cokor super omnia bona sua hereditaria vbicumque habet et specialiter in villa Stawissicz super Curia allodiali et super omnibus eius pertinencijs quocumque nomine censentur ad veram suscepit vnionem.)

116. Wsseborius de Dubczan Religiosis Preposito et Conuentui Monasterij in Sternberg presentibus et futuris in villa Pernik super hominibus censualibus, in quibus ipse Jus sui dqtalicij obtinebat, Quatuor marcas census annui in Quadraginta marcis grossorum in pignus veri dotalicij vendidit possidendas.

117. Offka de Thupcze Vlrico de Wladiczi Vgezd et suis heredibus in villa Wladiczi Vgezd super Curia allodiali Quindecim marcas grossorum, Quas Jure dotalicij tenuit, sic eodem Jure vendidit possidendas.

118. (Dyetrzicho de Spranek, Margarethe vxori sue legittime in et super villa Ratay in hominibus censualibus decem et septem cum media marcas grossorum census annui in Centum septuaginta quinque marcis grossorum in pignus veri dotalicij dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicij, quod olim habuit in Nuzierzow ad Czudam Brunnensem spectantibus, et Smilo de Meilicz frater Margarethe prefate illud dotalicium suscepit.)

119. Adam de Drahanowicz Libussio de Senicz et eius heredibus et Katrussy vxori ipsius Libussij in villa Tyessan prope Zdunek Curiam allodialem de duobus laneis et vnam curticulam maiorem cum agris cultis et incultis pratis pascuis fluminibus et Communitate et alijs pertinencijs vniuersis pleno Jure, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi aut heredibus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

120. (Sobiehrd de Strzietez alias de parua Slatinka Elsscze Conthorali sue super Curia allodiali in parua Slatinka Quadraginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, et illud dotalicium Jessko de Lhotka frater Elscze suscepit.)

121. Wlcziko de Tuczin Jacobo de Dobrczicz et suis heredibus in Quinque quartalibus agrorum et vna curticula censualibus in villa Tuczin nouem fertones grossorum census annui cum agris cultis et incultis pleno Jure et dominio, nichil sibi ac heredibus suis Juris proprietatis uel dominij ibidem reseruans, vendidit hereditarie, prout solus tenuit, possidendos.

(F. X. r.) 122. Benessius dictus Chitra de Wrbatek Marco Ciui Olomucensi, Elizabeth Conthorali sue, et eorum heredibus in villa Wrbatky mediam Curiam allodialem, que vendita est in Jus emphiteoticum, que duas marcas grossorum censuat annuatim, cum suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, cum medio prato absque prayta, que dicitur Nywa, nichil ibidem sibi et heredibus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

123. Johannes de Hostieradek Johannem dictum Huse de Crumsin facit verum Commissarium omnium puetrorum et Bonorum suorum vbilibet habitorum Ita tamen, quod si prefatum Johannem vnacum suis heredibus

1417. legittimis ab hoc seculo decedere contingeret, extunc prefata Bona in predictum Johannem Huse libere deuoluentur.

124. (Katrusse de Thupcze Johannem de Wladiczi Vgezd maritum suum suscipit ad veram vnionem Curie sue hereditarie, quam habet in Thupecz, cum eius pertinencijs vniuersis.)

125. Petrus de Mienyowicz Petro de Zdislawicz et eius heredibus in villa Zdislawicz Tres laneos agrorum quatuor curticulas et vnam paruam curticulam censuales Thabernam braxatilem cum vineis pleno Jure et dominio et alijs pertinencijs vniuersis, prout ea solus tenuit, vendidit hereditarie possidendos.

126. (Johannes dictus Biely de Domamislicz omnes heredes suos suscepit ad se in veram vnionem omnium Bonorum suorum in Jarohnyewicz, que ibidem aut vbicumque per mortem Raczkonis racione Congressionis seu vnionis ad cum sunt deuoluta.)

127. Elizabeth Relicta olim Jarosskonis de Wiczemirzicz Niczkoni de Marklowicz et suis heredibus in villa Strabenicz super Curia allodiali necnon pratis pascuis Siluis et super tribus medijs laneis et duabus curticulis et eorum pertinencijs vniuersis quinquaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij vendidit possidendas.

128. Raczko de Marklowicz alias de Strabenicz Johancze vxori sue legittime in villa Strabenicz super Curia allodiali necnon pratis pascuis Siluis et super tribus medijs laneis et duabus curticulis et eorum pertinencijs Quadraginta marcas grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et Jacubko de Dobrczicz frater prefate Johancze illud dotalicium suscepit.

129. (Adam de Wladiczi Vgezd Swatussio de Wladiczi Vgezd et suis heredibus et Margarethe conthorali sue in villa Wladiczi Vgezd mediam Curiam allodialem et mediam Siluam et alijs omnibus, que ad hoc spectant et pertinent pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendam.)[1])

130. Odpor.[2]) Wenceslaus Rechenberg Jure domini Regis contradicit intabulacioni facte de Curia in Tupecz, quam Katrusse fecit.

(F. X. v.) 131. Zicho de Nedachlebicz Congressor olim Alssiconis Kuzel de Zerawicz Jesskoni dicto Hrusska de Vgezd in villa Zerawicz super hominibus censualibus, quod ad presens idem Jessko possidet, duas marcas census annui puri, in viginti marcis grossorum racione veri dotalicij post Annam sororem germanam Alssiconis Kuzell predicti dat et assignat.

132. Karlico de Opatowicz domino Mathie dicto Rasina Canonico Cremsirensi, Hawloni de Wrbieticz fratri suo, Mathie dicto Kozel et Busskoni fratribus germanis de Strabenicz et eorum heredibus villam Laznyki integram cum hominibus censualibus redditibus fructibus et vtilitatibus, Item duas Thabernas soluentes cum tribus curticulis Molendinum piscinam pomerium cum prato prope piscinam pascuis et Riuis Metis limitibus et nemore, quemadmodum dicta Bona in villa et in campis ab antiquo consistunt, et ab alijs Bonis eis adiacentibus sunt distincta, pleno Jure et dominio et alijs suis pertinencijs vniuersis, quibuscumque vocabulis specialibus censeantur, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi ac heredibus et successoribus suis Juris proprietatis uel dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam. 1417.

133. Jessko dictus Hrusska de Vgezd Anne vxori sue legittime in villa Zerawicz super hominibus censualibus, quos ad presens possidet, quinque marcas grossorum census annui in Quinquaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij deputat et assignat, Et Zicho de Nedachlebicz illud dotalicium suscepit.

134. Odpor.[3]) Petrziko Burgrauius in Sudicz ex parte Stephani de Wartnow fecit odpor dicens, quod eidem Stephano melius Jus competit in Bonis et villa Laznik in hereditate.

135. Zicho de Nedachlebicz Johannem Kuzell de Artlebow suscepit in veram vnionem Bonorum et villarum Zerawicz et Horinczicz cum earum pertinencijs vniuersis nichil prorsus excluso.

136. Massko de Chomutowicz Benessium dictum Suchan de Weledubraw suscepit in veram vnionem Curie sue hereditarie in Chomutowicz et super omnibus alijs Bonis vbilibet habitis cum eorum pertinencijs vniuersis.

137. Paulico dictus Zbiluth de Kleczan Martino et Johanni fratribus de Laznik et eorum heredibus in villa Laznik dimidium alterum laneum cum suis pertinencijs omnibus agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis metis limitibus, prout solus tenuit, nichil sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

138. Johannes et Johannes dicti Kropacz fratres germani de Frankstat cum eorum heredibus fecerunt verum congressum de omnibus Bonis eorum vbilibet habitis.

139. Jarossko de Bohdalicz Gezdonyoni de Wazan et suis heredibus Nemus suum, quod alteri nemori dicto Rosczutski adiacet seu alias inter campos ville Rosczutki situm cum metis limitibus vijs et Semitis et alijs suis pertinencijs, prout solus tenuit, nichil ibidem pro se ac heredibus suis reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

(F. XI. r.) 140. Odpor.[4]) Wilhelmus dictus Zak de Lowcziczek ex parte Sulconis de Zakrzsow facit odpor et dicit, quia in altero dimidio laneo in villa Laznik sibi Jus competit melius, quam cuique alteri.

141. (Anna Relicta olim Mraxsonis de Zerawicz Annam filiam suam et ipsius pueros et Jesskonem dictum Hrusska de Vgezd maritum Anne predicte sue filie suscipit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Zerawicz.)

142. (Adam de Wladiczi Vgezd Johanni de Wladiczi Vgezd ibidem in Wladiczi Vgezd mediam Curiam allodialem et mediam Siluam et pertinencijs ad hoc spectantibus dedit libere et resignauit hereditarie possidendum sibi Johanni et suis heredibus.)

143. (Wilem de Sobaczow Skoncze Conthorali Hanussconis nigri de Monte in et super tota villa Sobaczow super hominibus censualibus et molendino agris cultis et incultis et Curia allodiali Siluis pratis pascuis et alijs pertinencijs vniuersis Sex marcas grossorum census annui in Sexaginta marcis grossorum nomine veri dotalicij deputat et assignat, Transducendo ipsam de suo

[1]) *Bei dieser Einlage steht am linken Rande von einer viel späteren Hand: „Yan z Per . .“*

[2]), [3]) *u.* [4]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1417. priori dotalicio, quod olim habuit in Weseliczko, quod dicitur Dorfflik, Et illud dotalicium Dywissius de Olssan suscepit.)

144. Skonka conthoralis Hanussconis nigri de Monte pueros suos, quos habet cum Hanusscone predicto, et puerum, quem habuit cum Choczowczone, suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Sobaczow.

1418. (F. XI. v.) 145. Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo octauo Sabbato proximo post festum Epiphanie domini[1]) Celebratum est Colloquium dominorum de mandato speciali Serenissimi Principis domini Wenczeslai Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis per Nobiles viros dominos Wilhelmum de Perstein Camerarium Supremum Czude Olomucensis, Johannem Huse de Crumpsin Czudarium, et Martinum plebanum In Zdyarne prothonotarium, presidentibus et assidentibus huic colloquio Nobilibus viris et dominis Petro de Crawarn Capitaneo terre Morawie, Johanne de Lompnicz, Henrico de Plumlaw, Jaroslao de Sternberg alias de Wesselee, Przedborio de Czimburg, Wictorino de Cunstat alias de Podyebrad, Sulicone de Conicz, Proczcone et Alssone fratribus de Cunstat alias de Lisicz, Dobessio de Mezirzicz alias de Popicz, Johanne de Thowaczow, Johanne de Byetow, Mathussio de Czimburg alias de Strazisscze, Smilone de Cunstat alias de Bludow, Boczkone de Opatowicz, Erhardo et Vlrico fratribus de Lessnicz, Erhardo Pussca de Othoslawicz, Hincone de Letowicz, Johanne de Bozcowicz alias de Brandis, Artlebo de Weterzow, Cunicone de Drahothuss, et alijs quam pluribus proceribus et Baronibus ibi presentibus et colloquium celebrantibus.

146. Elsska de Sternberg alias de Swietlow, Relicta olim Wokonis de Crawarn alias de Gyczin, Jaroslao de Sternberg alias de Wessele et suis heredibus Castrum Swyetlow et alia omnia bona ad predictum Castrum pertinencia, nichil prorsus excipiendo cum pleno Jure et dominio, prout sola tenuit et ad quodcumque Jus habere dinoscebatur, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, dedit et resignauit libere et hereditarie possidendum, et si predicta Elska predicta bona in tabulis haberet, nullum robur obtinebunt firmitatis.

147. (Elsska de Sternberg alias de Swyetlow, Relicta olim Woconis de Crawarn alias de Gyczin, Jaroslaum de Sternberg alias de Wessele suscepit ad veram vnionem sui dotalicij, quod habet a marito suo olim Wokone in et super willis Bartossowicze Zygoczicze et in Zilina, quitquid habet sui dotalicij cum eorum pertinencijs vniuersis.)

(F. XII. r.) 148. (Henricus de Crawarn alias de Plumnaw Wenczeslao de Vdrlicz et ipsius heredibus in villa Vgezd In et Super Curia allodiali et Quinta dimidia marcis annui census in hominibus censualibus ibidem et eorum pertinencijs vniuersis in pingnus veri dotalicij Juxta terre consuetudinem in Nonaginta marcis grossorum dat vendit et assignat possidendum.) 1418.

149. Wenczeslaus de Vdrlicz Katherine vxori sue in villa Vgezd In et super Curia allodiali et Quinta dimidia marcis annui census in hominibus censualibus ibidem et eorum pertinencijs vniuersis Nonaginta marcas grossorum in pignus veri dotalicij Juxta terre consuetudinem dat et assignat, et Wanko de Meraw hoc suscepit dotalicium.

150. Mikxo de Malotin Nicolao de Lhota et ipsius heredibus in villa Kelczany tota et integra Municionem cum Curia allodiali de duabus araturis hominibus Censualibus Redditibus prouentibus agris cultis et incultis, Item vineam, duo Molendina, Siluis Riuis pratis pascuis limitibus metis, et in villa Wlkoss super quatuordecim laneis veras decimas frugum tam hyemalium, quam estiualium, quemadmodum ab antiquo dicte decime dari et solui consueuerunt, pleno Jure et dominio, et alijs eorum pertinencijs vniuersis, tam in bonis quam in decimis, in quibuscumque rebus consistunt, seu quibuscumque specialibus nominibus nunccupentur, quemadmodum dicta bona in suis limitibus vnacum dictis decimis In Wlkoss antiquitus consistunt, nichil ibidem sibi aut suis heredibus et successoribus reseruando, sed per omnia, sicut solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

151. Zychna Relicta olim Smilonis de Weletyn Protiwczonem de Zastrzyzl patrem suum ad omne Jus sui dotalicij, quod habet in Dyedkowicz, in veram suscipit vnionem.

152. Nicolaus de Lhota Jesskonem de Lhota fratrem suum patruelem et Zdenconem de Cocor facit veros et legittimos Commissarios omnium suorum bonorum et puerorum.

153. Wenczeslaus de Doloplaz alias de Bistrzicz Johannem dictum Helm de Wisskowicz facit verum et legittimum Commissarium omnium suorum Bonorum et puerorum.

154. Hersso de Weletyn Woyslaum et Philippum fratres de Paczslawicz, et Philippum dictum Stricz de Wyczkow, facit veros et legittimos Commissarios omnium puerorum suorum et Bonorum, necnon omnium puerorum et bonorum Smylonis de Weletin Congressoris et fratris sui germani iam defuncti, Ita tamen vt predicti Commissarij cum pueris et bonis predicti Smilonis defuncti fideliter agant.

155. (Johannes dictus Husso de Crumpsin, Supremus Czudarius Czude Olomucensis, Margarethe conthorali sue legittime In et super villa Lethoschow In hominibus censualibus Quindecim marcas grossorum census annui nudi et puri in Centum et Quinquaginta marcis grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in villa Srbecz, quod dotalicium Johannes Kuzel de Artlebow frater ipsius Margarethe suscepit.)

(F. XII. v.) 156. Hynco de Ronow alias de Letowicz Margarethe de Cunstat Conthorali sue legittime In et super villis infrascriptis videlicet in Trawnyek, In

[1]) *d. i. den 8. Jänner.*

1418. Trzsebyetyn et in Mezirziczye totis et integris, In hominibus censualibus et alijs vniuersis pertinencijs, nichil prorsus excipiendo, Quadraginta sexagenas grossorum Census annui In Quadringentis Sexagenis grossorum Jure veri dotalicij secundum consuetudinem terre Morawie dat deputat et assignat, Et si quid in predictis villis defecerit tunc debet in alijs ipsius bonis adimplere, ita quod ipsa Margaretha predictas Quadraginta Sexagenas grossorum census annui habeat plenas et integras, Eciam Si quid in predictis villis vltra predictum Censum remaneret, hoc dominus Hinco predictus pro se et suis heredibus reseruat, et Victorinus de Cunstat alias de Podyebrad frater suus suscepit hoc dotalicium.

157. Jessko de Turowicz Stiborio de Nyetkowicz et suis heredibus et Adliczscze vidue sorori Styborij predicti in villa Nyetkowycz Quartum dimidium laneos et Quatuor Curticulas et eorum pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

158. Andreas de Przsyeluk Anne vxori sue legittime In et super villa Przyeluk super Municione super Curia allodiali In hominibus censualibus Super Molendino sito ibidem in villa, Item in villa Jesenicz super medio Molendino In fluminibus Riuis et alijs vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, nichil prorsus excipiendo, Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat, quod dotalicium Jan dictus Czech de Traplicz pater Anne suscepit, et Jessco presbiter et Benessius fratres Andree germani indiuisi ad hoc dederunt suum consensum.

159. (Margaretha de Sternberg Conthoralis Wilhelmi de Ryzmberk alias de Schwyhow Eundem Wilhelmum maritum suum suscipit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet In et super villis Jankow, Czotkyttl, Schumwald, Tathenicz in bona parte et in Tatenicz alia parte, Sudyna, Lubna et Hadowecz.)

160. Johannes dictus Draho de Wrbatek Petrum dictum Holy de Barzycz suscipit in veram vnionem super Curia sua allodiali cum omnibus suis pertinencijs, quam habet in magna Senycz.

161. Suliko de Konycz Wenczeslao dicto Chomut In et super villa Sschczitowicz in hominibus censualibus Sex marcas grossorum Census annui In Sexaginta marcis grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, et si quid ibi deficeret, tunc In et super villa Wrbatky in hominibus censualibus debet adimplere.

162. Wenczeslaus dictus Chomut Margarethe vxori sue legittime In et super villa Schczytowicz in hominibus censualibus Sex marcas grossorum census annui In Sexaginta marcis grossorum in pingnus veri dotalicij dat et assignat, et si quid ibi deficeret, tunc in et super villa Wrbatky in hominibus censualibus debet adimplere, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Chomutowicz, quod dotalicium Suliko de Conicz suscepit.

(F. XIII. r.) 163. Jodocus de Prachowicz alias de Poczenicz Wenczeslaum de Morkowicz suscipit in veram vnionem omnium suorum Bonorum, que obtinet in villa Poczenicz.

164. Nicolaus de Dubnicz Suliconi de Conicz et suis heredibus in villa Chomutowicz Curiam allodialem, quam olim Adamko pater Wenczeslay Chomut possedit cum duobus pratis et tribus paruis nemoribus ad eandem Curiam pertinentibus cum pleno Jure et dominio et cum orto deserto, qui penes Curiam iacet olim Schidlonis, nichil sibi et heredibus suis ibidem reseruans iuris proprietatis et dominij, exclusis duabus curticulis, quas pro se et suis heredibus reseruat, que curticule sunt posesse, vendidit hereditarie possidendam cum agris cultis et incultis et alijs eorum pertinencijs vniuersis. 1418.

165. (Wincencius de Magno Senycz Barbare vxori sue legittime In et super villa magna Senycz super Curia allodiali ibidem et vna Curticula et vniuersis predicte Curie pertinencijs Quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et deputat et assignat, quod dotalicium Jacubco de Dobrczycz frater ipsius Barbare suscepit.)

166. Nicolaus dictus Potomyesto Clare vxori sue legittime In villa Stussycz super Curia allodiali Quindecim marcas grossorum racione veri dotalicij dat deputat et assignat, et Henricus Hedssan congressor Nicolay ad hoc suum dedit consensum, et hoc idem dotalicium suscepit.

167. (Johannes de Vhrzecz Andree dicto Sysel de Nyetcowicz et suis heredibus villam Stawyssycz totam et integram cum Curia allodiali et cum pomerio cum hominibus censualibus agris cultis et incultis et loco Municionis cum piscina pratis siluis pascuis aquis vtilitatibus fructibus prouentibus Metis granicijs et alijs pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistant, seu quibuscumque vocabulis specialibus nuncupentur, cum pleno Jure et dominio, nichil prorsus excipiendo, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem Juris proprietatis et dominij aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendum, Et si predicta bona alicubi reperirentur in tabulis, nullum robur obtinebunt firmitatis.)

168. (Andreas dictus Sysel de Nyetkowicz Offcze vxori Petri dicti Mydlo de Turowicz In et super villa Stawissicz In hominibus censualibus duas Sexagenas grossorum census annui[1]) in viginti Sexagenis grossorum racione veri dotalicij pariter deputat et assignat pro eo, quia pro Petro predicto eidem Offcze fuit fideiussoris Caucione pro dicto dotalicio obligatus, quod dotalicium Czenko de Tuczyn pater Offcze suscepit.)

169. (Andreas dictus Sysel de Nyetkowicz Jessconem dè Turowycz fratrem suum suscepit in veram vnionem super Quatuor marcis Census annui in villa Stawissycz.)

170. Andreas dictus Sysel de Nyetkowicz Protywczonem de Zastrzyzl et Damyanum dictum Krzeczek facit veros et legittimos Commissarios omnium suorum bonorum vbilibet habitorum et puerorum.

(F. XIII. v.) 171. Erhardus de Pusska alias de Othoslawicz (Katherine de Cunstat Relicte olim Pawliconis de Sowinecz Et) Erhardo de Sowinecz (filio Katherine quondam)[2]) et suis heredibus bona sua hereditaria

[1]) *Diese zwei Worte stehen oberhalb der Zeile und sind von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Am rechten Rande steht von einer anderen Hand die Note: „Ista abolicio non preiudicat alijs intabulatis.“*

1418. videlicet Castrum Dubrawicze cum Curia allodiali sita ante Castrum predictum, Opidum Dubrawicze vna cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, Item villam Valcunow, villam Kunyczky, villam Nyempczicze cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, villam Przibyssyn et cum predictarum villarum hominibus censibus Agris cultis et incultis vtilitatibus, fructibus, prouentibus, Siluis, Nemoribus, Rubetis, pratis pascuis Aquis Riuis Piscinulis venacionibus, Aucupacionibus, piscacionibus, Metis, Granicijs, ac alijs vniuersis et singulis ad predictum Castrum et villas et Opidum pertinencijs, et Molendinis, et fluminibus, in quibuscumque rebus consistunt, seu quibuscumque specialibus vocabulis nuncupentur, nichil prorsus excipiendo, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis aut dominij in predictis bonis reseruando, vendidit hereditarie possidendum, prout eciam illa bona predicta ab alijs bonis sunt antiquitus distincta.

172. (Benessius de Onssow Offcze Relicte olim Mykssykonis de Dobrkowicz In villa Hradczsowicz decem et septem laneos cum dimidio et thabernam minorem Jure veri dotalicij, prout solus tenuit, vendidit et intabulauit possidendos.)

173. (Offka Relicta olim Mikssyconis de Dobrkowicz Nicolaum de Lhota fratrem suum et Vlricum dictum Schtoss de Branicz suscepit ad veram vnionem suorum bonorum, que habet in Hradczsowicz.)

174. Johannes de Ptenye Kuncze vxori sue legittime In villa Ptenye super Curia Allodiali vnius arature, que iacet ex opposito Bernow et super Robotis ad eandem Curiam pertinentibus super medietate siluarum ibidem et super mediate (sic) pratorum ibidem in Ptenye et super tribus marcis grossorum census annui et super mediate (sic) equorum aratilium, et eciam super omnes equos vectiles, wlgariter woznyeczy, Centum marcas grossorum Racione veri dotalicij dat deputat et assignat, quod quidem dotalicium Johannes de Schuonwald frater Kuncze suscepit, et eciam hoc dotalicium super municione et piscinula sibi deputat.

175. Mykssyko de Wodyerad Przechonem filium suum suscepit ad veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum.

176. (Helena Relicta olim Wytkonis dicti Pyskle de Drahanowycz suscepit in veram vnionem omnes suos pueros super suo dotalicio, quod habet in Drahanowicz ita tamen, ut predicti pueri vsque ad mortem Helene cum ea fideliter agant.)

177. (Benessius senior de Chudobyn Offcze vxori Petri dicti Mydlo de Turowycz In et super villa Kowarzow In hominibus Censualibus duas Sexagenas grossorum annui census in viginti Sexagenis grossorum racione veri dotalicij dat deputat et assignat pro eo, quia pro Petro predicto eidem Offcze fuit fideiussoria caucione pro dicto dotalicio deputatus et obligatus, quod dotalicium Czenko de Tuczin pater Offcze suscepit.)

(F. XIV. r.) 178. Wenczeslaus Czyhuowka de Zerawycz Protywczony de Chwalkowycz et Andree de Pawlowicz fratribus et eorum heredibus mediam partem ville Rzewnowicz Curiam allodialem de vna aratura medium locum Municionis, quod dicitur kopecz, Medium pomerium, medium Molendinum, medium Balneum, mediam partem Thaberne cum hominibus, censibus, fructibus, vtilitatibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, Aquis, fluminibus, Metis, Granicijs et alijs eorum vniuersis pertinencijs, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil prorsus excipiendo, nichil sibi Juris aut proprietatis aut dominij aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendum. 1418.

179. Wlczyko de Tuczyn Wenczeslao de Zerawycz et suis heredibus villam Sedlcze totam et integram cum Curia allodiali ibidem, hominibus Censibus fructibus vtilitatibus prouentibus Agris cultis et incultis pomerijs pratis pascuis, Siluis aquis fluminibus, Metis Granicijs cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil prorsus excipiendo, nichil sibi Juris aut proprietatis aut dominij aut suis heredibus reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

180. Jessko de Lhota Margarethe vxori sue legittime In et super villa Lhota super media parte Curie allodialis et super vno laneo soluente, que bona prius erant olim Mechonis, cum pratis siluis, pascuis et alijs vniuersis predictorum bonorum pertinencijs videlicet medie partis Curie predicte, Quadraginta Sexagenas grossorum Racione veri dotalicij dat deputat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in Senycz et Vgezd, quod dotalicium Sobyehrd de Strzytez suscepit.

181. (Janaczo de Byelowycz Johanni dicto Czrny de Domamyslicz et suis heredibus omne Jus suum hereditarium, quodcumque habuit In villis Oscheczan et Kowalowicz, nichil sibi aut heredibus suis ibidem reseruando, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.)

182. (Elsska Relicta olim Wenczeslay de Wolffinberg Terwardum de Domazelicz fratrem suum suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Passowicz.)

183. Jodocus de Krzstomile Margarethe vxori sue legittime In et super villa Krzstomile super hominibus censualibus et bene posessis Tres marcas grossorum census annui puri in Triginta marcis grossorum Racione veri dotalicij Juxta consuetudinem terre dat deputat et assignat, quod dotalicium Czenko de Tuczyn suscepit, et si vbicumque in Tabulis predicte hereditates essent inuente, nullum Jus seu robur obtinebunt firmitatis.

184. Martinus de Prerowya Georgium dictum Stryczek de Prerowya patrem suum Wenceslaum et Georgium fratres suos germanos, necnon Margaretham sororem suam suscipit in veram vnionem sui pontagij seu pontis, quod dicitur Mostne, ante Prerowyam et Curie allodialis ibidem et eorum pertinencijs vniuersis.

185. *Georgius eciam frater Margarethe abrenuncciat alias odrzika se omni Jure suo, quod ad Pontagium ante Prerouiam habet et promisit hoc numquam impetere, et hanc abrenuncciacionem fecit nomine suo et heredum suorum.*[1])

185. *Nota quod Margaretha supradicta quidquid tangit medietatem Curie non debet hoc impetere et pro eo eciam aliam intabulacionem hanc Curiam tangentem*

[1]) *Diese Einlage steht am rechten unteren Rande der Einlage Nr. 184 und ist von einer anderen Hand geschrieben.*

1418. *in alio libro fideiussores cum heredibus et bonis eorum obligauit, et hoc habetur totum in principio libri domini Petri de Crawar et Plumlow filio quarto.*[1])

(F. XIV. v.) 187. Odpor.[2]) Johannes Czerny de Domamyslicz contra intabulacionem, quam Czenka virgo de Byelowycz fecit de Oseczan et Kowalowicz[3]) Johanni dicto Kuzel de Arclebow facit odpor[3]) dicens se pinguius Jus quam Czenka predicta habere in Bonis predictis.

188. Kathrusse de Tupcze Johannem Maritum suum suscepit in veram vnionem et eciam pueros, quos cum eodem Johanne procreauerit super Curia sua hereditaria de tribus quartalibus agrorum et super vna Curticula, que bona habet in Vgezd villa.

189. (Johannes dictus Strnyessczko de Przsestawlk Welyzony dicto Pulecz de Pulicz et suis heredibus villam Skrzicz cum Curia allodiali duas piscinulas duos lucos paruos pomerium Cum hominibus censibus vtilitatibus fructibus prouentibus pratis pascuis agris cultis et incultis aquis Riuis fluminibus Metis Granicijs ac alijs pertinencijs vniuersis, cum pleno Jure et dominio, nichil prorsus excipiendo, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris dominij aut proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

190. Johannes Huse de Crumpsyn, Czudarius Supremus Czude Olomucensis, Hermanno dicto Kunassek de Nezdyn villam Srbcze totam et integram cum hominibus censibus vtilitatibus fructibus prouentibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis et aquarum decursibus siluis, que silue sunt inter homines diuise, de quibus laycy predicte ville censuant, et alijs pertinencijs vniuersis metis granicijs cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil prorsus excipiendo, nichil sibi aut heredibus suis Juris dominij aut proprietatis in dictis bonis reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

191. (Hermannus dictus Kunassek de Nezdyn Johannem et Wenceslaum filiastros suos filios Kunasskonis fratris sui de Nezdyn alias de Byskupicz super villa Srbecz tota et integra et eius pertinencijs vniuersis suscepit ad veram vnionem.)

192. Bernhardus et Petrus fratres de Zyrotyn cum omnibus bonis eorum, que habent In Zyrotyn vel vbicumque habent uel habebunt sunt congressi.

(F. XV. r.) 193. (Jana de Mostyenicz alias de Zakrzan Johanni dicto Pardus de Zeranowicz et suis heredibus In villa Mostyenycz duas Curias Allodiales, quamlibet de vna aratura Quartumdimidium laneos cum agris cultis et incultis cum piscinis hominibus, Censibus vtilitatibus, fructibus prouentibus pratis pascuis siluis Aquis fluminibus Metis Granicijs et eorum vniuersis pertinencijs, nichil prorsus excipiendo, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis vel dominij reseruando, cum pleno Jure et dominio vendidit hereditarie possidendum, Et Dorothea vxor Procopij dicti Schenkwyczar de Pawlikowycz dedit suum consensum ad omne suum Jus, quod sibi competebat super vna Curia allodiali racione quarundam literarum, quas a Jodoco olim Marchione Morawye obtinebat.) 1418.

194. Dorothea Relicta olim Domanyonis de Kokor Johannem de Kokor filium olim Domanyonis priwignum suum suscepit in veram vnionem sui dotalicij, quod habet in Cokor et in Mezycz.

195. Johannes de Kokor Annam Relictam olim Ludwikonis de Selitek sororem suam suscepit in veram vnionem super suis hereditatibus, quas habet in villa Cokor.

196. Johannes dictus Pardus de Zeranowicz Dorothee vxori sue legittime In et super villa Mostyenycz, In et super Curia vna allodiali Quinque marcas grossorum annui census In quinquaginta marcis grossorum Racione veri dotalicij dat deputat et assignat, et si quid ibi deficeret, tunc in hominibus censualibus ibidem debet adimplere, ita quod ipsa Dorothea predictas marcas Quinque grossos census[4]) habeat plene et integre, et Johannes de Morawan hoc suscepit dotalicium.

197. Johannes dictus Czrny de Domamyslicz Mychaeli dicto Raruzek Ciui Olomucensi et suis heredibus In villa Oseczan Municionem Curiam allodialem de duabus araturis Nonum dimidium laneum, vnum quartale, Censuales, cum paruo Nemore pratis pascuis piscinis aquis fluminibus, (Item In villa Cowalowicz vnum laneum censualem)[5]) cum predictorum Bonorum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil prorsus excipiendo, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis vel dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

198. Michael dictus Raruozek Ciuis Olomucensis Annam et Vrsulam sorores suas fratrueles suscepit in veram vnionem omnium suorum Bonorum, que habet in Oseczan et Kowalowycz.

199. Mychael dictus Raruozek Ciuis Olomucensis Smilony de Cunstath alias de Bludow et suis heredibus In villa Magno Senycz Quindecim laneos viginti quinque marcas grossorum census annui soluentes et cum hominibus dictos laneos tenentibus pleno Jure et dominio cum eorum pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, in quibuscumque rebus consistunt, nichil sibi heredibus et successoribus suis in dictis laneis et supradicto Censu vigintiquinque marcarum Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit Jure hereditario possidendum, Tribus Thabernis ibidem inclusis, quas eciam sibi et heredibus suis Jure hereditario vendidit possidendas.

(F. XV. v.) 200. (Johannes dictus Woyna de Krstyetyn Kuncze de Zwole Relicte olim Herssonis de Trpenowycz villam Postrzelmow videlicet Triginta tres marcas grossorum et Sedecim grossos census Annui in eadem villa cum Agris cultis et incultis pratis pascuis Montibus vallibus et omnibus alijs ad dicta Bona spectantibus pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi et suis here-

[1]) *Diese Einlage steht am untern Rande des Blattes XIV. r. und ist von einer andern späteren Hand zugeschrieben.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[3]) *Die Worte „et Kowalowicz“ und „facit odpor“ stehen oberhalb der Zeile, und sind von derselben Hand geschrieben.*

[4]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile und ist von derselben Hand geschrieben.*

[5]) *Am linken Rande steht von einer andern Hand die Note zugeschrieben: „Ista abolicio non preiudicat alijs intabulatis.“*

1418. dibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)[1])

201. Kunka de Zwole Relicta olim Herssonis de Trpenowicz, Johannem de Trpenowicz filium suum et dominum Raczkonem de Trpenowicz Canonicum Ecclesie Olomucensis suscepit in veram vnionem omnium bonorum suorum, que habet in Magno Postrzselmow.

202. Dywyssius de Olssan Sigismundum filium suum et Ffriczkonem priwignum suum suscepit in veram vnionem Super sua Curia allodiali, quam habet in Olssan et super alijs omnibus bonis vbilibet habitis.

203. Nicolaus de Chudobin ad hoc, quod Benessyus Junior de Chudobyn frater suus in villa Chudobyn Dorothee vxori sue legittime dotalicium assignauit, dedit suum consensum.

204. Wychna de Drahanowicz Czenkony dicto Schpalek de Oczyn et Adlitsscze vxori ipsius legittime et ipsorum heredibus bona sua hereditaria, videlicet villam Polichno cum Curia allodiali vnius arature Molendinum cum hominibus Censibus fructibus vtilitatibus Robotis prouentibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis fluminibus Siluis Rubetis Nemoribus Montibus vallibus, venacionibus, aucupacionibus, piscacionibus et alijs vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, seu quibuscumque specialibus vocabulis nuncupentur, nichil prorsus excipiendo, cum pleno Jure et dominio, prout sola tenuit, nichil sibi aut suis heredibus in predictis bonis Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum, et si predicta bona alicubi reperirentur in tabulis nullum robur obtinebunt firmitatis.

205. Benessyus de Wyssoke Philippo de Penczicz et suis heredibus Bona sua hereditaria in villa Laznyk minori, videlicet Curiam allodialem, duas Thabernas Braxatiles, Tres Curticulas, et vnum quartale Censuale, Molendinum cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis limitibus metis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidenda.

206. Johannes dictus Karlowecz de Topolan, Mykssykony de Krakowcze et suis heredibus Jus sui dotalicij In villa Gedlee, videlicet super hominibus censualibus Quinque marcas grossorum census annui in Quinquaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij, prout solus tenuit, vendidit possidendum.

207. (Johannes de Poczenicz Wlczikony et Michaeli fratribus de Tuczin et eorum heredibus in villa Poczenicz Municionem Curias duas allodiales, quamlibet de vna aratura, vndecim Curticulas vnum ortum, duas Thabernas Braxatiles et duas non Braxatiles, Molendinum, Balneum, duas piscinas paruas cum hominibus Censibus fructibus vtilitatibus prouentibus agris cultis et incultis (F. XVI. r.) vnacum duabus porcionibus Jurispatronatus Ecclesie sancti Gothardi ibidem, cum pratis pascuis Siluis aquis fluminibus Metis Granicijs limitibus et alijs eorum pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excipiendo, prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum, et si predicta bona alicubi in tabulis reperirentur, nullum robur obtinebunt firmitatis.) 1418.

208. Philippus de Penczicz Margaretham vxorem suam legittimam suscepit in veram vnionem omnium Bonorum suorum, que habet in Laznyek.

209. (Mahdalena de Vgezd Buzkonem de Stpiczek et Wachnam vxorem Buzkonis legittimam filiam suam suscepit ad veram vnionem ad decem marcas grossorum sui dotalicij, quas habet In et super Curia allodiali de tribus quartalibus agrorum et vna curticula in villa Vgezd Wladyczye.)

(F. XVI. v.) 210. Anno domini Millesimo CCCC^mo^ decimo octauo Sabbato proximo post festum Sancti Johannis Baptiste[2]) Celebratum est Colloquium dominorum de mandato speciali Serenissimi principis domini Wenceslai Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis per Nobiles viros dominos Wilhelmum de Pernstein Camerarium Supremum Czude Olomucensis ad hoc per eundem dominum Regem specialiter vocatum et electum, Johannem Huse de Chrumsin Czudarium, et Petrum Canonicum Brunnensem prothonotarium, presidentibus et assidentibus huic colloquio nobilibus viris et dominis Petro de Crawarn, Capitaneo terre Morauie, Johanne de Lompnicz, Smilone et Johanne fratribus de Wiccow, Sulicone de Conicz, Proczkone et Alssone fratribus de Cunstat alias de Lissicz, Boczkone et Victorino fratribus de Cunstat alias de Podyebrad, Przedborio de Czynburg alias de Krzydlo, Wilhelmo dicto Zagicz de Waldek, Erhardo Pusska de Chunstat alias de Ottoslawicz, Czenkone de Letowicz, Erhardo de Luczan, Smilone de Luczan, Johanne de Czimburg alias de Towaczow, Dobessio de Mezierzicz alias de Popicz, Boczkone, Erhardo et Vlrico fratribus de Lessnicz, Miroslao de Czymburg alias de Sehradicz, Cunikone de Drahotuss, Johanne et Stephano fratribus de Bietow, et alijs quam pluribus Baronibus et proceribus ibi presentibus et Colloquium celebrantibus.

211. (Petrus de Hundczyrow alias de Wazan Petro dicto Plachy de Wodyerad et suis heredibus in villa Wazan tria quartalia agrorum, In quibus resident laici Jan dictus Kurb Wenceslaus dictus Horaczek et Petrus dictus Rzessato, cum predictorum agrorum pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excluso cum pleno Jure et dominio, Nichil sibi in eisdem Juris proprietatis aut dominij reseruando, exclusis sex grossis census annui, quos pro se et suis heredibus reseruat, vendidit hereditarie possidenda.)

212. Smilo de Cunstat alias de Luczan Offcze de Lichtenburg alias de Bietow Conthorali sue legittime In et super villa Senycz super Curia allodiali et hominibus

[1]) *Am rechten Rande steht von einer neueren Hand: „Ladsw“ d. i. Ladislaw von Bozkovic, welcher Oberstlandkämmerer bei der Olmützer Cuda in den Jahren 1496—1505 war, und unter dem die Löschung der vorstehenden Einlage geschah.*

[2]) *d. i. den 25. Juni.*

1418. censualibus bene possessis Triginta Sexagenas grossorum census annui In Trecentis sexagenis grossorum Jure veri dotalicij secundum consuetudinem terre Morauie dat deputat et assignat, Quod quidem dotalicium Johannes Senior de Biethow pater Offcze suscepit.

213. Dywa de Czekynye Byetcze vxori sue legittime In et super villa Lybyenycz super hominibus suis censualibus ducentas marcas grossorum in pignus veri dotalicij secundum consuetudinem terre Morauie dat deputat et assignat, Quod quidem dotalicium Doman de Czekynye suscepit.

214. Smilo de Cunstat alias de Luczan Johannem de Lompnicz, Supremum Camerarium Czude Brunnensis, facit verum et legittimum commissarium omnium suorum bonorum et puerorum.

(F. XVII. r.) 215. Erhardus de Cunstat alias de Lessnicz Smiloni de Cunstat alias de Luczan et eius heredibus In villa Senicz Curiam allodialem cum agris cultis et incultis Molendinum cum balneo et decem curticulis et cum ortulanis possessionatis et eciam desolatis cum pratis aquis limitibus metis hominibus censualibus redditibus fructibus et pleno iure ac dominio et specialiter cum medietate Jurispatronatus Ecclesie ibidem in Senicz cum pascuis judicijs et emendis et alijs pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit, nichil ibidem sibi heredibus et successoribus suis Juris aut proprietatis reseruans, vendidit hereditarie possidendam.

216. Hinko de Ossoweho Alssoni de Cunstat alias de Lyssiecz et eius heredibus et Katherine Glori eius Conthorali Proczkonis de Lissicz In villa Pettrowicz Curiam allodialem cum tribus laneis censualibus vnum pomerium duas piscinas et Municionem ibidem et alijs vniuersis ipsius pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Item In villa Podole Quatuor censuales laneos, Item In Wawrzincze villa duos laneos censuales cum eorum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil in eisdem supradictis bonis sibi et suis heredibus Juris aut dominij reseruans, prout solus tenuit vendidit hereditarie possidendum.

217. (Margaretha de Albrechticz Johannem de Tworkow alias de Oderberg maritum suum suscepit ad veram vnionem sui dotalicii, quod habet vbicumque.)

218. (Mylotha de Tworkow, residens in Przerow, Mykssoni de Lasnyk et eius heredibus In villa Symrze Curiam allodialem vnius arature cum agris cultis et incultis pratis siluis pascuis aquis riuis metis granicijs et alijs predicte Curie pertinencijs vniuersis, Que quidem curia erat olim Zdenconis, nichil sibi in eadem curia Juris proprietatis aut dominij reseruans, dedit et resignauit libere et hereditarie possidendam.)

219. Myksso de Laznyk Pawelczonem de Laznyk fratrem suum patruelem suscepit in veram vnionem omnium suorum bonorum vbilibet habitorum.

220. (Johannes et Bernhardus fratres de Lippowa Offcze vxori Petri dicti Mydlo Glori ipsorum [1]) In villa Lippowa In et super Curia allodiali et hominibus censualibus ipsorum bene possessis dumtaxat in porcione ipsorum et in predicte Curie pertinencijs vniuersis videlicet pratis siluis pascuis aquis fluminibus cum pleno Jure et dominio Quatuor Sexagenas grossorum census annui In Quadraginta sexagenis grossorum Jure veri dotalicij secundum consuetudinem terre Morauie dant deputant et assignant racione fideiussorie caucionis, quam fecerant pro Petro dicto Mydlo fratre ipsorum, Quod quidem dotalicium Czenko de Nakle pater Offcze suscepit.) 1418.

(F. XVII. v.) 221. (Johannes Kuzel de Arklebow Johanni dicto Czrny de Domamyslycz et eius heredibus omne Jus suum hereditarium, quod habuit in villa Osseczan videlicet vnum laneum et vnam curticulam [2]) Item In villa Kowalowicz videlicet Molendinum cum suis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil ibidem pro se et suis heredibus reseruans, vendidit hereditarie possidendum.)

222. Boczko de Wodyerad Bohuslaum de Chudyechrom facit verum et legittimum commissarium omnium suorum bonorum vbilibet habitorum et puerorum.

223. Erhardus Pusska de Cunstat alias de Otosslawicz Katherine Conthorali sue legittime In et Super villis infrascriptis videlicet In villa Dobrochow super Quindecim laneis et vno quartali, duabus thabernis et Octo Curticulis censualibus, Item In villa Sluzyn super vndecim laneis duabus thabernis, duabus curticulis et vno orto censualibus, Item In villa Czyessczyn super decem et octo laneis minus vno quartali, quatuor thabernis duobus molendinis vno orto et vno balneo censualibus, Item in villa Wranowicz super nouem laneis vno quartali, vna thaberna, et quatuor curticulis, Item In villa Wyczow super vno laneo, quem nunc possidet Carban laicus, Centum marcas grossorum annui census In Mille marcis grossorum veri dotalicij racione secundum consuetudinem terre Morauie cum pleno Jure et dominio dat deputat et assignat, Quod quidem dotalicium Wilhelmus Zagycz de Waldek et Yodocus Hecht de Rossicz susceperunt.

224. Hinko dictus Hecht de Rossicz alias de Strzylek Jodocum Hecht de Rossicz Patruum suum ad Castrum Strzyelky et ad omnia bona ad eumdem (sic) Castrum pertinencia et ad omnia bona, que nunc habet aut habebit, suscepit in veram vnionem.

225. (Odpor.[3]) Johannes dictus Pardus de Zeranowicz facit odpor contra Inthabulacionem, quam Erhardus Pusska fecit Katherine vxori sue In villa Czyessczyn dicens, quod obtinuisset Jure terre In villa predicta Triginta marcas grossorum et super illis fuisset Inductus super Officiales.)

226. (Wenczeslaus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex Notum facimus tenore presencium vniuersis, Quod Nobilis Laczko de Crawarn, Marchionatus nostri Morauie Capitaneus, fidelis noster dilectus in nostre Magiestatis constitutus presencia nobis exponere curauit qualiter Castrum Drahotuss cum pertinencijs suis vniuersis Nobilibus Stiborio de Czymburg alias de Thowaczow et Alberto ipsius nato

[1]) *Die Worte: „Offcze vxori — ipsorum“ stehen oberhalb der Zeile, sind aber von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Die Worte: „in villa Osseczan — curticulam“ sind durchstrichen und am rechten Rande der Einlage steht von einer anderen Hand die Note: „Ista abolicio non preiudicat alijs intabulatis.“*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1418. ipsorumque heredibus et Successoribus per Illustrem quondam Jodocum Marchionem Morauie principem patruum nostrum carissimum pro duobus Millibus ducentis Quadraginta Quatuor marcis grossorum Pragensium Morauici numeri et pagamenti, Sexaginta quatuor grossos pro qualibet marca conputando, sibi per eosdem Stiborium et Albertum parata in pecunia mutuatis et concessis, Necnon pro certa pecunie Summa, in qua ipsis racione dampnorum in ipsius obsequijs perceptorum racionabiliter obligatus sit et fuerit legittime inpingneratis et obligatis sicut id ipsum in eiusdem patrui nostri literis eisdem Stiborio et Alberto de super datis plenius et lucidius continetur, Sed quia Nobiles Johannes et Stiborius fratres germani prefati Alberti de Czymburg nati fideles nostri dilecti nobis debitam inpigneracionem et obligacionem supradictam Quingentas marcas grossorum prefatorum dederunt et addiderunt (F. XVIII. r.) pecunia in parata, Idcirco nos ad prefati Laczconis peticionis instanciam ac eciam obsequiorum suorum, quibus nobis et corone Regni nostri Boemie ac eciam et Marchionatu nostro Morauie a longis transactis temporibus sepe sepius ymo sepissime gratanter vtiliter et indefesse conplacuit intuitu prefatis Johanne et Stiborio fratribus predicti Alberti natis, non per errorem aut inprovide sed animo deliberato sanoque Nobilium procerum et fidelium nostrorum accedente consilio prefatum Castrum Drahotuss cum Opido dicto Drahotuss, et villis infrascriptis videlicet Podhorzye, Pohuslawky, Gezernycze, Slawicz, Mylenow, Klokoczy, Wielka, Hrabuowky, Mykuluowky, Vhrzynow, Przedolessy et Sobiekow agris cultis et incultis censibus redditibus vsifructibus Judicijs Theloneijs vallibus Montibus Siluis rubetis Nemoribus, lucis pratis Piscinis fluminibus riwis, aquis aquarum decursibus piscacionibus Molendinis Juribus patronatibus Ecclesiarum Metis gadibus Grenicijs limitibus et alijs pertinencijs suis vniuersis, in quibuscumque consistant, quibuscumque eciam specialibus designentur nominibus, prout eadem bona ab antiquo distincta sunt, Et prefati Stiborius et Albertus ipsa in ipsorum potestate habuerunt et possiderunt in veram et realem hereditatem dedimus et donauimus et virtute presencium Regie Auctoritatis Boemie de certa nostra sciencia damus et donamus de Regie Magiestatis nostre clemencia speciali per ipsos heredes et successores ipsorum habenda tenenda et perpetuis temporibus hereditarie possidenda facienda disponenda, necnon in ipsorum vsus prout ipsorum voluntati placuerit tamquam cum eorum hereditate propria impedimentis quorumlibet penitus proculmotis conuertenda, debet tamen prefatum Castrum Drahotuss in singulis nostris neccessitatibus nobis apertum fore, Sic videlicet, quod nos et Officiales nostri nostro nomine cum nostris armorum gentibus idem Castrum sine predictorum Johannis et Stiborij heredum et Successorum suorum contradiccione et impedimento contra quemcumque cuiuscumque status gradus preeminencie fuerit nullo penitus exempto intrare et exire possumus et valeamus tocies, quocies nobis oportunum fuerit, quamdiu Regia nostra Serenitas vixerit in humanis absque ipsorum dampno Sed nostris super sumptibus et expensis, Post mortem vero nostram, quam altissimus diu auertat huiusmodi Castrum Drahotuss a singulis Serenissimis Inclite domus nostre Boemie Regibus et Marchionibus Morauie principibus successoribus nostris a predicta appercione liberum esse debeat penitus et solutum, debent eciam prefati Johannes et Stiborius vniuersas et singulas literas et priuilegia, quas et que a predicto Jodoco Marchione Morauie patruo nostro carissimo super debitis obligacione et dampnis vt prescribitur habent nobis integraliter restituere et in nostram tradere omnimodam potestatem, Necnon et singulos Inclite domus nostre Boemie Reges et Marchiones Morauie Successores nostros dum eisdem in antea monere, nec eisdem si vmquam in lucem producte seu producta fuerint gaudere vtifrui seu potiri quouismodo Presencium sub Regie nostre Maiestatis Sigillo testimonio literarum, Datum Prage Anno domini Millesimo CCCC° decimo sexto die Sexta Julij Regnorum nostrorum Anno Boemie Quinquagesimo quarto Romanorum vero Quadragesimoprimo etc. Ad quam quidem inthabulacionem fuerunt nunccij missi Nobilis viri Johannes de Lompnicz Supremus Camerarius Brunnensis et Wilhelmus Zagyecz de Waldek, ad quorum relacionem hec intabulacio facta est.) 1418.

227. (Johannes de Rzyczan Jodoco et Jaroslao fratribus de Schellenberg et eorum heredibus bona sua hereditaria videlicet mediam villam Chylecz cum Curia allodiali ibidem cum agris cultis et incultis hominibus censibus fructibus redditibus vtilitatibus prouentibus pratis siluis lucis pascuis aquis et alijs vniuersis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil prorsus excipiendo, nichil sibi Juris proprietatis aut dominij in eisdem bonis reseruando nec suis heredibus, vendidit hereditarie possidenda, Et si predicta bona In thabulis reperirentur, nullum robur obtinebunt firmitatis.)

228. Elsska et Anna Sorores germane filie olym Bohussij de Schonwald abrenuncciauerunt omni Juri, quod habuerunt in bonis Malenowycz videlicet In et super Castro seu municione Malenowicz, et super omnibus villis et alijs vniuersis ad predictum Castrum et villas pertinencijs dant predictum Jus Hinconi de Schonwald fratri ipsarum germano et suis heredibus et libere resignantes hereditarie possidendum.

(F. XVIII. v.) 229. Slawiek de Dobrawoda Henricum de Hoburg suscepit in veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum vel habendorum.

230. Johannes de Hoburg Abrenucciauit omni Juri quod sibi conpetit In et super villa Podole et eius pertinencijs vniuersis.

231. Hinco de Schonwald Bohussium fratrem suum germanum suscepit in veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum vel habendorum.

232. Bohussyus de Schonwald Hynconem fratrem suum germanum suscepit in veram vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum vel habendorum.

233. Boczko de Chunstat alias de Podyebrad Johanni de Bozkowicz alias de Brandyss et eius heredibus bona sua hereditaria videlicet In villa Chornycz duodecim laneos et vnam virgam agrorum censuales, qui soluunt seu censuant Sedecim marcas grossorum annui census, tres grossos et vnum minimum census annui, Item mediam willam Dorfflyk, que continet quinque laneos minus vno quartali censuales, que pars ville est sita ex opposito Chornycz, qui censuant tres marcas gros-

345. Johannes dictus Swettlik de Rakussek Annam conthoralem suam de Curia allodiali in magno Senicz, quam habuit In Jus dotalicij In Quadragintaquinque marcis grossorum transfert et traducit super quatuor laneis in parwo Senicz et super duos laneos in Dyslawicz In Septuaginta quinque marcis grossorum In pignus dotalicij dat deputat et asignat, quod quidem dotalicium Wsseborius de Dubczan, (suscepit?) et dicit, quod sit predicte Anne bonum.

346. Johannes de Kokor Dorotheam relictam olim Domanonys de Kokor suscepit in veram vnionem super omnibus suis, que habet.

(F. XXXI. v.) 347. Benessius de Wiczkow Katherine vxori sue legittime In villa Kozissow Super Curia alodiali et hominibus censualibus omnibus, Item in villa Studenka super Septem laneis censualibus, Item In villa Sluhonow In quatuor laneis et duobus ortis, Item in villa Dluhomylow super duobus laneis et vno quartali et quatuor curticulis, et rebus mobilibus, quod dicitur Nadbitt, cum pleno Jure et dominio Quindecim marcas grossorum census annui deputati In Centum et Quinquaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat, transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit in villa Trzemesska et alijs villis et bonis, quod dotalicium Johannes Ganzer de Kozyssow frater ipsius suscepit, et dicit ipsius Katherine esse bonum.

348. Benessius de Wiczkow Katherinam vxorem suam legittimam puerorum suorum et omnium bonorum suorum, que habet, facit commissariam post ipsius Benessij mortem tam diu, quousque statum sue viduitatis non inmutaret.

349. Mabka relicta olim Jessiconis de Przedmostye Andree dicto Badyura de Syrzawa et eius heredibus In villa Przedmostye Jus suum hereditarium, quod in Petro dicto Gerssnar Ciue Olomucensi Jure terre obtinuit, nichil sibi ibidem reseruans, vendidit hereditarie possidendum.

350. (Dyetoch de Lilcze Erhardo de Cunstat alias de Lyssecz et eius heredibus Municionem Pornycz et villam Pornycz totam et Integram cum Curijs alodialibus ibidem Item villam Swaby cum Curia alodiali ibidem et cum predictarum villarum hominibus censibus molendinis agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis rubetis piscinis reseruaculis aquis fluminibus obstaculis montibus vallibus metis limitibus granicijs et alijs predictorum bonorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistant, seu quibuscumque nominibus nunccupantur seu nunccupari possunt, cum pleno Jure et dominio nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando vendidit hereditarie possidendum.) 1420.

351. Erhardus de Cunstat alias de Lyssiecz Anne de Hozlaw conthorali sue legittime In et Super Municione et villis Pornycz et Swaby super Curijs alodialibus ibidem et super hominibus censualibus molendinis agris cultis et incultis pratis pascuis siluis rubetis piscinis reseruaculis aquis fluminibus obstaculis ac alijs predictorum bonorum pertinencijs vniuersis, nichil prorsus excipiendo, Quadringentas marcas grossorum In pignus veri dotalicij iuxta consuetudinem et Jus terre Morauie dat deputat et assignat, quod dotalicium Venczeslaus de Mysliborzicz suscepit.

(F. XXXII. r.) 352. Johanco de Dietkowicz Zdenconi de Dobroczkowicz alias de Swabenicz et eius heredibus et Blassconi presbitero de Swabienicz In villa Swabienicz vnum laneum soluentem, in quo solus residebat, et vnam curticulam cum agris cultis et incultis metis granicijs, prout predictus laneus et curticula sunt ab alijs agris circumferencialiter diuisi, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi Juris et heredibus suis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

353. Zycho de Nadachlebicz Juxta disposicionem Baronum Zdyncze relicte olim Hanussij dicti Czyhuowka de Czyhowicz In villa Vgezd Zlamany super hominibus censualibus tres marcas grossorum cum viginti vno grosso census annui In Triginta tribus marcis grossorum et In viginti duobus grossis In pignus veri dotalicij dat deputat et assignat possidendas.

354. Zdynka relicta olim Hanussij dicti Czyhuowka Offkam filiam suam, vxorem Zdenconis de Kokor, In veram suscepit vnionem sui dotalicij, quod habet In villa Zlamany Vgezd, transducendo ipsam de sua priori vnione, quam habuit in villa Drnowicz ad Czudam Brunnensem spectante.

355. (Anna de Branicz, relicta olim Mrakssonis de Zerawicz, Annam filiam suam et Paulum filium Jessconis dicti Hrusska de Vgezd In veram suscepit vnionem sui dotalicij, quod habet In villa Dubnany prope Hodonyn.)

356. Jarossko de Bohdalicz Andree de Pawlowicz et eius heredibus In villa Bohdalicz Curiam alodialem de duabus araturis duos medios laneos censuales duas curticulas vnam maiorem et alteram minorem, vnum quartale, In quo est thaberna locata cum loco municionis, quod dicitur Kopecz, cum hominibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis metis limitibus granicijs et alijs pertinentijs vniuersis, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum, et si quid predictus Jarossko ibidem In thabulis haberet, nullum robur obtinebit firmitatis.

357. (Elsska relicta olim Witkonis de Lhota Wznatam de Woynicz In veram suscepit vnionem sui dotalicij, quod habet in Lhota in Hrabye in Strzemenye et in Tuczin et vbicumque habet.)

1420. 358. (Anna relicta olim Woyczechonis de Melicz Johannem maritum suum et pueros, quos cum eodem Johanne procreauit, In veram suscepit vnionem sui dotalicij, quod habet In villa Surnow.)

359. Johannes dictus Czrny Anne et Vrsule filiastris olim Rarussconis Ciuis Olomucensis In villa Osseczan alterum dimidium laneos et vna curticula (sic) censuales, quos emit a Sorore sua Czenka, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis aut dominij in eisdem reseruando vendidit hereditarie possidendum, commutando predicta bona pro alijs bonis, que habuerunt predicte Anna et Vrsula In villa Kowalowicz.

(F. XXXII. v.) 360. Anna et Vrsula Sorores germane filiastre olim Raruzkonis Ciuis Olomucensis Johanni dicto Czrny de Domamyslicz et eius heredibus in villa Kowalowicz vnum laneum soluentem, in quo residet Wachuss laicus, cum pleno Jure et dominio, prout sole tenuerunt, vendiderunt hereditarie possidendum commutantes eundem laneum pro alijs bonis, que In villa Osseczan Johannes predictus ipsis inthabulauit.

361. Anna de Strakonicz filiastra olim Raruzkonis Ciuis Olomucensis Laurinum de Trzebyenicz maritum suum legittimum et pueros, quos cum eodem Laurino procreauit, In veram suscepit vnionem super porcionem suorum bonorum hereditariorum, que obtinet In villa Osseczan.

362. Vrsula de Strakonicz filiastra olim Raruzkonis Ciuis Olomucensis Wenceslaum maritum suum Ciuem Olomucensem et pueros, quos cum eodem Wenczeslao procreauit, In veram suscepit vnionem Super porcionem suorum bonorum hereditariorum, que obtinet In villa Osseczan.

363. (Johannes de Przestawlk Anne vxori sue legittime In villa Przestawlky Super Curia alodiali, in qua olim Onsso residebat, In pomerio Super duabus curticulis In hominibus censualibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis, Item in villa Dobrczicz Super duabus curticulis et predictorum bonorum pertinencijs vniuersis Sexaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat, transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit in villa Skurzycz, Johannes de Czechowicz frater Anne hoc dotalicium suscepit.)

364. Wychna de Tynecz Johannem de Przestawlk et eius heredes In veram suscepit vnionem Super viginti quinque marcis grossorum sui dotalicij, quod habet In villa Przestawlk Super Silua, que dicitur Hrussowe.

365. Welislaus de Pulicz Stephano dicto Kropacz de Holenstein et eius heredibus villam Skrzicz et Curiam alodialem cum hominibus censualibus agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis, qui dicuntur luci wlgariter dwa Lussky, aquis riuis piscinis metis granicijs ac alijs pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

366. (Stephanus dictus Kropacz de Holenstein Offcze conthorali sue legittime In et Super villa Skrzicz super Curia allodiali hominibus censualibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis riuis piscinis lucis ac alijs pertinencijs predicte ville et Curie vniuersis, Nichil prorsus excipiendo, Octuaginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et asignat possidendas.) 1420.

(F. XXXIII. r.) 367. Kunka relicta olim Herssonis dicti Skrzietek de Turpienowicz Johannem de Trpienewicz filium suum et Marquardum militem de Zwole fratrem suum germanum In veram suscepit vnionem Super Jus suum hereditarium, quod habet in Opido Kostelecz prope Prostyeyow.

368. Anna relicta olim Swatoborij de Kozussow pueros suos, quos cum eodem Swatoborio procreauit, In veram suscepit vnionem Super Jus sui dotalicij videlicet super vndecim marcis grossorum census annui, quod habet In villis Postrzelimow et Chromcze.

369. Wlczko presbiter plebanus de Hossczicz Michaeli dicto Kassan de Hossczicz in villa Sobyebruch Super hominibus censualibus duas marcas grossorum In viginti marcis grossorum In pignus veri dotalicij dat deputat et asignat possidendas census annui, et in alijs vtilitatibus ville predicte ita, quod predictas duas marcas grossorum census annui in vtilitatibus predicte ville conquirere possit.

370. Elsska relicta olim Adamkonis de Przestawlk pueros suos omnes suscepit In veram vnionem super Jus sui dotalicij, quod habet in Przestawlk.

371. Johannes dictus Koprzywa de Laznik Sulkoni de Zakrzowicz et eius heredibus Praytam dictam Schachownicze, que iacet inter villas Zakrzowicz et Turssicz et aliam praytam, que iacet inter Zakrzowicz et Laznik inferiori, sicut iacet penes Praitam, que dicitur poswatne pole cum Silua et riuulo et alijs predicte prayte pertinencijs, Item praytam, que iacet inter Zakrzowicz et Siluam dictam Zacziessie, et alios quatuor agros, qui sunt diuisi in quatuor praitas iacentes inter Siluam dictam Zaczessye, et villam Zakrzowicz, qui agri pertinebant ad alterum dimidium laneos, quos predictus Johannes habet In villa Laznik, a quibus istos agros diuisit cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

372. Dyettrzich de Spranek Margaretham de Melicz vxorem suam legittimam facit veram et legittimam commissariam omnium suorum bonorum et puerorum.

373. Bartossius de Slezan Philippo de Paczlawicz et eius heredibus In villa Poczenicz Quinque laneos et duos medios laneos et vnam thabernam, Septem curticulas, duo quartalia, censuales, In illa parte ville, In qua est locata Ecclesia Sancti Petri, Item in Secunda parte ville predicte medium laneum et vnam curticulam, censuales cum Jurepatronatus Ecclesie Sancti Petri Ibidem cum hominibus censibus vtilitatibus fructibus prouentibus agris cultis et incultis ac alijs predictorum bonorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistant, seu quibuscumque nominibus nunccupantur cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, sibi et heredibus suis in eisdem bonis nichil Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

(F. XXXIII. v.) 374. Marcus Ciuis Olomucensis Raczkonem presbiterum Canonicum Olomucensem facit verum et legittimum comissarium illarum Octo marcarum grossorum Census annui, quas habet in villa Domamislicz et vxoris ipsius Marci et puerorum suorum.

375. Vlricus de Vdrlicz Johanni de Sowynecz Supremo Czudario Czude Olomuczensis et eius heredibus

1420. villam Wilhemow totam et integram cum Jurepatronatus Ecclesie Ibidem, Item In villa Paterzin Octauum dimidium laneos, vnam thabernam et vnam curticulam censualem, et cum predictarum villarum hominibus censibus fructibus vtilitatibus prouentibus agris cultis et incultis siluis pratis pascuis aquis fluminibus montibus vallibus venacionibus aucupacionibus metis limitibus granicijs et alijs predictis bonorum pertinencijs vniuersis cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis aut dominij reseruando vendidit hereditarie possidendum, Et si predictus Vlricus predicta bona In thabulis haberet, nullum robur obtinebit firmitatis.

376. Odpor.[1]) Wsseborius et Magister Jessco fratres germani de Dubczan faciunt odpor contra inthabulacionem, quam Vlricus de Vderlicz fecit Johanni de Sowynecz In bonis Wilhemow et Paterzin dicentes, se habere pigwius Jus Super Curia allodiali in Wilhemow et super vna marca grossorum census annui In villa Paterzim In hominibus censualibus, qui pronunc resident in Curia, cuius agri sunt venditi In Jus Emphiteoticum.

377. Johannes de Sowynecz Supremus Czudarius Olomucensis Agnesscze conthorali sue legittime In villa Pnyowicz Molendinum duos laneos, qui penes Dubrawam sunt locati, cum Siluis ad predictos laneos spectantibus et bona mobilia, quod wlgariter dicitur nadbitt, addit eidem Agnesscze conthorali sue ad predictum suum dotalicium, videlicet ad Quingentas Sexagenas grossorum, quas prius habet inthabulatas, Ita tamen dum ipsam Agnesskam superstitem esse contingeret, et heredes predicti Johannis sibi easdem Quingentas Sexagenas grossorum persoluerint, tunc ista bona debent cum priori Inthabulacione esse libera et soluta Sub Summa predicta.

378. Jessko de Liboswar Petro de Liboswar fratri suo germano et eius heredibus totam suam porcionem, quamcumque habuit, Jure hereditario dedit hereditarie possidendam et resignauit In villa et bonis Liboswar vel vbicumque.

379. Andreas dictus Badyura de Syrzawa Hercze vxori sue legittime In villa Przedmosti Super Curia Allodiali, quam a Mabka emit, viginti quinque marcas grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et assignat, transducendo eam de priori suo dotalicio, quod habuit Super Curia Alodiali In villa Wynary et eciam super bonis mobilibus, que dicuntur nadbitt, et in eo toto, quod vbicumque habet et Jessko de Penczicz frater Hercze hoc dotalicium suscepit.

(F. XXXIV. r.) 380. Andreas dictus Badyura de Syrzawa Paulo de Wynar et eius heredibus et Elsscze vxori eius legittime In villa Wynary Curiam Alodialem et duos ortos censuales et tria prata cum hominibus censualibus agris cultis et incultis pratis pascuis metis granicijs ac alijs Curie pertinencijs vniuersis cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendam, et si predicta bona In thabulis reperta fuerint, nullam roboris obtinebunt firmitatem.

381. Johannes Senior dictus Kropacz de Frankstatt Abrenuncciat omni Juri, quod sibi conpetebat racione porcionis In villa minori Pyencziczky. 1420.

382. Wyssko de Strzietess Sobiehrdo de Strzietess et eius heredibus In villa Vgezd prope Mohelnicz octo laneos et duas curticulas censuales et Judicium liberum cum hominibus censibus vtilitatibus fructibus proventibus agris cultis et Incultis cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi Juris proprietatis aut dominij nec heredibus suis reseruando, vendidit hereditarie possidendum, et si predicta bona in tabulis reperta fuerint, nullam roboris obtinebunt firmitatem.

383. Offka de Tupecz Barthononem maritum suum legittimum suscepit in veram vnionem bonorum suorum hereditariorum, que habet in villa Tupecz.

384. Odpor.[2]) Dorothea relicta olim Litoldi de Tupecz facit odpor contra Inthabulacionem, quam Offka de Tupecz fecit Barthononi dicens, se habere Jus ad heredi-tatem In villa Tupecz.

385. (Johannes de Sowynecz Supremus Czudarius Olomucensis Zdenconi de Niesscowicz In et super villa Wrzitow prope Vniczow tota et Integra decem marcas grossorum census annui dumptaxat nudi et deputati In Centum marcis grossorum In pignus veri dotalicij dat deputat et assignat possidendum, et si aliquid in predicta villa deficeret, hoc in villa Lhotha debet adimpleri ita, quod ipse decem marcas grossorum census annui plene debeat habere.)

386. (Zdenco de Nyesscowicz Anne vxori sue legittime In et Super villa Wrzitow prope Vniczow super hominibus censualibus ibidem decem marcas grossorum census annui dumptaxat nudi et deputati In Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat deputat et asignat, et si quid ibi deficeret, hoc in villa Lhota debet adimpleri, ita quod predicta Anna predictas decem marcas grossorum census annui debeat plene habere et integre, transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit In villis Poczenicz et Slezan, et Johannes de Sowinecz hoc suscepit dotalicium.)

(F. XXXIV. v.) 387. (Zdenco de Nyesscowicz Johannem dictum Huse de Chrumsin in veram suscepit vnionem omnium bonorum suorum vbilibet habitorum vel habendorum, sunt hereditaria vel dotalicij.)

388. Johannes dictus Skrzietek Magistrum Cunczonem, decretorum doctorem de Zwole, Awunculum suum, et Kunkam matrem suam In veram suscepit vnionem bonorum suorum videlicet villarum Postrzelmow Trpienowicz Wrahowicz et Drzowicz super eo toto, quod in villis predictis habet.

389. Johannes dictus Skrzietek de Trpienowicz Petrum de Czrthoryg In veram suscepit vnionem ville sue Czechuwky prope Kralicz Site.

390. Bohunca relicta olim Othanconis de Penczicz In veram suscepit vnionem Super omne Jus sui dotalicij, quod habet in Penczicz et vbicumque, quid habet omnes pueros suos vtriusque Sexus.

(Duo sequentia folia impaginata vacant.)

[1]) u. [2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

Czornsstaynskeho Knihy.[1]

1437. (F. I. v.) 1. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo septimo Sabbato proximo post Epiphaniam domini[2]) Celebratum est Colloquium Baronum Czude Olomucensis presidentibus Serenissimo principe et domino domino Alberto dei gracia Duce Austrie etc. Marchione Morauie, Wanikone de Bozkowicz Capitaneo Marchionatus Morauie, Johanne de Lichtenburg alias de Wethouia Camerario, Zbinkone de Dubrawicz Czudario, Johanne preposito Cremsirensi et canonico Brunensi prothonotario Supremis, Johanne de Lompnicz, Perchtoldo de Lippa alias de Tempelstein, Dobessio de Mezirzicz, Albertho de Lucaw, Georgio de Lucaw, Arklebo de Drahotuss, Johanne de Thowaczow, Georgio de Crawar alias de Straznicz, Petrus (sic) de Conicz, Benessio de Waldstein, Heniko de Waldstein, Johanne de Bozkowicz, Ozorone, Benessio de Bozkowicz, Paulo de Sowinecz, Cristoforo de Lichtenstein alias in Nicolspurg, et alijs quam pluribus Baronibus presentibus et Colloquium Celebrantibus.

2. Henricus Mirko de Chlum alias de Drazyeyowicz Procopium de Prssczicz suum Consobrinum, alias sestrzencze sweho, in veram suscipit vnionem illorum bonorum, que habet in villa Drazyewicz cum pertinencijs eiusdem.

3. Elsska relicta Andree de Pawlowicz Protywczonem Hermannum et Johannem fratres germanos filios de Pawlowicz super dotalicio suo, quod habet in villa Pawlowicz super tredecim laneis duodecim cum media marcis grossorum annui census in Centum vigintiquinque marcis grossorum in veram suscepit vnionem.

4. Gindrzich de Morkowicz alias de Trubek Stanislaum de Rzikowicz patruum suum super eo, quod habet in villis Trubka et Zdyslawicz et omnium bonorum, vbicumque habet et habebit, cum eorum pertinencijs suscipit in veram vnionem, et facit eum verum et legittimum Commissarium puerorum suorum et omnium bonorum suorum.

5. Raczko de Czetochowicz Margarethe Conthorali sue de Schellenberg in villa Czetechowicz ducentas cum Quinquaginta marcis grossorum in hominibus censibus agris cultis et incultis siluis et eius pertinencijs vniuersis Jure dotalicij pleno dat et assignat, et cum natbyt in Curia, et Jaroslaus de Schelenberg frater ipsius suscepit. 1437.

6. (Jodocus Hecht de Rossicz Johanni de Riczan dicto Koblih in villis Hrabowa et Wityessow super omnibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis siluis et alijs ipsorum pertinencijs vendidit Jure dotalicij in ducendis (sic) Sexagenis grossorum vendidit (sic) possidendas similiter et heredibus suis.)

7. Zichna z Zastrzihl relicta olim Herssonis de Bystrzicz Smilonem Arklebum fratres suos germanos de Nemoticz et Henricum filium suum de Arnoltowicz in dotalicium suum, quod habet in villa Dyetkowicz, in Centum marcis grossorum suscepit in veram vnionem.

8. Johannes de Lompnicz Erhardo de Cunstat alias de Lissecz omne Jus suum, quod habet a Serenissimo principe Alberto duce Austrie et Marchione Morauie post mortem domini Alssonis de Cunstat et domini Proczkonis de Lissecz super bonis Lissecz et eius pertinencijs vniuersis, dempto Reycze Petrowicz et Wawrzinczie, nichil sibi aut heredibus suis ibidem Juris aut proprietatis reseruando sibi predicto Erhardo et heredibus ipsius hereditarie dat et assignat possidendum.

9. (Erhardus de Cunstat alias de Lissecz Johanni de Lompnicz et ipsius heredibus omne Jus suum, quod habet domini Alssonis de Cunstat post mortem, super villas Raycze Petrowicze et Wawrzinczie cum vniuersis earundem pertinencijs, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis reseruando, dat et assignat hereditarie possidendum.)

10. Arklebus de Drahotuss Commissarius olim domini Alssonis de Cunstat ad prescriptas inmediate contra duas intabulaciones facit suum odpor asserens, se habere melius Jus Heniko de Waldstein ad prescriptas duas intabulaciones fecit suum odpor dicens, se habere melius Jus ex donacione Johannis Pusska de Cunstat alias de Othoslawicz.

[1]) *Dieser von einer viel späteren Hand geschriebene Titel des X. Olmützer Buches steht auf der äusseren Vorderseite des Umschlages oberhalb des in der Kunstbeilage dargestellten Wappens der Lichtenburge, und bedeutet so viel, als: „Bücher des Zornsteiners", das ist, Bücher Johanns von Lichtenburg anders von Vöttau und Zornstein, welchen letzteren Titel dieser Kämmerer der Olmützer Cuda in der Eingangsformel zu dem im Jahre 1448 um heil. drei Könige abgehaltenen Landrechte (n. 780) ausdrücklich führt.*

[2]) *d. i. den 12. Jänner.*

1437. (F. I. v.) 11. (Heniko de Waldstein alias de Zidlochowicz Benessio et Hasskoni de Waldstein fratribus germanis et eorum heredibus Castrum Goldstein cum Opido Goldenek et villis Habaticz, Hanussowicz, Crasticz, Bridowicz, Waltyericz, Sleglaw, Wikanticz cum foco, vbi vitra laborant, cum theoloneo siluis aquis aquarum decursibus agris cultis et incultis montibus pascuis montibus vallibus piscacionibus et alijs vniuersis pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio nichil sibi et suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit hereditarie possidendum, Ad relacionem seu ex commissione dominorum Petri de Conicz et Arklebi de Drahotuss.)

12. Katherina de Klobuk Dobessio de Nietkowicz dicto Sysel et suis heredibus tercium dimidium laneos cum agris pratis et alijs suis pertinencijs vniuersis suum dotalicium in Swatoboricz eo Jure dotalicij vendidit possidendum in Quinquaginta marcis grossorum.

13. (Katherina de Bukowicz pueris Borzuthe de Bystrzicz omne Jus dotalicij sui, quod habet in inferiori Curia in Poczenicz, cum suis pertinencijs in quinquaginta marcis grossorum eo Jure dat et assignat possidendum, nunccius ad intabulandum premissa dominus Arklebus de Drahotuss.)

14. (Henricus de Barzicz Borzuthe de Bystrzicz et eius heredibus dimidium nonum laneos cum quartali in Kowalowicz villa prope Czissczin sita dempto vno quartali de quo plebano XX^{ti} (sexagenas?) de Morkowicz censuant, sed Jus hereditatis in eodem quartali, Item ortum et curticulam ibidem cum omnibus pertinencijs, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendum Similiter et Anne vxori predicti Borzuthe.)

15. Johannes de Drzyenoweho Milotie de Morkowicz et suis heredibus villam Teteticze cum suis metis ab antiquo tentis siluis et alijs siluis dictis Medlowsky cum Censibus et suis vniuersis eiusdem ville pertinencijs, nichil sibi Juris aut heredibus suis seu proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

16. (Mycolaws z Domamyslicz Boruczie de Bystrzicz et suis heredibus Molendinum cum vno laneo in Kowalowicz penes Czyssczin cum suis pertinencijs vniuersis, nichil sibi Juris aut proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

17. Johanka z Lilcze Johannem de Opathowicz maritum suum, quidquid habet hereditatis in Dobramilicz cum omnibus pertinencijs suis, suscipit in veram vnionem.

18. Johannes de Opathowicz alias de Longauilla Jahankam de Lilcz vxorem suam super decem et septem marcis grossorum annui Census et eorum pertinencijs, quas habet racione dotalicij, prout emit, suscipit in veram vnionem in villa Dobromylicz.

19. Sibilla de Weletin Henricum de Morkowicz maritum suum ad dotalicium suum in villis Trubka et Dyetkowicz et ad omnia bona sua habitis et habendis (sic) vnacum pueris suis suscipit in veram vnionem.

20. Katherzina de Gwaticz Henricum de Budcze maritum suum ad dotalicium suum, quod habet in villa Kwaczicz, racione Centum cum quinquaginta marcis grossorum suscipit in veram vnionem. 1437.

(F. II. v.) 21. Anna z Czelczicz Johannem Hromada maritum suum et Martinum filium eius ad dotalicium suum, quod habet in villa Czelczicz, racione vigintiquinque marcarum grossorum in Curia et hominibus censualibus recipit in veram vnionem.

22. Proczko de Habrowan Johanni dicto Kuzel de Zerawicz et heredibus ipsius villam Vygezdecz cum agris cultis et incultis graniciebus et vniuersis pertinencijs cum pleno Jure et dominio, nichil sibi Ibidem aut heredibus suis Juris aut proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendam, prout ipse Proczko olim tenuit et possedit.

23. Proczko de Habrowan Johanni Kuzel de Zerawicz et ipsius heredibus decem marcas grossorum annui census in villa Wlkoss in Centum marcis grossorum cum omnibus pertinencijs in pignus veri dotalicij vendidit possidendum eo Jure, sicut predictus Proczkomet tenuit et possedit.

24. Czeniek z Bludowa alias de Budssowicz Johanni Kuzel de Zerawicz et ipsius heredibus villam Ninkowicze cum vineis et Curiam in Schonhoff de duabus araturis cum vniuersis pertinencijs pratis et duabus piscinis in Bohuczicz agris cultis et incultis siluis pratis pascuis aquis aquarum decursibus graniciebus cum pleno Jure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis ibidem reseruando, prout ipsemet ab antiquo tenuit et possedit, vendidit hereditarie possidendam.

25. Ad istas tres intabulaciones inmedietate suprascriptas videlicet Proczkonis et Czenikonis dominus Johannes Kuzel prescriptus habuit nunccios de mandato speciali domini Marchionis videlicet dominos Johannem de Lompnicz et Benessium de Waldstein pro eo, quod venditores bonorum predictorum vnacum fideiussoribus eorum, ante quam predicta bona intabularunt, defuncti sunt.

26. (Elsska de Rossczin Drslaum de Naklo maritum suum super bona sua hereditaria et in villa et in eorum pertinencijs in Rossczin et super Centum marcis grossorum, quas habet in villa Rowenske, iure dotalicij [1]) suscepit in veram vnionem et alijs omnibus bonis vbicumque habet.)

27. Arkleb cum Smilone fratribus (sic) de Kunkowicz cum Arklebo et Smilone fratribus de Nemoticz contra dotalicium in Rowenske dederunt suum odpor aserentes se melius Jus habere.

28. Margaretha de Zarussek Cristoforo de Oynicz alias de Zarussek Genero suo dotalicium suum, quod habuit super villa Zarussek in Nonaginta marcis grossorum eo Jure, prout ipsamet sola tenuit, cum omnibus pertinencijs vendidit possidendum.

29. Cristofforus de Oynicz alias de Zarussek Anne conthorali sue et Zoffcze filie ipsius vnum laneum in Kozissicz et secundum laneum in Zarussek in duabus marcis grossorum annui Census in hominibus, qui dictos laneos tenent, et cum eorum vniuersis pertinencijs et cum omni Jure et dominio, hereditarie intabulat et assignat possidendum.

[1]) *Die Worte „et super Centum — jure dotalicij“ sind durchstrichen und am linken Rande steht von einer andern Hand die Note: „Ista abolicio non preiudicat alijs intabulatis.“*

1437. 30. Borzutha de Bystrzicz Anna Conthorali sue in villa Kowalowicz cum omnibus pertinencijs, quidquid ibi habet, necnon in Molendino ibidem Jure dotalicij in Centum et XV marcis grossorum dat et assignat possidendum, Czenko de Wyczyemyerzicz suscepit illud dotalicium.

(F. II. v.) 31. Mixiko de Tuczap Agnezkam Conthoralem suam super eo toto, quid habet in villa Tuczep, cum eorum pertinencijs vniuersis suscipit in veram vnionem.

32. (Agnezka de Waldenstein Philippum de Krzyzankow maritum suum super dotalicio suo, quot habet in Pnyowicz, in quinque centenis marcis grossorum racione dotalicij sui, et in alio quantum eidem ibidem Jus competit, suscipit in veram vnionem.)

33. (Waczlaw de Zerawicz Procziwczonem, Hermannum et Johannem fratres germanos de Pawlowicz Item Andream, Wenceslaum et Johannem fratres germanos de Chwalkowicz super villis Prosenicze et Zerawicze cum eorum pertinencijs vniuersis suscipit in veram vnionem.)

34. Anna Zahorowicz Hanusse z Kliksa scilicet maritum suum super bonis suis hereditarijs, quot habet in villa Zahorowiczich, et eorum pertinencijs vniuersis recipit in veram vnionem.

35. (Perchta z Reichenberga alias de Chudyechrom Dorotheam filiam suam et pueros ipsius super bonis suis in villa Chrudyechrom et vbilibet habitis cum eorum pertinencijs vniuersis suscepit in veram vnionem.)

36. (Procopius de Domamyslicz Borutye de Bystrzicz et heredibus ipsius duas Curias in Jarohnyowicz cum araturis et silua, que est sita inter Drazieyowicz et prepositi Cremsirensis siluam, et cum alia silua, que adiacet inter Drazeyowicz et Jarohnyowicz alias Luh, Item siluam alias luh dictam Wrbowecz attingentem sub villa Ratay Item vnum Balneum duas thabernas vnam cum agris aliam cum Curticula, Item vnum quartale agri, quod colit Marzik, et medium laneum, quem colit Thomassek, cum ortis et Curticula in Drazeyowicz ac omnibus et vniuersis pertinencijs, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendum.) [1])

37. Anna de Schonwald relicta olim Bohussij de Schonwald Hinconem et Agnetem pueros domini Boczkonis de Cunstat alias de Luczek super decem marcis grossorum annui census, quem tenet in villa Zborowicz cum omnibus eorum pertinencijs suscipit in veram vnionem a relacione nucciorum (sic) domini Arkleby de Drahotus alio mortuo domino Gimramo de Dubrawicz.

38. (Gytka z Petrowicz Zawyssium de Martinicz maritum suum super Curia in Rostany et eius pertinencijs et villa Paczow, quidquid in eisdem bonis Juris et proprietatis ad eam pertinet, suscipit in veram vnionem, Nunccius eiusdem inthabulacionis dominus Arklebus de Drahotuss.)

39. Vrsula de Byelowicz Mathiam de Ratay maritum suum et Procopium filium eius super dotalicio suo, quod habet in villa Chomutowiczich, in altera dimidia Curia in vno Molendino et duabus Curticulis in siluis ac eorum vniuersis pertinencijs, prout actenus sola tenuit, 1437. in quinquaginta marcis grossorum recipit in veram vnionem, Ad quam quidem inthabulacionem dominus Arklebus de Drahotuss fuit deputatus nunccius specialis.

(F. III. r.) 40. Sczastna de Heruolticz Katherinam filiam suam conthoralem Andree de Scherkowicz ac pueros eius super Curia hereditaria in Heruolczicz et tribus laneis tribus curticulis et vna thaberna, et quidquid ad eandem (sic) bona ab antiquo pertinet, suscepit in veram vnionem, huius rei nunccius est vnus dominus Arklebus de Drahotuss et alter dominus Dobessius de Mezerziecz.

41. Jodocus de Poczenicz Zeifridum de Raczicz et eius heredes super IIII laneis et vna taberna in villa Poczenicz ac eorum pertinencijs suscipit in veram vnionem, huius rei nunccius est dominus Arklebus de Drahotuss.

42. Raczko de Zborowicz alias de Czetochowicz Smilonem et Arklebum fratres germanos de Zastrzihl alias de Nemoticz ad Bona sua hereditaria in Sobulka et in Czethochowicz villa et eorum pertinencijs vniuersis, prout ipsemet tenet, recipit in veram vnionem.

43. Milotha de Lesstne Weronikam Conthoralem suam ad omnia bona sua, vbicumque habet, recepit in veram vnionem ac eciam ad dotalicium suum Kwyenne Zastawye.

44. Weronika de Lesstne Milotam maritum suum ad omnia bona sua vbilibet habita suscipit in veram vnionem alias na spolek.

45. Johannes dictus Czech in Cancellaria domini Marchionis Morauie ad predictas duas inthabulaciones et signanter super bonis illis, de quibus habet patentes literas donacionis domini Marchionis, facit suum odpor.

46. Milotha de Lesstne et Weronika Conthoralis ipsius Paulum de Przne super eo toto, vbicumque habet in hereditatibus siue in dotalicio, in veram suscipiunt vnionem sub tali condicione, quod predictus Milotha et Veronica conthoralis ipsius donec superstites sunt omnia bona sua possideant, post mortem vero ipsorum super predicto Paulo et eius heredes deuoluantur.

47. Boczek de Wodyerad Arklebo de Zastrzihl et suis heredibus villam Gezow cum Curia allodiali Censibus vtilitatibus piscinis cum Berna Regali et Jurepatronatus ecclesie ibidem incluso ac suis metis et alijs vniuersis pertinencijs suis, in quibuscumque rebus consistant, pleno Jure et dominio, nichil ibi Sibi et heredibus suis Juris et proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

48. (Lewyko de Slezan Marthe Conthorali sue ibidem de Slezan in bonis suis, in quibus sibi Jus conpetit, Centum marcas grossorum dat et asignat in pignus veri dotalicij, Et Raczko de Czethochowicz suscepit illud dotalicium et dicit, esse suum bonum.)

49. Petrus dictus Brzyezek et Johannes dictus Wlassek fratres germani de Chuchelne Johanni de Ssissma et eius heredibus villam Bezuchow cum hominibus Censibus agris cultis et incultis vtilitatibus et prouentibus cum Robotis siluis pratis pascuis montibus et vallibus ac rubetis cum piscina aquarumque decursibus ac vni-

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand: „Ladislaw z Bozkowicz", unter welchem, als er Oberstlandkämmerer (1496 — 1506) war, die Löschung dieser Einlage wahrscheinlich stattfand.*

1437. uersis pertinencijs ab antiquo ad dictam villam spectantibus cum graniciebus pleno Jure et dominio, quemadmodum eadem bona soli tenuerunt, nichil sibi et heredibus eorum Juris aut proprietatis reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.

(F. III. v.) 50. (Waczlaw de Zerawicz Barssowy z Czihowicz patruo suo Curiam in Sedlcz et mediam villam in Lhota supra Zerawicz sitam cum eorum pertinencijs recipit in veram vnionem.)

51. (Oness z Kunkowicz Smila a Arkleba Zastrzishl alias de Nemoticz ad omnem hereditatem bonorum suorum, quot habet in Kunkowicz, in Nyetkowicz et in Chwalnow, et eorum pertinencijs vniuersis suscipit in veram vnionem similiter eciam ad dotalicium, huius intabulacionis fuit nuccius (sic) dominus Arklebus de Drahotuss, Arklebus et Smilo de Kunkowicz dederunt suum odpor dicentes, melius Jus habere.)

52. Johannes Hasstal de Myenynek Johanni dicto Chudobin de Barzicz eius heredibus Margarethe Conthorali ipsius villam Myenynek cum Curia Allodiali censibus agris cultis et incultis pascuis venacionibus aquis littoribus robotis et alijs pertinencijs vniuersis cum pleno Jure et dominio, prout ipse solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut proprietatis ibidem reseruando, Et signanter cum prato, quod a Wilhelmo de Sobaczow ademerat, quod adiacet ville Mladsse vendidit hereditarie possidendum Et renuncciat omni Juri si hec bona alicubi in tabulis inuenirentur, debent deleri.

53. (Margaretha olim Benessonis de z Lasskow Petro[1]) de Przestawlk et eius heredibus Sex marcas annui Census in villa Smrzicz in hominibus in Sexaginta marcis grossorum, quod Jure veri dotalicij tenuit et possedit, nichil sibi Ibidem Juris aut proprietatis reseruando, eo Jure dotalicij vendidit possidendas.)

54. (Anna olim relicta Bohussij de Schonwald Dorotheam de Mostecznehо seruam suam in villis Rohla et Studenek super V marcis grossorum annui census recepit in veram vnionem, nunccius inthabulacionis fuit dominus Arklebus de Drahotuss.)

55. (Henik de Waldstein alias de Zidlochowicz Wockoni de Holstein et eius heredibus villas Czyesszin, Dobrochow, Wranowicze, Sluzin, vnum laneum in Wiczow cum omnibus et vniuersis suis pertinencijs et graniciebus earundem, nichil sibi aut heredibus suis ibidem Juris et proprietatis reseruando, in Mille marcis grossorum in pignus veri dotalicij, prout ipsemet tenuit, eo Jure dat et inpignorat possidendum.)

56. (Wissko de Strzyetecz Wenceslao de Zerawicz Martinakoni de Prus V laneos et vnam curticulam et Stagnum quoddam cum omnibus pertinencijs eorundem, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus Juris et proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum in villa Sussicz.)

57. (Anna de Zarussek Cristoforum de Oynicz alias de Zarussek maritum suum super bonis hereditarijs, que habet in Zarussek et in Kozissicz, quantumque ibidem habuerat, in veram suscepit vnionem.)

58. Dominus Petrus decanus et Capitulum ecclesie Olomucensis faciunt odpor contra Wysskonem de Strzyetez, qui Wenceslao Czychowcze in villa Sussicz quedam bona intabulauit asserentes, se melius in thabulis terre habere ad eadem bona. 1437.

(F. IV. r.) 59. Cristoforus de Onicz Anne Conthorali sue in octo Curticulis et in duabus Curijs in Zarussek in piscinis et in siluis ad hoc pertinentibus et in Kozissicz in dimidio tercio laneo in vna Curticula et in medio Molendino in Sexaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat possidendum.

60. Dorothea de Dobrewodi olim relicta Domanonis de Kokor Slawkonem de Dobreywody fratrem suum, Katherinam de Czihowicz olim relictam Mikulawssonis, Opat Sororem suam, quidquid habet in Kokor, in Mezyczich et in Patherzynie hereditatis sue ad Curiam in Kokor cum hominibus censuantibus et Jurepatronatus ecclesie ibidem cum siluis pratis et vniuersis pertinencijs eorundem cum pleno Jure, et nichil sibi prorsus Juris aut proprietatis ibidem reseruando, prout sola tenuit, in veram suscepit vnionem.

61. (Johannes de Czimburg alias de Thowaczow Zoffkam de Cunstat alias de Skal conthoralem suam In et super villis Trubky Czlunek et siluis et vniuersis pertinencijs ad easdem villas spectantibus in Quingentis marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quot habuit in villis Brzeznik, Byskupicz et Olbramicze, quod dotalicium dominus Georgius de Lucaw suscepit dicens, esse suum bonum.)

62. Johannes de Czimburg alias de Thowaczow Zoffkam de Cunstat alias de Skal conthoralem suam de villis et bonis suis hereditarijs videlicet Brzeznik, Byskupicze et Olbramicze, quas ipsa actenus ad hereditatem tenuit et possedit, Transducit eam ad villas suas hereditarias, videlicet in Trubka et in Czlunek, cum siluis et vniuersis eorundem pertinencijs in Quingentis marcis grossorum hereditarie possidendum, quam quidem transduccionem dominus Georgius de Lucaw[2]) suscepit, esse bonum suum.

63. (Georgius de Sternberg alias de Lucaw Hanzlikoni et Georgio, fratribus Plewlonis, Ciuibus de Rediss, et eorum heredibus in villa Brzezolupy dimidium sextum laneos censuantes tres thabernas cum Jure emphiteotico duas thabernas, quas homines sub censu tenent cum hominibus agris cultis et incultis censibus et proventibus vniuersis in pratis pascuis siluis riuis aquis et vniuersis pertinencijs ad dictos laneos ad thabernas seu ad eadem bona ab antiquo spectantibus, eo Jure prout ipsemet eadem bona tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendum, Et si alicubi eadem bona fuissent inthabulata alteri, debent deleri et dicit, esse irrita et annulata.)

64. Arklebus de Drahotuss et Georgius de Crawar alias de Plumnaw Recognouerunt, se esse Nunccios auctoritate domini Regis Sigismundi et domini Alberti Marchionis Morauie ad instanciam domine Elsscze dicte Kumburska Sororis domini Mixonis de Othoslawicz defuncte, quod dominum Boczkonem amicum suum

[1]) *Der im Orig. vorstehende Name „Johanni“ ist durchstrichen.*

[2]) *Diese zwei von derselben Hand geschriebenen Worte stehen oberhalb der Zeile.*

1437. super omne Jus suum, quod habuit super bonis Othoslawicz suscepit in veram vnionem, quam quidem vnionem predicti Nunccij de speciali mandato predicti domini Marchionis effectualiter et ex nunc predicto domino Boczkoni nomine Elsscze predicte amite sue intabulant.

65. Gytka de Petrowicz Zawissium de Martinicz maritum suum, quidquid habet Juris in villa Paczow, suscepit in veram vnionem, Nunccius eiusdem inthabulacionis fuit dominus Arklebus de Drahotus, ad predictam vnionem eciam suscepit heredes ipsius Zawyssij.

(F. IV. v.) 66. (Anna de Morkowicz olim relicta Wenceslay de Morkowicz Milotham de Morkowicz filium suum cum pueris suis super dotalicio suo, quod habet in media villa Morkowicz opido, quod eam (sic) est deuolutum post maritum suum et ad bona hereditaria sua in villis Coliczin Brzestkem et Brzestek cum eorum omnibus pertinencijs agris cultis et incultis riuulis montibus agris siluis ad communitatem pertinentibus in veram suscipit vnionem.)

67. Dobessius de Mezerziecz, Benessius de Waldstein, Nunccij speciales Serenissimi principis domini Marchionis Morauie Alberti mandantis per eos ad inthabulandum Seborio de Dubczan et ipsius heredibus Curiam ante ciuitatem Vniczow situatam, quam quidem Curiam predicto Seborio eiusque heredibus Serenissimus princeps Sigismundus tunc Romanorum et Boemie Rex ac Marchio Morauie per suas patentes literas donauit predictorumque principum nunccij supradicti prefatam Curiam predicto Seborio et suis heredibus auctoritate ex nunc inthabularunt.

68. Seborius de Dubczan Johannem filium Johannis de Schonwald super Curiam sitam ante Vniczow, quam habet in medietate sibi intabulatam cum ipsius pertinencijs suscepit in veram vnionem.

69. Clara de Ssczitowicz Petrum de Przestawlk et Annam Sororem suam de Przestawlk super tria quartalia agrorum in villa Wrbatky et in villa Ssczytowicz, quidquid ibi habet Jure dotalicij cum pratis et aquis et vniuersis alijs pertinencijs eo Jure, prout sola tenuit, suscipit in veram vnionem.

70. Anna relicta Czenkonis de Tuczin Drzlaum de Naklo filium suum omnium bonorum suorum vbicumque habet Jure dotalicij in veram suscepit vnionem, cuius nunccij ad thabulas fuerunt domini Stiborius de Czimburg alias de Krzidlo et Georgius de Sternberg alias de Lucaw Anno domini M°CCCC°XXII°.

71. (Johannes dictus Draho de Senicz Hanusskoni Ciui de Luthouia Margarethe conthorali ipsius et eius heredibus Curiam in Senicz magno in platea dicta Luczanska sitam cum agris cultis et incultis pratis ac vniuersis pertinencijs eiusdem, nichil sibi prorsus aut Sororibus suis ac heredibus inibi Juris aut proprietatis reseruando eo Jure, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.)

72. Anna de Przestawlk Marquarto de Gyezwecz in villa Myesseczney Lhotie quartum dimidium quartale agrorum cum Molendino agris cultis et incultis riuulis et alijs suis pertinencijs vniuersis, que ab antiquo tenta fuerunt eo Jure, prout ipsa tenuit, nichil sibi in eisdem Juris aut proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

73. (Arklebus et Smilo fratres germani de Kunkowicz heredibus et filijs Johannis dicti Pardus de Zeranowicz septimum dimidium laneos Curticulam cum agris et aliam curticulam demptis agris cum hominibus censuantibus in villa Mossczenicz cum agris cultis et incultis aquis aquarum decursibus montibus vallibus pascuis communibus et graniciebus et suis vniuersis pertinencijs ab antiquo ad hec bona spectantibus pleno Jure et dominio, nichil sibi Juris nobis aut proprietatis ibidem reseruantes, excepto dumtaxat in Morawan medio laneo et siluis, que prius ab illis bonis Protywczoni vendidimus, predicta omnia vt prefertur, vendidimus hereditarie possidendum.) 1437.

(F. V. r.) 74. Katherina Relicta Wenceslai de Vdrlicz omnes pueros suos, quos habuit cum eodem, super Jus et bonis dotalicij sui, quod habet in villa Vgyezd, In et Super Curia allodiali et quintadimidia marca grossorum annui census in hominibus censualibus ibidem ac eorum pertinencijs vniuersis in Nonaginta marcis grossorum in veram suscepit vnionem.

75. (Georgius de Cunstat alias de Podyebrad Johanni de Czimburg alias de Thowaczow Johannem dictum Zagymacz de Cunstat alias de Gyewissowicz super Bonis Trebouia et Castro Buzow cum omnibus eorum et singulis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, quod pertinet ad Czudam Olomucensem, suscepit in veram vnionem.)

76. Serenissimus princeps dominus Albertus Marchio Morauie dedit suum Consensum et assensum ad hoc, quod Zicho de Wolfperk habeat veram vnionem cum orphanis Jacubkonis dicti Sskrzet de Buchlowicz vsque ad annos discrecionis eorundem omnium bonorum ad predictos orphanos spectancium, ad hoc speciales nunccij ex parte domini Marchionis sunt deputati videlicet domini Jodocus de Rossicz et Georgius de Crawar alias de Straznicz.

77. Johannes de Czimburg alias de Thowaczow, Zoffka de Cunstat Conthoralis mea legittima, Martino et Alssoni fratribus germanis de Drahanowicz eorum heredibus Bona nostra hereditaria montem, vbi quondam fuit fortalicium, villas Byskupicze, Brzezniku cum Curia in Byskupicz cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis abietinis et quercinis montibus vallibus rubetis piscinis aquis fluentibus riuulis molendinis cum Jurepatronatus ecclesie incluso in Byskupicz cum hominibus censibus robotis et cum omnibus eorum pertinencijs vniuersis eo Jure, prout ipsimet tenuerunt et possederunt, cum pleno Jure et dominio, nichil Juris aut proprietatis nobis et heredibus nostris ibidem reseruantes, vendidimus hereditarie possidendum, Et si quid inueniretur in tabulis uel alicubi de predictis bonis fuisset intabulatum, illa omnia cassamus et annullamus per presentes.

78. Johannes de Czimburg alias de Thowaczow, Petrus de Conicz, Johannes et Myroslaus fratres germani de Sehradicz, Wocko de Sowynecz, Johannes de Menssenpek alias de Helfenstein veri et legittimi disbrigatores pro domino Stiborio de Tyczin nuper defuncto nomine ipsius Bona infrascripta ad Castrum Krzidlo pertinencia videlicet villas Brusne cum Curia allodiali et Molendino, Item villam Chomyz cum Molendino, Item villam Chlumeczne cum omnibus pertinencijs earundem siluis montibus cum hominibus Censibus agris cultis et incultis

1437. laneis curticulis robottis et prouentibus vniuersis aquis aquarum decursibus pratis pascuis lucis et Rubetis graniciebus, quemadmodum predicte ville sunt ab alijs distincte, prout predictus dominus Stiborius olim tenuit et possedit, nichil in predictis villis sibi domino Stiborio aut eius heredibus Juris aut proprietatis seu dominij reseruantes, cum pleno Jure et dominio Herbordo et Leonardo fratribus germanis de Borzitow alias de Poczenicz et eorum heredibus vendidimus hereditarie possidendum.

79. Heniko de Waldstein Johannes dictus Balssan de Czimburg de voluntate et consensu Serenissimi principis domini Alberti Marchionis Morauie fuerunt nunccij, Quod Zeifridus de Wezek Johannem dictum Swoch de Miloticz super omnibus, que habet in tabulis terre, cum omnibus eorum pertinencijs suscepit ad veram vnionem vnacum heredibus suis.

80. (Czenko de Budczowicz facit suos veros et legittimos Commissarios omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et puerorum suorum Nobilem Petrum de Conicz Johannem Kuzel de Zerawicz ita, quot fideliter agant cum pueris eiusdem, huius Commissionis nunccij speciales sunt et fuerunt Waniko Senior de Czrnahora et Dobessius de Mezerziecz.)

(F. V. v.) 81. Andreas de Czissczicz Paulikoni de Przne et eius heredibus villam Przluk cum Curia Allodiali ibidem cum hominibus agris cultis et incultis pratis siluis pascuis aquis et fluminibus et cum vno littore Beczwe cum piscinis molendino, Item cum alio medio molendino sub villa Yessnicze et cum alijs vniuersis pertinencijs prouentibus et graniciebus cum pleno Jure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

82. Pauliko de Przne Milotham de Lesstne super eo toto, quod habet in Przluk villa, cum pleno Jure et dominio suscepit in veram vnionem.

83. Arklebus de Drahotuss et Sbinko de Dubrawicz veri disbrigatores pro domino olim Johanne de Bozkowicz alias de Brandiss pro Bonis Czebranicz dicta Bona videlicet Municionem Czebranicz tres partes ville Czebranicz tres partes cum tribus partibus Jurepatronatus ecclesie ibidem in Czebranicz cum Curia de duabus araturis ibidem et tribus partibus pomerij, Item ville Vgyezd terciam partem, Item ville Habrowie tres partes, Item in villis Sassma et Wodierad quantum Juris ibidem habuit predictus dominus Johannes Brandis cum hominibus censibus laneis agris cultis et incultis pratis pascuis piscinis fluminibus Riuulis cum siluis rubetis montibus vallibus et graniciebus, quemadmodum dicta Bona ab alijs Bonis sunt abantiquo circumferencialiter distincta, cum eorum omnibus pertinencijs et prouentibus vniuersis eo Jure et dominio, prout predictus dominus Johannes Brandis olim dicta bona tenuit, nichil sibi aut heredibus ipsius Juris aut proprietatis ibidem reseruando, heredibus quondam domini Wanikonis Senioris de Bozkowicz alias de Czrnahora vendidimus nomine ipsius domini Johannis Brandis hereditarie possidendum.[1])

84. Dobessius de Mezerziecz alias de Czimburg et Johannes de Bozkowicz alias de Luca ac Johannes Bukowecz disbrigatores et fideiussores pro domino Johanne de Bozkowicz alias de Brandis pro Bonis in Chornicze et in Dorflik, quantum ibidem habuit, videlicet viginti marcas grossorum census annui ibidem in Chornicz et in Derflik cum omnibus pertinencijs eorumdem cum pleno Jure et dominio, nichil predicto domino Johanni Brandis aut eius heredibus Juris aut proprietatis ibidem reseruando, nobili domino Benessio de Bozkowicz et eius heredibus nomine predicti domini Johannis Brandis vendidimus hereditarie possidendum. 1437.

85. (Benessius de Bozkowicz et Waniko de Bozkowicz fratres germani Martino et Alssoni fratribus de Drahanowicz et eorum heredibus Curiam in Poddole, in qua quondam resedit Tlama, et post ipsum Alsso, de qua duas Sexagenas grossorum censuat cum omnibus pertinencijs ad eandem, quemadmodum dicta Curia in suis terminis et graniciebus ab antiquo est exposita, in quibuscumque rebus consistant, nichil ipsis aut heredibus eorum Juris aut proprietatis ibidem reseruantes, vendidimus hereditarie possidendum, Sicubi autem dicta Curia prius in tabulis inueniretur, vollumus nullius esse roboris et firmitatis.)

86. Benessius et Waniko fratres germani de Bozkowicz Johanni de Drnowicz filio Bohussij et eius heredibus omne Jus, quod habemus in villa Drnowicz prope Lissicz, quantumcumque sit parum uel multum, cum hominibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis montibus vallibus siluis et rubetis cum Molendino sub eadem villa et cum alijs vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil nobis aut heredibus nostris Juris aut proprietatis ibidem reseruantes, prout ea bona ipsimet tenuerunt vendiderunt hereditarie possidendum.

(F. VI. r.) 87. (Smilo Arklebus et Johannes fratres de Zastrzihl alias de Nemoticz Arklebo de Wlcznow et Johanni dicto Buryan filio ipsius et heredibus eorum villam Nyemczie cum censibus et prouentibus ac pertinencijs vniuersis et graniciebus, prout dicta villa ab alijs bonis ab antiquo est distincta eo Jure prout soli tenuerunt, nichil ipsis aut heredibus eorum Juris aut proprietatis ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.)

88. (Waniko et Benessius fratres germani de Bozkowicz Georgio et Johanni fratribus de Hostyehradek et eorum heredibus Curiam in Borzitow sitam prope ecclesiam cum eiusdem pertinencijs vniuersis agris cultis et incultis pratis siluis et rubetis dempto monte dicto Dubowe prope Wyetrnicz cum hominibus censibus ad curiam eandem pertinentibus, Item in Wodieradek dimidium quintum laneum et thabernam, Item in Nyerow dimidium octauum laneum cum hominibus et pertinencijs eorundem et vnum quartale, de quo tantummodo quinque grossos ipsis censuare debet et nichil plus, hec omnia predicta ista predicta bona a se ipsis et ab heredibus eorum et a pueris quondam domini Vlrici patrui eorum in ducentis Sexagenis grossorum in pignus veri dotalicij inpignorant et assignant.)[2])

[1]) *Am rechten Rande steht von derselben Hand die Note: „Ista correccio non viciat", da die Ausdrücke „tres partes" und „tribus partibus" durchgehends auf einer radirten Stelle geschrieben sind.*

[2]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von einer anderen Hand: „Ista abolicio non preiudicat intabulatis."*

1437. 89. (Gindrzich z Radowyessicz Mixoni de Byelkow fratribus et heredibus eorum Curiam in Chwalkowicz cum vno laneo agrorum ad eandem spectante cum luco aquis et graniciebus cum pleno Jure et dominio et eius pertinencijs, prout ipse tenuit, nichil sibi aut heredibus eius Juris aut proprietatis in eadem reseruantes (sic) vendidit hereditarie possidendam, Et alicubi inueniretur prius inthabulatum, illa omnia cassat et annulant (sic).

90. Zawisse de Slawikowicz et de Martynicz Georgio dicto Romanek de Czech Curiam in Rostany cum omnibus eorum pertinencijs cum Curia deserta in Czihlowske agris cultis et incultis eo Jure, prout ipsemet tenuit, nichil sibi Juris aut proprietatis aut dominij ibidem reseruando, hereditarie vendidit possidendam.

91. Johannes de Wockow dictus Kaderzawecz Wachoni et Conthorali ipsius Dorothee et eorum heredibus in villa Poddole vnum laneum cum omnibus eius pertinencijs, nichil in eodem laneo sibi aut heredibus ipsius Juris aut proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

92. (Wenceslaus Rus de Doloplas Frainko de Hartmanow et Petrziko de Naklo, fideiussores quondam Frankonis de Skrben, Margarethe de Duban et Johanni dicto Sirotek marito ipsius ac heredibus eorum porcionem illam omnem in Skrbenye illorum bonorum, que concernebant predictum Frankonem de Skrben per diuisionem fratrum eius post mortem patris eorumdem cum pleno Jure et dominio, quemadmodum idem Franko solus ibidem tenuit, intabulauerunt hereditarie possidendum in altero dimidio Centenario marcarum grossorum, quam quidem inthabulacionem Alsso filius predicte Margarethe suscepit ad veram hereditatem.)

(F. VI. v.) 93. Arnestus de Malkow Johanni Kuzel de Zerawicz alias de Gwassicz et eius heredibus Municionem cum Curia in villa Czessnowicz cum duobus reseruaculis alias halterzy dictis Kuchinky cum medio Jure Jurispatronatus ecclesie ibidem, Item IIII laneos vnam thabernam quinque curticulas cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis aquis et pomerio, vbi quondam fuit hinnullarium, cum Censibus et robotis aç alijs prouentibus vniuersis montibus vallibus limitibus et metis et alijs eorum pertinencijs vniuersis, et in villa Kotoged tercium dimidium laneum vnam thabernam et tres curticulas cum pratis eo Jure, prout solus tenuit, nichil ibidem Juris sibi aut proprietatis seu heredibus suis reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

94. (Johannes dictus Kuzel de Zerawicz alias de Qwassicz Georgio dicto Raczek de Mrdicz et heredibus eius Opidum Arklebow cum Municione et Curia ibidem cum hominibus censibus agris cultis et incultis siluis vineis pascuis aquis aquarumue decursibus cum piscina iuxta Opidum predictum et cum duabus piscinis iuxta Bohuticz versus Ninkowicz cum metis et graniciebus ac vniuersis pertinencijs, sicut ab antiquo ad predicta bona pertinebant eo Jure, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis seu dominij ibidem reseruantes vendidit hereditarie possidendum, Et si alicubi in tabulis inueniretur, debet deleri.)

95. Petrus de Conicz residens in Zdanicz Johanni Kuzel de Zerawicz alias Gwassicz et eius heredibus dimidium decimum laneos in Zalenicz censuantes et vnam curticulam desertam, Item molendinum et piscinam ibidem, 1437. cum hominibus censibus agris cultis et incultis et prouentibus alijs pascuis aquarum decursibus et cum vniuersis pertinencijs metis et graniciebus, sicut illa bona antiquitus ab alijs bonis sunt in terminis suis distincta, eo Jure prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis seu dominij ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum, Et si alicubi in tabulis inueniretur, debet deleri.

96. (Johannes Kuzel de Zerawicz alias de Qwassicz Marquardo de Malenowicz et eius heredibus villam Ratysskowicze cum agris cultis et incultis rubetis pascuis aquis aquarumve decursibus et vniuersis pertinencijs ad eandem metis et graniciebus, quemadmodum illa villa ab antiquo ab alijs est distincta, prout solus tenuit nichil sibi aut heredibus suis ibidem Juris aut proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

97. Marquardus de Malenowicz alias de Podhradie Bona sua in Podhradie videlicet Municionem et villam Podhradie Item villas Ohorzelicze Oldrzichowicze Peynkow Komarow et villam desertam Swoyssicze cum hominibus censibus prouentibus robottis et Jurepatronatus ecclesie ibidem in Podhradye, cum Curijs allodialibus agris cultis et incultis pratis pascuis montibus vallibus rubetis et siluis ac nemoribus piscinis aquis et riuulis cum Molendino et vniuersis suis pertinencijs ad dictam Municionem et ad dictas villas spectantibus cum metis et graniciebus, quemadmodum dicta bona cum villis predictis sunt ab alijs bonis antiquitus distincta, eo Jure prout solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus ibidem Juris proprietatis aut dominij reseruando, Gyndrzichoni dicto Huse de Crumsyn et eius heredibus vendidit hereditarie possidendum.

(F. VII. r.) 98. Georgius de Sternberg alias de Lucaw Petrus de Conicz Johannes et Miroslaus de Czimburg fratres germani de Sehradicz, Johannes Messenpek alias de Helfenstein et Raczko de Wisskow alias de Morzicz veri fideiussores et disbrigatores olim domini Stiborij de Czimburg alias de Tyczin Bona et villas infrascriptas videlicet Wernyerzowicze, Morzkow, Hodslawicze, Rohlina, Bludowicze Zilinu et Zibotycze, cum Jurepatronatus ecclesiarum in bonis predictis cum omnibus et singulis dictorum bonorum et villarum pertinencijs, nichil ibidem predicto domino Stiborio ac heredibus suis Juris seu proprietatis reseruantes nomine predicti domini Stiborij Wilhelmo dicto Puklicze de Possoricz et eius heredibus vendiderunt hereditarie possidendum.

99. (Georgius dictus Raczek de Arklebow Margarethe conthorali sue in Opido Arklebow Centum cum vigintiquinque marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat tali condicione, si eam superstitem esse contingerit, quot a predictis bonis non debet ammoueri, donec statum viduitatis non inmutaret, Quod dotalicium Johannes Kuzel de Zerawicz alias de Qwassicz suscepit, Si autem statum viduitatis mutauerit ex tunc debent sibi prius predicte Centum vigintiquinque marce grossorum racione dotalicij persolui.)

100. Georgius dictus Raczek de Arklebow Johannem dictum Raczek de Damborzicz fratrem suum germanum

1437. ad omnium suorum bonorum vbilibet habitorum sub Czuda Olomucensi spectancium veram suscepit vnionem.

101. Gindrzich Husse de Crumssin Johannem et Nicolaum fratres de Hostyeradek patruos suos super bona sua hereditaria in Podhradie et eius pertinencijs vniuersis in veram suscepit vnionem.

102. Wenceslaus Rus de Doloplas et Johannes de Doloplas Mladotoni de Prussynowicz et eius heredibus villam Trssicze cum propugnaculo et Curijs agris cultis et incultis pratis siluis piscinis cum Jurepatronatus ecclesie ibidem cum vniuersis pertinencijs cum quibuscumque nominibus nominantur eo Jure, prout ipsi tenuerunt, nichil prorsus ibidem Sibi ipsis aut heredibus eorum Juris proprietatis seu dominij reseruantes vendiderunt hereditarie possidendum.

103. Johannes Mukars de Paulowicz Dywam de Czekynye patruum suum ad omnium bonorum suorum vbicumque habitorum uel habendorum veram suscepit vnionem.

104. (Dywa de Czekynie Elsscze Conthorali sue de Przestawlk vigintiquinque marcas grossorum annui census in villa Libenicz in Curia in villa dicta Wynari et in medio laneo ibidem in Molendino iuxta Penczicz sub monte et in medio laneo Item in Lhota dicta Zabssczina in tribus laneis minus vno quartali, Item in Molendino Pohledskem in predictis omnibus bonis in ducentis quinquaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat possidendum, Quod dotalicium Hinko de Rokytnicz suscepit.)

105. Dorothea de Rokytnicz Elsskam filiam suam et Dywonem de Czekynie filium ipsius et nepotem suum super decem Sexagenis grossorum annui census, quas habet in villa Przestawlk racione dotalicij in Centum Sexagenis grossorum suscepit in veram vnionem.

(F. VII. v.) 106. Dywa de Czekynye Johannem dictum Mukarz de Pawlowicz Johannem dictum Dywa[1]) de Ssisma et Elskam conthoralem suam, si et in quantum fuerit superstes et statum suum viduitatis non mutaret, omnium bonorum suorum et puerorum suorum veros et legittimos facit et constituit Commissarios.

107. Anna olim conthoralis Gyndrzichonis de Hoberg Johanni de Hoberg et eius heredibus dotalicium suum, quod habet in villa Poddole in Septuagintaquinque Sexagenis grossorum eo Jure vendidit possidendum, et si alicubi in tabulis inveniretur, nullius dicit esse firmitatis aut roboris.

108. Jessko de Lhoti Anne vxori sue in bonis suis in Lhota in Municione in Curia in piscinis hominibus censualibus agris ac vniuersis pertinencijs eiusdem ville et in mobilibus rebus alias nadbit, Item in villa Strzmenyn integra cum suis pertinencijs in CLX Sexagenis grossorum racione veri dotalicij dat et deputat transducendo ipsam Annam de priori dotalicio suo, quod habuit in Poddole ad bona predicta, de quibus bonis wlt quod non moueatur absque sua voluntate donec vixerit in humanis, Quod dotalicium Johannes de Hoberg suscepit.

109. Jan de Bystrzicz dictus Tlaczyswiet Jesskoni de Lhota Jus suum dotalicij, quod habet in villa Paterzin eo Jure, prout solus tenuit, et in villa Lhota in medio laneo, nichil sibi aut heredibus suis reseruando, vendit et inpignorat possidendum. 1437.

110. Elsska de Lhota conthoralis olim Sobyehrdonis de Strzyetez Wysskony de Strzyetez et eius heredibus Jus dotalicij sui, quod habet in Curia in villa parua Slatinka in duobus ortis et in curticula vna et taberna ac vniuersis pertinencijs Curie eiusdem eo Jure, prout sola tenuit, in XL marcis grossorum vendit et inpignorat possidendum, Et si alicubi inueniretur in tabulis dicit, esse nullius roboris et firmitatis.[2])

111. Petrus de Conicz Zdenkoni et Andree fratribus de Przestawlk et eorum heredibus in villa Sczitowicz III laneos minus vno quartali vnam praytam cum orto ibidem et in villa Wrbatky tres laneos cum pratis pascuis aquis et graniciebus, prout eadem bona solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum et Johannes Zubko de Zdyeczin, qui habet Jus ad vnum laneum in Vrbatka inter laneos predictos hereditatis stans personaliter ibidem renuncciauit omni Juri suo, quod habuit ad laneum predictum.

112. (Georgius de Sternberg alias de Lucaw, Georgius de Crawar alias de Plumpnaw et Johannes de Czimburg alias de Thowaczow fideiussores veri et disbrigatores olim Nobilis domini Johannis de Crawar alias de Tyczin nomine ipsius villam Barthossowicze cum agris censibus et vtilitatibus robotis rubetis pratis pascuis excluso Jurepatronatus ibidem cum omni Jure et vniuersis pertinencijs ibidem, prout dictus dominus Johannes tenuit, nichil sibi Juris aut proprietatis ibidem reseruando, Drslao de Ochab et eius heredibus vendiderunt hereditarie possidendum ac Barbore de Rohow conthorali eiusdem.)

(F. VIII. r.) 113. (Machna de Bohuslawicz Zdenam matrem ipsius super bonis Bohuslawicze et in Polom, quot habet uel alias in alijs bonis vbilibet habendis recipit in veram vnionem, huius intabulacionis fuerunt nunccij domini Gimramus de Dubrawicz et Herhardus de Cunstat alias de Lyssecz.)

114. (Katherina de Tupanow Hanussium de Wassaticz maritum suum in Bohuslawicz villa et in Polomye super omne Jus suum, quod post mortem matris sue Zdenye ad eam deuolutum esse dinoscitur in eisdem villis ad veram suscepit vnionem de consensu speciali domini Marchionis Alberti, Cuius nunccij sunt domini ab eo deputati Johannes de Lichtenburg et Heniko de Waldstein.)

115. (Dyetrzich de Byelowicz Zawissio Katherine et Margarethe pueris olim Johannis de Zabowrzesk, quos habuit cum Zdena conthorali sua omne Jus hereditatis, quod habuit in Rakowe cum suis omnibus pertinencijs eo Jure, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis seu dominij ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

116. (Johannes de Czimburg alias de Thowaczow Henikony de Waldstein alias de Zidlochowicz Castrum Drahotuss cum bonis infrascriptis et villis videlicet Podhorzie cum Molendino Vhrzinow Klokoczie cum

[1]) *Das im Orig. vorstehende Wort „Ssisma“ ist durchstrichen.*

[2]) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht „Johannes de Czimburg alias de Thowaczow“, was aber durchstrichen ist.*

1437. curia[1]) Strzedulesy, Radykow, Mikulowka cum molendino, Habruowka, Bohuslawky, in Milenow septimum dimidium laneos cum medio quartali et VI curticulis, et in Opido Drahotus dimidium decimum laneos et dimidium septimum ortos XIV tabernas Curiam ibidem cum Robotis, quantum spectat ad homines in Drahotuss molendinum cum agris cultis et incultis siluis pratis fluminibus et riuis piscinis pascuis et graniciebus et vniuersis pertinencijs, quantum ad prenominata bona pertinet, nichil in predictis bonis sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, dat et deputat hereditarie possidendum, Residuum vero, quitquid fuerit in predictis bonis, quod ad predictum Castrum Drahotus spectabat, in quibuscumque rebus aut locis consistant (sic) pro se et heredibus suis reseruauit et reseruat.)

117. Wenceslaus de Orzechowe et Woytyech de Mosczenicz fideiussores et disbrigatores Jacoby Skrzet de Buchlowicz Katherine relicte ipsius decem marcas grossorum annui census in dimidio octauo laneo in villa Buchlowicz et in hominibus ibidem cum proventibus et pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio racione veri dotalicij in Centum marcis grossorum nomine predicti Jacobi Skrzet inthabulant et assignant, Quod dotalicium Zicho de Wolfberg frater suus suscepit.

118. Wocko de Holsstein Katherinam de Msczenicz matri sue bona in Bohuslawicz cum Municione et Curijs et villis videlicet Lhotka Brzezowa, Lowyssky, Nemotyenek cum Molendinis piscinis siluis nemoribus montibus vallibus et fluminibus pratis pascuis vineis et theoloneo et cum Jure pleno patronatus ecclesie in Bohuslawicz cum censibus vniuersisque pertinencijs eiusdem et aliarum villarum prenominatarum, prout ea dominus olim dominus Wocko pater suus tenuit, cum omni Jure et dominio nichil sibi reseruando ibidem in duodecim Centenis marcis grossorum Jure dotalicij dat et inpignorat possidendum.

(F. VIII. v.) 119. Arklebus de Drahotuss alias de Deblin Kuncze de Wiczkow olim conthorali Czrnyn de Wetherzow Municionem in Radkuow cum vniuersis pertinencijs ad eandem, in quibuscumque rebus aut locis consistant, prout predictus Czrnyn tenuit cum pleno Jure et dominio, nichil ibidem excipiendo in dimidio tercio centenario marcarum grossorum racione et Jure veri dotalicij dat et asignat possidendam nomine ipsius Czrnyny Supradicti Et si quit ibidem sibi in predicta summa dotalicij deficeret, in alijs suis bonis debet adimplere, Quod dotalicium Arklebus de Wiczkow suscepit.

120. Petrus de Conycz Protywczony et Hermanno fratribus germanis de Paulowicz et eorum heredibus in bonis Czissczin illius ville in quinque laneis et duabus curticulis et duabus gasis sine agris tribus tabernis et eius pertinencijs vniuersis decem marcas grossorum annui census ibidem, nichil sibi et heredibus suis Juris aut proprietatis in eisdem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.[2])

121. Johannes Dywa de Ssyssmy Perchte glori sue 1437.
decem marcas grossorum annui census in villa Bezuchow in centum marcis grossorum racione veri dotalicij dat et asignat transducendo eam de priori suo dotalicio, quod habuit in villa Ssyssma a Dywa marito suo fratre ipsius, Et quidquid residuum hereditatis fuerit vltra dictum dotalicium in villa Bezuchow super illo toto suscipit eam in veram vnionem.

122. Perchta olim Dywe de Ssyssma relicta Johannem dictum Dywa de Ssyssma fratrem dicti Dywe super eo Jure dotalicij, quod habet in villa Bezuchow in veram suscipit vnionem.

123. (Wyssko de Strzyetez Margarethe de Lhota conthorali sue octo marcas grossorum annui census in Curia in Strzyetez et in altero dimidio laneo et in villa Hradecz in nouem quartalibus agrorum et in villa Chlopynie in tribus ortulanis et in villa Czbanow in molendino et in duobus ortis et in vniuersis pertinencijs ad curiam prenominatam in LXXX marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat possidendum, Quod dotalicium Jessko de Lhota suscepit frater ipsius.)

124. Anna de Schonwald Wenceslaum de Doloplas alias de Bystrzicz super dotalicio suo, quod habet in villa Bystrzicz in tercio dimidio centenario marcarum grossorum ipsum predictum Wenceslaum et eius heredes in veram suscepit vnionem.

125. Wenceslaus de Doloplas Annam de Schonwald matrem suam super omnia bona sua, que habet uel habiturus est, in veram suscipit vnionem preter ducentas ducentas (sic) marcas grossorum qua (sic) pro dotalicio vxoris sue in bonis suis reseruauit.

126. (Wenceslaus de Doloplas alias de Bystrzicz Margarethe de Bobolusk conthorali sue viginti marcas grossorum annui census in villa Bystrzicz in ducentis marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Dywa de Czekynye suscepit.)

127. Katherina de Bolelicze relicta olim Janaczonis Kuzelonis de Mystrzicz pueros suos Stephanum et Margaretham de Mystrzicz super omnibus bonis suis hereditarijs et signanter super dotalicio suo vbi habet suscepit in veram vnionem, Ad quam intabulacionem de mandato domini Sigismundi fuerunt nunccij deputati dominus Johannes de Czimburg alias de Slawiczin.

(F. IX. r.) 128. Johannes de Opathowicz alias de Langdorff Philippo de Vgyezd eius heredibus villam Vgyezd cum Curia agris censibus Jurepatronatus pratis pascuis et vniuersis pertinencijs, Item villam desertam Zakrzow cum Curia agris siluis et vniuersis pertinencijs ad eas villas et curias spectantibus cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi Juris dominij aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

129. Arklebus de Zastrzihl alias de Nemoticz Veronice conthorali sue in bonis suis Gezow et eorum pertinencijs vniuersis XXV marcas grossorum annui census racione veri dotalicij in ducentis et quinquaginta marcis grossorum dat et assignat possidendas, Quod dotalicium Johannes de Opathowicz suscepit.

[1]) *Diese drei Worte „Klokoczie cum curia“ sind am linken Rande zugeschrieben.*

[2]) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht von derselben Hand: „Knyez dominus Petrus“, was aber unterstrichen ist.*

1437. 130. Benessius de Lasskow Katherine de Nyetkowicz conthorali sue in bonis suis in Lasskow Sex marcas grossorum et in Liderzow quatuor marcas grossorum in centum marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Dobessius de Nyetkowicz frater ipsius suscepit dicens, esse suum bonum.

131. (Margaretha de Paczlawicz Arklebum de Wiczkow filium suum et eius heredes super bonis suis hereditarijs in Paczlawicz et in Lhota et eius pertinencijs vniuersis in veram suscepit vnionem.) [1])

132. Sigismundus de Orzechowe et Zdenko de Swabenicz Onssoni de Scharow et eius heredibus villam Srbcze cum Curia de vna aratura cum hominibus censibus agris prouentibus pratis pascuis ac vniuersis pertinencijs ad eandem cum pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil ipsis aut heredibus ipsorum Juris aut proprietatis ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendam.

133. Johannes de Morkowicz alias de Wysskow Margaretham de Ostrow filiam Witkonis conthoralem suam super sexaginta marcis grossorum, quas habet in villa Srnow Jure dotalicij, in veram suscepit vnionem.

134. Smilo de Zastrzihl alias de Nemoticz Katherine conthorali sue XX marcas grossorum annui census in villa Nemoticz et Curia allodiali et propungnaculo in hominibus piscinis pascuis siluis fluminibus et in molendino ac vniuersis pertinencijs ad eandem spectantibus in ducentis marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat possidendas, Quod dotalicium Mykulawsso de Onicz alias de Milonicz frater eius suscepit.

135. Boczek de Wodyerad Margaretham de Scherkowicz conthoralem suam super bonis suis hereditarijs in Wodyerad villa ad curiam et duos lanèos duas curticulas et vnum quartale ac ad vnam tabernam eius omnibus pertinencijs vniuersis suscipit in veram vnionem.

136. Offka de Naklo Drslaum de Naklo fratrem suum ad omnium bonorum suorum siue in hereditatibus siue in dotalicio aut vbicumque quid Juris habet veram suscepit vnionem.

137. Zdeinka de Sobaczow, relicta quondam Wilhelmi de Sobaczow, Johannem nepotem suum de Sobaczow ad omnium bonorum suorum tam in hereditatibus quam in dotalicio, quod habet in Sobaczow, cum omnibus suis pertinencijs veram suscepit vnionem, Constituens Johannem Zubkonem de Zdietin fratruelem suum verum Commissarium suum omnium bonorum predictorum in Sobaczow in hunc modum, si ipsam cum predicto Johanne nepote suo prius mori contigerit, ex tunc vt predicta bona super eundem Johannem Zubkonem et pueros eius legittime deuoluantur.

(F. IX. v.) 138. Ewa de Domamyslicz, relicta quondam Johannis Byeli, cum Procopio filio suo de Domamislicz cum omnibus bonis eorum tam in hereditatibus quam in dotaliciorum Jure in veram sunt ad invicem congressi vnionem.

139. (Johannes Dywa de Ssissmy Arklebo Kleparz de Medarzicz et eius heredibus villam Schissma cum Municione et Curia de duabus araturis molendino pomerio riuulo et piscinis siluis et ipsius pertinencijs vniuersis eo Jure, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut dominij seu proprietatis reseruando in eadem, vendidit hereditarie possidendum.) 1437.

140. Georgius de Lucaw Wenceslao de Prus et eius heredibus villam Lessne cum Curia siluis pratis piscinis et vniuersis pertinencijs ad eandem, nichil sibi Juris dominij aut proprietatis aut suis heredibus ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

141. (Marqwardus de Gezwecz Jodoco de Krzstomile et eius heredibus, quitquid in villa Lhota aut alibi vbicumque habere dinoscitur, post mortem suam ad veram dat et asignat hereditatem.)

142. Nicolaus et Hinco fratres germani de Oynicz alias de Milonicz cum Nicolao de Oynicz alias de Newogicz patruele suo cum omnibus bonis eorundem habitis vbilibet et habendis verum faciunt ad invicem congressum alias Stupek.

143. Smilo, Arklebus et Johannes fratres germani de Zastrzihl alias de Nemoticz cum omnibus bonis eorum vbilibet habitis uel habendis verum faciunt ad invicem congressum alias stupugi sye.

144. Sczepanko de Zastrzihl Vrsule conthorali sue in tota villa sua Dobroczkowicz decem marcas grossorum annui census in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat, deputat possidendas, Quod dotalicium Stanislaus de Rzyekowicz frater suus suscepit.

145. Sczepanko de Zastrzihl alias de Dobroczkowicz Onssikonem et Smilonem fratres de Nemoticz ad omnium bonorum suorum vbilibet habitorum veram suscepit vnionem, Constituens eos veros Commissarios puerorum suorum sic, quod cum eis fideliter agat.

146. (Anna relicta quondam Friczkonis de Olssan Anne de Bohdalicz quondam conthorali Bedrzichonis octo marcas grossorum annui Census in villa Sobyesuky in Octoaginta marcis grossorum cum eo Jure, prout ipsa sola tenuit, nichil sibi aut heredibus suis in eo reseruando Jure dotalicij, vendidit et inpignorat possidendas.)

147. (Machna de Symrze Petro de Czech et eius heredibus Curiam in Symrze cum agris siluis pratis pascuis riuulis ac pertinencijs vniuersis et circumferencijs eiusdem, nichil sibi Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

148. (Johannes de Midlowar Katherinam suam fratruelem ibidem de Mydlowar super Curia sua hereditaria ibidem de Midlowar de sua speciali beniuolencia suscepit in veram vnionem tali tamen condicione, si eum mori prius contingerit, quod ab eadem Curia debeat sibi sua porcio dari et assignari.)

149. Stanislaus de Rzikowicz cum suis heredibus promisit, quod preinserta cancellacio nullum impedimentum faciet, licet Katherina non fuerit prius quam Dorothea ipsius soror extabulauit (sic).

(F. X. r.) 150. Lytko de Wesseliczko Johanni de Lypuoltowicz et eius heredibus villam Wesseliczko cum Curia et hominibus censibus prouentibus agris robotis siluis ac vniuersis pertinencijs eiusdem, nichil sibi aut

[1]) *Am linken Rande steht von einer anderen viel späteren Hand: „Wratislaw," d. i. von Pernstein, welcher Oberst-Landkämmerer von Mähren war (1490—1496) und unter welchem die Löschung dieser Einlage stattfand.*

1437. suis heredibus Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

151. Elsska de Potenstein alias de Wlkoss Jacobum dictum Yaxa de Blazyeyowicz maritum suum super eo toto, quod habuit in villis Wlkoss et Bochorz ac vniuersis pertinencijs earundem, prout sola antiquitus tenuit, post mortem domine Offcze matris sue ac Wilhelmi fratris sui indiuisi velud vera heres in veram suscepit vnionem, Cuius nunccij ad thabulas de speciali mandato domini Marchionis Alberti deputati fuerunt dominus Albertus de Sternberg alias de Lucaw et Petrus de Conicz.

152. Dywa de Czekynye Jesskoni de Penczicz et eius heredibus duas Curias in Laznyk cum quatuor hominibus censualibus agris pascuis siluis rubetis et riuulis ac vniuersis ad easdem curias pertinencijs, prout solus tenuit, nichil Sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

153. Katherina de Durenbach Johannem dictum Huska maritum suum super quinque marcis grossorum annui Census, quas in Durenbach villa Jure dotalicij habet, in veram suscepit vnionem.

154. Katherina de Durenbach Mathiam filium suum super duas marcas grossorum annui census, quas in villa Durenbach racione Juris dotalicij, in veram suscepit vnionem.

155. Raczko de Wysskow alias de Morzicz Arklebus et alter Arklebus de Wiczkow et Wenceslaus de Swabenicz fideiussores et disbrigatores Orphanorum quondam Herssonis de Weletin nomine ipsorum villam Weletin cum suis pertinencijs et graniciebus vniuersis, nichil dicto Herssoni aut heredibus ipsius Juris aut proprietatis seu dominij ibidem reseruantes, Dobessio de Rohozow et eius heredibus vendiderunt hereditarie possidendum.

156. Briccius de Pyenczyn Johancze conthorali sue Centum cum vigintiquinque Sexagenas grossorum in villa Pyeczin super Curia et hominibus censuantibus in tabernis et VII laneis ac in vna curticula, de quibus nouem marcas grossorum annuatim censuant, et addit eidem siluas ad cremandum et reformandum dictam curiam,[1]) quantum necessarium fuerit, Jure veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Zdeinko de Swabenicz suscepit.

157. (Nicolaus Chemueter de Schumberg Katherine de Sczitowicz matri vxoris sue et heredibus ipsius proprijs Curiam in Czelczicz, que fuit quondam Wenceslai Kotecznie, quam quidem Curiam predictus Nicolaus habet ex donacione Serenissimi principis domini Alberti Marchionis etc. Morauie per suas patentes literas dat pariter et assignat hereditarie possidendam.)

158. Agnes de Holstein Johannem dictum Tunkel de Drahanowicz maritum suum super omne illud, quod habet Jure dotalicij in Leznicz parum uel multum, nichil sibi ibidem reseruando, ad veram suscepit vnionem.

159. (Petrus de Czertorig Arklebo de Paczlawicz et eius heredibus bona sua hereditaria in villa Lhota prope Paczlawicz, que ad ipsum post Pessikonem sunt devoluta, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis reseruando, ibidem dat hereditarie pariter et asignat.) 1437.

(F. X. v.) 160. Jacobus dictus Jaxa de Blazyeyowicz alias de Wlkoss Smilonem de Zastrzihl alias de Nemoticz super omne Jus suum, quot habet in villis Wlkoss et Bochorze cum pertinencijs eorundem in veram vnionem (suscepit?).

161. Jessko de Pencicz Margarethe de Ochab conthorali sue duas Curias, quas a Dywa de Czekynye conparauit in eo toto, quot pertinet ad easdem curias in agris siluis in duobus quartalibus et duabus curticulis et eius pertinencijs vniuersis, prout ab antiquo ad easdem pertinebat quinquaginta marcas grossorum Jure dotalicij dedit et asignauit, Quod dotalicium Drslaus frater ipsius suscepit.

162. Margaretha de Wynar Nicolaum de Tupecz maritum suum super Curia ibidem in Wynar et super eo toto, quot ibidem in Wynar habet hereditatis in veram suscepit vnionem.

163. Petrus de Pawlowicz contra Cristofforum de Oploczan super Curia in Drssal, quam inthabulauit, dedit suum odpor et dicit, se melius Jus habere.

164. (Gyrziko et Johannes fratres germani de Prosinek Bazkony de Lipnik et eius heredibus Curiam in villa Prossinek cum suis omnibus pertinencijs et vtilitatibus vniuersis, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

165. Onsso de Scharow Philippo de Vgyezd et eius heredibus XV marcas grossorum annui census in XV laneis in villa Tyessow et suis pertinencijs vniuersis, prout solus tenuit eo Jure dotalicij, nichil sibi aut heredibus suis ibidem reseruando, in altero dimidio centenario marcarum grossorum vendit et inpignorat Jure dotalicij possidendum.

166. (Milotha et Johannes fratres patruelles de Morkowicz Herbordo et Leonardo de Borzitow germanis fratribus alias de Krzidlo et eorum heredibus XXXV marcas grossorum annui census in villis infrascriptis in Dobroticz in hominibus Curia allodiali duobus molendinis locum Municionis in lutifigulo in siluis, que ad communitatem ibidem pertinent, Item in villa Genykowicz in hominibus et molendino, Item in villa Hlinsko in hominibus pascuis communibus demptis piscinis, Item in villa Byelawsko in dimidio septimo laneo in hominibus ac vniuersis earundem villarum pertinencijs et signanter cum nemoribus ad communitatem dictarum villarum pertinentibus exceptis nemoribus heredum, nichil sibi ibidem aut heredibus suis reseruantes, prout soli in quarto dimidio centenario marcarum grossorum tenuerunt Jure dotalicij vendunt et inpignorant possidendum eo Jure.)

167. (Dorothea Abbatissa totusque Conuentus Monialium Monasterij Sancte Clare ordinis Sancti Francisci in prevrbio Olomucensi Vincencio de Prusinowicz et eius heredibus Curiam Allodialem in Syrauia, que nunccupatur Curia Przechonis Baliste, cum alijs vniuersis et omnibus pertinencijs ad eandem curiam spectantibus,

[1]) *Dieses Wort steht am linken Rande bei einem Commente.*

1437. nichil ipsis Juris aut proprietatis ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.)

168. Johannes de Krumpsin de Lessan Andream Wznatu de Woynicz et Messkonem de Kostelecz facit veros et legittimos Commissarios puerorum suorum ac omnium bonorum vbilibet habitorum uel habendorum in omnem euentum lucrum dampnum.[1])

(F. XI. r.) 169. Elsska de Leznicz Yonam dictum Tunkle de Zeycholcze maritum suum super bonis et villis suis hereditarijs videlicet Waczlawow Pywonyn et Leznicze et super omne Jus, quod in illis predictis villis obtinet, in veram suscepit vnionem.

170. Marqwardus de Zwole Wainkoni de Ostrow et eius heredibus quinque laneos in villa Zaworzicz in hominibus censualibus tres piscinas cum Riuulis venacionibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis ad dictos laneos spectantibus, prout in suis terminis et graniciebus sunt distincti, nichil sibi Juris seu proprietatis aut heredibus suis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

171. Marqwardus de Zwole Johanni de Mirow alias de Zaworzicz et eius heredibus Municionem cum Curia in villa Zaworzicz duos laneos cum agris pratis ad dictos laneos spectantibus signanter cum prato inter aquas retro nemus quoddam sito cum aquis et aque Moraue et alie Hoczawe cum littoribus eorundem, cum molendino et tribus curticulis ac nemore, quod piscinis adiacet, et cum alijs vniuersis pertinencijs bonorum eorundem, nichil sibi aut heredibus suis Juris dominij aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

172. Wainko de Ostroh Johannem fratrem suum germanum et eius heredes eius (sic) super ea bona, que in villa Zaworzicz obtinent, in veram suscepit vnionem.

173. (Johannes de Mirow alias de Zaworzicz Wainkonem fratrem suum germanum super ea bona sua, que in villa Zaworzicz obtinere dinoscitur, in veram suscepit vnionem.)

174. Seborius de Dubczan fideiussor et disbrigator olim Johannis de Schonwald vice et nomine ipsius (villam Sudkow cum XVII et media marca grossorum census annui) et in villa Schonwald decimam dimidiam marcas grossorum annui Census in hominibus agris montibus rubetis pratis pascuis graniciebus ac pertinencijs vniuersis ad dictos census spectantibus dempto Judicio empticeo et silua supra villam Sudkow iacentem versus Brnyeczko et viridario quoddam, quod annuatim soluit vnam marcam grossorum, ac fluminibus que omnia pro se reseruat, Sed omnia predicta cum omni Jure et dominio, nichil sibi in ibidem Johanni Schonwald predicto aut eius heredibus Juris seu proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendum Marqwardo de Zwola et eisdem heredibus.

175. (Marqwardus de Zwole Margarethe conthorali sue in villa Sudkow et Schonwald bonis suis hereditarijs XXVII marcas grossorum annui census racione veri dotalicij dat pariter et asignat, Quod dotalicium Franko de Hartmanow suscepit.)

176. Johannes de Mirow alias de Zaworzicz Wainkonem vitricum suum super ea bona sua, que in villa Zaworzicz obtinere dinoscitur, in veram suscepit 1437. vnionem.

177. Jacobus de Dobrczicz Margarethe conthorali sue in bonis ville sue Dobrczicz in septimo dimidio laneis in hominibus censualibus quinque marcas grossorum racione Quinquaginta marcarum grossorum in pignus veri dotalicij dat deputat et asignat, Quod dotalicium Johannes frater eius de Wiczicz suscepit.

(F. XI. v.) 178. Offka de Zarussek Benessium de Byelkow et Nicolaum de Sczepanow amicum suum super dotalicio suo, quod habet in Puliczich, Suscepit in veram vnionem.

179. Philippus de Vgyezd Margarethe conthorali sue in villa Tyessowe in XV laneis ac in villa Vgyezd et in Curia ibidem ducentas marcas grossorum racione veri dotalicij dat pariter et assignat, Quod dotalicium Mathias de Ratay suscepit.

180. Philippus de Vgyezd Margaretham conthoralem suam super bonis suis hereditarijs in villis Vgyezd et Zakrzow et eorum pertinencijs vniuersis in veram suscepit vnionem.

181. Scziborius dictus Koleso de Rakowich facit suum odpor contra Hanussium de Wlassaticz super intabulacione bonorum, quam fecit in Rakowe, asserens se ibidem melius Jus habere.

182. (Johannes dictus Klaster de Zerotin Dorothee de Lasskow conthorali sue Curiam in Paterzin cum agris siluis pratis pascuis et riuulis ac vniuersis pertinencijs ad eandem in XXX marcis grossorum racione veri dotalicij dat pariter et assignat, Quod dotalicium Benessius de Lasskow suscepit.)

183. (Wenceslaus de Zerawicz Wysskoni et Johanni de Strzietez fratribus et eorum heredibus decem marcas annui census in villis Myrotyn Hradeczna et Wilemow in hominibus agris et vniuersis pertinencijs earundem, prout solus tenuit, eo Jure dotalicij inpingnorat et vendit possidendum.)

184. (Seborius de Dubczan Kuncze conthorali sue Curiam in Dubczan cum duabus araturis in Dubczan et V marcis annui census ibidem in hominibus agris pratis pascuis et cum mobilibus rebus curie alias nadbyt cum Municione et alio loco dicto Kopecz in Centum LXXV marcis grossorum racione veri dotalicij dat et asignat, transducendo ipsam de priori suo dotalicio, quod habuit in Zyrotin ad hec Bona in Dubczan taliter, si ipsam superstitem esse contigerit, qucd ad vite sue tempora abinde absque sua voluntate non ammoueatur, nisi alias statum suum viduitatis immutaret, Quod dotalicium Barsso de Czihowicz frater suus suscepit.)

185. (Seborius de Dubczan Barssoni de Czihowicz et eius heredibus Curiam suam in Zyrotyn, quam comparauit a dominis Canonicis de Sterenberg, cum Molendino pratis fluminibus siluis pascuis cum prato dicto spolecznye cum quatuor curticulis et vniuersis pertinencijs eiusdem, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

186. (Wainko de Bozkowicz alias Nigromonte, Capitaneus Marchionatus Morauie, et dominus Heniko de

[1]) *Am untern Rande dieser Blattseite steht von derselben Hand: „Primus quaternus primi Colloquij.“*

1437. Waldstein alias de Zidlochowicz relatores et nunccij speciales ad Officiales Czude maioris destinati Cum literis patentibus pleno Maiestatis Sigillo Serenissimi principis domini Alberti Marchionis Morauie etc. Super donacione vnius lanei in villa Chilecz cum suis pertinencijs vniuersis ex obitu olim Pauli de Chilecz legittime dewoluti Pardussie de Peterswald alias de Tupecz continens eadem bona dicti lanei predicto Pardussio et eius heredibus tabulis presentibus intabulentur et sunt intabulate.)

(F. XII. r.) 187. Margaretha de Sulessowicz Dorotheam filiam suam super dotalicio suo, quod in villa Sulessowicz in veram suscepit vnionem et Woytyessium de Melicz eiusdem sui pueri verum facit Commissarium Ita tamen, si michi interim aliquid meum melius michi (sic) euenerit, quod possum in eorum absencia exthabulari.

188. Gedrutha de Symrze Wenceslaum de Lhota et Elizabeth de Lipnik super decem marcis grossorum in Curia Symrze, que Jure dotalicij ibidem obtinet, in veram suscipit vnionem.

189. (Marqwardus de Zwola Margaretham conthoralem suam omnium bonorum suorum atque puerorum suorum ac literarum vbilibet habitis et habendis post mortem suam facit veram et legittimam commissariam.)

190. (Seborius de Dubczan Petro Syczkoni de Zlechowicz Curiam suam cum aratura in Wylemowye cum Robotis ad eandem spectantibus cum siluis, sed hoc sibi reseruat, vt in ipsa silua possit ligna secare et recipere, quantum sibi fuerit necessarium in XXX marcis grossorum nomine dotalicij inpignorat et assignat possidendum.)

191. Seborius de Dubczan Johanni de Schonwald super bonis suis hereditarijs, quot habet in Dubczan in siluis et vniuersis eiusdem pertinencijs ac alijs bonis, que habet in obligacione seu Jure dotalicij, in veram suscepit vnionem.

192. (Seborius de Dubczan Czenikonem deWyczemyerzicz super bonis hereditarijs suis, que habet post mortem Jesskonis in Zyrotin, in veram suscepit vnionem.)

193. Jambko de Postupek Messkonem de Kostelecz fratruelem suum super Postupky, Myrutky, Boyanowicze et media villa Zarziczye et super omnibus alijs bonis suis habitis et habendis in veram suscepit vnionem.

194. Messko de Kostolecz Jacubconem de Postupek patruum suum et Sigismundum de Trnawka super villa Kostelecz in veram suscepit vnionem ac alijs bonis habitis et habendis ad idem.

(F. XII. v. vacat.)

(F. XIII. r.) 195. Anna de Labuth Relicta quondam domini Hrzywnaczonis Johannem Zagyecz de Waldek in villa Zbynow et in Curia ibidem ac hominibus censualibus et vniuersis pertinencijs bonorum eorundem XX Sexagenas grossorum annui Census in ducentis sexagenis grossorum racione dotalicij post filiam suam Jure dotalicij dat et inpignorat possidendum tam diu, donec sibi predicta summa ducentarum sexagenarum grossorum non fuerit persoluta.

196. Petrus de Lhota Johanni Kaderzabczoni Margarethe conthorali ipsius et heredibus eius Curiam in Poddole cum agris pascuis graniciebus ac vniuersis pertinencijs ad eandem spectantibus, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut proprietatis in eadem reseruando, vendidit hereditarie possidendam. 1437.

197. Johannes Koprzywa de Laznyk Wenceslao de Laznyk et eius heredibus Jus suum dotalicij, quod habuit in et super Curia Allodiali in villa Laznik magno et eius pertinencijs, in XX quinque marcis grossorum eo Jure, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis ibidem reseruando, vendidit et inpignorat ad Jus dotalicij possidendum.

198. (Tomko de inferiori Laznik Wenceslao de superiori Laznyk et eius heredibus vnum quartale agrorum in superiori Laznik, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.) [1])

199. (Wenceslaus de superiori Laznik Thomkony de inferiori Laznik et eius heredibus tres partes Curie ibidem in inferiori Laznyk cum suis pertinencijs, nichil sibi aut heredibus suis Juris ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.) [2])

200. (Anna de Schonwald Johannem de Lichtenburg alias de Wethowia maritum suum Super bonis hereditarijs suis videlicet Municione et Opido Malenowicz et villis omnibus ad hoc spectantibus cum vniuersis pertinencijs bonorum eorundem, Item super villis Zborowicz, Tyessany, Trubky, Cholina et quantum Juris in Schonwald et ad hoc spectantibus habet cum vniuersis pertinencijs earundem et cum pleno Jure et dominio in veram suscepit vnionem.)

201. Viktorinus de Schonwald contra intabulacionem seu vnionem superius factam, quidquid concernit bona Schonwald, facit odpor tamquam manus fidelis.

202. (Marusse de Laznik Martino de Laznik patruo suo et heredibus eius partem patris sui olim Johannis de Laznik, quam super altero dimidio laneo ibidem in Laznik Jure paterno obtinet cum vniuersis pertinencijs medie partis eiusdem, nichil sibi Juris et proprietatis ibidem reseruando aut heredibus suis, vendidit hereditarie possidendum, et sicut dicta porcio patris sui predicti prius in thabulis terre continetur, debet aboleri.)

(F. XIII. v.) 203. Benessius de Byelkow alias de Chudobyn Anne conthorali sue nouem marcas grossorum census annui in duobus laneis in villa Drzowicz in duabus Curticulis in thaberna et in orto ibidem et in Olssan in tribus laneis et in orto ac vniuersis pertinencijs eorundem, prout solus tenuit, Jure veri dotalicij dat et asignat, Quod dotalicium Nicolaus de Byelkow suscepit.

204. Johannes de Ptenye Cuncze de Wodyerad conthorali sue Curiam cum duabus Araturis in Ptenye cum agris pratis et vniuersis pertinencijs ad eandem cum robotis ibidem ab hominibus in Ptenye et de Bernow villa nouem falces et nouem currus in adiutorium, sicut tentum est ab antiquo predicta robota ad curiam eandem, Item quinque marcas grossorum census in hominibus

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand: „Ladislaw“, d. i. Ladislaw z Boskowic.*

[2]) *Zwischen dieser und der nächstfolgenden Einlage steht: „Anna de Schonwald conthoralis Johannis.“*

1437. in Ptenye in altero dimidio centenario marcarum grossorum hec omnia prenominata Jure veri dotalicij dat et asignat, Quod dotalicium Boczko de Wodyerad suscepit.

205. (Oldrzich de Wladyczie Vgyezd Crucem de eodem Vgyezd filiastrum suum et eius heredes super XV marcis grossorum, quas in Curia allodiali in villa Wladiczye Vgyezd Jure dotalicij habere dinoscitur, ad idem Jus suum in veram suscipit vnionem.)

206. (Johannes de Ptenye Elssku quondam Motikonis Sororem suam super illo residuo, quod habet in villa Ptenye, vltra dotalicium vxoris sue in veram suscepit vnionem et heredes suos, si quos eum habere contingerit in futurum.)

207. Johannes Kuzel de Zerawicz alias de Gwassicz et Marqwardus de Prakssicz Commissarij orphani Dywe dicte Elsska odpor faciunt contra hoc, sicut Johanka in vnionem suscepit super Dobromylicz suum maritum Johannem Langdorff asserentes, quod dictus orphanus dum ad annos discrecionis peruenerit producet, quod melius Jus habet super Dobromilicz, quam Johanka post patrem suum.

1437. (F. XIV. r.) 208. Anno domini Millesimo Quadringentesimo XXXVII° Sabbato proximo post Sancti Johannis Baptiste[1]) de mandato Serenissimi principis Marchionis Morauie Alberti, presidentibus Baronibus infrascriptis Celebratum est Colloquium Baronum Czude Olomucensis videlicet domino Wenceslao de Bozkowicz Capitaneo Marchionatus Morauie, domino Johanne de Czornstein Camerario, Benessio de Walstein locum tenente Czudarij, Johanne preposito Chremsirensi Notario Supremis, Johanne de Lompnicz, Jodoco Hecht de Rossicz, Benessio de Bozkowicz, Dobessio de Czimburg, Alberto et Georgio de Sternberg alias de Lucaw, Georgio de Crawar alias Plumpnaw, Johanne de Czimburg alias de Thowaczow, Johanne dicto Ozor de Bozkowicz, Heniko de Waldstein alias de Zidlochowicz, Petro de Conycz, Paulo de Sowinecz et alijs quam pluribus Baronibus et proceribus presentibus et Colloquium Celebrantibus.

209. Johannes de Popuowycz Jacobo de Dobrczicz et eius heredibus duas Curias Allodiales in Prestawlk cum agris cultis et incultis siluis duobus pratis lanialibus alias lanymy in pomerio piscinam desertam et vno homine censuante et robotante cum duobus subsidibus ac vniuersis pertinencijs bonorum predictorum pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

210. (Benessius de Byelkow Andree de Senycz et eius heredibus ac Elsscze de Kozyssan conthorali sue Curiam allodialem in villa Klobuky prope Prostanum cum agris duobus ortulanis pascuis pratis piscinam paruam sub aceruo alias pod kopczem ac vniuersis pertinencijs vtilitatibus et granicijs Curie eiusdem pleno Jure et dominio, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.) 1437.

211. *Wanko de Barzicz et Bernhardus de Jessenicz et de Wezki promiserunt Officialibus presentibus et futuris pro Susanna de Senicz filia Andree de Senicz cum heredibus suis promiserunt omnia bona sua obligancia taliter, quod nullomodo sint libera per quemcumque tenta, si quando Susanna dictam Curiam in Klobuki et eius pertinencias inpeteret vel Officiales pro eo monerentur, et super isto promisso facta est ista extabulacio.*[2])

212. Ondrzey de Czisszicz Johannem Bebtam de Senicz et eius heredes In et super Curia in Obora et quinque laneos et pertinencijs vniuersis eorundem cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, in veram suscepit vnionem.

(F. XIV. v.) 213. Anna de Benessow alias de Qwassicz Johánni dicto Kuzel de Zerawicz et eius heredibus hereditatem paternam Bona Quassicz videlicet Municionem cum Opido Qwassicz et subvrbio ipsius cum Jurepatronatus Ecclesie ibidem duobus Molendinis duabus Curijs de quatuor araturis cum pomerijs, Item cum villis infrascriptis Strzyezowicze, Ohniczsky cum Molendino, Sulymow, Kladruby, Nowuwes, Bylow, Vgyezdecz cum agris cultis et incultis censibus prouentibus piscinis robotis Rubetis siluis Nemoribus fluminibus stangnis pratis pascuis montibus et medio littore aque Moraue ac vniuersis pertinencijs ad dicta Bona Qwassicz pertinentibus metis et limitibus ac granicijs, prout dicta bona ab alijs sunt distincta ab antiquo, prout sola tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris et proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidenda, Et si prius alicubi in thabulis terre inveniretur, debet aboleri.

214. Katherina olim Libussij de Senicz Johannem dictum Babkam ibidem de Senicz sororinum suum super quarta dimidia marcis grossorum annui census minus quatuor grossis, quas habet in Senicz Jure dotalicij ac super vniuersis bonis, que ibidem habet, in veram suscepit vnionem.

215. Philippus de Vgyezd et Johannes de Hostyehradek fideiussores et disbrigatores bonorum infrascriptorum pro Zichone de Nedachlebicz iam defuncti (sic) villas Morzicze et Nyeczczicze cum Curijs ipsarum et Municione in Morzicz ac Jurepatronatus Ecclesie ibidem agris earundem villarum et Curiarum cultis et incultis censibus prouentibus robotis piscinis molendino aquis fluminibus siluis nemoribus et luco pomerijs rubetis pratis pascuis venacionibus metis et graniciebus cum pleno Jure et dominio ac vniuersis pertinencijs dictarum villarum, prout dicta bona Zicho predictus tenuit olim, nichil predicto Zichoni et suis heredibus Juris proprietatis ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum Johanni dicto Kuzel Seniori de Zerawicz et Qwassicz et eius heredibus ac Johanni Juniori Kuzel de Zerawicz.

216. Ewa de Morzicz conthoralis Raczkonys de Wisskow contra predictam inthabulacionem predictam et

[1]) *d. i. den 29. Juni.*

[2]) *Diese Einlage steht am linken Blattrande.*

1437. presertim Bonorum Morzicz facit suum odpor asserens, se melius Jus habere ad predicta bona Morzicz, velud heres.

217. Johanka Henrici de Trubek relicta Raczkonem de Czethochowicz in veram suscepit vnionem sui dotalicij, quod habet in Trubek, Cuius Nunccij ad thabulas ex parte domini Petri de Straznicz protunc Capitanei terre sunt dominus Georgius de Sternberg alias de Lucaw et dominus Sbinko de Dubrawicz specialiter deputati.

218. Henricus Barziczsky de Trubek contra predictam inthabulacionem dotalicij in Trubek dedit suum odpor asserens, se melius Jus habere ad predicta bona.

219. (Zeifridus de Raczicz Arklebo de Wiczkow et eius heredibus quatuor laneos et vnam thabernam in Poczenicz cum vniuersis pertinencijs eorundem pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis, quod ibidem vendidit hereditarie possidendum.)

(F. XV. r.) 220. (Johannes Kuzel de Zerawicz Johancze de Tworkow conthorali sue vigintiquinque marcas grossorum annui census in dimidio tercio centenario marcarum grossorum In et super villis infrascriptis videlicet in Zahlenicz in dimidio tercio laneis Molendino et subside et cum illis XL grossis census, quas in alia parte ville predicte habet, Item in Tyessnowicz in quatuor laneis in taberna et quinque subsidibus, Item in Kotoged in dimidio tercio laneis media taberna et tribus subsidibus racione veri dotalicij dat deputat et assignat, Et de speciali gracia predicte Johancze conthorali sue addit Curiam suam in Tyessnowicz cum agris ac equis aratilibus, qui reperti fuerint in eadem Curia cum pullis suis et Robotis ab hominibus ville eiusdem cum prato dicto dluha luka et ligna de silua ibidem in Tiessnowicz quantum fuerit necessarium ad cremandum et edificandum in predicta Curia, que ligna forestarius, qui pro tempore fuerit predicti Johannis eisdem ostendere debebit, Item quod habeat facultatem in luco Strziezowsky pascendi vsque ad vnam sexagenam porcorum, Et hec predicta omnia addit eidem sub hac condicione, donec statum viduitatis sue non mutauerit, aut si in viduitate permanserit, ex tunc predicta omnia ad vite sue tempora dumtaxat debebit possidere, post mortem vero ipsius ad heredes predicti Johannis et ad successores eius deuoluantur, Si vero statum suum mutaret viduitatis, extunc debet contenta esse in predictis vigintiquinque marcis grossorum annui census, residuum quod additum est ad heredes et Successores predicti Johannis debet devolui, Quod dotalicium Johannes de Tworkow suus suscepit frater.)

221. (Arklebus et Johannes dictus Buryan filius suus de Wlcznow Katherine de Ziroticz conthorali predicti Buryan in villa Nyemczie Inferiori vigintiquinque sexagenas annui census, et si quid ibidem defuerit, hoc debet suppleri in villa Polichnye ita, quod plene viginti quinque sexagenas grossorum annui census habeat racione veri dotalicij dat et assignat eidem, Quod dotalicium Jaroslaus de Schellenberg suscepit.)

222. Arklebus et Buryan predicti de Wlcznow Zichonem de Lippina et Henricum de Chlum omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et habendorum veros legittimos ac potentes suos faciunt et constituunt Commissarios et omnium suorum puerorum. 1437.

223. (Georgius et Laczko fratres germani de Lucaw Anne conthorali condam Mathusskonis Napagedlsky de Radyss et eius heredibus villam Sazowicze prope Teczczowicz situatam cum censibus robottis pratis pascuis agris aquis et siluis ac vniuersis pertinencijs et granicijs pleno Jure et dominio, nichil sibi et ipsis et heredibus ipsorum Juris proprietatis, prout soli tenuerunt, ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.)

224. Georgius de Sternberg alias de Lucaw Ondrzeyowy de Misslan Elsscze de Nyzkowicz conthorali sue et eorum heredibus villas Raczkowa et Syrotssy sic dictis cum siluis et vniuersis pertinencijs eorundem cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

(F. XV. v.) 225. Georgius de Sternberg alias de Lucaw Elsscze de Zessanicz Magdalene filie eius et heredibus earum villam Przilepi cum prato in Swynoryg ac vniuersis pertinencijs eiusdem pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

226. Johannes et Hinko fratres germani de Rokytnicz Super vniuersis bonis, que habent in Rokytnicz, Ratay, Dubrawicz, Wlkoss et Wlkowe ac vniuersis bonis suis habitis et habendis verum ad invicem fecerunt Congressum alias Stupek.

227. (Georgius et Laczko fratres germani de Lucaw Petro dicto Roman de Wytowicz et eius heredibus ac Anne matri ipsius Municionem Zlyn cum Opido Curia molendinis Jurepatronatus ibidem, Item villas Przieluk cum prato dicto Rotundo sub villa eadem Brzenicze cum Jurepatronatus, Mlaczow, Czapkow, Prssczne, Bezna cum Jurepatronatus cum medietate Zelechowicz montibus siluis videlicet dictis dubowy diel et Monte dicto Tlusta et Monte dicto Lyssa et alijs siluis Rubetis piscinis aquis fluminibus et pratis dictis Zakowe luky cum villa deserta Bonyeczko cum agris cultis et incultis pascuis venacionibus redditibus prouentibus censibus et vniuersis pertinencijs bonorum eorundem metis et graniciebus cum pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil ipsis aut heredibus eorum Juris proprietatis reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.)

228. (Johannes de Prusinowicz alias de Podstat Anne de Czekynye conthorali sue viginti quinque marcas grossorum annui census In et super villis suis infrascriptis videlicet in villa dicta Padessat lany dimidiam quintam marcas et XV grossos census, Item in Kowarzow VI marcas cum XXVIII grossis census, Item in Bozkow dimidiam quartam marcas dimidium quartum decimum grossos census, Item in Libomyerz quinque marcas et XIII grossos census, Item in media villa Lybtan quatuor marcas census, Item in Molendino sub opido Podstat vnam marcam census, In dimidio tercio centenario marcarum grossorum racione veri dotalicij dat pariter et assignat, Quod dotalicium Hinko de Prusynowicz, alias de Podstat suscepit.)

229. Agnezka de Lessan alias de Crumpsin Johanni de Crumsyn fratri suo[1]) et eius heredibus hereditatem

[1]) *Diese zwei von derselben Hand geschriebenen Worte stehen oberhalb der Zeile.*

1437. suam, quam habet in Crumpsyn aut alias vbicumque post mortem patris sui Lewussij cum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi in dictis bonis reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

230. (Pardus et Bohusse fratres de Drahanowicz Seborio de Chudobin et eius heredibus Curiam in Drahanowicz cum loco Municionis et nouem marcis annui census cum desolatis ibidem siluis montibus agris cultis et incultis Riuulis ac vniuersis pertinencijs et granicijs eiusdem pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil ipsis aut heredibus ipsorum Juris proprietatis ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.)

(F. XVI. r.) 231. Arklebus de Kunkowicz Johanni dicto Lziczka de Dubnan et eius heredibus Curiam in villa Wysskowky cum vna aratura et duobus laneis et dimidium alterum subsidem ac siluarum veram medietatem, que sibi cessit in diuisione fratris sui ibidem in Wisskowky, censibus agris cultis et incultis pratis et granicijs ac vniuersis pertinencijs eiusdem cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris et proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

232. (Zich z Wolfperga Johanni de Rudka et eius heredibus villam Passowicze cum Curia agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus siluis nemoribus pratis pascuis riuulis piscinis robotis prouentibus ac pertinencijs vniuersis et granicijs pleno Jure dominii, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris et proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

233. Wenceslaus et Georgius fratres de Crawar et de Straznicz Nicolao de Domamyslicz et eius heredibus villam Buchlowicze cum Curia et Jurepatronatus ibidem cum pleno Jure et dominio ac vniuersis pertinencijs suis, nichil excludendo iuxta testamentariam disposicionem olim domini Henrici de Plumpnaw patrui eorum inthabulant hereditarie possidendam, quantum Juris habuit in eadem villa predictus dominus Henricus, Et si prius alicubi in thabulis inveniretur, debet aboleri.

234. Wenceslaus et Georgius fratres de Crawar et de Straznicz Ffrankoni de Hartmanow et eius heredibus vigintiquatuor sexagenas et XL grossos annui census in villa Smrzicz et in hominibus ibidem cum pleno dominio, nichil sibi ipsis in dicto censu et hominibus ibidem reseruando, in tercio dimidio centenario sexagenarum grossorum ad Jus dotalicij vendiderunt et inpignorant possidendum.

235. (Petrus de Czrtorige virginibus Barbare, Ludmille et Dorothee sororibus et Johanni fratri earum de Zawissicz et eius heredibus villam Czehuowky prope Wrahowicz iacentem cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus proventibus robotis rubetis aquis pratis pascuis ac vniuersis pertinencijs dicte ville, cum metis et granicijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum, Et si in tabulis terre alicubi inveniretur, debet aboleri.) 1437.

236. Petrus de Przestawlk Mixoni Chmel et eius heredibus Curiam in Husserowa Lhota cum hominibus ad dictam Curiam spectantibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis riuulis et limitibus suis ac vniuersis pertinencijs eiusdem, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

(F. XVI. v.) 237. (Wenceslaus et Georgius de Crawar fratres de Straznicz Vlrico Stoss de Branicz et eius heredibus Bona Trawnik et[1]) Tlumaczow videlicet Municionem Trawnik in villa et Curia allodiali ibidem, Item[1]) Tlumaczow Opidum cum Jurepatronatus Ecclesie ibidem et Molendino et Jus hereditatis super villas Hossczynek et Olssowecz cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis proventibus robottis aquis fluminibus riuulis et signanter cum vno littore aque Moraue cum stangno dicto Tyssicze, quod adiacet luco ville Otrokow cum siluis Nemoribus lucis rubetis pratis pascuis ac vniuersis pertinencijs ad predicta Bona Trawnik et[1]) Tlumaczow spectantibus cum metis et granicijs pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil ipsis aut heredibus ipsorum Juris proprietatis ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum.)

238. Stiborius de Tuczin filius Wlczkonis Philippo de Paczlawycz et eius heredibus Municionem in Poczenicz cum duabus Curijs de duabus araturis XI subsides agros tenentes vnum ortum duas tabernas Braxatiles et duas non braxatiles Molendinum Balneum duas piscinas nemoribus pratis et duas partes Jurispatronatus Ecclesie sancti Gothardi ibidem cum metis graniciebus ac vniuersis pertinencijs eiusdem cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

239. (Smilo de Kunkowicz Johancze conthorali sue quinque marcas annui census in villa Kunkowicz in VII laneis et duobus subsidibus et vno orto sine robotis ac alijs prouentibus racione veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Benessius de Lasskow suscepit.)

240. (Georgius de Sternberg alias de Lucaw Johanni Kuzel de Zerawicz alias de Qwassicz et eius heredibus pratum quodam, quod ad villam Lowczicz pertinebat, quod adiacet ville Weterzow, cum agris incultis alias vlehle, qui circumiacent dictum pratum, in quibus possent piscinam locare in longum et latum, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, donauit et dedit hereditarie possidendum.)

241. Barbara quondam relicta Wilhelmi de Kokor Stachoni et Wilhelmo[2]) de Kokor filijs suis Jus dotalicij sui, quod habuit in villa Rossczin, vera donacione dedit donauit et asignauit, Ciuis intabulacionis nunccij ex

[1]) *Die Worte: „Trawnik et“, dann „videlicet Municionem Trawnik in villa et Curia allodiali ibidem, Item“ und „Trawnik et“ sind durchstrichen, und am rechten Rande der Einlage steht von anderer Hand die Note: „Ista cancellacio non viciat alijs intabulatis.“*

[2]) *Diese zwei von derselben Hand geschriebenen Worte stehen oberhalb der Zeile.*

1437. parte domini Alberti Marchionis sunt, dominus Benessius de Waldstein et dominus Georgius de Lucaw.

242. Georgius de Kokor Dorothee conthorali sue in villa Kokor in tota sua paterna porcione et in Curia sua ibidem cum pertinencijs suis vniuersis in hominibus censuantibus robottis prouentibus siluis et in dimidia tercia thaberna et in quarta parte molendini ibidem in Centum et vigintiquinque marcis grossorum racione veri dotalicij dat pariter et assignat, Quod dotalicium Hinko de Rokytnycz suscepit.

(F. XVII. r.) 243. (Hinko de Rokytnicz Margarethe de Tassow conthorali sue viginti marcas grossorum in villa Rokitnicz super tota porcione sua, quantum ibidem habet, in hominibus censuantibus et non censuantibus cum robotis pullis et ouis racione veri dotalicij dat pariter et assignat in ducentis marcis grossorum, Quod dotalicium Georgius de Kokor suscepit.)

244. Johannes de Rocicznicz Katherine conthorali sue in villa Rokitnicz in sua parte decem marcas grossorum annui census in centum marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Stacho de Rzikowicz suscepit.

245. (Anna olim dicta Holaczonis filia de Chwalkowicz Petrzikonem de Paulowicz maritum suum super eo toto, quod habet in Chwalkowicz in Curia et pertinencijs eiusdem, ac super duas marcas grossorum annui census cum pleno Jure ad hoc ab antiquo spectante cum luco et prato in veram suscepit vnionem.)

246. Petrus de Conicz Illustrissimo principi domino Alberto Marchioni Morauie etc. ac Successoribus suis Marchionibus Morauie, Municionem Tinecz cum Opido Tinecz ibidem, Item Landeshut Opidum et villas infrascriptas videlicet Twrdonicz, Kostycze, Dluhonicz, Hrussky et Curijs in dictis bonis existentibus ac Molendinis theoloneis vineis et vinearum decimis Jure montano necnon hominibus censibus redditibus agris pratis pascuis siluis nemoribus rubetis lucis et specialiter cum Jurepatronatus Ecclesiarum in Tinecz et in Twrdonicz montibus vallibus fluminibus riuis stangnis aquis venacionibus aucupacionibus limitibus metis granicijs et alijs eorum pertinencijs vniuersis ac vtilitatibus, in quibuscumque rebus consistant, prout eadem bona bonis ab alijs circumadiacentibus ab antiquo sunt distincta, Item villam Niculczicz cum loco Municionis censibus redditibus agris cultis et incultis aquis fluminibus siluis lucis pratis molendino pascuis ac Jurepatronatus Ecclesie ibidem et vniuersis pertinencijs ville eiusdem, prout hec bona et alia bona supradicta Tinecz solus tenuit, nichil in eisdem bonis sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

247. Smilo de Nemoticz contra predictam inthabulacionem vbi dominus Georgius de Lucaw intabulando pratum quoddam Johanni Kuzeloni dat facultatem locandi piscinam in agris circumadiacentibus alias vlehle dedit suum odpor asserens, se melius Jus ad dictos agros habere.

248. (Petrus de Conicz et Johannes Kuzel de Zerawicz alias de Qwassicz Commissarij veri per thabulas puerorum olim domini Czenkonis de Budssowicz alienatos dicimus alias odpisugem illos suos orphanos Czenkonis predicti a bonis Nynkowicz, que bona idem Czenko solusmet vendidit, et pecuniam tulit pro eisdem bonis et pertinencijs eorundem, Quod dicti orphani sui deinceps nullum Jus ad dicta bona habere debent eo, quod predicta bona vendidit Johanni Kuzeloni predicto.) 1437.

(F. XVII. v.) 249. Philippus de Paczlawicz Katherine nouercze sue in villa Poczenicz in Nono dimidio laneo in thaberna in octo curticulis hominibus censualibus ac vniuersis pertinencijs eorundem decem marcas grossorum annui census in centum marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

250. Katherina de Mostecznehо Nicolaum dictum Czikan de Czelechowicz in villa Poczenicz super nono dimidio laneo vna thaberna et octo curticulis hominibus censualibus ac vniuersis pertinencijs eorundem, quod habet racione dotalicij, in veram suscepit vnionem.

251. Johannes et Hinko fratres de Prusinowicz alias de Podstat Super omnibus bonis ipsorum vbilibet habitis et habendis insimul faciunt verum congressum alias Stupek.

252. (Procopius de Prusinowicz Mladotonem fratrem suum germanum super omnibus bonis suis paternis, que sibi cesserunt in porcione, in veram suscepit vnionem.)

253. (Boczko de Ottoslawicz Anne de Schellenberg conthorali sue in et super villis Snyehoticze cum Curia Allodiali od Raczicze villa hominibus censualibus robotis ac vniuersis pertinencijs earundem decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum racione veri dotalicij dat pariter et assignat, Quod dotalicium dominus Johannes Zagiecz de Waldek suscepit.)

254. (Marqwardus de Zwola Jacobo de Drzyenoweho et eius heredibus in Opido Costelecz viginti marcas grossorum annui census in dimidio septimo laneo ad censum eundem spectantibus in Balneo et in curticulis alijs seu subsidibus cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

255. (Wenceslaus de Orzechowe Margarethe de Luderzow conthorali sue octo marcas grossorum annui census in villa Orzechowe in VII laneis et in hominibus censuantibus in Octuaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Johannes de Luderzow frater eius suscepit.)

256. Zdena z Duban Malzenka Wlkowa z Vgyezda contra intabulacionem domini Petri de Conicz, vbi domino Marchioni Bona ville Nakulczicz inthabulat, facit et dedit suum odpor dicens, se melius Jus habere ad predicta bona.

257. Mixiko de Wyczomyerzicz pueros suos super eo toto, quod hereditatis habet in villa Drzowicz, et signanter super dimidia sexta marca cum XVIII grossis annui census, que ibidem in Drzowicz Jure terre obtinuit, in veram suscepit vnionem.

(F. XVIII. r.) 258. Sbinko de Drzyenowe Stiborio de Wezek et eius heredibus villam Wlcziedoly cum hominibus censuantibus siluis pratis pascuis ac vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

259. Milotha de Morkowicz Katherine de Zastrzihl conthorali sue nouem marcas annui nudi census in villa Tetieczicz in hominibus censuantibus in dimidio

1437. septimo laneis in thaberna in vno subside in Nonaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Onsso de Zastrziehl pater suus suscepit.

260. Katherina de Ratay Johannem et Hinkonem fratres de Rokytnicz filios suos super dotalicio suo, quod habet in villa Rokytnicz, in veram suscepit vnionem.

261. (Johannes de Dobrawoda et de Selitek Martino et Alssoni fratribus de Drahanowicz et eorum heredibus septem marcas grossorum annui census in villa Obora in hominibus censuantibus ibidem cum pertinencijs suis vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

262. (Elsska de Kolowrat Zichoni de Wolfberg et eius fratribus germanis XXV sexagenas annui census in villa Dietkowicz, quas habet Jure dotalicij in hominibus ibidem, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem reseruando, in dimidio tercio centenario sexagenarum grossorum vendidit et inpignorat eo Jure possidendum.)

263. Petrus de Prziestawlk Henrico de Laznik et eius heredibus VI marcas annui census in villa Smrzicz in tribus laneis et in hominibus dictos laneos tenentibus cum pleno Jure et dominio Jure dotalicij, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem aut heredibus suis reseruando, in Sexaginta marcis grossorum eo Jure vendidit et inpingnorat possidendum.

264. Johannes et Weceslaus fratres de Doloplas alias de Skrben Andree Wznate de Woynicz et eius heredibus villam Skrben cum loco Municionis cum curia de vna aratura cum area molendini alias smllynissczem cum villula dicta Hinkow cum piscatoribus ac hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus proventibus robotis pratis pascuis siluis et luco aquis et riuulis et signanter cum ambobus littoribus aque Morawe cum pomerio maiori et minori ac vniuersis pertinencijs limitibus et metis pleno Jure et dominio, prout soli tenuimus, nichil nobis et heredibus ipsorum Juris aut proprietatis ibidem reseruantes, vendiderunt hereditarie possidendum, dempto illo, quidquid Commissarij Frankonis olim fratris nostri Margarethe conthorali ipsius et eius marito Johannis Syrotkoni thabulis terre pridem inthabularunt ibidem in Skrben.

(F. XVIII. v.) 265. (Katherina de Trzemeska Johannem et Victorinum filios suos Super dotalicio suo, quod habet in Trzemesska uel adhuc.) [1])

266. (Wlczko de Zarussek Machne de Buchlowicz Dorothee filie eius ac heredibus eorum duos laneos in Muchnicz soluentes dimidiam terciam sexagenas cum vniuersis pertinencijs eiusdem pleno Jure et dominio prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

267. (Johannes de Ruda Johanni Scharowczoni de Vgyezd et eius heredibus ac Anne de Buchlowicz conthorali sue quatuor marcas grossorum annui nudi census in villa Passowicz in septimodimidio laneo in hominibus censuantibus ibidem, et si quid ibi deficeret, debet in superiori parte ville predicte ostendi, quod habeant plene quatuor marcas census in XL marcis grossorum ad ius dotalicij vendidit et inpingnorat possidendum.) 1437.

268. (Wenceslaus et Georgius fratres de Crawar alias de Straznicz Arklebo de Wiczkow et eius heredibus Curiam ipsorum de vna Aratura In villa Stichowicz cum octo laneis duobus subsidibus et vno molendino ac hominibus, qui predicta tenent, cum censibus proventibus robotis et alijs vniuersis vtilitatibus et pertinencijs Jure dotalicij in dimidio altero centenario marcarum grossorum inpingnorant possidendam addentes eis specialiter, quod de ipsorum montibus ligna debent eis dari pro necessitate edificiorum dicte curie et ad cremandum.)

269. (Georgius de Crawar alias de Straznicz Wenceslao de superiori Laznik Elsscze conthorali sue et eorum heredibus Curiam allodialem liberam in Superiori Laznik cum suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, nichil ibidem sibi aut heredibus suis Juris proprietatisque reseruando pro suo seruicio, prout olim patri predicti domini Georgij deseruiuit, dat donat et assignat hereditarie possidendam.)

270. Jacobus de Drzienoweho Johanni de Drzienoweho fratri suo et eius heredibus villam Vhercze cum Curia Molendino ac hominibus censuantibus et non censuantibus ibidem cum duabus piscinis Riuulis fluminibus pratis montibus siluis agris cultis et incultis ac vniuersis pertinencijs metis et graniciebus ville eiusdem pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

271. Johannes de Drzienoweho Jacobum de Drzienoweho fratrem suum omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et habendorum ac puerorum verum et legittimum facit et constituit Commissarium.

(F. XIX. r.) 272. (Anna de Budkowicz Anne de Zerawicz Martino et Alssoni fratribus de Drahanowicz filijs eius et eorum heredibus Jus dotalicij sui, quod habet in villa Vnyerazky et in Curia ac molendino ibidem, Item in villa Bezdyeczin in hominibus censuantibus agris cultis et incultis pratis pascuis ac vniuersis pertinencijs villarum earundem, prout sola tenuit, in alterodimidio centenario sexagenarum grossorum, nichil sibi ibidem reseruando, eo Jure vendidit et inpingnorat possidendum.)

273. (Dobessius de Rohozow Johancze conthorali sue de Budkow ducentas marcas grossorum super villa Drslawicz iacentes prope Hradssowicz ac in vniuersis pertinencijs ville eiusdem, et quidquid ibidem defuerit, ostendunt super molendino subsidibus ac piscatoribus et in curia, que omnia habet ante Ciuitatem Brode Vngaricalis in hijs omnibus prenominatis bonis eidem Jure dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Arklebus de Wiczkow suscepit.)

274. Anna de Dobrawoda et de Ostrata filia quondam Bohunkonis pueros suos legittimos super villa Lhotka prope Hradssowicz iacente, quam habet, ac super vniuersis pertinencijs eiusdem hereditatis in veram suscepit vnionem.

275. (Mixo de Lulcz Dywam de Lulcz patruum suum et Elsskam filiam ipsius Super eo toto, quod habet in

[1]) *Der Schluss dieser Einlage fehlt.*

1437. Dobromilicz in veram suscepit vnionem, Cuius inthabulacionis nunccij a domino Marchione specialiter deputati sunt, dominus Johannes Ozor de Bozkowicz et dominus Georgius de Lucaw domini Marchionis speciali consensu et assensu.)

276. Johannes de Dobrawoda alias de Selitek Zichoni de Wolfperg et eius fratribus villam Selitky cum Municione et Curia vnius arature duobus laneis censuantibus quinque curticulis cum agris cultis et incultis pascuis Riuulis siluis rubetis pomerio et piscina, Item Curiam in Klobuk de duabus araturis quatuor curticulis agris cultis et incultis piscina pratis pascuis riuulis censibus et vniuersis dictarum villarum pertinencijs metis et limitibus pleno Jure et dominio, prout solus a patre suo tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

277. Mixo de Lilcz et Dywa de Lilcz patrui ad omnium bonorum suorum vbilibet habitorum veram adinvicem sese susceperunt vnionem, Cuius nunccij ad thabulas a domino Petro de Straznicz protunc Capitaneo terre deputati sunt, dominus Johannes Ozor de Bozkowicz et dominus Georgius de Sternberg alias de Lucaw, Et quia predictus Dywa supervixit Mixonem patruum suum predictum et tandem ipse Dywa defunctus est, Ideo dominus Marchio de speciali sua gracia et consensu Elsscze predicti Dywe filie post eum remanenti predictam vnionem fecit et mandauit per eosdem nunccios presentibus inthabulari.

(F. XIX. v.) 278. Johanka z Lilcze conthoralis Johannis Langdorff contra predictam inthabulacionem vnionis facit et dedit suum odpor dicens, se ad predicta Bona vnionis facte melius Jus habere, et specialiter ad bona Dobromilicz.

279. Adam de Hradek Johannem Ssussnowkam de Petrowicz Super villam Bzowe cum omnibus suis pertinencijs in veram suscepit vnionem.

280. (Sbinko de Drzienoweho Anne de Wiczkow conthorali sue Curiam de duabus araturis in Drzienowe et villam Drzienowe cum omnibus censibus et robottis et siluis dictus Zurowe in Centum triginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat, Quod dotalicium Arklebus frater eius de Wiczkow suscepit.)

281. Barsso de Czihowicz Henrico de Morkowicz alias de Trubek et eius heredibus in villa Zdyslawicz, quantum ibi habuit, cum hominibus censuantibus et non censuantibus cum agris cultis et incultis ac laneis et subsidibus vineis siluis pratis pascuis aquis metis et limitibus ac vniuersis pertinencijs bonorum eorundem, prout solus tenuit nichil sibi et heredibus suis Juris et proprietatis ibidem reseruando, pleno Jure et dominio, Item illud Jus, quod habet super molendino sub villa Strziezowecz, cum predictis bonis vendidit hereditarie possidendum.

282. (Henricus de Morkowicz alias de Trubek Katherine de Zerawicz Glori sue decimam terciam dimidiam marcas grossorum annui census in villa Zdyslawicz et in hominibus censuantibus ibidem dempto vno Zdenkone homine, qui tantummodo XIX grossos debet eidem soluere ad predicta, residuum pro se reseruauit in eodem racione veri dotalicij in Centum vigintiquinque marcis grossorum dat pariter et assingnat.)

283. (Katherina de Zerawicz relicta quondam Zawisskonis de Barzicz Johannem Kuzelonem Juniorem de Zerawicz fratrem suum Super dotalicio suo toto, quod habet in Zdyslawycz, in veram suscepit vnionem.) 1437.

(F. XX. r.) 284. Sbinko de Drzienoweho pueris Pechonis tres marcas grossorum annui census in hominibus infrascriptis et eorum successoribus videlicet In Wachone Bosskone et in Pawlikone in villa Zborowicz agris cultis et incultis ad hec bona spectantibus pratis pascuis aquis siluis rubetis Balneo vno subside et area Molendini deserta ac Jurepatronatus ecclesie ibidem cum vniuersis pertinencijs metis et limitibus bonorum eorundem pleno iure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.

285. (Anna de Zerawicz Hrusskonis relicta Johannem Kuzelonem de Zerawicz seniorem patruum suum et Johannem Kuzelonem Juniorem de Zerawicz fratruelem suum super omne dotalicium suum in veram suscepit vnionem.)

286. Johannes Kuzel iunior de Zerawicz Johannem Kuzelonem seniorem de Zerawicz et de Qwassicz ad omnium bonorum suorum vbilibet habitorum et habendorum in veram suscepit vnionem.

287. (Alsso de Wrahowicz Helene Conthorali sue XV marcas grossorum annui census In et super villa Wrahowicz in dimidio altero centenario marcarum racione veri dotalicij dat et assingnat, Quod dotalicium Johannes de Rokytnycz suscepit.)

288. Dobessius de Rohozow Arklebo de Wlcznow et eius heredibus villam Weletin cum loco Municionis Curia agris cultis et incultis censibus proventibus robotis cum Molendino et duabus tabernis libere Braxantibus cum siluis lucis rubetis aquis piscinis ac pertinencijs vniuersis metis et limitibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum et si alicubi inveniretur in thabulis debet aboleri.

289. Smilo de Zastrzihl alias de Nemoticz Smiloni et Arklebo fratribus de Kunkowicz et eorum heredibus villis infrascriptis videlicet in Kunkowicz in Chwalnowicz, quidquid Onssonis patrui ipsorum fuit, et quantum prius solus in Chwalnowicz habuit, sit multum uel modicum, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, dat et inthabulat hereditarie possidendum.

290. Onsso de Kunkowicz Smilonem et Arklebum de Zastrzihl fratres de Nemoticz ad hereditatem, quam habet in villa Nyetkowicz et pertinencijs suis vniuersis in veram suscepit vnionem, Cuius inthabulacionis nunccij sunt et fuerunt dominus Arklebus de Drahotuss et Gimrammus iam defunctus de Dubrawicz.

(F. XX. v.) 291. Vlricus Stoss de Branicz Ffridrico de Grunberg Anne conthorali eius et ipsorum heredibus decimum octauum medium laneos in villa Hradssowicz agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus pratis pascuis fluminibus ac siluis communalibus ad dictos laneos spectantibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Jure dotalicij, nichil sibi Juris aut heredibus suis ibidem reseruando, vendidit eo Jure possidendos.

292. Hanussius de Kelczan contra predictam inthabulacionem presertim de tribus laneis quondam Mixi-

1437. konis de Vgyezd dedit et facit suum odpor dicens, se ad predictos tres laneos melius habere.

293. Mladota de Prusynowicz Agnezcze de Rokytnicz conthorali sue XXXVI sexagenas annui census nudi puri in villa Trssicz in hominibus ibidem in quarto dimidio centenario et decem sexagenis grossorum racione veri dotalicij dat pariter et assignat, Quod dotalicium Hinco frater suus suscepit.

294. Anna de Bohdalicz Johannem Ochwozkam fratrem suum Super omnibus bonis suis habitis vbilibet et habendis in veram suscepit vnionem.

295. Ondrzey Wznata de z Voynicz Johannem de Lessan alias de Crumpsin Super omnibus bonis suis vbilibet habitis et habendis in veram suscepit vnionem.

296. Seborius de Dubczan Berenhardo de Zirotyn et eius heredibus ac Dorothee conthorali sue de Chudyechrom et Perchte de Ryuchenberg bona sua in Zirotyn, que habuit ex donacione domini Jesskonis de Zyrotyn, videlicet Curiam cum loco Municionis dicto kopecz cum hominibus censibus vtilitatibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis fluminibus ac vniuersis pertinencijs ad predicta bona spectantibus dempto quodam prato, quod Barssony dedit pro alio prato dicto spoleczna luka, cum metis et limitibus, prout dicta bona in parte sua ab alijs sunt distincta pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

297. (Bernhardus de Zirotin Dorothee conthorali sue vltra dotalicium suum, quod sibi prius inthabulauerat, de bona voluntate sua speciali superaddit centum marcas grossorum ita, quod heredes ipsius Bernhardi post eius mortem dictas centum marcas de Bonis Zyrotin eidem dent et persoluant, predictam eciam Dorotheam conthoralem suam post mortem suam facit et constituit supremam Commissariam omnium bonorum suorum et puerorum vsque ad mutacionem status viduitatis sue, quod si statum suum viduitatis mutauerit, ex tunc debet contentari de dotalicio suo et de predictis centum marcis grossorum sibi superadditis.)[1])

(F. XXI. r.) 298. Johannes de Wiczicz et Nicolaus Czigan de Czelechowicz fideiussores et disbrigatores pro Jakubkone de Prus defuncto Elsscze olim conthorali sue decem marcas grossorum annui nudi census in Opido Wzdunka in dimidio quinto laneo, Molendino dicto Olssynecz, et in omnibus subsidibus ibidem cum vniuersis pertinencijs, racione veri dotalicij in centum marcis grossorum[2]) dat et assignat nomine predicti Jakubkonis defuncti, Quod dotalicium Raczko de Czetochowicz suscepit.

299. (Elsska de Rossczina Drzslaum de Naklo maritum suum super dotalicio suo, quod habet in Wzdunka, in veram suscepit vnionem.)

300. Smilo de Nemoticz Clare conthorali quondam Hanussij de Oswietyman sex marcas grossorum annui census in villa Oswietiman in hominibus ibidem in Sexaginta marcis grossorum racione veri dotalicij dat et assignat.

301. Raczko de Zborowicz Henrico de Barzicz dimi- 1347.
dium tercium centenarium marcarum grossorum eo Jure dotalicij, sicut ad me deuolutum est legittime post mortem Johancze materterre mee, in villa Trubka deputat et assingnat.

302. (Johannes de Opathowicz alias de Longavilla Henricum de Morkowicz alias de Barzicz Super omnibus bonis suis vbilibet habitis et habendis in veram suscipit vnionem.)

303. (Pawliko de Przne Johancze conthorali sue decem marcas grossorum annui census in et super Curia in villa Przíluk et hominibus ibidem et rotobis (sic) in molendino ac in alio medio molendino sub Jessenicz villa in pratis siluis et in omni eo, quod ibi habet racione veri dotalicij, in centum marcis grossorum dat et assignat, transducendo ipsam de priori dotalicio suo, quod habuit in Lutenczicz, quod dotalicium Smilo de Nemoticz frater ipsius suscepit dicens, esse suum bonum.)

304. (Kunka de Byelowicz conthoralis olim Nicolai Badyore de Przeczkowicz Johankam filiam suam et Czenkam virginem sororem suam super dotalicio suo, quod habet in villa Przeczkowicz, in vigintiquinque marcis grossorum et super omne Jus suum, quod habere dinoscitur in predicta villa, in veram suscepit vnionem.)

305. Mikulawssonis filius Olricus de Przeczkowicz contra predictam inthabulacionem predicti dotalicij facit et dedit suum odpor dicens, sibi melius Jus conpetere.

306. Clara relicta quondam Hanussij de Oswyetiman Henricum Trczkam de Stussicz fratrem suum et heredes ipsius ac Bolkam conthoralem eius super dotalicio suo, quod habet in Oswietyman in veram suscepit vnionem sic, quod post mortem ipsius Clare ad eos devoluatur.

(F. XXI. v.) 307. (Johannes de Messenpek alias de Helfenstein Stiborio et Arklebo fratribus germanis de Ostrow alias de Kunowicz Municionem Hluk cum villa et Curia ibidem ac hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis Molendinis piscinis fluuijs pratis pascuis siluis nemoribus rubetis ac vniuersis pertinencijs redditibus et proventibus metis limitibus ac circumferencijs bonorum predictorum pleno Jure et dominio, prout dicta bona solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

308. Stiborius de Ostrow alias de Kunowicz Anne de Morawan conthorali sue quindecim marcas grossorum annui census in villa Hluk in superiori parte ab illo fine, sicut ad Radiss itur, in hominibus ibidem in dimidio altero centenario marcarum grossorum racione veri dotalicij dat pariter et assignat, Quod dotalicium Smilo de Zastrzihl frater eius suscepit.

309. Arkleb de Kunowicz contra inthabulacionem bonorum Wlkoss Johanni Kuzeloni in precedenti Colloquio prius factam facit et dedit suum odpor dicens, se habare melius Jus ad bona predicta.

310. Johannes Lziczka de Dubnan Hedwige conthorali sue In et super Curia in villa Wiskuowky siluis pratis et vniuersis pertinencijs ad dictam Curiam spectantibus ac in duobus laneis et in dimidio altero subside et in hominibus ibidem racione veri dotalicij in

[1]) *Am unteren Rande dieser Blattseite steht von derselben Hand: „Secundus sexternus primi Colloqui et secundi.“*

[2]) *Die vier Worte „in centum marcis grossorum“ stehen am linken Rande bei einem Commente.*

1437. Quinquaginta marcis grossorum dat pariter et assignat, Quod dotalicium Johannes de Wesseliczko frater ipsius suscepit.

311. Albertus de Kozissow Johanni alias Jone[1]) Tunkloni de Czychholcz et eius heredibus Municionem Kozyssow cum Curia et villa ac hominibus et censibus ibidem, Item villam Studencze, Item villam Slohonyow, villam Dluhomylow, villam Hrabyssina cum hominibus censibus agris cultis et incultis robotis pratis pascuis siluis nemoribus aquis aquarum decursibus fluminibus piscatoribus molendinis venacionibus ac vniuersis pertinencijs ad dictam Municionem et Curiam pertinentibus cum limitibus metis et graniciebus redditibus prouentibus et vtilitatibus vniuersis cum pleno Jure et dominio, nichil sibi aut heredibus suis ibidem Juris et proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendum demptis illis hominibus, quos habet in Postrzelmow et Jurepatronatus ibidem, Item demptis hominibus in Chromcze et quidquid ad hoc pertinet et aque Morawe, que pro se et suis heredibus reseruat.

312. Martinus de Prus Johanni Bradkoni et eius heredibus villam Kladnik cum Municione et curia ac hominibus ibidem censuantibus et non censuantibus ac vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum, preter duos laneos ibidem, qui ad Castrum Helffenstein pertinent.

(F. XXII. r.) 313. Pawliko de Przne Arklebo de Kunkowicz et eius heredibus Municionem Litenczicz cum Curia de duabus araturis et villa ibidem cum decimo et medio laneo quatuor curticulis maioribus et tribus minoribus thaberna Balneo et Jurepatronatus Ecclesie ibidem cum agris cultis et incultis pratis siluis nemoribus riuulis pomerio ac hominibus censuantibus et non censuantibus ac vniuersis pertinencijs redditibus prouentibus metis et graniciebus vna cum bonis illis, que a Johanne de Longauilla ademit, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

314. Czenko de Wyczomyerzicz Elsscze conthorali sue octo sexagenas grossorum annui census ibidem in Wiczomyerzicz ex illa parte versus flumen in hominibus illis ac alijs vtilitatibus hominum illorum preter robotas, quas pro Curia sua ibidem reseruat, racione veri dotalicij in LXXX sexagenis grossorum dat pariter et assingnat, transducendo ipsam de suo priori dotalicio, quod habuit super Curia ibidem in Wyczomyrzicz et alijs pertinencijs quibusdam eiusdem, Quod dotalicium Benessius de Bielkuow suscepit dicens, esse suum bonum.

315. (Nicolaus Czigan de Czelechowicz Stiborius de Wezek fideiussores et disbrigatores pro Katherina relicta quondam Pessikonis de Lhota iam defuncta Philippo de Paczlawicz et eius heredibus LXXV marcas grossorum in villa Lhota in hominibus censuantibus siluis pratis ac vniuersis pertinencijs eiusdem, prout dicta Katherina tenuit, Jure dotalicij vice et nomine ipsius defuncte eo Jure vendunt et inpignorant possidendum.)

316. Smilo de Zastrzihl Johanni de Lipuoltowicz et eius heredibus in villa sua Chilecz quatuor laneos curiensium agrorum et quinque quartalia ad Jus emphiteoticum VI ortos Balneum thabernam cum censibus proventibus pratis pascuis riuis piscinis siluis rubetis ac pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum. 1437.

317. (Olricus Stoss de Branicz Johanni Jaworouy de Rakowe et eius heredibus villam Trawnik cum loco Municionis alias Twrzisscze cum Curia ibidem hominibus censibus piscatoribus et vno littore aque Moraue ad dictam villam spectante siluis nemoribus lucis rubetis montibus agris cultis et incultis pratis pascuis prouentibus et vtilitatibus, quibuscumque nominibus nominentur, pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

318. Agnezka de Hollstein conthoralis Johannis Tunklini de Drahanowicz transducta est per eundem de priori suo dotalicio, quod habuit in duabus villis videlicet Waczlawow et Pywonyn et earum pertinencijs vniuersis in Centum marcis grossorum Super bona Gyedownicz ad Czudam Brunnensem, in quibus bonis satisfactum est sibi pro dotalicio supradicto, vnde renuncciat omni Juri suo, quod habuit super Waczlawow et Pywonyn.

(F. XXII. v.) 319. (Gindrzich de Morkowicz alias de Trubek Sibille conthorali sue In et super parte sua in Trubek XIII marcas grossorum annui census veri dotalicij in Centum et triginta marcis grossorum dat pariter et assingnat, Quod dotalicium Wiczkowecz de Wiczkowecz suscepit.)

320. Anna de Bohdalicz alias de Stichowicz Arklebo Wiczkowczoni de Wiczkow quinquaginta marcas grossorum minus duabus marcis In et super Curia in Stichowicz, quam pater eius possedit, cum nemore agris cultis et incultis metis et vniuersis eiusdem pertinencijs eo Jure dotalicij, prout sola tenuit, nichil sibi ibidem reseruando nec successoribus suis vendidit possidendum.

321. Anna de Morkowicz Milotham de Morkowicz filium suum et pueros eius Super dotalicio suo, quod habet in Opido medio in Morkowicz (Item super hereditate sua, quam habet in Koliczin et eius pertinencijs, item super villa Brzestek et eius pertinencijs quam adhereditatam habet) super omnia bona predicta in veram suscepit vnionem sub hac condicione, quod ipsa de predictis bonis plene vtatur, donec vixerit sicut prius post mortem vero ipsius predicta bona debent ad ipsum et ad pueros suos deuolui.

322. Martinus de Drahanowicz Przechoni de Wodyerad et eius heredibus Curiam in Borzitow cum agris cultis et incultis proventibus pratis pascuis aquis siluis rubetis ac vniuersis dicte Curie pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

323. (Wissko de Strzietez Benessio de Bielkow et eius heredibus Curiam in Slatinka de vna aratura cum

[1]) *Die zwei Worte „alias Jone“ stehen oberhalb der Zeile, sind aber von derselben Hand geschrieben.*

1437. taberna subside et duobus ortis ac vniuersis dicte Curie pertinencijs pratis pascuis pleno Jure et dominio, nichil sibi et eius heredibus Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

324. Sulko de Zakrzowicz Elsskam de Byekowicz super bona hereditaria sua videlicet super Municione in Zakrzowicz et villa eadem Item in Laznik super dimidio altero laneo censuante et Molendino prope Zakrzowicz super piscinas siluas prata ac pertinencijs vniuersis bonorum eorundem demptis V laneis ibidem in Zakrzowicz, qui subiacent Omagio domini Episcopi in veram suscepit vnionem.

325. (Benessius de Lasskow Johanni Lapcze de antiquo Tyczin et eius heredibus villam Oprostowicz cum Curia et hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis piscinis pratis pascuis siluis rubetis cum vniuersis pertinencijs eiusdem, pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

326. Johanka de Oprostowicz conthoralis Smilonis de Kunkowicz contra predictam inthabulacionem facit suum odpor dicens, se ad predicta bona melius Jus habere.

(F. XXIII. r.) 327. (Arklebus de Kunkowicz Smiloni de Nemoticz et eius heredibus quatuor laneos in villa Lysky cum vniuersis pertinencijs eiusdem pleno iure et dominio, nichil sibi et heredibus suis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

328. (Ondrzei Znata de Woynicz Hanusskoni dicto Lilgenbluet de Muta Conciui Olomucensi Margarethe conthorali sue et eorum heredibus XIII marcas grossorum annui nudi census alias shadaneho minus quatuor grossis in villa Smrzicz cum hominibus ibidem cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit Jure dotalicij, nichil sibi in dicto censu aut suis heredibus Juris aut proprietatis reseruando, in Centum et XXX marcis grossorum eo Jure dotis vendit et inpignorat possidendum.)

329. Philippus de Milenowa Blazkoni de Oprostowicz et heredibus eius Curiam in Oprostowicz cum agris pratis piscinis siluis vno subside et medio laneo ac vniuersis pertinencijs eiusdem Curie cum bonis Raczow agris et siluis et alijs pertinencljs eorundem pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris et proprietatis reseruando, ibidem vendidit hereditarie possidendum.

330. (Franko de Hartmanow Machne de Crumpsyn conthorali sue In et super villa Smrzicz in hominibus ibidem, quos habet pignore dotalicij, ducentas et viginti marcas grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat transducendo ipsam de priori dotalicio, quod habuit in Schumicz ad Czudam Brunnensem, Quod dotalicium Zdenko de Kokor suscepit dicens, esse suum bonum.)

331. (Meynuss de Prus Protywczoni de Pawlowicz et eius fratribus et eorum heredibus decem marcas grossorum annui census in villa sua Wazany in hominibus ibidem signanter incipiendo ab illa porta in dextra manu, sicut itur ad Prus vsque ad villanum dictum Hawel, in VII laneis minus quartali et in dimidia septima curticula, Item quandam praytam agrorum retro siluam dictam Perna iacentem ad fines ville Bohdalicz camporum, Item pratum iuxta viam, sicut itur in Bohdalicz, quod dicitur kutny luka, et siluas dictas Dechtarzowecz, illas omnes siluas sub via iacentes, sicut de Wazan itur in Pawlowicz in dextra manu vsque ad metas Kozlanskych, Item siluas dictas Opale sicut itur per viam ad metas Pawlowicz et campos eorum et metas Kozlanske cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis in dictis censibus et hominibus in prayta et in siluis prenominatis et distinctis Juris aut proprietatis reseruando vendidit hereditarie possidendum, Quidquid autem in dicta villa Wazan residuum fuerit siluarum et hominum, illa omnia pro se et suis heredibus reseruat.) 1437.

(F. XXIII. v.) 332. (Jan Tunkel de Eychholcz Elsscze conthorali sue LXXV marcas grossorum in villa Koyssow et super Municione et Curia ab antiquo ad ipsam Municionem spectante et super tota villa Kozissow cum vniuersis pertinencijs dicte Municionis ville et Curie cum Molendino ibidem siluis nemoribus fluminibus pratis pascuis metis et granicijs eiusdem ville, nichil excludendo, Item quinquaginta marcas grossorum in et super villis Pywonyn et Waczlawow cum vniuersis pertinencijs earundem racione veri dotalicij dat deputat et assingnat, Sed predictus Jan excipit In villa Kozyssow secundam Curiam, que fuit Johannis Ganzer cuiusdam cum vniuersis pertinencijs eiusdem, Quod dotalicium Johannes Tunkel de Drahanowicz suscepit.)

333. (Jon Tunkel de Eychholcz Elsscze conthorali sue Quinquaginta marcas grossorum In et super Curia in Kozyssow, que erat quondam Johannis Ganzer cum vniuersis pertinencijs Curie eiusdem ad Jus veri dotalicij dat deputat et assingnat transducendo eam de illa hereditate ipsius, quam habuit in villa Leznicz, Quod dotalicium Johannes Tunkel suscepit.)

334. (Elsska de Leznicz Jone Tunkloni marito suo et eius heredibus omne Jus suum paternum, quod habuit in et super villa Leznicz, nichil reseruando, dat eodem Jure hereditario possidendum.)

335. (Sbinko de Drzyenoweho Johanni de Opathowicz alias de Langdorff et eius heredibus bona sua in Pawlowicz cum Curia agris cultis et incultis robotis pratis pascuis riuis piscinam iuxta villam cum Nemore censibus prouentibus metis et limitibus ac vniuersis pertinencijs ville eiusdem cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, Et eciam in Lhotka quidquid habuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut proprietatis in predictis bonis reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

336. Philippus de Tuczap Katherinam conthoralem suam Super Curia sua in Tuczap cum quatuor curticulis nemore pratis pomerijs agris cum vniuersis dicte Curie pertinencijs in veram suscepit vnionem.

337. Adam de Medlowicz Katherine de Wolfenberg conthorali sue quinque marcas grossorum annui census in villa sua Medlowicz in hominibus ibidem racione veri dotalicij in quinquaginta marcis grossorum dat deputat et assingnat, Quod dotalicium Wlczko de Zarussek suscepit.

338. (Katherina de Wolfenperk Adam maritum suum Super eo toto, quod habuit in Buchlowicz, in veram suscepit vnionem.)

1437. (F. XXIV. r.) 339. (Johannes de Opathowicz alias de Longauilla Johanni de Pozdyetyn et eius heredibus Bona sua in Pawlowicz cum Curia, in qua Wenceslaus de Drzyenowicz quondam resedit, cum agris cultis et incultis robottis censibus pratis pascuis riuis cum piscina iuxta villam et Nemore ac cum vniuersis pertinencijs metis et granicijs bonorum eorundem pleno Jure et dominio, nichil sibi et suis heredibus Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum, Et in Lhotka quidquid predictus Johannes habuit, hoc totum eidem vendidit supradicto.)

340. (Arklebus de Wiczkow Katrussy conthorali sue ducentas marcas grossorum minus duabus marcis In et super duabus Curijs in Sczichowicz octo laneis duobus subsidibus et molendino eo Jure dotalicij pignoris, prout solus tenuit, racione veri debiti dat pariter et assingnat dotalicij, Quod dotalicium Johannes de Longauilla suscepit.)

341. Petrus de Muchnicz Johanni de Opathowicz alias de Langdorff quinque marcas grossorum annui census in Dobromilicz eo Jure dotalicij pignoris, prout solus tenuit, vendidit et inpingnorat possidendum.

342. Arklebus de Kunkowicz Matye et Busskoni fratribus germanis de Strabenicz et eorum heredibus vnum laneum agrorum cum vno subside et censu agris cultis et incultis pomerio siluis pratis pascuis aquis et vniuersis pertinencijs suis pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatisque ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum, Et ad hoc Smilo frater suus suum dedit consensum.

343. Arklebus de Cunkowicz Dorothee de Wezek conthorali sue octo marcas grossorum annui census in villa Lutenczicz et in hominibus ibidem in Nouem laneis et vno subside, qui octo grossos annuatim soluit, racione veri dotalicij in Octuaginta marcis grossorum dat deputat et assingnat, Quod dotalicium Stiborius de Wezek suscepit pater ipsius.

344. (Arklebus de Cunkowicz Johanni de Popowicz tres marcas grossorum annui census in hominibus censuantibus in villa Chwalnow in porcione sua racione veri dotalicij dat et inpingnorat possidendas, Et si predictum Johannem decedere contingerit, extunc dictus census super Dorothea conthorali ipsius de Cunkowicz debet deuolui.)

345. (Mixiko de Trmaczow Procopium filium suum Seniorem Super media Curia in Nezdyenicz in veram suscepit vnionem.)

346. Johannes de Poddole et Margaretha conthoralis ipsius Ssychoni de Mnichow agrum, qui vocatur wlgariter klyn, a tergo ville Poddole iacentem vendiderunt hereditarie possidendum sibi et successoribus ipsius.

(F. XXIV. v.) 347. (Herbordus de Borzitow alias de Krzidlo Byetcze conthorali Johannis fratris sui et Zdene conthorali sue Sororibus germanis de Zdyetin XIII marcas grossorum annui census et hoc diuisim cuilibet eorum dimidiam septimam marcas census in Centum et XXX marcis grossorum in villa Dobroticz et curia ibidem allodiali agris cultis et incultis pratis et in decem et septem laneis et in hominibus dictos laneos tenentibus et censuantibus in subsidibus et in duobus molendinis racione veri dotalicij deputat et assingnat, Quod dotalicium Johannes Zubko pater ipsorum suscepit.) 1437.

348. Jan Tunkel de Eychholcz Johannem Tunkel de Drahanowicz et eius heredes Super villas Studenka, Slohonyow et Dluhomylow cum vniuersis pertinencijs earundem censibus hominibus, quantum ibi habet, nichil reseruando, in veram suscepit vnionem.

349. Jon Tunkel de Eychholcz Johanni Tunkel de Drahanowicz et eius heredibus Jus suum hereditarium, quod habuit in bonis Leznicz ab vxore sua Elsska, vendidit eo Jure hereditario possidendum.

350. (Jacobus de Rzymicz Katherine conthorali sue Curiam suam in Rzymicz ac pertinencijs suis in porcione sua in hominibus censuantibus siluis pratis fluuijs riuis Molendino piscinis dempta illa piscina, que iacet sub villa ac in rebus mobilibus alias nadbyt in dimidio altero centenario marcarum grossorum racione veri dotalicij dat deputat et assingnat, Quod dotalicium Barsso de Czihowicz suscepit.)

351. Nicolaus de Domamislicz Dorothee de Stichowicz et Slawkoni de Dobrawoda marito ipsius VI marcas annui census nudi et deputati in villa Domamislicz in Molendino et altero dimidio laneo in thaberna in duobus ortis et duobus subsidibus et in hominibus predicta possidentibus cum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatisque ibidem reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum ipsis et heredibus ipsorum.

352. Nicolaus Czigan de Czelechowicz Petro Czrtorig et eius heredibus Jus suum hereditarium, quod habuit in villa Poczenicz, et in hominibus ibidem Item in Opathowicz villa et Curia ibidem agris cultis et incultis piscinis siluis pratis (Item in Nyetkowicz villa et Curia ibidem agris cultis et incultis hominibus censitis ac siluis pratis)[1]) vniuersis pertinencijs bonorum eorundem pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris aut proprietatis in predictis bonis reseruando vendidit hereditarie possidendum.

353. Johannes de Wiczicz Elsscze conthorali sue XIIII marcas grossorum annui census In et super villa Witczicz et Curia ibidem racione veri dotalicij in Centum XL marcis grossorum dat deputat et assignat, Quod dotalicium Johannes de Zaworzicz frater suus suscepit.

354. Johannes de Opathowicz alias de Longavilla contra predictam inthabulacionem ville Wiczicz et Curie ibidem fecit et dedit suum odpor dicens, quod super predictis bonis habeat Jus racione fideiussorie caucionis.

(F. XXV. r.) 355. Katherina de Turkow olim conthoralis Petri de Sowynecz Paulo de Sowinecz et eius heredibus dotalicium suum, quod habuit super Castro Sowinecz in porcione ipsius Petri mariti sui, et in villa Passeka in hominibus censualibus siluis molendino, Item in villis Karlow et Krzyzow et Curia allodiali ibidem ac in vniuersis pertinencijs bonorum eorundem in trecentis sexagenis grossorum eo Jure dotalicij, prout ipsa tenuit, vendidit et inpingnorat possidendum.

356. (Pardus de Tupecz Johanni Mlczikony de Chylecz et eius heredibus et Kaczne vxori ipsius laneum ibidem in Chilecz cum pertinencijs suis vniuersis, sicut

[1]) *Am rechten Rande steht von einer anderen Hand die Note zugeschrieben: „Ista cancellacio non viciat alijs inthabulatis.“*

1437. ex donacione domini Marchionis habuit, pleno Jure et dominio, nichil sibi aut heredibus suis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

357. (Elsska relicta olim Wenceslai Lziczka de Kozoged pueros suos super dotalicio suo, quod habuit ibidem in Kozoged, in veram suscepit vnionem.)

358. Bohussie de Kokor Wenceslao de Zerawicz et eius heredibus villam Prossenicze Municionem cum Curia allodiali et Molendino cum vno littore Beczwe aque siluis ac vniuersis pertinencijs bonorum eorundem pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

359. Paulus de Sowinecz Anne de Ryzenburg conthorali sue In et super villa Passeka tota viginti sexagenas grossorum annui nudi census et deputati in hominibus ibidem racione veri dotalicij in ducentis sexagenis grossorum dat deputat et inpignorat possidendum, Quod dotalicium dominus Benessius de Waldstein suscepit.

360. Johannes de Lessan alias de Crumpsin Johanni de Wesseliczko et eius heredibus Curiam de vna aratura in Zdyetin cum sexto dimidio laneis et vno quartali tabernam V ortos cum praitis agris cultis et incultis hominibus censibus vtilitatibus duobus nemoribus et pascuis ac vniuersis pertinencijs dicte Curie et bonorum cum metis et limitibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris aut proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

361. Knyez Jan de Ohnyssczan Barthonyouy de Rudka et eius heredibus mediam Curiam ibidem in Rudka cum agris cultis et incultis duos laneos cum medio quartali, medietatem moncium ac pertinencijs vniuersis medie Curie predicte pleno Jure et dominio, prout solus tenuit nichil sibi et (heredibus suis) Juris proprietatis ibidem reseruando vendidit hereditarie possidendum.

(F. XXV. v.) 362. Dominus Johannes presbiter de Ohnyssczan Wawre de Rudka et eius heredibus medietatem Curie ibidem in Rudka cum agris cultis et incultis, cum duobus laneis et medio quartali ac medietatem moncium ibidem ac vniuersis dicte medie curie pertinencijs cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit nichil sibi (aut heredibus suis) Juris aut proprietatis ibidem reseruando vendidit hereditarie possidendum.

363. (Johannes de Wesseliczko Ludmille de Lessan alias de Crumpsyn conthorali sue decimam terciam dimidiam marcas grossorum annui census in Bonis suis Dyetin in et super Curia vnius arature et sexto dimidio laneo thaberna vno quartali et V ortis cum praitis cum quibusdam agris, qui vocantur kopaniny, agris cultis et incultis hominibus censibus et redditibus cum duobus nemoribus pascuis ac vniuersis pertinencijs bonorum eorundem cum metis et limitibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando in Centum vigintiquinque marcis grossorum racione veri dotalicij dat deputat pariter et assingnat, Quod dotalicium Johannes Crumsyn de Lessan frater eius suscepit.)

364. Johannes Crumsin de Lessan Dorothee de Sti- 1437.
chowicz Slawkoni de Dobrawoda et eorum heredibus bona sua in Lessan villa quatuor laneis minus quartali[1]) in Balneo in quatuor ortis VIII marcas grossorum cum viginti minus quinto medio dennario annui census ac pertinencijs vniuersis cum pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

365. (Barsso de Czychowicz Milothe de Morkowicz et eius heredibus Curiam allodialem[2]) in Koliczin cum omnibus suis pertinencijs cum area Municionis alias Twrzisscze pratis et siluis cum pleno Jure et dominio, prout pater suus Barsso predicta bona Jure terre obtinuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

366. Milota de Morkowicz Annam genitricem suam In et super Curia Allodiali in Koliczin et omnibus eius pertinencijs super area Municionis pratis et siluis in veram suscepit vnionem.

367. Johannes de Slezan Katherinam conthoralem super eo toto, quod habet in Slezan post patrem suum, sit parum uel multum, in veram suscepit vnionem.

368. Lewyko de Slezan contra predictam inthabulacionem vbi Johannes de Slezan Katherinam conthoralem suscepit in vnionem porcionis sue in Slezan dicens, quod predicta bona essent pignus suum, quod debita persoluisset.

(F. XXVI. r.) 369. Petrus de Muchnicz Zichne de Zastrzihl Henrico filio ipsius et Smiloni de Nemoticz Curiam allodialem in Muchnicz cum agris cultis et incultis siluis pratis pascuis riuis et VII laneis censuantibus tribus subsidibus molendino taberna Braxatile, Item in Kotuosow VI laneos cum agris cultis et incultis siluis pratis pascuis riuis ac vniuersis pertinencijs bonorum predictorum metis et limitibus pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.

370. Johannes de Opathowicz, Wlczko de Zarussek, fideiussores et disbrigatores pro Karlicone de Opathowicz iam defuncti (sic) Petro de Czertorig et eius heredibus dimidiam secundam Curiam allodialem in villa Czelczicz hominibus censuantibus quartam dimidiam sexagenam cum septem grossis census piscina deserta pratis pascuis ad dictas Curias spectantibus metis et limitibus ac pertinencijs eorundem pleno Jure et dominio, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum, prout predictus Karlico solus tenuit.

371. (Petrus de Czrtorig Stephano de Dobroczkowicz et eius heredibus Curiam in Nyetkowicz cum medio laneo vno subside agros tenente reseruaculum alias ribnyczisscze pratis pascuis siluis aquis et pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, prout solus tenuit, vendidit hereditarie possidendum.)

372. (Katherina relicta quondam Angeli sic dicti Super dotalicio suo, quod habuit in Studenka in Curia et subsidibus nemore ac vniuersis pertinencijs ad eandem in veram suscepit vnionem Ondrzeykonem dictum

[1]) *Diese zwei Worte „minus quartali“ stehen oberhalb der Zeile, sind aber von derselben Hand geschrieben.*

[2]) *Das von derselben Hand geschriebene Wort „allodialem“ steht oberhalb der Zeile.*

1437. Wierny de Prerouia maritum suum, Cuius nunccij ad thabulas a domino Marchione dati et specialiter deputati sunt dominus Benessius et dominus Wainko fratres de Bozkowicz, ad cuius relacionem hec facta sunt.)

373. (Ondrzey dictus Wierny de Prerouia Marussij conthoralem suam In et super Curia in Studenka ac pertinencijs suis vniuersis in veram suscepit vnionem.)

1446. (F. XXVI. v.) 374. Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto Sabbato proximo ante festum sancte Margarethe[1]) aperte sunt Tabule Terre Marchionatus Morauie.

375. Elzka de Namyesstye olim conthoralis Boczkonis de Cunstat residens in Oppathowicz Proczkonem de Cunstat filium suum suscepit in veram vnionem sui dotalicij et Juris, quod habet in bonis in Oppathowicz et in omnibus, que habet Jus ibidem.

376. (Johannes senior de Lompnicz et filius ipsius Wenceslaus Paulo Episcopo Olomucensi villas Raygcze cum duobus fortalicijs desertis cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, Petrowicze et Wawrzinczie cum hominibus censualibus et non censualibus cum Curijs agris cultis et incultis pratis pascuis robotis desertis piscinella molendino flumine aquis fluidis et stacionarijs siluis. . . . nemoribus montibus vallibus et cum omnibus pertinencijs cum pleno dominio et Jure, prout soli tenuerunt, nichil sibi neque heredibus suis Juris ac proprietatis reseruantes vendiderunt Jure hereditario possidendum.)

377. (Paulus Episcopus Olomucensis Wilhelmum de Miliczin et ipsius heredes suscepit in veram vnionem bonorum in Raygecz Petrowicz et Wawrzinczie et omnium, que ad eadem bona pertinent.)

378. Ofka de Obidowicz Conthoralis olim Heralti de Sowinecz et de Dubrawicz Puotham et Heraltum filios suos suscepit in veram vnionem tocius sui dotalicij et Juris, quod habet in Dubrawicz.

379. Georgius de Cunstat residens in Podyebrad vnum laneum cum vno subside deserto in Borzitow cum agris cultis et incultis, nichil sibi aut heredibus suis reseruando Juris seu proprietatis, Benessio de Bozkowicz et eius heredibus vendidit et intabulauit hereditarie possidendum.

380. (Laczko de Sterenberg et de Lukaw Elizabeth de Lompnicz conthorali sue legittime in et super Oppido Fristack, et in superiori villa, in inferiori villa in agris liberis et non involutis quinquaginta sexagenas annui census in quingentis sexagenis Jure dotalicij deputat et assignat, Margwardus frater ipsius suscepit.)

381. Offka de Lichtenburg olim conthoralis Smilonis de Cunstat Elzkam et Katherinam filias suas In et super Trecentis sexagenis grossorum dotalicij sui et Juris, quod habet in magna Senicz in veram suscepit vnionem, Ita quod eadem bona dotalicij tempore vite sue possideat, sed post mortem suam eedem filie Jure dotalicij vtantur, et vna earum defuncta Jus in aliam superstitem devoluatur.

382. (Erhardus de Cunstat et de Lissicz Marthe de Waldeck conthorali sue legittime in villa Drnowicz Curiam cum hominibus Siluis et cum omnibus pertinencijs suis et villam Rudiczi cum suis pertinencijs in ducentis et quinquaginta marcis Jure dotalicij dat deputat et assignat et Johannes Lepus de Waldeck frater ipsius suscepit intabulacionem.) 1446.

383. Johannes de Czimburg et de Thowaczow Johannes de Lichtenburg et de Czorenstein Johannes de Perenstein fideiussores et disbrigatores Milothe de Tworkow et eius heredibus fortalicium et villam Honczowicz cum Curia, villam Brzezewe cum Molendino, vnum laneum in Mezicz censualem cum alijs duobus laneis preter censum de taberna, et quatuor ortos ibidem cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis censibus et vtilitatibus robotis pratis pascuis siluis nemoribus vallibus piscinis aquis molendinis Jure dominio et alijs pertinencijs, prout eadem bona ab antiquo sunt dimensurata, dant et deputant hereditarie possidendum.

(F. XXVII. r.) 384. Dorothea de Waldstein Georgium de Crawar maritum suum legittimum in veram suscepit vnionem super omnibus, ad que habet Jus, et super villas Czech Starzechowicz et super eo, quod habet in Ohrosim et in Lessan agris cultis et incultis piscinis siluis pratis pascuis et collacionibus ecclesiarum et super omnibus pertinencijs.

385. Anna de Borotin Anno domini Millesimo quadringentesimo octauo Quinta feria ante festum sancte Lucie[2]) protestata est coram Johanne de Czimburg et de Thowaczow, Capitaneo Marchionatus Morauie, Quod Petrum de Conicz et Elzkam de Namyesst super dotalicio suo et Jure, quod habet in Rubanin et in Drzowicz, et super omnibus, ad que Jus habet, Nunccij istius sunt Johannes de Czimburg et de Slawiczin et Stephanus de Wartnow.

386. (Wilhelmus de Ryzemberg alias de Skaly residens in Swihow Puothe et Herssoni fratribus de Sowinecz et de Dubrawicz et heredibus ac successoribus ipsorum villas Tatenicz Lubne Czotkytli Ssomwald Jankouo Sudinu cum omnibus pertinencijs Jure dotalicij in Quingentis marcis grossorum Jure dotalicij, prout solus tenuit, vendidit dat et assignat.)

387. Machna de Lethowicz Anno domini Millesimo quadringentesimo septimo feria tercia post omnium sanctorum[3]) coram Wankone de Bozkowicz, Capitaneo Marchionatus Morauie, protestata est, quod Margwardum de Lompnicz maritum suum legittimum suscepit in veram vnionem super omnibus, que habet et ad quod Jus habet, Nunccij sunt Johannes de Bozkowicz et de Luca et Petr de Conicz.

388. (Martinus Mnich de Drahanowicz anno domini Millesimo quadringentesimo septimo Coram Wankone de Bozkowicz, Capitaneo Marchionatus Morauie protestatus est, quod Johannem de Polanky et Nicolaum de Coberzicz suscepit in veram vnionem super omnibus, que habet et ad que Jus habet, nunccij sunt Johannes de Bozkowicz et de Luca et Benessius de Bozkowicz.)

389. (Wanyek de Bozkowicz, Johancze de Wlassim Conthorali sue legittime quinquaginta sexagenas grossorum annui census In Quingentis sexagenis grossorum

[1]) *d. i. den 9. Juli 1446.*

[2]) *d. i. den 6. December 1408.*

[3]) *d. i. den 8. November 1407.*

1446. in bonis Czimburgensibus in villis Lazich Rostani et in Raznem in hominibus censualibus et super omnibus pertinencijs earundem villarum Jure dotalicij dat deputat et assignat, Karolus de Wlassim frater ipsius suscepit.)

390. (Wenceslaus de Krztyetin Jankoni Czrnemu de Byssowcze et heredibus et successoribus eius villas Krztyetin et Weselu cum hominibus censualibus et non censualibus cum Curia censuali et allodiali Robotis in censu computatis agris cultis et incultis pratis pascuis piscinis aquis riuulis montibus vallibus siluis nemoribus granicijs pleno Jure et dominio cum omnibus pertinencijs, nichil sibi aut suis heredibus reseruando, vendit dat et assignat hereditarie possidendum.)

391. (Johannes de Polanky et Nicolaus de Drahanowicz Manye de Lukawecz fortalicium Curiam villas Biskupicze Brzezniku cum Robotis et omnibus pertinencijs hominibus censualibus et non censualibus siluis piscinis pratis nichil excipientes in hijs, que ad illas villas pertinent, in Centum et quinquaginta marcis grossorum dant et assignant Ita, quandiu eadem Mana statum suum non mutauerit, predicta bona non possunt ab ea exsolui, et quod eadem Mana villas et bona iam dicta Jure dotalicij teneat, sicut consuetudo et Jus est dotalicia obligari.)

392. Wanyko de Bozkowicz iuxta se suscepit in veram vnionem suos heredes super Castro Czimburg et oppido Trnawka et super alijs villis Curijs Siluis pratis piscinis collacionibus ecclesiarum et super omni dominio, quod ad Castrum Czimburg pertinet, prout Dobessius de Mezirziecz eidem dedit.

(F. XXVII. v.) 393. Margwardus de Lompnicz iuxta se suscepit suos heredes in veram vnionem super bonis in Lethowicz et super omnibus ad que habet Jus, que sibi cesserunt post Machnam de Lethowicz olim conthoralem ipsius legittimam.

394. Johannes senior de Lompnicz et Margwardus de Lompnicz Georgio de Straznicz et eius heredibus villas Wnorowe et Sspinek cum omnibus pertinencijs earum dominio metis et granicijs, quemadmodum eedem ville ab antiquo sunt mensurate, in Quingentis sexagenis grossorum argenteorum nichil sibi aut suis heredibus ibidem reseruantes, ad directum Jus dotalicij vendunt.

395. Wilhelmus Puklicze de Pozorzicz et de Stramberg Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo In die sancti Petri ad vincula[1]) in Olomucz Coram Johanne de Czimburg et de Thowaczow Capitaneo Marchionatus Morauie protestatus est, quod Boczkonem de Pozorzicz fratrem suum super omnibus hereditatibus, quas habet uel habebit in Morauia, suscepit in veram vnionem, Nunccij huius sunt Petrus de Conicz et de Slawkow et Wanko de Bozkowicz.

396. Georgius de Crawar et de Straznicz Przechoni de Lesstyn et eius heredibus et successoribus villas Wnorowe et Spinek cum omnibus pertinencijs et dominijs metis et granicijs, sicut ab antiquo ad eas pertinent, in Quingentis sexagenis grossorum argenteorum, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis reseruando, ad directum Jus dotalicij vendit et assignat.

397. (Petrus de [illegible]nicz Bohdaloni et Wankoni fratribus de Barzicz et eorum heredibus villam Dyedkowicz cum fortalicio Curia pratis pascuis siluis rubetis Robotis riuulis metis granicijs et cum omni dominio et pertinencijs, sicut solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris ac proprietatis ibidem reseruando, Jure hereditario vendit possidendum.) 1446.

398. (Przech de Wodyerad Coram Johanne de Czimburg et de Thowaczow Capitaneo Marchionatus Morauie Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo octauo feria sexta ante purificacionem beate virginis[2]) protestatus est, Quod Katherinam de Drnowicz Conthoralem suam legittimam, Nicolaum de Wazan, Boczkonem de Wodyerad et pueros Petri Plachy de Wodyerad super omnibus, que habet in Borzitow et in Lhotka deserta, que dicitur Petri Nedabilowa et super omnibus, que habet uel ad que Jus habet, suscepit in veram vnionem, Nunccij huius sunt Cristoforus de Lichtenstein et Wanko de Bozkowicz.)

399. Elzka de Lilcz Johannem de Misliborzicz maritum suum legittimum super omnibus, que habet uel habebit et ad que Jus habet, suscepit ad veram vnionem.

400. Zoffka de Cunstat Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto dominico ante festum Sancte Margarethe[3]) dat et ponit odpor contra vnionem, quam Dorothea de Waldestein fecit Georgio de Crawar et de Straznicz marito suo, quia ad illa bona haberet.

401. Johannes Dupnik de Nitkowicz Onssoni de Zastrzil et heredibus ac successoribus eius villam Honyeticz cum Curia censuali agris cultis et incultis pratis siluis rubetis pascuis hominibus censualibus et non censualibus et cum omnibus pertinencijs ad eandem villam ab antiquo pertinentibus preter quatuor grossis census annui, qui soluuntur de molendino eodem in Trubeck, cum area Molendini deserta, Item in Nitkowicz quatuor marcas census annui et in Zdislawicz duos medios laneos in emphiteosim datos dat vendit et assignat hereditarie possidendum, nichil sibi aut heredibus suis Juris seu proprietatis ibidem reseruando.

402. Kathrusse de Honyeticz contra huiusmodi intabulacionem dat et ponit odpor ibidem statim et in continenti, quia ad eadem bona Jus haberet.

(F. XXVIII. r.) 403. Margaretha de Wodyerad Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto Brunne Coram Johanne de Czimburg et de Thowaczow Capitaneo Marchionatus Morauie protestata est, quod Johannem Sserkowecz et Johannem filium eius super omnibus, que habet in Wodyerad et ad quod Jus habet, suscepit ad veram vnionem, Nunccij huius sunt Benessius de Bozkowicz et Johannes de Deblin.

404. Johannes de Polanka et Nicolaus de Drahanowicz Nicolao de Cracowecz et Manye de Bukowicz eius conthorali necnon ipsorum liberis Curiam censualem in Podole cum vno laneo, in quo nunc Gregorius residet, censuantem duas sexagenas grossorum annuatim, vendit dat et intabulat Jure hereditario possidendum.

[1]) *d. i. den 22. Februar 1440.*
[2]) *d. i. den 31. Jänner 1438.*
[3]) *d. i. den 10. Juli 1446.*

1446. 405. Johannes de Polanka et Nicolaus de Drahanowicz Nicolao de Cracowecz et Manye eius conthorali eorumque liberis villam Obora super Borzitow cum suis pertinencijs Juribus, quemadmodum Martinus Mnich tenuit, dat et intabulat Jure hereditario possidendum.

406. Anna de Budkowicz Nicolao de Cracowecz et Manye de Budcowicz conthorali ipsius et eorum liberis villam Vnyerazi et villam Bezdyeczie cum Curia et Molendino in Vnyeraz et cum omnibus eorum pertinencijs, nichil excipiendo assignat et intabulat hereditarie possidendum.

407. Nicolaus Ruda de Holsteyn Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo feria sexta ante pentecostes [1]) in Brunna Coram Johanne de Czimburg et de Thowaczow, Capitaneo Marchionatus Morauie, protestatus est, Quod Stephanum de Wartnow et de Czimburg patruum suum super omnibus, que habet vel habebit et ad quod Jus habet, suscepit in veram vnionem, Nunccij huius sunt Benessius de Bozkowicz et Johannes de Czimburg et de Slawyeczin.

Ibidem statim et in continenti Wocko de Holstein dat et ponit odpor dicens se habere Jus ad ea, quia in tabulis ea haberet prius.

408. Petrus de Conicz Alssoni de Wrahowicz et eius heredibus et successoribus illud Jus in Drzowicz, quod post Annam de Borotin, que ipsum ad veram vnionem susceperat ad se pertinet dat et intabulat hereditarie possidendum.

409. Johanka de Lilcz et Johannes de Oppathowicz ipsius maritus Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto ponunt odpor contra illam vnionem, quam Elzka de Lilcz fecit Johanni de Misliborzicz marito suo, quia dicit se ad illa habere, que contingunt Dobromilicz.

410. Laurencius Smetana de Oswyetiman Wenceslaum de Orzechow In et super media villa Oswyetiman et super Jurepatronatus ecclesie ibidem et super media villa in Jenyessowicz et super omnibus, que ad ea de antiquo pertinent, suscepit in veram vnionem.

411. Katherina olim conthoralis Wockonis de Holstein Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo septimo feria tercia ante Lucie [2]) Coram Johanne de Czimburg et de Thowaczow, Capitaneo Marchionatus Morauie, protestata est, Quod Wockonem de Holstein filium suum super villa Bohuslawicz cum suis pertinencijs et super omnia, que habet et ad quod Jus habet, suscepit in veram vnionem, Nunccij huius sunt Heniko de Waldstein et Benessius de Bozkowicz.

(F. XXVIII. v.) 412. Mikulaus de Domamyslicz Vrsule de Lippin conthorali sue legittime In et super Curia hereditaria in Buchlowicz, quam exsoluit a Jeronimo et Benesskone fratribus de Liderzow et super dimidio sexto laneis Et in eisdem hominibus in Buchlowicz et in duabus tabernis et in subsidibus ad eandem Curiam pertinentibus Centum marcas grossorum ad directum Jus dotalicij dat et assignat, Zdenko de Wiczemyerzicz eadem intabulata suscepit.

413. Elzka de Byelkow Zdenkonem et Czenkonem filios suos de Wiczemyerzicz in veram suscepit vnionem sui Juris dotalicij, quod habet in Wiczemyerzicz. 1446.

414. Smilo de Dubrawicz et de Osowe, germanus indiuisus Zbynkonis, Johanni Kuzel de Zerawicz et eius heredibus Quingentas marcas grossorum Pragensium in villis Strzizowicz, Byelkowe, Sulymowe, Kladorubich, Ohnisstkach in agris cultis et incultis pascuis et in omnibus pertinencijs, que ad eadem bona pertinent ab antiquo, nichil sibi Juris et proprietatis reseruando ad rectum Jus dotalicij dat et intabulat.

415. (Albertus de Sterenberg alias de Lukaw Laczkoni de Sterenberg et de Lukaw et eius heredibus medietatem castri Lucaw et medietatem Oppidi ante Castrum Lucaw, Item villas Wlczkow, Drzkow, Kassawa, Zdislawow, Wsseminu, Janow, Nebuz, Dessnu. Oppidum Slussowicz, Hwozdnu, Sstippu, Zezow, Hrobicze, Wolkow, Luzkawicze cum collacionibus ecclesiarum in eisdem bonis cum Curijs molendinis piscinis fluminibus pratis pascuis siluis montibus metis granicijs et cum omnibus pertinencijs, que ab antiquo ad medietatem Castri et ad bona predicta pertinent, nichil sibi aut heredibus suis Juris dominij ac proprietatis reseruando dat et intabulat hereditarie possidendum.) [3])

416. (Laczko de Sterenberg et de Lukaw Alberto de Sterenberg alias de Lucaw et eius heredibus villam Missloczowicz cum Curia Robottis Censibus vtilitatibus agris cultis et incultis pratis pascuis cum Jurepatronatus cum silua Klesnyenecz cum duabus piscinis vna, que villam attingit et alia subtus supra Sazowecz, cum omnibus pertinencijs, sicut eadem villa in suis metis et granicijs ab antiquo preiacet, nichil sibi Juris dominij ac proprietatis aut suis heredibus reseruando, hereditarie possidendum dat et intabulat.)

417. (Henik de Waldstein Boczkoni Pukliczi de Pozorzicz et eius heredibus Castrum Drahotuss et in opido Drahotuss illud, quod solus tenuit, villam Klokoczi, et Milemow sicut solus tenuit, Hrabuvku Mikulowku Radikow Vhrzinow Strzedulese Podhorzi cum Jurepatronatus ecclesie Bohuslawky cum Curijs hominibus censibus agris cultis et incultis pratis pascuis vtilitatibus Montibus siluis rubetis nemoribus vallibus aquis fluidis Molendinis piscinis riuulis littoribus metis granicijs, sicut solus tenuit, et quemadmodum eadem bona in suis metis sunt ab antiquo dimensa, nichil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendum.)

(F. XXIX. r.) 418. Terwardus de Domazelicz Helene conthorali sue legittime Centum marcas grossorum in villa Domazelicz super nouem laneis censualibus sessionatis, in quatuor ortis in molendino in duabus Tabernis, duas cuppas salis annuatim soluentes, Jure dotalicij dat et intabulat, In casu quo aliquid eidem ibidem non sufficeret debet in Curia suppleri, Messko de Costelecz suscepit intabulacionem.

419. Terwardus de Domazelicz Zichonem de Wolffenberg et de Selitek et Johannem fratrem ipsius similiter de Wolffenberg et de Wssechowicz et eorum

[1]) *d. i. den 2. Juni 1441.*

[2]) *d. i. den 10. December 1437.*

[3]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand die Note: „Ista abolicio non preiudicat intabulatis.“*

1446. heredes super villa Domazelicz et super omnibus, que habet uel habebit, recepit in veram vnionem Tali modo, Quod post mortem suam Helenam vxorem ipsius non impediant, quum ibi resideat et illis bonis vtatur, quamdiu statum suum non inmutaret, imo Helene consilijs et auxilijs assistant, nec ipsam impediri permittant.

420. (Bedericus et Karolus fratres de Lilcz Johanni Kuzel de Zerawicz et eius heredibus viginti marcas grossorum annui census in ducentis marcis in villa Nyetssicz, sicut post mortem Vrsule Materterre eorum ad ipsos sunt deuolute, nichil sibi Juris aut proprietatis in eisdem censibus reseruando Jure dotalicij deputant et intabulant ad rectum Jus dotalicij possidendum, Dorothea filia ipsius.)

421. Hynko de Rokytnicz Margarethe de Thassow conthorali sue legittime viginti marcas grossorum census annui in ducentis marcis grossorum in villa Ratayg prope Chremsir ad rectum Jus dotalicij dat et intabulat possidendum, Johannek de Rokytnicz frater ipsius suscepit intabulacionem.

422. Bedericus et Karolus fratres de Lilcz Johanni Kuzel de Zerawicz et eius heredibus viginti marcas grossorum annui census in ducentis marcis in villa Nyetssicz, sicut post mortem Vrsule materterre eorum ad ipsos sunt deuolute, nichil sibi Juris aut proprietatis in eisdem censibus reseruando, Jure dotalicij deputant et intabulant ad rectum Jus dotalicij possidendum.

423. Jacobus de Drzienow Georgio de Crawar et de Straznicz et eius heredibus et successoribus viginti marcas grossorum census annui, quos in Opido Costelecz ad Castrum Plumlaw spectante possedit, nichil sibi aut suis heredibus Juris ac proprietatis reseruando dat et intabulat hereditarie possidendum.

424. (Georgius de Crawar et de Straznicz Jacobo de Drzienow eius heredibus et successoribus Curiam allodialem in Czelochowicz, quam Vrsula Frismaulowa tenuit, cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis cum medietate luci ante villam et cum medietate molendini dicti Chudensky pratis et cum omnibus pertinencijs ab antiquo ad eandem Curiam spectantibus, nichil sibi Juris dominij seu proprietatis reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendum.)

425. Elzka vidua Smetanowa de Zahlenicz Johanni Kuzel de Zerawicz et de Quassicz et eius heredibus Octuaginta marcas grossorum in Curia in Zahlenicz cum omnibus robottis in duobus laneis et duabus tabernis et in nouem subsidibus in hominibus censualibus agris (F. XXIX. v.) cultis et incultis cum vtilitatibus et proventibus pascuis et cum omnibus pertinencijs ad predicta spectantibus, nichil sibi Juris aut proprietatis reseruando, ad verum Jus dotalicij dat et intabulat possidendum, Dorothea filia ipsius, quam ad vnionem receperat, ibidem personaliter astans suum dedit consensum.

426. Protiwecz de Pawlowicz et Johannes Mleczko de Chwalkowicz Petrassoui de Ochabecz et eius heredibus fortalicium et villam Prossenicz cum Curia allodiali et hominibus censualibus et non censualibus robottis luco vallibus Siluis rubetis nemoribus pratis aquis fluidis et non fluidis pascuis Molendino, quod habet in fiumine Beczwa, riuulis littoribus obstaculo flumine Beczwa et cum alijs pertinencijs, que ad fortalicium et ad villam pertinent ab antiquo, nichil sibi Juris aut proprietatis seu dominij reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendum. 1446.

427. Andreas de Chwalkowicz et Hermannus de Pawlowicz Henrico de Kokor et eius heredibus ac Elzcze matri eius fortalicium desertum cum Curia allodiali in Zerawicz et villam Zerawicz cum agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis nemoribus hominibus censibus robotis vtilitatibus Molendino fluminibus et cum omnibus Juribus et pertinencijs, prout ab antiquo ad predictam villam pertinent, et sicut eadem villa Zerawicz in suis metis et granicijs est dimensurata, nichil sibi nec suis heredibus Juris seu proprietatis reseruando, dant et intabulant hereditarie possidendum.

428. (Arklebus de Wiczkow Katherine de Zirotin conthorali sue legittime Tredecim marcas grossorum census in villis suis Paczlawicz et in Lhota in Centum Triginta marcis grossorum ad verum Jus dotalicij dat et intabulat, Berenhardus de Zirotin pater eius suscepit.)

429. Arklebus de Paczlawicz Katherine de Mosteczne olim conthorali Philippi de Paczlawicz et eius liberis dimidiam quintam marcas census in villa Poczenicz in quatuor laneis in taberna braxatili in hominibus censualibus sessionatis et liberis, nichil sibi aut suis heredibus seu successoribus Juris dominij ac proprietatis nec Bernam regalem reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendas.

430. Johannes Mukarz de Kokor Henrico Mogek de Witbach et eius heredibus villam Pawlowicz cum fortalicio cum paruis Prosinkami, Lhotami Curia agris cultis et incultis pratis pascuis siluis rubetis piscinis metis sicut ab antiquo sunt dimensurata et cum omnibus pertinencijs, nichil sibi aut suis heredibus reseruando Juris dominij seu proprietatis, dat et intabulat hereditarie possidendum.

431. (Henricus Mogek de Witbach Offcze de Rokytnicz conthorali sue legittime In et super fortalicio in Pawlowicz et super villa Pawlowicz et super omnibus eorum pertinencijs Quadraginta sexagenas grossorum census in Quadringentis sexagenis grossorum ad verum Jus dotalicij dat et intabulat, Johannes de Rokytnicz suscepit.)[1])

(F. XXX. r.) 432. Bohusse de Kokor Katherine de Wiczkowicz conthorali sue legittime dimidiam octauam marcas census in Septuaginta quinque marcis grossorum In et super bonis suis, que habet in Cokor, ad verum Jus dotalicij dat et intabulat, Henricus de Kokor suscepit.

433. Katherina de Rzikowicz Johannem filium suum de Byelkowicz super dotalicio suo, quod habet in Myestkowicz et ad quod Jus habet suscepit in veram vnionem.

434. Anna de Biskupicz Wenceslaum de Prakssicz maritum suum legittimum super villa Rudiczi et Curia ibidem et super omnibus, que habet seu habebit et ad quod Jus habet, suscepit in veram vnionem.

435. Johannes Abbas et Conuentus Monasterij in Zdyar dant et faciunt odpor contra inthabulacionem, quam Dorothea fecit Georgio de Crawar marito suo

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand: „Wratislaw (z Pernsteina).“*

1446. dicentes, se habere Jus quantum ad decem marcas census in Lessan.

436. Johannes de Czimburg et de Thowaczow Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto feria sexta ante festum sancte Margarethe [1]) dedit et posuit odpor contra intabulacionem, vbi Henik de Waldstein Castrum Drahotuss cum pertinencijs Boczkoni Puklicze intabulauit dicens, se et suos heredes Jus ad illud habere.

437. Laczko de Sterenberg et de Luckaw Mikssoni de Milczan et Margarethe de Zakowicz eius conthorali ac eorum heredibus et successoribus villam Lechoticz Curiam allodialem cum robotis pratis piscina nowa supra villam, Item villam Hostissow cum agris cultis et incultis censibus vtilitatibus et cum omnibus pertinencijs, prout ab antiquo ad easdem villas spectant, Item villam Syrotsky siluam Hostissowsky siluam Lechotisky cum rubetis sicut eedem silue ab antiquo in suis metis et granicijs sunt dimensurate, et cum omni dominio et Jure nichil sibi aut suis heredibus reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendum.

438. Zicho de Wolffenberg et de Selitek Elzcze conthorali sue legittime duodecim marcas grossorum census In Centum et viginti marcis super fortalicio Selitek et Curia allodiali in duobus laneis et in quatuor subsidibus ad verum Jus dotalicij dat et intabulat, Mikulass Czigan de Czelechowicz suscepit.

439. Magdalena de Wysskowicz Proczkonem filium suum super dotalicio suo, quod habet in Wysskowicz et super omnia, que habet uel habebit aut ad quod Jus habet, suscepit in veram vnionem.

440. Raczko de Zborowicz Jaroslaum filium Johannis Raczkonis de Damborzicz et Wenceslaum de Rziczan super omnibus, que habet et ad que Jus habet, suscepit in veram vnionem.

(F. XXX. v.) 441. Zbynko de Wazan Protiwczoni de Pawlowicz et eius heredibus Curiam in Wazan et laneum emphiteoticum Curiam cum vna aratura et ad illam Curiam agros cultos et incultos cum pratis riuulis Siluam Pernu, que ab antiquo ad eandem Curiam pertinet cum suis metis, nichil sibi Juris ac proprietatis reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendum, Et si eadem bona cum suis pertinencijs sibi aut patri suo forent intabulata illis abdicat.

442. (Protiwecz et Hermannus fratres de Pawlowicz Benessio de Rossczitek et eius heredibus Curiam suam in Sardiczkach cum agris cultis et incultis, sicut ad eandem curiam ademerunt cum nemore prope Rossczitek cum prato agris cultis et incultis et cum omnibus pertinencijs, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis reseruando, dant et intabulant hereditarie possidendum. Et si in tabulis terre eandem curiam cum suis pertinencijs haberent, eadem intabulacionem mortificant.)

443. Johannes de Czimburg et de Thowaczow Zdenconi et Wenceslao fratribus de Swabenicz heredibus et successoribus eorum bona libera videlicet Castrum Grumberg alias Strazisstye Oppidum Conicz cum Municione Curia prediali Jurepatronatus ecclesie ibidem villas integras videlicet Stebl, Jessenecz, Brzistye, Kluzin, Ochoze, (Przemyslawicz) duas Curias prediales Juspatronatus ibidem ecclesie Item (villam Hluchow)[2]) cum curijs quinque araturas in se continentes cum silua, que wlgariter dicitur luh, que ab antiquo ibidem spectauit villam Rezkow, Suchdol, Desstne, Knyeze Lhota, Krzemenecz, Runarzow et Neslgrunth cum omnibus agris cultis et incultis pratis pascuis ortis curticulis pomerijs piscinis piscaturis fluminibus aquis riuis riuulis aquarum decursibus Molendinis siluis rubetis vijs et invijs granicijs limitibus gadibus penis muletis Judicibus Judicijs incolis censibus vsufructibus montibus vallibus collibus promontorijs omnibus ad ea bona ab antiquo spectantibus, vniuersis et singulis prouentibus et pertinencijs ad omnia ea bona et singula superius expressata pleno et mero Jure et dominio, Eciam si idem Johannes de Czimburg in eisdem bonis vltra aliquid tenuit et possedit, Ea omnia et singula nichil penitus in eisdem bonis Juris proprietatis aut dominij seu vtilitatis de alto et basso sibi et suis heredibus et successoribus reseruans, sed integre et plene dedit et dat intabulauit et intabulat hereditarie possidendum. 1446.

444. Johannes de Czimburg et de Thowaczow Johanni Spiczskemu et eius heredibus villam Vgezd cum Jurepatronatus ecclesie cum promontorio fossatum pomerium piscinam desertam mediam Lhotska Curiam cum agris cultis et incultis pratis pascuis montibus lucum siluis nemoribus rubetis metis granicijs vallibus collibus hominibus censuantibus et non censuantibus Robotis vtilitatibus vsufructibus fluminibus aquis fluidis et non fluidis littoribus riuulis Molendino cum pleno Jure dominio et pertinencijs, sicut eadem bona ab antiquo sunt dimensurata, nichil sibi aut heredibus seu successoribus Juris dominij aut alicuius proprietatis reseruando dat et intabulat, dedit et intabulauit hereditarie possidendum.

445. Anna de Kozissow Thomam Lissku de Zabrzeh maritum suum legittimum et eius heredes super media villa Trzemesska, et ad quod Jus habet, suscepit in veram vnionem.[3])

(F. XXXI. r.) 446. Johannes Spiczsky facit cum intabulacione fideles Commissarios Jesskonem Spiczsky patrem suum Bedericum et Henricum fratres suos germanos bonorum in Vgezd et eorum pertinencium.

447. (Boczko de Pozorzicz et de Drahotuss Zauissio de Cunczicz et eius heredibus et successoribus villam Buk domum in promontorio Curiam cum agris cultis et incultis pratis pascuis pomerijs siluis nemoribus rubetis granicijs hominibus censualibus et non censualibus robotis vtilitatibus vsufructibus Tabernam in Radwanicz cum riuulis aquis fluidis et non fluidis piscinam et cum omnibus pertinencijs et dominio vendidit et deputauit ad veram hereditatem dat et intabulat hereditarie possidendum, Et si eandem villam aliquis Jure terrestri inpeteret et barones eandem abiudicarent extunc idem Boczko ipsi Zawissio uel eius heredibus aut successoribus pecuniam, pro qua villa est vendita tenetur

[1]) *d. i. den 8. Juli.*

[2]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand: „Ladislaw z Bozkowicz."*

[3]) *Am untern Rande dieser Blattseite steht von anderer Hand: „Secundi Colloquij."*

1446. et tenebitur restituere viceuersa cum illa excepcione, sicut litera capitalis testatur.)

448. (Zawissius de Cunczicz Nicolaum Bistrzicze de Oynicz et de Milonicz facit suum fidelem Commissarium suorum bonorum et ville Buk cum suis pertinencijs et eciam illarum peccuniarum, si et que darentur pro villa Buk, si exsolueretur.)

449. Jon de Eychholcz et de Kozissow Johanni Tunkl de Brniczko et eius heredibus villam Studenku preter homines, quos Dorothea de Mosteczne tenet, Item mediam villam Sluchonyowa, sicut solus tenuit, Item mediam villam Dluhomilow, sicut solus tenuit et pertinuit ad Kozissow, cum omnibus pertinencijs siluis metis granicijs, sicut eedem ville ab antiquo sunt mensurate, cum pleno Jure dominio et vtilitatibus cum hominibus censualibus et non censualibus et singulis pertinencijs, nichil Juris proprietatis seu dominij sibi aut suis heredibus seu successoribus reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendum.

450. Margwardus de Malenowicz et de Prakssicz Wenceslao de Orzechow et eius heredibus et successoribus vineam propriam supra villam Orzechowe Klin nunccupatam, Item in villa Orzechowe septem subsides censuales et tabernam non braxatilem inter illos subsides et molendinum, sicut solus tenuit, dat et intabulauit hereditarie possidendum.

451. Johannes Huska de Mirowicz Carolum de Wlassim super septem marcis census, quas habet in Wilhelmow et Dirinpach, Jure dotalicij a sua Conthorali suscepit in veram vnionem.

452. Raczko de Czethochowicz Zbynconi de Morawan et eius heredibus villam Hysli cum tribus piscinis siluis et cum omnibus pertinencijs, que ab antiquo pertinent cum pleno dominio, nichil Juris seu dominij sib aut suis heredibus reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendum.

453. Margaretha de Liboswar Procopium maritum suum legittimum super omnibus, que habet in Liboswar et alibi, super quibus Jus habet aut habebit, suscepit in veram vnionem.

(F. XXXI. v.) 454. (Benessius de Byelkow cum suis heredibus Wysskoni de Strzietez et Czenkoni de Pulicz et eorum heredibus Curiam in parua Slatinka cum vna aratura vna taberna vno subside cum duobus ortis pomerium cum agris cultis et incultis prato pascuis metis et granicijs et cum omnibus pertinencijs ad eandem Curiam spectantibus dat et intabulat hereditarie possidendum.)

455. Elzka de Przestawlk dotalicium suum, quod habet in Libenicz in Lhotka in Wynarzich et in duobus molendinis et in illis hominibus, quos post mortem mariti sui in ducentis quinquaginta marcis tenuit, Johanni Mukarz de Cokor et eius heredibus veri Juris dotalicij nomine possidendum dat et intabulat.

456. Johannes Mukarz de Cokor Magdalene de Wladyenin Conthorali sue legittime viginti quinque marcas grossorum census in ducentis quinquaginta marcis In et super bonis et villis Libenicz Lhotka Wynarzich et in illis hominibus et in duobus molendinis vero Jure dotalicij dat et intabulat, In casu si aliquid eidem ibidem deficeret, illud debet ei ostendere in bonis hereditarijs in villa Lisskach, vt viginti quinque marce census impleantur, Hynko de Rokytnicz suscepit. 1446.

457. (Johannes Crumssin de Lessan Margarethe de Costelecz Conthorali sue legittime decem et septem marcas grossorum census in Centum et Septuaginta marcis grossorum In et super bonis in Crumssin in hominibus eiusdem ville dat et intabulat ad verum Jus dotalicij possidendum, Item Curiam in Crumssin eidem Margarethe addidit cum suis pertinencijs, quod eadem Curia vtetur, quamdiu statum suum non inmutaret, Mech de Costelecz suscepit.)

458. Margwardus de Malenowicz et de Prakssicz protestatus est, Quod bona Podhradie cum suis pertinencijs, que habuit post mortem Mikssikonis patris sui, Henrico Husse intabulauit, Et si eadem bona in Podhradie sibi aut eius patri prius fuerint intabulata, siue ad hereditatem aut dotalicium et in tabulis terre essent inventa, illud mortificat, et illis se abdicat.

459. Henricus Huse de Crumssin et de Podhradie Georgium Kuzel Juuenem de Zerawicz et de Quassicz et Augustinum sororinum suum de Olomucz facit Commissarios suorum puerorum et bonorum et habendorum et ad quod Jus habet.

460. Johannes de Schonwald Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo feria quarta die sancti Valentini[1]) in Prostano Coram Johanne de Czimburg et de Thowaczow Capitaneo Marchionatus Morauie protestatus est, Quod Marquardum de Zwola super omnibus bonis suis, que habet in terra Morauie, suscepit in veram vnionem, Nunccij huius sunt Georgius de Crawar et de Straznicz et Heniko de Waldstein.

461. Albertus de Sternberg et de Lucaw Nicolao de Domamyslicz residenti in Buchlowicz et eius heredibus hereditatem, quam habuit in villa Buchlowicz in illa parte ubi Jacobus Sskrzet Jus dotalicij habuit, cum omni Jure quemadmodum in suis metis et granicijs ab antiquo habitum est, Nichil Juris aut dominij seu proprietatis sibi aut suis heredibus reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendum.

462. Barbara et Ludmilla sorores de Zawissicz Nicolaum et Georgium fratres de Cholticz suos fratrueles super censu duarum marcarum in Postrzelmow in duobus hominibus in laneo post ecclesiam susceperunt in veram vnionem.

463. Johannes de Zaworzicz Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto feria sexta post Annuncciacionem beate virginis[2]) Brunne in pretorio Coram Johanne de Czimburg et de Thowaczow Capitaneo Marchionatus Morauie protestatus est, Quod Annam Woynowu de Budkowicz super omnibus, que habet in Zaworzicz et ad quod Jus habet, suscepit in veram vnionem, Nunccij huius sunt Johannes de Bozkowicz et de Luka et Wenceslaus de Bozkowicz et de Lethowicz.

464. Henricus Mirek de Chlum Burgrauium de Wlcznow (et Nicolaum Bistrzicz de Oynicz et de Milonicz) facit potentes Commissarios puerorum suorum et omnium bonorum suorum, et quod Annam suam conthoralem ab inde non moueant, sed quod ibi mancat plena

[1]) *d. i. den 14. Februar 1442.*

[2]) *d. i. den 3. April 1444.*

1446. hospita, et quod ipsa faciat secundum consilia ipsorum, quousque statum suum non permutauerit.

465. Johannes Crumsin de Lessan Barbare et Ludmille sororibus de Zawissicz quatuor marcas grossorum census annui minus VIII grossis in Ohrozim in medio tercio laneo in hominibus, qui eosdem laneos possident, in duobus subsidibus cum omnibus pertinencijs dominio et Jure, nichil sibi aut suis heredibus Juris seu proprietatis reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendum.

466. Mech de Costelecz Johannem Diwu de Sissmy Johannem Crumsin de Lessan et Johannem de Rokytnicz facit potentes commissarios suorum puerorum et omnium, que habet et habebit.

467. Cztiborius de Othyehrzib Elzcze de Bykowicz, olim Conthorali Sulconis de Zakrzowicz, villam Othyehrziby cum hominibus censualibus et non censualibus Censibus cum Curia agris cultis et Incultis Judicio Molendino siluis rubetis pratis pascuis riuulis littoribus et cum pleno Jure et dominio vtilitatibus et cum omnibus pertinencijs metis et granicijs ab antiquo ad id spectantibus, nichil sibi aut suis heredibus Juris aut proprietatis reseruando, dat et intabulat ad veram hereditatem.

468. Elzka de Bykowicz Katherinam suam sororinam de Bykowicz et Nicolaum de Raczicz maritum ipsius legittimum super omnibus bonis hereditatibus aut dotalicijs, que habet in Zakrzowicz et super eorum pertinencijs et molendino sub villa et dimidio altero laneo in Laznicz superiori suscepit in veram vnionem.

469. (Wsseborius de Dubczan Cunkam de Czihowicz Conthoralem suam legittimam super Curia sua, quam habet ante Vniczow, olim Dupowczonis suscepit in veram vnionem.)

470. Barbara et Ludmilla sorores de Zawissicz Elzkam et Dorotheam sorores de Zawissicz super censu quatuor marcarum minus octo grossis, quem habent in Ohrosim in dimidio tercio laneis et in duobus subsidibus et super omne Jus, quod ibidem habent susceperunt in veram vnionem.[1])

(F. XXXII. v.) 471. Wanko de Ostrow dedit odpor contra Annam Woynowu de Budcowicz asserens, se habere melius Jus in Zaworzicz, et hoc vellet probare per tabulas terre.

472. Nicolaus Bystrzicze de Oynicz et de Milonicz Elscze de Zwola vxori sue legittime villam suam Vhercze cum nowa piscina, que in pratis eiusdem ville de noua est formata et extructa, ac Molendinum ibidem necnon cum alijs singulis suis pertinencijs in Quingentis marcis grossorum Jure veri dotalicij intabulauit possidendum, Et Nicolaus de Newogicz illud suscepit preter homines capituli Olomucensis.

473. Cristoforus de Oynicz Nicolao Bystrzicze de Oynicz et de Milonicz heredibus et successoribus ipsius legittimis Bona sua, que ipsum in villa Vhercze concernebant, quitquid ipse solus tenuit, cum loco propugnaculi alias Twrzisstye, Curiam allodialem hominibus censualibus et non censualibus Molendino agris cultis et incultis censibus redditibus vsibus fructibus pratis pascuis montibus vallibus siluis nemoribus rubetis riuis aquis aquarumve decursibus ac vniuersis et singulis alijs pertinencijs, quocumque vocabulo nunccupentur, nil sibi Juris aut proprietatis seu dominij ibidem reseruando, vendidit et intabulauit Jure hereditario possidenda. 1446.

474. (Herbort de Borzutow Biethye de Zdyetin Conthorali Johannis fratris sui de Borzutow mediam septimam marcas annui census in Sexaginta marcis, quas prius intabulatas habuit super villa Dobroticz in hominibus censualibus, dedit et intabulauit Jure dotalicij possidendas, Johannes Zubek de Zdyetin pater eiusdem Byethe illud dotalicium suscepit.)

475. Henricus de Budczsse Katherine de Jarohnyowicz vxori sue legittime Centum marcas grossorum In et super propria sua villa hereditaria in hominibus censualibus pratis siluis ac Molendino et in omnibus ville Quaczicz pertinencijs Jure dotalicij intabulauit possidendas, Johannes Marssalek de Pizdraticz suscepit.

476. Wsseborius de Dubczan Barssoni de Czihowicz et ipsius heredibus villam Dubczany cum promontorio ac duabus Curijs agris cultis et incultis censibus vtilitatibus prouentibus robottis fluminibus pratis pascuis ac omnibus alijs pertinencijs, prout ipsemet tenuit, et sicut illa villa in suis metis et granicijs antiquitus extat dimensurata et distincta, et Dirnpach villa et eius pertinencias, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris ac proprietatis seu dominij ibidem reseruans, dedit et intabulauit Jure hereditario possidendum.

477. Laurencius de Podhagi Johanni dicto Koppacz ibidem de Podhagi et eius heredibus Curiam suam hereditariam in Podhagi cum omnibus pertinencijs, sicut ipse solus tenuit, dedit et intabulauit Jure hereditario possidendam.

478. Johannes de Wysskow dictus Morkowsky Petro de Redisch et eius heredibus ac Katherine de Wezek vxori eius legittime omne Jus suum seu Jus dotalicij, quod racione vnionis post mortem Anne de Melicz olim vxoris ipsius legittime ad se spectare dinoscitur, videlicet Sex marcas annui census in villa Srnow, nichil sibi aut heredibus uel Conthorali seu successoribus suis ibidem Juris reseruando, vendidit eodem Jure possidendum.

479. Johannes de Bystree Ssimkoni et Petro fratribus de Zerawicz ac ipsorum heredibus in Curia Procopij in villa Vnyeticz viginti marcas grossorum eo Jure, prout ipse solus tenuit, Jure veri dotalicij intabulauit possidendas.

(F. XXXIII. r.) 480. Elzka de Wranowicz Martinum de Hrysscz et de Senicz maritum suum super tota sua porcione ipsam a predecessoribus suis succedente, quam frater eius in diuisione pro ea deputauit et signanter super Curia in Wranowicz et in Skaliczka, in Zessow quinque marcas annui census (in Lukych) in bonis possessis seu desolatis, prout antiquitus antecessores ipsius tenuerunt et possederunt, super omnibus alijs bonis habitis et habendis in veram suscepit vnionem.

481. Henricus de Wranowicz contradicit et facit odpor contra vnionem, quam Elzka soror ipsius facit cum Martino marito suo de Senicz asserens, quod nullum haberet Elzka ad faciendam vnionem.

482. Martinus de Hrysscz et de Senicze Elzkam de Wranowicz vxorem suam legittimam super Jure dotalicij, quod idem Martinus in villa Senicz nunc possidet,

[1]) *Unter dieser Einlage steht noch: „Dorothea et Katherina", was aber durchstrichen ist.*

1446. signanter super quinquaginta marcis grossorum et super omnibus alijs bonis habitis et habendis in veram suscepit vnionem.

483. (Wocko de Holnstein Hynkoni de Onicz et eius heredibus villam desertam Nemotynek cum omnibus eiusdem ville pertinencijs cum Curia allodiali agris cultis et incultis redditibus pratis pascuis molendinorum locis Riuis montibus Siluis nemoribus paludibus necnon pertinencijs vniuersis metis limitibus granicijs, prout eadem bona antiquitus sunt limitata, et sicut ipse solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus et successoribus Juris aut proprietatis seu dominij ibidem reseruando, vendidit hereditario Jure possidendam.)

484. Wocko de Holnstein Henrico Mirkoni de Chlum et de Drazegyowicz et heredibus eius bona sua hereditaria, videlicet Castrum Bohuslawicze ac villam Bohuslauicze cum Theoloneo ibidem, ac Curia allodiali, necnon Juspatronatus ecclesie inibi, villas desolatas Lowysky, Brzezowu, Ninkowicze et Lhotam, Curijs agris cultis et incultis censibus redditibus fructibus riuis pratis pascuis Molendinis aquis piscinis montibus siluis nemoribus palludibus venacionibus metis granicijs necnon pertinencijs vniuersis, prout eadem bona antiquitus sunt limitata, et sicut solus ea tenuit, nichil sibi heredibus aut successoribus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, villam Nemotinka cum eiusdem ville pertinencijs vniuersis dumtaxat eximendo et excludendo, Jure hereditario vendidit possidenda et habenda.

485. Victorinus de Schonwald Anne Mosse Conthorali sue legittime in bonis suis proprijs et hereditarijs videlicet in Schonwald Mirotin et Libina ac hominibus earum villarum decem marcas census annui in centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dedit et intabulauit et assignauit possidendas, Nicolaus Bystrzicze de Onicz et de Milonicz suscepit.

486. (Wsseborius de Dubczan Wysskoni de Strzietez et eius heredibus necnon Jesskoni de Lhota bona sua hereditaria septem marcas annui census in parua Senicz cum omnibus suis vtilitatibus et prouentibus In quatuor hominibus ibidem residentibus ac omnibus alijs pertinencijs metis granicijs pleno Jure et dominio, nichil prorsus pro se ac heredibus ibidem reseruando, prout ipse solus tenuit, vendidit Jure hereditario possidendum Ibidem, Wyssko et Jessko astantes susceperunt.)

487. Johannes de Oppathowicz alias de Liboswar contradicit intabulacioni et ponit odpor, ubi Machna matertera ipsius Procopium maritum suum super bonis in Liboswar suscepit ad vnionem asserens, se pingwius Jus ibidem habere.

(F. XXXIII. v.) 488. Waczlaw de Ostrow (Johannem fratrem suum et eius heredes)[1]) Carolum de Wlassim super bonis suis videlicet medietatem ville Zaworzicz super Municione Curia cum duobus laneis media taberna Molendino cum aquis et littoribus et alijs pertinencijs et bonis, que habet et ad que Jus habet suscepit in veram vnionem.

489. (Margwardus de Malenowicz Smiloni de Zastrzel et de Nemoticz ac heredibus eius nouem cum dimidio laneos in villa Orzechowe cum hominibus agris cultis et incultis metis limitibus et granicijs ac vniuersis dictorum bonorum pertinencijs videlicet laneorum pleno Jure et dominio ac Berna regali, prout solus tenuit, nil penitus dempto vendidit Jure hereditario possidendos.) 1446.

490. (Margwardus de Malenowicz Johanni Ribiczkoni de Jarohnyowicz et eorum heredibus[2]) villam Ratisczkowicz cum vniuersis eiusdem ville pertinencijs, nil penitus dempto, nec quidquid Juris proprietatis ac dominij ibidem pro se aut heredibus suis reseruans, dedit et intabulauit Jure hereditario possidendam.)

491. Adliczka de Branicz Margwardum de Malenowicz maritum suum legittimum super bonis suis hereditarijs signanter super medietatem ville Cogyatek, et media Curia, medietate silue et piscinarum, et medietate molendini, et super omnium hominum et reddituum ibidem existencium medietate, suscepit in veram vnionem.

492. Barbara de Branicz Jacsam de Wlkoss maritum suum super medietate ville Cogyatky et media Curia ibidem et medietate silue piscinarum molendini et super omnium hominum et reddituum ibidem existencium medietate in veram suscepit vnionem.

493. Jacsa de Blazegyowicz et de Wlkoss Barbare de Branicz vxori sue legittime Quindecim marcas census annui In Centum et quinquaginta marcis grossorum Sex marcas census in villa Bochorz in quatuor laneis et taberna et duobus subsidibus, Item nouem marcas census in Wlkoss in hominibus censualibus Jure veri dotalicij dat et assignat possidendas, Zawissius de Cunczicz recepit.

494. Georgius Romanek de Czech Barbare de Czeczelicz vxori sue legittime quinquaginta sexagenas grossorum in Rostany in duabus Curijs pratis siluis agris cultis et incultis ac vniuersis et singulis earum Curiarum pertinencijs Jure veri dotalicij dat et assignat possidendas. Johannes Koblich de Rziczan recepit.

495. Jessko de Lhota Annam Conthoralem suam legittimam et Margaretham sororem suam germanam de Lhota Jesskonem sororinum suum de Huzow super omnibus bonis habitis et habendis, et ad que Jus habet, in veram suscepit vnionem.

496. Smilo de Lodyeynicz Clare de Pohorzilka vxori sue legittime Septuaginta quinque sexagenas grossorum in bonis proprijs et hereditarijs in villa Lodyenicz in hominibus Curia pratis siluis piscinis agris cultis et incultis in tribus rusticis, qui tenent vnum laneum et dimidium alterum quartale agrorum, et quinque ortulanis media taberna in hijs omnibus et singulis, nil sibi penitus reseruando Jure veri dotalicij dedit et intabulauit possidendas, Henricus Sissel de Zeleticz suscepit.

497. (Henricus de Zeleticz Johanni dicto Skornye de Czrniwicz ac heredibus eius bona sua hereditaria villam Stawyssice cum hominibus censibus ac Curiam cum omnibus agris ad ipsam (F. XXXIV. r.) Curiam pertinencijs Robotis siluis pomerio piscinis aquis pascuis montibus vallibus metis limitibus necnon pertinencijs vniuersis ad dictam villam Stawyssyce spectantibus dempto Jure dotalicij, prout eadem bona antiquitus sunt

[1]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand die Note: „Ista cancellacio non preiudicat huic intabulacioni.“*

[2]) *Die von derselben Hand geschriebenen Worte: „et eorum heredibus“ stehen oberhalb der Zeile.*

1446. dimensurata, veluti ea solus tenuit, nil sibi heredibus et posteris suis Juris proprietatis seu dominij reseruando, vendidit Jure hereditario possidendum.)

498. Wsseborius de Dubczan Franko de Hartmanow et Nicolaus de Domamyslicz fideiussores olim Bederici de Lodyenicz ac disbrigatores bonorum infrascriptorum Clare olim vxori et alteri Ciui Olomucensi ac heredibus eius omnem porcionem bonorum dictum Bedericum ibidem in Lodyenicz concernentem signanter Curiam cum altero dimidio laneo vno quartali quatuor praitis wlgariter nywe agrorum quatuor pratis medio aggere Siluis fluminibus aquis aquarumve decursibus piscinulis hominibus, qui alterum dimidium laneum cum vno quartali agrorum possident, media taberna medio laneo et quitquid in Balneo tenuit et possedit, quinque curticulis censibus redditibus vsufructibus robotis ad eandem Curiam consuetis, necnon pertinencijs vniuersis ac pleno Jure et dominio, nil penitus sibi ac heredibus suis ibidem reseruando Juris proprietatis aut dominij, vendidit hereditario Jure possidendam.

499. Josst de Krztomile Petro de Zimrzie et heredibus eius duas sexagenas grossorum annui census in Mnyeseczna Lhota in tercio dimidio quartali agrorum et molendino ibidem, nil penitus eximendo, dat et intabulat Jure hereditario possidendas.

500. Petrus de Zimrzie Biethe vxori sue legittime in Lhota et in Myeseczna in tercio dimidio quartali et molendino duodecim marcas racione veri dotalicij dat et assignat.

501. Elzka de Pabyanka de Bernharticz heredes suos super Jure sui dotalicij in Byelotin quinquaginta marcarum grossorum in veram suscepit vnionem.

502. (Dyetrzich de Byelowicz Johanni de Costelecz et Anne vxori eius et ipsorum liberis mediam curiam in loco fortalicij in villa Byelowicz cum pomerio piscina ibidem ac altero dimidio laneis minus medio quartali agris cultis et incultis medio flumine et eo Jure, prout antiquitus de eodem flumine per fossam aqua suum ad piscinam habuit meatum ac medietatem pratorum et medietatem pascuorum cum metis limitibus granicijs, quemadmodum dicta media Curia cum suis agris supranotatis in suis gadibus et limitibus per medium est dimensurata pleno Jure et dominio ac pertinencijs suis vniuersis, prout pater suus et ipse solus tenuit, eandem tenuit et possedit, nichil Juris ac proprietatis sibi ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

503. *Johannes de Bielowicz filius Dietrzich de Bielowicz promisit Officialibus presentibus et futuris vnacum heredibus suis, quod Anna vxor Johannis de Costelecz numquam Curiam in Bielowicz cum eius pertinencijs impetere nec Officiales monere debet, et super tali promisso extabulata est Curia in Bielowicz Anno etc. LXIV⁰ Sabbatho ante Dorothee.*[1])

504. (Barsso de Czihowicz Berenhardo de Zirotin et eius heredibus bona sua hereditaria Curiam allodialem in Zirotin cum quatuor ortulanis molendino agris cultis et incultis pratis pascuis fluminibus et flumine Oskawa cum ambobus littoribus et silua dempta illa Silua, (sic) que in eisdem crescit littoribus, pleno Jure et dominio cum metis et limitibus antiquitus ad eandem Curiam pertinentibus, prout ea solus tenuit, nil sibi heredibus et successoribus suis ibidem reseruando, vendidit Jure hereditario possidenda.) 1446.

505. Margwardus de Malenowicz Johanni Ribniczkoni de Jarohnyowicz villam Ratissczkowicz cum vniuersis eiusdem ville pertinencijs, nil penitus dempto, nec quitquid Juris proprietatis aut dominij ibidem pro se aut suis heredibus reseruans, dedit et intabulauit Jure hereditario possidendam.

(F. XXXIV. v.) 506. Zdenko de Swabenicz Zusanne de Vgezd conthorali sue legittime in bonis suis hereditarijs, que sibi Zdenkoni a fratre suo in porcione sua successerunt, videlicet in medio Oppido Conicz et Municione ibidem in villis Stbel, Gessenecz, Brziscze, Ochoz, Kluzin, Krzemenecz ac omnibus eiusdem porcionis sue supradicte pertinencijs viginti marcas grossorum census annui in ducentis marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat possidendum, Margwardus de Zwola suscepit et abinde non debet amoueri, donec statum viduitatis non inmutaret.

507. Wenceslaus de Swabenicz Lide de Paczlawicz conthorali sue legittime in bonis hereditarijs, que sibi Wenceslao a frate suo in porcione sua successerunt signanter in medio Oppido Conicz et in villis subscriptis videlicet Rimarzow Hluchow Desstne Suchdol cum omnibus eiusdem porcionis predicte pertinencijs decem marcas annui census in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij intabulauit possidendum decem marcas census annui in Centum marcis eidem Lide super addens gracia sua de speciali, quamdiu statum viduitatis non inmutaret in bonis supradictis deputando, Zicho de Wolffperg et de Selitek suscepit.

508. Abbas et Conuentus Monasterij Gradicensis foris Olomucensem Ciuitatem contradicit intabulacioni, quam Johannes de Czimburg Capitaneus Marchionatus Morauie fecit Zdenkoni et Wenceslao fratribus de Swabenicz super bonis in Conicz et faciunt odpor occasione Sex marcarum grossorum in villa Przemyslawicz asserentes, se habere Jus quo ad dictum censum VI marcarum, et vellent hoc literis probare.

509. Albertus de Sowinecz Pawlikoni de Sowinecz et heredibus ac successoribus eius hereditatem suam videlicet partem seu porcionem suam Castri Sowinecz cum villis Curijs allodialibus ac vniuersis dicte porcionis ipsius pertinencijs, nichil pro se heredibus aut successoribus suis ibidem penitus excipiendo, vendidit et intabulauit hereditario Jure possidendam, Et si alicubi pro patre suo aut pro se dicta bona forent intabulata talis intabulacio nullius debet esse roboris vel momenti.

510. Johannes de Mydlowar Katherinam vxorem suam legittimam super omni hereditate sua, ad quod Jus habet in Mydlowar, in veram suscepit vnionem.

511. Waczlaw Sekyrka de Laznik Martino de Laznik et heredibus eius Curiam allodialem in magna Laznik cum agris cultis et incultis pratis pascuis aquis aquarumve decursibus duabus piscinis siluis nemoribus pleno Jure et dominio ac pertinencijs vniuersis, prout eandem Curiam solus tenuit, nil sibi et heredibus suis ibidem

[1]) *d. i. den 1. Februar 1444. Uebrigens muss bemerkt werden, dass diese Einlage im Orig. am linken Rande geschrieben steht.*

1446. Juris aut proprietatis eximendo vendidit Jure hereditario possidendam.

512. (Katherina de Wrahowicz Zdenkonem de Swabenicz Zusannam conthoralem ipsius et eorum heredes cum Jankone de Mstyenicz omnium bonorum suorum hereditariorum, que in Wrahowicz et alibi possidet, in veram suscepit vnionem.)

513. Johannes de Lipnik Jakssoni Czizek de Luczka et Dorothee de Vgezd conthorali ipsius legittime ac pueris, quos invicem procreauerint, Curiam in Chilecz cum laneis agris cultis et incultis pratis pascuis ac omnibus alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil Juris aut proprietatis sibi aut heredibus suis ibidem reseruans, Jure hereditario vendens tibere resignauit et tabulis terre annotauit.

(F. XXXV. r.) **514.** Jessko de Penczicz Philippo fratri suo germano de Penczicz et heredibus ipsius mediam Curiam allodialem cum vno orto et medio laneo agrorum in Lhota ac quarta parte Curie in Zatyessi cum agris cultis et incultis pratis pascuis ac pertinencijs alijs vniuersis, quocumque vocabulo nunccupentur, prout solus tenuit, nil sibi heredibus aut successoribus suis Juris proprietatis seu dominij reseruans, Jure hereditario vendidit et terre tabulis annotauit.

515. Philippus de Penczicz Jesskoni de Penczicz fratri suo et ipsius heredibus bona sua hereditaria in villa Laznik minori videlicet Curiam allodialem duas Tabernas braxatiles Tres curticulas et vnum quartale censuale molendinum cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis limitibus metis et alijs suis pertinencijs vniuersis pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, vendidit Jure hereditario possidenda.

516. (Wyssko de Strzietez disbrigator Johannis de Chodobin de Barzicz pro Juniore Benessio de Chudobin Johanni Chudobin ac heredibus ipsius Curiam olim Benessij senioris cum duobus ortis vno iuxta Curiam altero ex opposito fontis situato et Silua proximiori supra Chudobin, que silua mons vocitatur, cum riuulo sub eadem silua fluente et prato sub Sobaczow versus Lulowiam tendente cum agris cultis et incultis pomerio pratis venacionibus ac pertinencijs vniuersis, quidquid Benessius tenuit et possedit, nil sibi heredibus et successoribus suis ibidem Juris proprietatis aut dominij ibi reseruando, vendidit et intabulauit Jure hereditario possidendam.)

517. Elzka de Pohorzilka heredes suos super Jus dotalicij sui in Curia Byelotin super quinquaginta marcis grossorum ac super omnibus habitis et habendis bonis in veram suscepit vnionem.

518. Vincencius de Prussinowicz Girzikoni de Pawlowicz et eius heredibus mediam Curiam in Sirzawa in platea subvrbij Preroviensis cum medietate eiusdem Curie agrorum et mediam aream seu sedlisstye dicte Curie agris cultis et incultis ac medietatem pratorum cum metis et pertinencijs ad dictam medietatem Curie spectantibus, Nichil Juris aut proprietatis seu dominij sibi ibidem reseruando, dat et assignat Jure hereditario possidendam.

519. (Vincencius de Prussinowicz Wenceslao de Laznik ac eius heredibus mediam Curiam in Sirzawa in platea Prerouiensis subvrbij cum medietate agrorum et aree eiusdem Curie agris cultis et incultis et medietatem pratorum cum metis et singulis dicte medietatis et Curie pertinencijs, nichil Juris aut proprietatis seu dominij sibi seu heredibus suis in eisdem reseruando, dat et assignat Jure hereditario possidendam.) 1446.

520. Johannes de Prus de Lowyessicz Mathyeykoni nigro de Znolkowicz (?) ac heredibus eius Curiam suam hereditariam in Prus cum agris cultis et incultis pratis piscina nemore alias Dobrze metis aquis earumve littoribus et cum pertinencijs vniuersis, nichil penitus dempto, neque pro se aut heredibus suis quidquam ibidem reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam.

521. (Blazius de Lipnik Wenceslao de Prossynek et heredibus eius Curiam suam Allodialem cum vno quartali agrorum Silua agris cultis et incultis aquis riuis metis granicijs necnon cum pertinencijs vniuersis, nichil sibi aut heredibus et successoribus suis Juris proprietatis seu dominij in eadem reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam.)[1]

522. Waczlaw de Prossinek Magdalene Conthorali sue legittime duodecim marcas grossorum in parua Prossinka Jure veri dotalicij dat et assignat possidendas, Petrus de Symrze recepit.

523. Anna de Zerawicz Hrusskonis relicta Johannem Kuzel seniorem de Zerawicz patruum suum et Johannem Kuzel Juniorem de Zerawicz fratruelem suum super dotalicio suo, quod habet in Zerawicz, in veram suscepit vnionem.

(F. XXXV. v.) **524.** Elzka de Malotin Petrassonem de Ochabecz maritum suum legittimum super hereditate sua, quam habet in villa Bogyanowicz, et quitquid Juris habet ibidem, in veram suscepit vnionem.

525. Wsseborius de Byelkow dedit suum odpor contra Wysskonem de Strzietez occassione Curie in Chudobin et eius pertinencijs asserens, se pingwius Jus ad eandem habere.

526. Vrsula Abbatissa et Conuentus Monasterij Sanctimonalium sancti Jacobi in Olomucz contradicit intabulacioni Alberti de Sowinecz, quam fecit super bonis et porcione sua Castri Sowinecz, vbi includit sex marcas annui census minus vno fertone in villa Passeka asserentes, se habere Jus quoad dictum censum, et hoc literis nituntur probare.

527. Byetka olim relicta Johannis Lisska de Miliczin (Wilhelmum)[2] Cztiborium et Przibiconem filios suos super ducentis quinquaginta sexagenis grossorum dotalicij sui in Murzinow in veram suscepit vnionem.

528. Krziz de Tupecz Blazio de Wgezd Kaczne vxori ipsius legittime ac eorum heredibus necnon eiusdem Blasij nepotibus dimidium alterum quartale agrorum cum orto in Vgezd cum agris cultis et incultis pratis Rubetis pleno Jure et dominio ac pertinencijs vniuersis, prout idem ortus in suis limitibus est dimensuratus, nichil sibi aut heredibus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit hereditario Jure possidendum.

[1]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand: „Ladislaw", d. i. von Boskovic.*

[2]) *Zu diesem gelöschten Namen gehört die am rechten Rande von anderer Hand beigefügte Note: „Ista cancellacio non obstat alijs intabulatis."*

1447. **529.** Anno domini Millesimo Quadringentesimo quadragesimo Septimo post Epiphaniam [1]) domini celebratum est colloquium per dominos Barones et ibidem intererant Nobilis dominus Johannes de Lichtenburg et de Wetouia, supremus Camerarius Czude et tabularum districtus Olomucensis, Nicolaus de Onicz et Milonicz supremus Czudarius, Martinus de Dobrzana Archidiaconus et Canonicus Olomucensis supremus notarius tabularum, Johannes de Czimburg et de Thowaczow Capitaneus Marchionatus Morauie, Johannes de Lompnicz et de Mezirziecze, Albertus de Sterenberk, Petrus de Conicz, Johannes de Bozkowicz et de Luczka, Erhardus de Cunstat et de Lyssicz, Benessius de Bozkowicz et de Czrnahora Subcamerarius, Wanko de Bozkowicz, et de Letowicz, Miroslaus de Czimburg, Hennik de Waldestein et de Zidlochowicz, Laczko de Sterenberk et de Luckaw, Proczko de Cunstat, Wenceslaus Hecht de Rossicz, et alijs quam pluribus Baronibus presentibus Stephano de Wartnow et de Czimburkg.[2])

(F. XXXVI. r.) **530.** (Erhardus de Cunstat alias de Lyssicz Henrico de Raycze et eorum heredibus Municionem Pornicz et villam Pornicz totam et integram cum Curijs allodialibus ibidem, Item villam Swaby cum Curia allodiali ibidem et cum predictarum villarum hominibus censibus molendinis agris cultis et incultis pratis pascuis siluis rubetis piscinis reseruaculis aquis fluminibus montibus vallibus metis limitibus granicijs ac alijs predictorum bonorum pertinencijs vniuersis, in quibuscumque rebus consistant, seu quibuscumque nominibus nunccupentur, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit et intabulat hereditarie possidendum.)

531. (Johannes Rybniczek de Jarohnyewicz Johancze de Doloplaz conthorali sue legittime. duodecim sexagenas grossorum et VIII grossos census annui in Centum viginti sexagenis cum octoginta grossis[3]) In et super villa Ratiskowicz in hominibus censualibus et in omnibus pertinencijs ad verum Jus dotalicij dat et intabulat, Johannes Trziczky recepit intabulacionem.)

532. Laczko de Sternberg et de Luckaw Petro Roman de Witowicz et de Zlina et eius heredibus et successoribus piscinam Lechoczsky et cum illo Molendino, quod est in illa piscina, cum omnibus pertinencijs sicut eadem piscina et cum molendino in suis metis ab antiquo preiacet et est dimensa, quod solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris dominij ac proprietatis reseruando, vendidit et intabulauit hereditarie possidendum.

533. Margaretha de Drzowicz Johannem de Drzowicz maritum suum legittimum super illud, quod ibidem in Drzowicz habet, in veram suscepit vnionem et ad quod Jus habet.

534. Johannes Babka de Senicz Georgium de Senicz awunculum suum et Andream patruum suum ibidem de Senicz super Curia in Senicz et super vno orto et super dimidia quarta marcis grossorum census annui in duobus laneis ibidem in Senicz et super secunda Curia et super vna curticula in Tyessankach et super omnibus, que ad dictas Curias ortos laneos curticulam pertinent, et ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem. 1447.

535. (Jaroslaus de Schelenberg Burgyano de Wlcznow et eius heredibus villam Chilicze cum ambabus Curijs cum taberna braxatili agris cultis et incultis hominibus sessionatis et non sessionatis liberis censualibus robotis pratis pascuis siluis nemoribus rubetis montibus vallibus venacionibus aquis riuulis piscina aquarum decursibus metis granicijs et cum omnibus pertinencijs cum pleno dominio cum omnibus fructibus vtilitatibus, quibuscumque nominibus nunccupentur, sicut solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus et successoribus Juris seu proprietatis ibidem reseruando, vendidit et intabulauit hereditarie possidendam.)

536. (Jessko et Henricus fratres germani de Bozkowicz domine Offcze de Czastolowicz matri sue Municionem Czebranicz Curiam allodialem cum duabus araturis et prato ad eandem Curiam spectante villam Czebranicz et villulas Habrow et Sassynu cum censibus et vtilitatibus et cum omnibus robottis, quas de predictis villis facere tenetur preter Juspatronatus et preter illos homines, qui ad illud Juspatronatus pertinent, cum omnibus siluis et montibus ad eandem municionem spectantibus, quemadmodum tempore predecessorum ipsorum tentum est, in Septingentis et quinquaginta sexagenis grossorum ad verum dotalicij Jus dant intabulauerunt, Wanko de Bozkowicz suscepit.)

537. Wanko de Bozkowicz Jesskoni et Henrico patruis suis ibidem de Bozkowicz villam Vgezdecz supra Czebranicz intabulat hereditarie possidendam.

538. Jessko et Henricus fratres germani de Bozkowicz Wankoni de Bozkowicz patruo suo et eius heredibus Tres sexagenas grossorum census annui in villa Borzitow, quas ibi habuerunt in hominibus, quos tenuerunt, dant et intabulant hereditarie possidendas.

(F. XXXVI. v.) **539.** Stephanus de Dobroczkowicz Johanni Ssarowczowi de Vgezd et eius heredibus ac Anne conthorali ipsius legittime Curiam in Nyetkowicz, que est diuisa in quatuor laneos, quos colunt homines sub censibus annuis et de quo laneo vnam sexagenam grossorum minus quatuor grossis soluunt annuatim, vnam tabernam braxatilem et vnam curticulam cum omnibus vtilitatibus ad eandem curiam spectantibus cum agris cultis et incultis pratis siluis rubetis pascuis metis granicijs plenoque Jure et dominio et omnibus pertinencijs ab antiquo ad eandem Curiam spectantibus, sicut solus tenuit, nichil sibi aut suis heredibus Juris ac proprietatis ibidem reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendam.

540. Johannes Medlowecz de Medlowicz Johannem Jonawskeho de Strabenicz Mathiam Kozel de Strabenicz

[1]) *d. i. nach h. 3 König.*

[2]) *Am untern Rande dieser Blattseite steht von derselben Hand: „Secuntur intabulaciones.“*

[3]) *Die im Orig. nachfolgenden zwei Worte „sexagenis grossorum“ sind als hieher nicht gehörig ganz durchstrichen.*

1447. patrem ipsius et eorum heredes super villa Medlowicze super eo toto, quod habet et ad quod Jus habet, ad veram suscepit vnionem.

541. Jessko et Henricus fratres germani de Bozkowicz in villa Wodyerad Septem laneos Tabernam et curticulam Benessio de Bozkowicz et eius heredibus dant et intabulant hereditarie possidendum.

542. Benessius de Bozkowicz Machne de Sternberg conthorali sue legittime Quinquaginta sexagenas grossorum census annui in Quingentis sexagenis grossorum in hominibus in Chornicz in Dorfflick, quitquid ibi habet, In Wodyerad super septem laneis in taberna et in curticula, In Jablonan super tota villa et in Curia, in Barzitow, quam olim Wenceslaus Nos tenuit, et in hominibus ad eandem curiam pertinentibus et in eodem laneo, qui circa Curiam est et in curticula, que ad eundem laneum pertinet, dat et intabulat ad verum dotalicij Jus possidendum, dominus Proczko de Cunstat suscepit.

543. Henricus de Kokor ex consensu matris sue Elzcze de Gynossow Helene conthorali sue legittime de Byetow octoginta marcas grossorum in tota villa Zerawicz et in Molendino et super omnibus pertinencijs eiusdem ville preter nudam Curiam ad verum dotalicij Jus dat et intabulat, Bohusse de Kokor suscepit.

544. Henik de Waldstein et de Zidlochowicz Jaroslao de Schellenberg heredibus et successoribus ipsius Quadraginta marcas census annui in Quadringentis marcis super villa Czissczin ac hominibus censuantibus et non censuantibus balneo agris cultis et incultis pratis pascuis aquis montibus vallibus siluis nemoribus metis granicijs plenoque Jure et dominio ac singulis eiusdem ville pertinencijs, quibuscumque nominibus nunccupentur, prout ea solus tenuit et est vsus, nichil sibi seu suis heredibus et successoribus nisi solum exolucionem in eisdem bonis penitus reseruando, vendidit et intabulat in pignus veri dotalicij possidendum.

545. Jaroslaus de Schellnberg Weronice de Bozkowicz conthorali sue legittime in villa Czissczin Quadraginta marcas grossorum annui census in Quadringentis marcis grossorum super omnibus, que ibidem possidet et ad quod ius sibi conpetit, Jure veri dotalicij intabulauit possidendas, dominus Wanko de Bozkowicz alias de Letowicz illud suscepit dotalicium et asseruit, ipsius esse bonum.

546. (Alsso Skrbensky de Doloplaz et Mraczko de Gyuyn fideiussores pro Margaretha Dusska de Duban mortua Wenceslao Skrbensky de Doloplaz et disbrigatores bonorum eiusdem Margarethe Wenceslao Skrbensky de Doloplaz et eius heredibus Curiam hereditariam in villa Skrben cum duobus laneis, que olim Margarethe defuncte fuit, cum omnibus hominibus censualibus et non censualibus ad eandem curiam pertinentibus agris cultis et incultis pratis pascuis vsibus vtilitatibus rubetis metis granicijs et cum omnibus spectantibus ad eandem Curiam ab antiquo pertinencijs, prout ipsa Margaretha tenuit et possedit, cum pleno Jure et dominio, nichil Juris ac proprietatis sibi ac alteri reseruando dant et intabulant hereditarie possidendum.)

(F. XXXVII. r.) 547. Adam de Strabenicz Agneti de Cunkowicz super villa Strabenicz ac hominibus proprijs ibidem hereditarijs censibus vsibus fructibus robotis ac pertinencijs vniuersis, nichil sibi in suis heredibus penitus excluso nisi Curia ibidem in Strabenicz, Septem cum dimidia marcas census in Septuaginta quinque marcis grossorum Jure veri dotalicij assignat possidendas, Arclebus de Cunkowicz illud suscepit asserens, ipsius esse bonum. 1447.

548. (Nicolaus de Milczan Bohdaloni de Barzicz et eius heredibus bona sua in Topolan videlicet Curiam allodialem dimidium nonum laneos tres curticulas cum Jurepatronatus ecclesie ibidem agris cultis et incultis pratis pascuis censibus siluis nemoribus metis granicijs ac cum flumine et lapides cementarios cum balneo Jure et dominio ac pertinencijs vniuersis ad dictam Curiam et illam partem, quam idem Nicolaus possedit, spectantibus prout ea solus tenuit, nil sibi et successoribus suis ibidem Juris dominij aut proprietatis reseruando, nisi solum pratum excludendo, quod wlgariter Sad nunccupatur, vendidit Jure hereditario possidenda.)

549. Johannes de Witczicz et Nicolaus dictus Czigan de Czelechowicz fideiussores olim Jacubconis de Prus iam defuncti Elizabeth de Rossczin eiusdem Jacubconis legittime conthorali duas marcas annui census in viginti marcis grossorum in Donka ad priores decem marcas in Jure dotalicij videlicet in eo laneo, quem Jacubczowa tenet, quinque fertones cum duobus grossis In taberna Miczonis octo grossos cum medio, In taberna Johannis carnificis octo grossos cum medio, In taberna Kunssonis octo grossos cum medio, In taberna Mathissonis nouem grossos cum dimidio, In Rozprchonis taberna nouem cum medio et in Macello alterum dimidium grossos Jure veri dotalicij deputat et assignat possidendas, Woytyech de Melicz illud suscepit dotalicium affirmans, illud esse ipsius bonum.

550. Wenceslaus Doloplaz de Skrben Andree Znate de Oynicz et de Skrben et heredibus eius bona sua hereditaria in villa Skrbenye videlicet Curiam allodialem cum duobus laneis, quod olim Margarethe extitit, cum omnibus hominibus censuantibus et non censuantibus ad dictam Curiam pertinentibus agris cultis et incultis pratis pascuis Juribus vsibus proventibus metis vallibus granicijs pleno Jure et dominio et pertinencijs vniuersis, quocumque nomine vocentur, nil sibi aut suis heredibus seu successoribus Juris proprietatis ac dominij ibidem penitus reseruando, prout eandem solus tenuit, vendidit et intabulauit hereditarie possidenda.

551. Petrus de Zwola, Quemadmodum Juxta consensum voluntatem et donacionem liberalem Serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum ac Boemie Regis diue recordacionis post mortem magistri Cunczonis et Cuncze fratris et sororis suorum iusto donacionis titulo bona infrascripta ipsorum post mortem in eum sunt deuoluta, videlicet Municio in Drzowicz cum Curia allodiali siluis reseruaculo molendino duabus tabernis et balneo ibidem in villa Trpenowicz ac in Wrahowicz villa Jus ipsorum cum medio Jurepatronatus ecclesie ibidem (Item in villa Magna Postrzelmow Triginta tres marcas cum vno fortone grossorum annui census) cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis aquarum decursibus montibus vallibus metis granicijs ac alijs singulis dictorum bonorum appendencijs, prout idem Petrus et dicti sui vterini eadem bona tenuerunt et possederunt iuxta graciam et donacionem prescriptam cum

1447. pleno Jure et dominio, nichil penitus excluso, Margwarto de Zwola germano suo et eius heredibus vendidit et intabulauit hereditarie possidenda, Ista intabulacio facta est de mandato et voluntate Capitanei et aliorum Baronum.[1])

(F. XXXVII. v.) 552. Georgius Plewl de Redisch Johanni de Orzechoweho et de Ssczastkow et eius heredibus in villa Brzezolup Dimidium sextum laneos Tres tabernas censuales, quas proprias habent emphiteoses wlgariter purkrechty, et alias duas tabernas, quas homines agros ad suas emphiteoses habentes in hereditario censu possident, cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis redditibus vtilitatibus pratis pascuis communitatibus aquis metis ac vniuersis pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus, prout ea solus tenuit, nil sibi aut heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit et intabulat hereditarie possidendum.

553. (Henik de Waldestein et de Zidlochowicz Anne de Hartwikowicz et eius successoribus in villis Dobrochow vinginti marcas et in Wranowicz dimidiam septimam sexagenas grossorum et decem grossos annui census in tribus laneis in tribus curticulis et in vna taberna in hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis pascuis aquis fluidis et stacionarijs montibus vallibus siluis rubetis metis granicijs cum pleno Jure et dominio et cum omnibus pertinencijs, quibuscumque nominibus nunccupentur, prout solus tenuit et possedit, nichil sibi aut suis heredibus vel successoribus Juris proprietatis aut dominij solummodo exolucionem reseruando, In ducentis et quinquaginta marcis grossorum et Sex grossis Jure dotalicij intabulat possidendas.)

554. Anna de Hartwikowicz Jaroslaum de Schellenberg Zichonem de Wolffperk Vlricum de Puczow super omnibus bonis suis quidquid habet in Dobrochow et in Wranowicz et ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.

555. (Laurencius Smetana de Oswyetiman Katherine de Onicz conthorali sue legittime ibidem in Oswyetiman Super nouem laneis et quinque curticulis et in medio Geniczowicz cum medio molendino ibidem ac vniuersis eorundem bonorum pertinencijs ipsum hereditarie concernentibus decem marcas annui census in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij deputauit possidendas, Nicolaus de Onicz Czudarius supremus Czude Olomucensis patruus ipsius illud suscepit, Et quitquid ibidem defecerit, hoc in alijs bonis hereditarijs ipse Laurencius debet adimplere.)

556. (Zbynko de Drzienoweho Johanni Tellafusowi de Rziczan et eius heredibus et successoribus villam Drzienowe cum Municione Curiam allodialem cum duabus araturis agris cultis et incultis hominibus censualibus et non censualibus robotis ortis reseruaculo piscinam nowam cum piscina Vhersky superiori Molendinum siluis pratis cum omnibus pertinencijs, sicut eadem bona in suis metis sunt dimensa, cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nil sibi aut suis heredibus seu successoribus Juris dominij aut proprietatis ibidem reseruando, intabulat hereditarie possidendum.)

557. Elska de Bykowicz Johanni Lapkoni de Antiquo Gyczin et eius heredibus villam Ottyehrziby promontorium wlgariter kopecz Curiam allodialem molendinum cum agris cultis et incultis siluis pratis nemoribus hominibus censuantibus et non censuantibus robottis aquis fluidis et non fluidis cum aduocacia et cum omnibus pertinencijs, prout eadem bona ab antiquo sunt dimensa in suis metis et granicijs cum pleno Jure et dominio, prout sola tenuit, nil sibi aut suis heredibus seu successoribus reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendam. 1447.

558. (Johannes Lapka de antiquo Giczin Katherine de Pozorzicz conthorali sue legittime decem sexagenas grossorum census annui in Centum sexagenis grossorum in villa Ottyehrzib in hominibus censualibus et non censualibus et siluis ac vniuersis eiusdem ville pertinencijs ad verum dotalicij Jus deputat possidendas, Stanislaus de Rzikowicz illud suscepit.)

(F. XXXVIII. r.) 559. Zdena de Sobaczow Johanni Zubconi de Zdyetin fratrueli suo et eius heredibus villam Sobaczow suam hereditariam cum tribus Curijs cum agris cultis et incultis pratis siluis aquis littoribus hominibus censualibus et non censualibus cum curticulis et ortulanis Molendino taberna cum omnibus prouentibus et vtilitatibus et omni Jure et dominio metis et granicijs ac singulis pertinencijs, prout ab antiquo ad eadem bona spectant, nil sibi aut suis heredibus uel successoribus Juris dominij seu proprietatis ibidem reseruando dat et intabulat hereditarie possidendam.

560. (Wenceslaus de Wlassym residens in Wsow, Georgius Stoss de Albrechticz, Jessko de Lhota, Wyssko de Strzyetez, Johannes dictus Koblih de Rziczan fideiussores et disbrigatores bonorum infrascriptorum pro Johanne olim de Schonwald iam defuncti (sic) Castrum Brnyeczko cum Curia, que ad dictum Castrum pertinet, villam Brnyeczko, que oppidum vocatur, villam Medlske Obgedne, villam Wenkow, villam Medwyezie, villam Kamenne cum eodem censu, in villa Rohly, que ad Castrum Brnyeczko pertinet, villam Strupsin cum silua, que nigra vocatur, Medlske cum silua dicta nigra, Siluam Wenkowsky, partem silue, que Zdyar vocatur, Siluam Budissinek, que supra Rohly iacet, partem silue Bradla, cum parte silue, que Polanka nunccupatur, cum alijs omnibus siluis nemoribus ad Castrum Brnyeczko spectantibus cum hominibus censualibus Molendinis agris cultis et incultis pratis vallibus montibus venacionibus aquis fluminibus aquarumve decursibus metis prouentibus vtilitatibus ac alijs pertinencijs vniuersis, quocumque vocabulo nunccupentur, pleno Jure et dominio, prout pater ipsius Johannis supradicti ac predecessores eius eadem bona tenuerunt, Nichil Juris proprietatis aut dominij pro heredibus et successoribus eiusdem ibidem reseruando, Johanni dicto Tunkl de Zabrzeh et eius heredibus vendiderunt hereditarie possidendum, Et si alibi pro eodem Johanne de Schonwald in tabulis inveniretur, debet aboleri.)

561. Henricus de Wranowicz Elscze de Crakowecz Conthorali sue legittime in villa Skaliczka dimidiam quintam marcas grossorum minus IV grossis et in villa Oldralticz in vno laneo tres fertones census annui,

[1]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand: „Ladislaw", d. i. Ladislaw von Boskovic.*

1447. nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis aut dominij in eisdem bonis reseruando, in quinquaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat possidendas, Wenceslaus de Crakowecz illud suscepit.

562. (Henricus de Meraw alias de Raycze Bedrzichoni de Spiczka et eius heredibus villam Pornicze et Swaby cum Curijs allodialibus agris cultis et incultis ac hominibus censualibus et non censualibus vtilitatibus redditibus proventibus pratis pascuis montibus vallibus siluis nemoribus rubetis aquis piscinis reseruaculis molendinis ac pertinencijs vniuersis ad dicta bona ab antiquo spectantibus, prout in suis metis et granicijs ab alijs bonis circumferencialiter sunt distincta, sicuti ea solus tenuit, nil penitus excludendo nec quitquid sibi heredibus successoribusque suis ibidem Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendam.)

563. (Bedericus de Spiczek Bohdaloni et Wankoni fratribus de Barzicz et eorum heredibus villas Pornicze et Swaby cum Curijs allodialibus agris cultis et incultis ac hominibus censualibus et non censualibus vtilitatibus redditibus proventibus pratis pascuis montibus vallibus Siluis nemoribus rubetis aquis piscinis reseruaculis molendinis ac pertinencijs vniuersis ad dicta bona ab antiquo spectantibus, prout in suis metis granicijs ab alijs bonis circumferencialiter sunt distincta, sicuti ea solus tenuit, nil penitus dempto, nec quidquid sibi heredibus et successoribus suis ibidem reseruando Juris proprietatis aut dominij, vendidit hereditarie possidendas.)

(F. XXXVIII. v.) 564. Zdena de Sobaczow Curiam suam allodialem in Paczow cum agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus robotis pratis pascuis censibus vtilitatibus obvencionibus communitatibus siluis nemoribus ac pertinencijs vniuersis, quocumque nomine nunccupentur, nil penitus dempto, nichilque sibi Juris proprietatis aut dominij aut suis heredibus seu successoribus ibidem reseruando, Elzcze de Paczow intabulat hereditarie possidendam, et dum ipsam Elzkam ab hac luce migrare contigerit, quod post mortem eius eadem Curia cum suis pertinencijs ad pueros eiusdem Elzcze devoluatur libere, Johannes Zub de Zdyetin hanc intabulacionem fieri disposuit et suscepit id affirmans, quod sit Elzcze satis factum pro sua dote.

565. Laurencius Smetana de Oswyetiman Katherine de Onicz conthorali sue legittime Ibidem in Oswyetiman in nouem laneis quinque tabernis et quinque curticulis et molendino, necnon in media villa Genyczowicz et medietate molendini ibidem decem marcas census annui In centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat possidendas, Nicolaus de Onicz supremus Czudarius Czude Olomucensis patruus dicte Katherine illud dotalicium suscepit.

566. Yenik z Waldsteyna et de Zidlochowicz, Wocko de Holnstein, Jessko de Lhota, Wyssko de Strzietez et Johannes Koblih de Rziczan fideiussores et disbrigatores bonorum subsequencium pro Proczkone olim de Wildenberg iam defuncti (sic) villam mediam Dluhomil et Curiam allodialem ibidem cum agris cultis et incultis pratis siluis nemoribus rubetis vtilitatibus et obvencionibus piscinis necnon vniuersis pertinencijs, quibuscumque vocentur nominibus, prout ea bona dictus Proczko solus tenuit, nil penitus excluso veluti in suis metis et granicijs ab alijs bonis sunt dimensurata et distincta Johanni Tunkl de Brnyeczko et eius heredibus intabulauerunt hereditarie possidendam. 1447.

567. Henricus dictus Mirko de Chlum Anne de Osnowe conthorali sue legittime in villa Weterzow super piscinis et signanter cum noua piscina, que in Lowcziczka prato est situata, ac Curia allodiali, necnon hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis siluis ac vniuersis dicte ville pertinencijs, nichil sibi et heredibus suis Juris aut proprietatis seu dominij ibidem reseruando, Quinquaginta sexagenas census annui in Quingentis sexagenis grossorum racione veri dotalicij intabulauit possidendas, Nicolaus de Onicz supremus Czudarius Czude Olomucensis et Burgyan de Wlcznow illud dotalicium susceperunt.

568. Johannes senior Kuzel de Zerawicz abrenunciat omnibus bonis in Morzicz approprians omne ius, quod ibidem habuit Johanni Juniori Kuzel et eius heredibus de Zerawicz patruo suo, sicut eadem bona mutuo habuerunt in tabulata.

569. Johannes dictus Junior Kuzel de Zerawicz Abrenuncciat omnibus bonis in Nyecicz aproprians omne Jus, quod ibidem habuit, Johanni seniori Kuzel de Zerauicz patruo suo et eius heredibus sicut eadem bona mutuo habuerunt intabulata.

570. Johannes senior Kuzel de Zerawicz et de Qwassicz Henrico Mirkoni de Chlum et eius heredibus villam Wetherzow cum loco Municionis deserto alias Twrzisstye ac hominibus censuantibus et non censuantibus Curiam vnius arature agris cultis et incultis necnon iustis censibus redditibus robotis piscinis siluis pratis pascuis aquis aquarumve decursibus Eciam cum prato, quod Lowcziczka luka vocatur et agris ibidem cultis et incultis vlgariter vlehle eo Jure, prout olim a Georgio de Luckow solus tenuit et possedit, exclusis (F. XXXIX. r.) duabus piscinis, quas quondam cum bonis Artlebow in Bohuticz vendidit, Item villam Nynkowicz cum hominibus censualibus et non censualibus vineis et cum Schenhoff eciam cum pratis siluis pascuis ac vniuersis et singulis appendicijs vtilitatibus et obvencionibus, quocumque vocabulo possent nominari, veluti eadem bona in suis metis et granicijs ab alijs bonis circumferencialiter sunt distincta, sicut ea solus tenuit, nil sibi aut heredibus et successoribus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

571. (Drslaus de Nakla de consensu Georgij de Crawar Elizabeth vxorem suam legittimam de Rossczin de ipsius priori dotalicio, quod in Rowenskem habuit, transducit eam super bonis hereditarijs predicti domini in hornye Nyempczie In et super duodecim laneis duabus tabernis et duabus curticulis hominibus censuantibus liberis et sessionatis Centum marcas dans et deputans Jure veri dotalicij possidendas, Johannes Mleczko de Chwalkowicz illud dotalicium suscepit.)

572. Drslaus de Nakla omne Jus, quod habuit in Rowenskem, racione vnionis sicut eum Elsska conthoralis ipsius ibidem in vnionem assumpserat, Illud Jus extabulat exscribit Johanni Tunklowi de Brnyeczka a se et vxore sua Elsska predicta.

1447. 573. (Mikulassko de Domamyslicz Procopio de Domamyslicz et eius heredibus Septem marcas census annui minus IV grossis et IV denarijs pro octaginta marcis et quatuor florenis in villa Domamyslicz et Curia, in qua olim Johannes dictus niger residebat, que iam Jure emphiteotico quibusdam hominibus exstat vendita, et in dimidio tercio laneis et taberna et quinque ortis ibidem in Domamyslicz, necnon in dictis hominibus huiusmodi laneos tabernam et ortos tenentibus presentibus et futuris ac vniuersis pertinencijs eorundem sicut eadem Curia cum dictis laneis vt prefertur in suis metis et granicijs exstat dimensurata et distincta, nichil sibi heredibus et successoribus suis ibidem Juris aut proprietatis reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

574. (Johannes Kuzel de Zerawicz et de Qwassicz Zichoni dicto Kuzel de Zerawicz patruo suo Swachonis filio et eius heredibus villam suam dictam Blissicze cum Curia et loco municionis alias Twrzisstye cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis siluis pratis pascuis aquis fluminibus necnon vniuersis alijs pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ea bona solus tenuit, nil prorsus demendo Juris proprietatis aut dominij sibi et heredibus suis, nichil omnino ibidem reseruando, intabulat hereditarie possidendam, Et si predictum Zichonem ab hoc seculo sine heredibus migrare contigerit, quod absit, extunc eadem villa cum omnibus suis pertinencijs in dictum Johannem Kuzel et suos heredes libere deuoluetur.)

575. (Georgius de Crawar et de Straznicz Wockoni de Sowinecz et eius heredibus Castrum Helfenstein, Oppidum Lipnik Molendinum sub eodem Oppido [1]) Lipnik cum villis subsequentibus Ossek, Podolssie, Luczka, Vgezd, Wladyczie, Slawkow, Banassow, Neplachow, Cozlow, Wykleky, Lazniky, Staramyerzicze, Trnawka, Horkam supra Lipnik, Vgezd Wolawy Tyn, Lhotu, Hlinske, Sobyechleby Radotin, Nyeczicze supremum et inferius Nyeczicze, Oppatowicz [2]) Zimotin Rakowe, Paressowicze, Czrnotin, Symrze, Walssowicze, medium Zbrassawa, Vsti, Kladniky, Curiam ante Hranicz vnius arature et duos ortos, villam Hliżow cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis Curijs robottis censibus vtilitatibus proventibus montibus vallibus siluis nemoribus lucis rubetis pratis pascuis aquis aquarum decursibus piscinis molendinis fluminibus riuis littoribus obstaculis, alias Stawy, cum Jurepatronatus ecclesiarum omnium bonorum predictorum metis granicijs ac vniuersis dictorum bonorum omnium et castri predicti pertinencijs, prout in suis metis et granicijs ab alijs bonis circumferencialiter sunt distincta, sicuti ea solus tenuit, nil sibi heredibus et successoribus suis ibidem reseruando Juris proprietatis aut dominij, vendidit hereditarie possidendum, Et si prius eidem Georgio eadem bona forent intabulata, nullius debent esse roboris et momenti nec in dampnum debent fieri Wockonis. In Wyklek tamen, quitquid decanus Olomucensis habet, hoc pro decano reseruatur, et non venditur Wockoni, Et in Kladnik tamen duos laneos habet ipse Wocko.) [3]) 1447.

576. Odpor.[4]) Petrus de Raczicz decanus et Capitulum Ecclesie Olomucensis contradicit huic intabulacioni presertim super Wyklek, super quam decanatus habet prebendam. *Et in Vsti preter feodum ecclesie Olomucensis.*

(F. XXXIX. v.) 577. Stephanus de Mystrzicz Marusse de Prus conthorali sue legittime in villa Kudlowicz in suis propriis bonis ibidem in hominibus quatuor marcas annui census Jure veri dotalicij dat et intabulat possidendas, Petrus de Przestawlk frater Marusse illud suscepit.

578. Katherina de Oinicz olim conthoralis Smilonis de Nemoticz iam defuncti Nicolaum et Hynkonem fratres germanos de Onicz super ducentis marcis ibidem in Nemoticz in veram suscepit vnionem.

579. Georgius de Crawar alias de Straznicz Johanni filio Henrici olim Czihowkonis de Czihowicz et eius heredibus villam Wrbka cum hominibus censuantibus et non censuantibus Curia allodiali agris cultis et incultis siluis nemoribus piscina aquis aquarum decursibus ac pertinencijs vniuersis, quibuscumque nunccupentur nominibus, prout dictam villam solus tenuit, nil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, excluso solum Auena et pullis sicut de pratis predicti homines sibi et successoribus suis singulis annis dare et assignare tenentur, dedit et intabulat hereditarie possidendum.

580. (Katherina de Sobyebrzich et Cristoforus de Corzim Nicolao de Onicz et de Milonicz et eius heredibus villam suam propriam Sobyebrzichy cum Curia allodiali ibidem agris cultis et incultis hominibus censualibus et non censualibus pratis pascuis aquis riuis piscina aquarum decursibus siluis nemoribus montibus vallibus metis limittibus, prout antiquitus ab alijs bonis dimensurata est, pleno Jure et dominio, prout ea soli vel predecessores eorum tenuerunt, pleno Jure et dominio, nil sibi proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendiderunt hereditario Jure possidendam, Et si alibi ipsis intabulata reperiretur debet aboleri, *et renuncciant eisdem bonis.)*

581. Johannes Junior Kuzel de Zerawicz Hedwigi de Byelkow conthorali sue legittime super villa Morzicz in suis hominibus ibidem in Morzicz liberis et sessionatis octo marcas grossorum annui census in octoginta marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat possidendas, Benessius de Byelkow pater eiusdem Heduigis illud suscepit.

582. Johannes de Bystrzicz et de Jarohnyowicz Dorothee conthorali sue legittime super villa Cowalowicz in eisdem hominibus, ad quos Jus habet, quatuordecim sexagenas cum media sexagena et tres sexagenas grossorum in villa Jarohnyowicz in suis hominibus sessionatis sicut eadem Dorothea ad plenum decimam octauam mediam sexagenas grossorum annui census in predictis hominibus habeat, nil sibi heredibus et successoribus

[1]) *Das im Orig. vorgehende Wort „castro“ ist unterpunktirt.*

[2]) *Der Name „Oppatowicz“ ist durchstrichen und am linken Rande steht die von anderer Hand geschriebene Note: „Ista abolicio non viciat alia hic intabulata.“*

[3]) *Der Schluss von „Et in Kladnik“ bis zum Ende ist durchstrichen und am Rande steht von anderer Hand die Note: „Ista abolicio non obstat alijs preintabulatis.“*

[4]) *Steht am linken Rande von derselben Hand.*

1447. suis Juris proprietatis aut dominij reseruando, dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Wenceslaus de Crakowecz illud suscepit.

583. Boczko de Ottoslawicz Georgio de Crawar et eius heredibus in villa Smrzicz hereditatem suam, quam ibi habuit cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, nil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, intabulauit hereditarie possidendam.

584. Johannes de Bystricz et de Jarohnyowicz Henrico de Quaczicz et eius heredibus super villa Tyessicz in hominibus possessionatis Tres marcas grossorum annui census post Sororem suam germanam dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas.

585. Johannes de Czimburg et de Thowaczow Capitaneus Marchionatus Morawie Zoffkam de Cunstat conthoralem suam et Georgium de Cunstat alias de Podyebrad facit veros commissarios omnium puerorum suorum, donec ad prefatam etatem non pervenerint, Si autem dicta Zoffka statum viduitatis mutauerit, tunc predictus Georgius solus eorum erit commissarius usque ad debitam illorum etatem.

(F. XL. r.) 586. Johannes Junior Kuzel de Zerawicz cum suis heredibus abrenuncciat omni Juri, quod habuit olim a Zichone de Nedachlebicz In et super bonis Domamyslicz transducens et approprians illud in Procopium et heredes eius ibidem de Domamyslicz.

587. Johannes dictus Czihowka de Czihowicz Henrico dicto Huse de Crumsin Sororio suo et eius heredibus In et super villa Wrbka cum hominibus censualibus et non censualibus Quindecim marcas cum media marca annui census in Centum quinquaginta quinque marcis grossorum deputat et assignat Jure dotalicij possidendas.

588. Petrus de Conicz, Artlebus de Cunowicz, Burgyan de Wlcznow et de Weletin, Jessko de Gekwe, Nicolaus de Domamyslicz et de Buchlowicz fideiussores et disbrigatores bonorum infrascriptorum pro Nikussio olim Ciui in Redisch iam defuncto Petro Stogyan de Przestawlk et eius heredibus villam Sazowicze cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vtilitatibus proventibus robotis pratis pascuis montibus vallibus siluis aquis cum fundo piscine wlgariter Rybniczsscze cum molendino et vniuersis pertinencijs quocumque nunccupentur vocabulo, prout eadem bona solus tenuit, nil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, intabulauerunt hereditarie possidendam.

589. Petrus Stogyan de Przestawlk Katherine de Ryzenburg conthorali sue legittime In et super villa sua Sazowicz ac hominibus censuantibus et non censuantibus metis limitibus aquis riuis pleno Jure et dominio ac vniuersis eiusdem ville pertinencijs, prout ea bona solus tenuit, Quindecim marcas annui census in Centum quinquaginta marcis Jure veri dotalicij, necnon Jure hereditario deputauit possidendas, Zauissius de Cunczicz id dotalicium suscepit.

590. Procopius de Domamyslicz Conthorali sue legittime Katherine in villa Domamyslicz in hominibus censuantibus liberis et non inbrigatis decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et deputat possidendas, Barsso de Czihowicz suscepit. 1447.

591. Nicolaus de Tupecz Offkam de Lhota conthoralem suam legittimam facit veram commissariam suorum puerorum, quamdiu statum non mutaret viduitatis, et Johannem Dywam de Ssissma similiter verum facit commissarium puerorum suorum dum et quando dicta Offka statum mutauerit viduitatis, quod ipse dotalicium eius persoluere possit, quod in dicta villa Tupecz ei deputauit.

592. Georgius de Crawar et de Straznicz Johanni Tunkl de Brnyeczko et eius heredibus villas hereditarias infrascriptas in bonis Zabrzeh videlicet Rowenske Budissow Lessczina Bohuslawicze Trzessczina Gedle cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, Ruda cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, Kubczow, Inferius Hostycz et superius Hostycz Hartwikow Janussow Lhota Swebohow Komnyatka Rasskow et ibidem quatuor fabrinas wlgariter hamry Curiam in Crumpach cum tribus araturis Curiam super molendinum Zabrzeh vnius arature et Curia in Budissow trium araturarum, Curiam in Dluhomil vnius arature cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis robotis censibus vtilitatibus proventibus vsufructibus montibus vallibus siluis Rubetis nemoribus pratis pascuis aquis aquarum decursibus fluminibus cum tuicione bonorum Klasstercze et medie ville in Zaworzicz et villam Postrzelmowek, prout dicta bona idem Georgius et sui predecessores tenuerunt, cum vniuersis dicte hereditatis et bonorum suprascriptorum pertinencijs cum metis granicijs, prout eadem bona antiquitus in suis limitibus sunt dimensurata, et sicut ea solus tenuit, nil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis aut dominij in eisdem reseruando vendidit hereditarie possidenda, Et si dicta bona cum eorum pertinencijs prefato Georgio prius intabulata reperirentur, debent aboleri.

593. Odpor.[1]) Petrus de Raczicz decanus et Capitulum ecclesie Olomucensis contradicunt et faciunt odpor contra hanc intabulacionem signanter super villa Postrzelmuowek, qui asserunt, se dominium ibidem in hominibus pleniter habere.

594. Odpor.[2]) Petrus de Conicz contradicit intabulacioni huic, quantum ad bona Clastercze dicens, quod dominium, wlgariter oprawa, ad se pertineret, quia est eorum fundatio.

595. Odpor.[3]) Frater Georgius prior de Gewicz contradicit huic intabulacioni, quantum ad medium Zaworzicz.

(F. XL. v.) 596. Zicho de Wolffperg Bohdal de Barzicz Laurencius Hagek de Podhagie fideiussores et disbrigatores bonorum infrascriptorum pro Hanusskone olim de Lutowia iam defuncto Katherine de Vgezd olim conthorali Wenceslai de Vgezd et eius heredibus Curiam hereditariam in villa Senicze, quam quondam Johannes Draho tenuit, cum pratis pascuis agris cultis et incultis metis limitibus cum orto, in quo olim Martinus residet, IV grossos de eadem reseruando ac vniuersis eiusdem ville pertinencijs, in quibuscumque rebus con-

[1]), [2]) u. [3]) *Steht am Rande von derselben Hand.*

1447. sistant, prout eam solus ipse Hanussius quondam tenuit, cum pleno Jure et dominio, nil penitus ibidem excluso intabulant hereditarie possidendam.

597. Henik de Waldsteyn et de Zidlochowicz Briccio de Pyenczin et eius heredibus ac Cristoforo de Korzim Tres laneos in Pyenczin, cum tabernario Jure dimidia altera curticula hominibus agris cultis et incultis siluis nemoribus pratis pascuis metis limitibus montibus vallibus et specialiter cum littore et aqua, que est contra siluam et laneos predictos cum vniuersis proventibus vtilitatibus pleno Jure et dominio ad predictos laneos et curticulas spectantibus, prout solus tenuit, nil sibi heredibus ac successoribus Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

598. Petrus de Conicz Wenceslao Johanni et Nicolao fratribus de Chomutowicz In villa Chomutowicz videlicet super Curia allodiali vna curticula siluis pratis pascuis aquis et alijs predicte Curie pertinencijs vniuersis Triginta marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et deputat possidendas.

599. (Berenhardus de Zirotin transducit Dorotheam de Richemberg conthoralem suam legittimam de ducentis marcis bonorum suorum hereditariorum in Chudichrom super bona propria hereditaria in Zirotin et Stephanus Sczech de Petrkow illam transduccionem suscepit dicens ipsius esse bonum.)

600. (Dorothea de Rechemberg Stephanus alias Sczechoni de Petrkow et eius heredibus villam Chudichrom cum Curia siluis fluminibus aquis pratis metis limitibus et cum vniuersis pertinencijs ab antiquo spectantibus, et in Wazan terciam dimidiam marcas annui census in hominibus censuantibus et liberis intabulat hereditarie possidendas.)

601. (Dorothea de Vnyeticz Curiam suam ibidem in Vnyeticz cum agris cultis et incultis siluis riuis ac vniuersis dicte Curie pertinencijs, nil sibi heredibus ac successoribus suis ibidem reseruando Juris proprietatis aut dominij, Simkoni et Petrzikoni fratribus germanis de Zerawicz intabulat hereditario Jure possidendam.)

602. Odpor.[1]) (Helena de Huntyerzowa contradicit et ponit odpor contra intabulacionem, quam Dorothea de Rechemberg facit Stephano nominanter in Wazan asserens, se Jus ad id habere.)

603. Nicolaus de Tupecz Offcze de Lhota conthorali sue legittime in villa Tupcze propria sua hereditaria et hominibus censualibus et non censualibus in Curia piscinis siluis ac vniuersis pertinencijs, prout solus tenuit, Septuaginta marcas grossorum cum quinque marcis grossorum dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Johannes Mukarz illud suscepit.

604. Albertus de Humberg et de Podole Johanni de Humburg patruo suo et eius heredibus villam Podole cum hominibus censualibus et non censualibus cum Curia Molendino Judicio wlgariter Rychta agris cultis et incultis aquis piscinis riuis pratis pascuis siluis mellifluis wlgariter Brtmy nemoribus montibus vallibus metis limitibus Robotis vtilitatibus fructibus ac vniuersis pertinencijs antiquitus ad dicta bona spectantibus pleno Jure et dominio, prout a via Vwozka usque ad riuum Mirowensem sunt dimensurata et limitata, sicut pater ipsius Henricus olim ea bona tenuit, nil sibi aut heredibus uel successoribus suis ibidem Juris proprietatis aut dominij in eisdem reseruando, sed porcioni sue paterne quoad dicta bona hereditaria libere renuncciando vendidit hereditario Jure possidendam. 1447.

605. Johannes de Humberg Katherine vxori[2]) sue legittime de Borotin in villa Podole super hominibus censuantibus et non censuantibus Curia molendino Judicio alias Rychta agris cultis et incultis aquis piscinis riuis pratis pascuis siluis mellifluis alias Brtti nemoribus montibus vallibus metis limittibus robottis vtilitatibus fructibus ac vniuersis eorumdem bonorum pertinencijs, quibuscumque vocabulis nominentur, nil in eisdem Juris proprietatis aut dominij sibi heredibus aut successoribus suis reseruando, prout ea solus tenuit vigintiquinque marcas census annui in tercio dimidio centenario marcarum grossorum dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Wanko de Bozkowicz alias de Letowicz illud suscepit dotalicium.

(F. XLI. r.) 606. (Henricus de Wranowicz Henrico dicto Ssassek de Podhagie in villa Luke octo laneos censuales quorum quilibet in festo sancti Georgij censuat XVI grossos et totidem in festo sancti Wenceslai[3]) et in Zessow medium laneum, qui censuat in festo sancti Wenceslai semel in anno quinque fertones cum singulis ac vniuersis alijs vtilitatibus, prout easdem solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus ipsius Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidendum.)

607. Johannes de Wiczkow et de Neptenie Machne de Oppatowicz conthorali sue legittime In villa Neptenye super municione Curia cum duabus araturis et pratis et in Integra villa Neptynie cum hominibus censibus robotis et cum vniuersis pertinencijs et prouentibus Siluis ad municionem spectantibus pro edificijs et combustione neccessarijs vna cum piscina supra Municionem In ducentis quinquaginta marcis Jure veri dotalicij dat et deputat possidendum, Benessius de Bozkowicz Subcamerarius Marchionatus Morawie illud suscepit.

608. Machna de Oppatowicz filia olim Wiczkonis de Oppatowicz Anne sorori sue germane conthorali Petri Schewid de Horzessowicz Curiam in Oppatowicz cum agris pratis hominibus ad dictam Curiam pertinentibus cum Siluis nemoribus, prout eandem Curiam pater illarum Sororum tenuit, vnacum tercia parte Jurispatronatus ecclesie in Oppatowicz, et quidquid habuit in Smolna, cum taberna in Lhota intabulauit Jure hereditario possidendam.

609. Anna de Oppatowicz Petrum Wssewid de Horzessowicz maritum suum legittimum super omnibus hijs, que habet in villa Oppatowicz, in Smolna et taberna in Lhota ac super tercia parte Jurispatronatus ecclesie ibidem in Oppatowicz et ad quecumque Jus habet, in veram suscepit vnionem.

[1]) *Steht am Rande von derselben Hand.*

[2]) *Dieses von derselben Hand geschriebene Wort steht oberhalb der Zeile.*

[3]) *Die Stelle von „in villa bis sancti Wenceslai“ ist durchstrichen und am Rande steht von anderer Hand die Note: „Ista abolicio alias intabulaciones non preiudicat.“*

1447. **610.** (Dorothea de Oppatowicz Margaretham de Ssarow filiam [1]) suam super bonis suis in Hossczinek Olssowecz et dimidia altera marca annui census in Tlumaczow, ac super hijs omnibus, que ibi habet et ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.)

611. Henricus de Wranowicz Theodrico de Kelczicz et eius heredibus dimidiam terciam marcam annui census in septem quartalibus et prato in villa Doloplazi subtus Dobromilicz cum emphiteosi wlgariter purkrecht hominibus vtilitatibus Juribus dominio ac vniuersis pertinencijs, prout ipse solus tenuit, intabulauit hereditario Jure possidendam.

612. Petrus dictus Roman de Withowicz Wsseborio de Drahanowicz et eius heredibus bona infrascripta post mortem diue recordacionis Nicolai Sskoda de Chudobin racione vnionis facte in eum sunt deuoluta videlicet in villa Chudobin et Sawin, Curiam allodialem in Chudobin cum hominibus censuantibus et non censuantibus cum eo toto, quitquid Juuenis Benessius de Chudobin circa seniorem Benessium de Chudobin conparauit, dempta vna Curia cum vno subside et orto prius per eundem Juuenem Benessium Johanni Chudobin venditis, Alia omnia et singula bona ibidem in Chudobin et Sawin, que Senioris et Junioris Benessij de Chudobin fuerunt, cum hominibus ibidem censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vtilitatibus fructibus robotis orto pratis pascuis siluis nemoribus riuis cum illa emphiteosi wlgariter purkrecht censuali, quam quidem de Hanyeyowicz tenet, necnon cum metis limitibus, prout ea bona predicta ab alijs bonis circumferencialiter sunt antiquitus limitata, ac vniuersis alijs pertinencijs quibuscumque nominibus nunccupentur, pleno Jure et dominio prout supradictus videlicet Junior Benessius [2]) de Chudobin eadem bona solus tenuit, nil sibi heredibus et successoribus suis in eisdem Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditario Jure possidenda.

613. Helena de Huntyerzow Johannem dictum Maly de Olessniczka maritum suum legittimum ad omnium bonorum, que habet in villa Wazan, ac quitquid ad eandem villam Wazan et municionem ibidem pertinet, in veram suscipit vnionem.

(F. XLI. v.) **614.** Johannes Ssarowecz de Vgezd Anne Conthorali sue legittime In et super villa Nyetkowicz videlicet in Curia, que est diuisa in quatuor laneos, quorum quilibet laneus censuat annuatim vnam sexagenam grossorum minus quatuor grossis et in taberna similiter vnam sexagenam grossorum minus quatuor grossis In curticula nouem grossos cum siluis nemoribus montibus pratis ac vniuersis pertinencijs ad dictos laneos Tabernam et Subsidem pertinentibus Centum sexagenas grossorum dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Transducens eam de priori suo dotalicio de Passowicz In et ad bona predicta, Nicolaus Rozenberg de Bukowecz illud suscepit.

615. (Benessius de Laskow Katherinam de Zeleticz conthoralem suam legittimam fecit veram Commissariam puerorum ac omnium bonorum suorum, quamdiu in statu viduitatis perseuerauerit, et dum statum viduitatis mutauerit, tunc veros facit et substituit commissarios omnium puerorum ac bonorum suorum Benessium et Jesskonem fratres germanos de Liderzow et de Oder.) 1447.

616. Margwardus de Zwola Johanni Tunkl de Brnyeczko et eius heredibus in villa Rohly Judicium wlgariter Rychta liberam Juspatronatus ecclesie ibidem partem Silue Bradla partem Silue Zdyar metis limitibus, prout solus tenuit et sicut ab alijs bonis contiguis limitata sunt, Nil sibi et successoribus suis ibidem Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit Jure hereditario possidendum, Et si eadem bona eidem prius forent intabulata, debent aboleri et nullius esse momenti.

617. Weronica de Oppathowicz Johannem Tlaczi-swyet de Bystrzicz residentem in Arnoltowicz maritum suum super Ducentis quinquaginta marcis grossorum in Jezowa dotalicij, ad quod sibi Jus competit, in veram suscepit vnionem.

618. Johannes de Passowicz Georgio de Orzechowe et eius heredibus bona sua propria videlicet villam Passowicz cum hominibus censuantibus et non censuantibus Curia agris cultis et incultis robotis aquis siluis pratis pascuis vtilitatibus et proventibus ac vniuersis ad dictam villam pertinencijs, prout in suis metis et limitibus antiquitus ab alijs bonis sunt distincta, prout eadem bona solus tenuit, nil penitus excluso nec quitquam sibi heredibus ac successoribus suis ibidem Juris aut proprietatis seu dominij penitus reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidenda, preter laneum, qui est plebani in Orzechowe.

619. Miksso de Tuczap Benessio de Spitihnyew et eius heredibus ac Katherine eius legittime conthorali Curiam suam in Tuczap cum censibus ad eandem Curiam pertinentibus ac hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis Siluis rubetis pleno Jure et dominio ac vniuersis eiusdem Curie pertinencijs, ad quod habuit Jus, nil penitus preempto, nec quitquam Juris proprietatis aut dominij sibi heredibus et successoribus suis inibi reseruando, intabulat hereditario Jure tenendum, Et si dicto Mikssoni eadem Curia prius foret intabulata, nullius debet esse vigoris seu momenti.

620. Zeyfridus de Raczicz Miroslao de Czimburg alias de Plutina et eius heredibus Vhrziczicze Curiam allodialem cum aliquod curticulis agris cultis et incultis pratis nemoribus aquis aquarum decursibus metis limitibus pleno Jure et dominio ac vniuersis dicte Curie pertinencijs, quocumque vocabulo nominentur, prout eam solus tenuit, Nil Juris proprietatis aut dominij in eadem sibi heredibus et successoribus suis reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam.

621. (Benessius et Jessko fratres germani de Liderzow, Smiloni de Cremze et eius heredibus Curiam suam hereditariam in Liderzow cum promontorio alias kopecz hominibus censibus vtilitatibus agris cultis et incultis robotis pratis pascuis siluis riuulis piscinis pleno Jure et dominio ad dictam Curiam antiquitus pertinentibus, Nichil Juris proprietatis aut dominij sibi heredibus et successoribus suis inibi reseruando, prout ea solus tenuit, vendidit Jure hereditario possidendam.)

[1]) *Dieses Wort steht oberhalb des unterpunktirten „sororem.“*

[2]) *Diese von derselben Hand geschriebenen drei Worte „videlicet Junior Benessius“ stehen am linken Rande bei einem Commente.*

1447. 622. Petrus Roman de Withowicz abrenuncciat omni, quod ex parte Nicolai dicti Sskoda olim racione vnionis facte habuit super Curia et curticulis in villa Sobuorek et pertinencijs ipsius, dans et transfundens illud in Wysskonem de Strzietez et heredes eius hereditarie possidendum.

(F. XLII. r.) 623. Odpor.[1]) Stephanus Abbas et Conuentus Monasterij Welegradensis contradicunt illi intabulacioni, quam fecit Johannes Kuzel de Zerawicz super villa Schenhoff, in qua dicunt se habere Curiam cum tribus araturis et quatuor laneis.

624. Odpor.[2]) Stephanus Abbas et Conuentus Monasterij Welegradensis contradicunt et faciunt odpor illi intabulacioni, quam Johannes Kuzel fecit super villa Nyecicze, vbi dicunt se habere vnam marcam census annui.

625. Nicolaus de Crakowecz Mane de Bukowicz vxori sue legittime in villis Bezdyeczie et Nyerazek et vniuersis pertinencijs earundem, nichil penitus sibi heredibus et successoribus suis ibidem reseruando, decem et octo marcas census annui in Centum et octoaginta marcis Jure veri dotalicij dedit et deputauit possidendas, Johannes Mnich de Wssechowicz illud suscepit.

626. Henricus de Wranowicz Bohdaloni de Dyetkowicz et eius heredibus Curiam suam propriam In Wranowicz cum agris cultis et incultis ac singulis dicte Curie pertinencijs, quocumque vocabulo nunccupentur, prout eandem solus tenuit, nil penitus dempto, vendidit Jure hereditario possidendam.

627. (Kunka de Wiczkow Henricum de Ragecz maritum suum legittimum ad Jus dotalicij sui videlicet Trecentas marcas grossorum, quod habet in villa Radcow in Curia ac hominibus molendinis et in alijs pertinencijs eiusdem ville et In Petrowawes cum Molendino in antiqua Ciuitate in tribus hominibus et Molendino et in tribus marcis annui census et alijs dictorum bonorum pertinencijs, ad quod Jus habet in veram suscepit vnionem.)

628. Zbynko de Drzienoweho Petrzikoni de Traplicz et eius heredibus villam Srnow cum Curia, que per mortem Zbinconis patris sui ad ipsum est deuoluta, cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis metis et granicijs aquis aquarum decursibus piscinis nemoribus pratis ortis, et cum omni Jure et dominio, et cum omnibus pertinencijs, prout eadem bona solus tenuit, nil sibi heredibus et successoribus Juris proprietatis seu dominij inibi reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam.

629. Artlebus de Ostrow alias de Cunowicz, Margaretha heres de Zahorowicz Jacubconi de Wrbyeticz et eius heredibus bona hereditaria videlicet villam Zahorowicze cum hominibus censuantibus et non censuantibus Curiam agris cultis et incultis molendino aquis fluminibus siluis rubetis nemoribus pratis pascuis censibus vtilitatibus pleno Jure et dominio ac vniuersis dicte ville pertinencijs cum metis granicijs, prout ab alijs bonis sunt distincta, et sicut eadem bona soli tenuerunt, sibi heredibus et successoribus suis inibi Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendiderunt Jure hereditario possidenda.

630. Petrus de Conicz et de Slawkow abrenunciat 1447. omni Juri, quod habuit super tercia dimidia marcis annui census in villa Wazan prope Bozkowicz, et si in tabulis dictus census pro eodem Petro inveniretur, debet aboleri.

631. Bohdal de Barzicz Protywczoni de Pawlowicz et eius heredibus bona sua in Topolan videlicet Curiam allodialem dimidium nouum laneos tres curticulas cum Jurepatronatus ecclesie ibidem cum agris cultis et incultis cum hominibus censibus pratis pascuis siluis nemoribus rubetis aquis aquarum decursibus cum cementarijs lapidibus ac locum molendini alias Mlynisstye desertum superioris molendini decimam quintam dimidiam marcas annui census ibidem, pleno Jure et dominio cum metis limitibus veluti ab alijs bonis est distincta ac vniuersis alijs dicte ville pertinencijs, prout eadem bona solus tenuit, Nil sibi aut heredibus seu successoribus suis Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, vendidit Jure hereditario possidenda.

(F. XLII. v.) 632. (Milota de Tworkow Elsskam conthoralem suam legittimam de bonis Lethowicz et de eorundem bonorum pertinencijs, que successione paterna in eam sunt devoluta, transducit eam In et super bona sua hereditaria videlicet super fortalicio et villa Honczowicz ac Curia ibidem et villa Brzezewe molendino vno laneo in Mezicz censuali et alios duos laneos censu in taberna excluso et super quatuor ortos ibidem super hominibus censuales et non censuales agros cultos et incultos Robotas prata pascua et super Siluas nemora lucos valles piscinas Molendina necnon super omnia et singula dictorum bonorum pertinencia dans et assignans ac intabulans ea hereditario Jure possidenda, Dominus Pertoldus de Lippa supremus Regni Boemie Marssalcus et Henricus ibidem de Lippa fratruelis ipsius eandem transduccionem susceperunt et dicunt ipsius esse bonum.)

633. (Elsska de Ronow Milotam de Tworkow maritum suum ad omnium bonorum suorum hereditariorum in villa Honczowicz et fortalicio cum omnibus pertinencijs dictorum bonorum, que occasione transduccionis per eundem Milotam fratrem est assecuta, et ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.)

634. Znata de Prus Andree de Sserkowicz et Katherine de Heruolticz eorumque heredibus in villa Heruolticz Quinque marcas cum viginti sexagenis grossorum annui census in hominibus censuantibus ibidem proprijs liberis et sessionatis agris cultis et incultis metis limitibus pleno Jure et dominio, prout eadem bona solus tenuit, nil sibi heredibus et successoribus suis ibidem Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit Jure hereditario possidendas.

635. Milota de Tworkow et Elsska de Ronow conthoralis ipsius legittima Wankoni de Bozkowicz et eius heredibus sua propria bona Castrum Letowicz Medietatem Ciuitatis Letowicz medietatem oppidi nowi pannificum et cum illis hominibus, qui in ibi resident cum molendino retro Ciuitatem, in quo nunc residet Rybcowa, medium case fullonum wlgariter walchowny, et illud integrum molendinum sub castro medietatem macel-

[1]) u. [2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1447. lorum, medietatem de tota Ciuitate forensium Braxature propinature Judicialium honoranciarum, natalis Christi, alias wanoczne forense, pascales agnos, fenales wlgariter Senne cum censibus et cum omnibus fructibus, qui iuste ad eandem medietatem Ciuitatis pertinent, Curiam ante Castrum cum araturis cum omnibus agris cultis et incultis et cum prato sub castro cum omnibus robotis, que de dicta medietate ciuitatis ad eandem curiam pertinent, Item medietatem ville Wranowey cum hominibus et cum Zdlasstkowu, cum Porziczie media Curia ibidem, cum agris cultis et incultis medietatem pratorum Wranowskych, et vnum hominem in Porziczie nomine Barthu medietatem ville Wlkowa, et cum illis hominibus, medietatem pratorum Sopuchowskych, quorum pratorum et omnium pratorum medietatem homines de Wlkowa tenentur kliditi, que ab antiquo ad Castrum et ad illud dominium pertinent, Mediam curiam Moczidlnyenskeho cum agris cultis et incultis, medietatem hominis illius, qui in Curia in Oppatowicz residet, et medietatem vnius curticule in Borotin, medietatem moncium et siluarum Borotinensium et omnium aliarum siluarum et moncium moncium (sic) qui hereditarie ad Castrum Letowicz ab antiquo pertinent, medietatem fluminum, que ad huiusmodi dominium pertinent, duas piscinas supra ciuitatem, medietatem Jurispatronatus omnium ecclessiarum, que ad illud dominium pertinent, et eadem Jura hereditaria, que habuerunt in dotalicijs ac alijs obligacionibus sunt obligata, que ad huiusmodi dominium pertinent, cum omnibus vtilitatibus et fructibus, quibuscumque nominibus possent nominari cum pleno Jure et dominio et pertinencijs, quemadmodum ab antiquo ad huiusmodi castrum et ad bona supradicta pertinent, sicut eadem soli tenuerunt et vsi sunt, nullum Jus dominium ac proprietatem sibi heredibus successoribus suis ibidem reseruantes seu relinquentes, hoc totum pleniter vendiderunt et intabulauerunt Jure hereditario tenendum et possidendum.

(F. XLIII. r.) 636. Henricus dictus Emrich de Tuczin Mathusskoni de Nyesskowicz Curiam suam hereditariam ibidem in Tuczin cum dimidio tercio laneis censualibus et vna curticula ac cum agris cultis et incultis pratis pascuis metis limitibus, veluti eadem Curia antiquitus est dimensurata, et cum robotis ac vniuersis dicte Curie laneorum et curticule pertinencijs pleno Jure et dominio, nil prorsus excluso, prout ipsemet tenuit, vendidit hereditarie possidendam, Et si dicta Curia cum laneis et curticula prius pro eodem Emrico intabulata forent, nullius debent esse vigoris sed ipse debet illa omnia aboleri.

637. Znata de Melicz et de Prus Protiwczoni de Pawlowicz et eius heredibus bona sua propria videlicet villam Wazan cum hominibus censuantibus et non censuantibus Curiam ibidem cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis rubetis nemoribus montibus vallibus metis limitibus vtilitatibus fructibus censibus aquis aquarum decursibus ac vniuersis alijs pertinencijs, quibuscumque vocentur nominibus, prout dicta bona solus tenuit, pleno Jure et dominio exclusis solummodo tribus marcis annui census, que in feodo dependent Marchionis, quas ei eciam vendidit Jure feodali, Alia omnia predicta intabulauit Jure hereditario possidenda, nil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando. 1447.

638. Bietka olim dicta Domankonis de Poczenicz[1]) Johanni dicto Paczok[2]) et Woyslao fratribus de Paczlawicz et eorum heredibus omne Jus suum, quod habuit in villa Poczenicz, super duobus laneis censualibus cum pleno Juro et dominio ac vniuersis dictorum laneorum pertinencijs, prout sola tenuit, nil sibi heredibus et successoribus suis in eisdem Juris aut proprietatis seu dominij reseruando, vendidit hereditarie possidendum.

639. (Milota de Tworkow Wockoni de Sowinecz alias de Helffenstein et eius heredibus bona infrascripta Castrum Obrzan diruptum, Municionem Bistrzicz vnacum Oppido Bystrzicz cum pertinencijs eiusdem, villas Luckow Mrlin superius Nouam uillam et Chwaliczow Lhotka Slawkow Bylawsko Rychlow Hlinsko Dobroticze Genikowicze cum hominibus censuantibus et non censuantibus sessionatis et desertis Curijs agris cultis et incultis molendinis pratis pascuis robotis ad dictas Curias antiquitus pertinencijs censibus vtilitatibus proventibus montibus vallibus siluis nemoribus rubetis magnis cum paruis piscinis piscinarumve locis aquis fluminibus aquarumve decursibus metis limitibus ac Jurepatronatus ecclesiarum in bonis predictis pleno Jure et dominio ac vniuersis dictorum bonorum pertinencijs, quibuscumque nominibus nunccupentur, nil sibi heredibus et successoribus suis in eisdem penitus reseruando, vendidit et intabulat hereditario Jure possidenda.)

640. (Wocko de Sowinecz Johanni Juniori dicto Zub de Morawan et eius heredibus bona infrascripta diruptum Castrum Obrzan, Municionem Bistrzicze vna cum opido Bistrzicz cum pertinencijs eiusdem, villas Luckow Mrlin superius Nouamuillam Chwaliczow Lhotka Slawkow Bylawsko Rychlow Hlinsko Dobroticze Genikowicze cum hominibus censuantibus et non censuantibus possessionatis et desertis Curijs agris cultis et incultis molendinis pratis pascuis robotis ad dictas Curias antiquitus pertinentibus censibus vtilitatibus proventibus montibus vallibus siluis nemoribus rubetis magnis cum paruis piscinis piscinarum locis aquis fluminibus aquarum decursibus metis limitibus ac Jurepatronatus ecclesiarum in bonis predictis pleno Jure et dominio ac vniuersis dictorum bonorum appendencijs, quibuscumque vocabulis nominentur, nil sibi heredibus et successoribus suis ibidem reseruando, vendidit et intabulat hereditario Jure possidenda.)

(F. XLIII. v.) 641. Milota de Tworkow Martino et Mathusskoni de Przedmostie et eorum heredibus Curiam allodialem ibidem in Przedmostie prope Prerouiam cum agris cultis et incultis et cum monte dicto Skalka et cum orto iacente inter horreum et Curiam et alijs suis pertinencijs pleno Jure, prout ipsemet tenuit, vna cum rubetis in Skalka crescentibus intabulat hereditarie possidendam.

[1]) *Dieser von derselben Hand geschriebene Name steht oberhalb des durchstrichenen „Paczlawicz.“*

[2]) *Ursprünglich stand im Orig. Ms. „Paczowsky“, was aber nachträglich von derselben Hand in „Paczok“ ausgebessert wurde.*

1447. 642. Henricus de Wranowicz Bohdaloni de Barzicz alias de Dyetkowicz et eius heredibus Curiam suam allodialem in villa Wranowicz cum vniuersis eiusdem Curie pertinencijs, prout eam solus tenuit, intabulat Jure hereditario possidendam.

643. Bohdal de Barzicz alias de Dyetkowicz Sibille de Wiczkow conthorali sue legittime in et super villa Dyetkowicz ac hominibus ibidem proprijs sessionatis duodecim marcas annui census in centum et viginti marcis grossorum dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Artlebus de Wyczkow frater eiusdem Sibille illud dotalicium suscepit.

644. (Lewiko et Johannes fratres de Slezan Johanni de Borzitow alias de Poczenicz et Artlebo de Cunkowicz in et super villa sua Slezan ac hominibus censuantibus et non censuantibus liberis et possessionatis vndecim marcas annui census in Centum et decem[1]) marcis grossorum eo Jure, quo soli tenuerunt, inpignorant et assignant possidendas Jure dotalicij tenendas.)

645. (Johannes de Borzitow alias de Poczenicz Biethye de Zdyetin conthorali sue legittime In et super villa Slezan, quam in pignore habere dinoscitur cum hominibus censualibus et non censualibus liberis et possessionatis dimidiam septimam marcas annui census in LXV marcis de consensu Artlebi de Cunkowicz Jure veri dotalicij dat et deputat possidendas, Et idem Artlebus de Cunkowicz illud suscepit.)

646. (Johannes de Oppatowicz et de Longauilla Johancze de Lilcz conthorali sue legittime In et super villa Wrchuslawicz et ibidem in Molendino ac vniuersis pertinencijs eiusdem exclusis solummodo piscinis luculo et Jurepatronatus ecclesie ibidem viginti marcas grossorum annui census in ducentis marcis grossorum dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Henricus de Morkowicz alias de Barzicz illud suscepit.)

647. (Johannes Junior dictus Zub de Morawan Zbynkoni et Johanni fratribus ibidem de Morawan et eorum heredibus bona sua videlicet villam Miloticze cum Municione ac Jurepatronatus ecclesie ibidem necnon Curiam ibidem Allodialem cum duabus araturis et hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis pratis pascuis montibus vallibus piscinis reseruaculis riuis aquis aquarumve decursibus molendinis vtilitatibus proventibus metis limitibus, veluti ab alijs bonis circumferencialiter sunt dimensurata, ac vniuersis dictorum bonorum pertinencijs, quibuscumque vocentur nominibus, pleno Jure et dominio, nil Juris proprietatis aut dominij sibi heredibus et successoribus suis ibidem reseruando, vendidit hereditario Jure possidenda.)

648. Zbynco de Morawan Katherinam de Hnyewossicz matrem suam facit potentem commissariam omnium bonorum, que habet.

649. Wlczko de Zarussek Smiloni de Nemoticz et eius heredibus duos laneos censuales in villa Kozussicz cum hominibus agris cultis et incultis Siluis metis limitibus pleno Jure et dominio cum Berna regali necnon pertinencijs vniuersis, prout eosdem laneos solus tenuit, nil sibi heredibus aut successoribus suis in eisdem Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendos. 1447.

(F. XLIV. r.) 650. Katherina de Polomie Johannem dictum Rybka de Jablonan et eius heredes ad omnium bonorum suorum, que ipsam concernere videntur, videlicet in Lyssow, et duas marcas annui census in parua Seniczka et super Centum marcis grossorum sui dotalicij in Lyssow et super alijs omnibus bonis vbicumque habitis, ad que Jus habet, in veram suscepit vnionem.

651. (Artlebus et Cztiborius fratres de Ostrow In bonis Hluck in inferiori parte cum hominibus ibidem vigintiquinque marcas grossorum annui census in tercio dimidio centenario marcarum grossorum Machne conthorali dicti Artlebi dant et deputant Jure veri dotalicij possidendas, Et si quid ibi defecerit, hoc in secunda parte ibidem ad plenum debet suppleri, Andreas de Bludow alias de Budssowicz frater eius illud suscepit.)

652. *Johannes de Bludow et Budczowicz et Hinko de Ostrow et Kunowicz cum heredibus suis beniuole se submiserunt et fecerunt susceptores Machne de Bludow dotalicij asserentes, ipsi Machne satisfactum fuisse et esse pro dotalicio suo et cum hoc ipsi et heredibus suis promiserunt Officialibus presentibus et futuris, quod Machna numquam debeat super dotalicio in Hluk reuerti nec Officiales pro eo monere presentes et futuros, et super tali promisso et submissione extabulatum est dotalicium, quod Machna in Hluk habuit Anno etc. LXIV*[2])

653. Anna de Bohdalicz Wenceslaum de Poczenicz maritum suum super octo marcis annui census in Sobyesuk sui dotalicij in veram suscepit vnionem.

654. (Stephanus dictus Ssczecho de Petrkow Machne de Zirotin conthorali sue legittime in bonis Chudyechrom super Curia et hominibus ibidem censualibus et non censualibus siluis fluminibus pratis et toto diminio ibidem, prout solus tenuit Centum et quinquaginta marcas grossorum occasione veri dotalicij dat et deputat possidendas Taliter, si eam post mortem ipsius remanere contigerit, quod ab inde non debet amoueri nisi statum viduitatis mutauerit, tunc habito altero dimidio centenario marcarum ad plenum persoluto potest ab inde amoueri, Bernhardus de Zirotin illud suscepit.)

655. *Bernhardus de Zerotin vice et nomine fratris sui Johannis, quod dotalicium Prage Machne sorori sue in tabulis suscepit hoc dotalicium extabulari fecit et solus se beniuole susceptorem eiusdem dotalicij fore submisit promittens, quod Machne pro dotalicio ipsius satis factum esset Anno etc. LXIV*[to.3])

656. Wlczko de Zarussek Johannem de Czelczicz sororinum suum super Curia allodiali et tribus curticulis ibidem in Zarussek ac super vno laneo et vna curticula in Kuzussicz in veram suscepit vnionem.

657. (Barsso de Czihowicz Petrassoni de Ochab et eius heredibus villam suam hereditariam Sedlcze cum Curia allodiali agris cultis et incultis cum hominibus censuantibus et non censuantibus pratis pascuis censibus vtilitatibus provencionibus siluis rubetis aquis aquarum decursibus metis limitibus, prout dicta villa seu bona ab alijs bonis antiquitus sunt distincta, pleno

[1]) *Dieses von derselben Hand geschriebene Wort steht oberhalb des durchstrichenen „viginti.“*

[2]) *Diese ganze Einlage steht am linken Rande dieser Blattseite.*

[3]) *Auch diese Einlage steht am linken Rande.*

1447. Jure et dominio ac vniuersis dictorum bonorum pertinencijs, prout ea solus tenuit nil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis seu dominij ibidem reseruando, intabulat Jure hereditario possidendam.)

658. (Kunka de Czihowicz olim conthoralis Wsseborij de Dubczan Barssonem de Czihowicz et eius heredes super Curia sua ante Vniczow situata, que quondam fuit Dupowczonis, ac super singulis dicte Curie pertinencijs in veram suscepit vnionem.)

659. (Cztiborius de Ostrow et de Hluck Agnezce conthorali sue legittime octo sexagenas census annui in octoaginta sexagenis grossorum in superiori parte hereditatis sue ibidem in villa Hluck a parte Ciuitatis Redisch eundo in suis possessionatis hominibus dat et deputat hereditarie [1]) possidendas Jure dotalicij tenendas.)

660. Margaretha de Zahorowicz olim conthoralis Wankonis de Whachowicz pueros suos super ducentis et quinquaginta marcis grossorum, quas in bonis Wlachowicz Municione ibidem Bohuslawicz et in Rankowa Lhota super duabus Curijs piscinis duobus molendinis et alijs dictorum bonorum pertinencijs Jure dotalicij habere dinoscitur, in veram suscepit vnionem.

661. Katherina de Mosteczne olim Conthoralis Philippi de Paczlawicz Johannem et Woyslaum filios suos de Paczlawicz super Centum marcis grossorum sui dotalicij in Poczenicz in veram suscepit vnionem.

(F. XLIV. v.) 662. Petrus de Conicz et de Slawkow Hermanno de Pawlowicz et eius heredibus bona sua hereditaria, que post mortem olim Johannis de Zdanicz in eum iuste dinoscuntur esse deuoluta, videlicet villam Wyczomilicz cum hominibus censuantibus et non censuantibus cum Curia et agris cultis et incultis piscinis molendino pratis pascuis riuis aquis aquarum decursibus metis limitibus, prout ab alijs bonis sunt limitata, ac vniuersis dicte ville pertinencijs pleno Jure et dominio, prout eam solus tenuit, nichil sibi aut successoribus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit hereditarie possidenda additis siluis et nemoribus.

663. (Dobessius de Tworkow Berenhardo de Zirotin et eius heredibus villam Hrdyeborzicz cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis molendino metis limitibus ac vniuersis dicte ville pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et possedit, nichil sibi heredibus aut successoribus suis ibidem Juris proprietatis seu dominij reseruando, vendidit hereditario Jure possidendam.)

664. (Johannes de Czimburg Capitaneus vice et nomine domini Marchionis contradicit huic intabulacioni super bonis in Hrdyeborzicz asserens, ea bona esse Marchionatus.)

665. (Dobessius de Tworkow Berenhardo de Zirotin et eius heredibus bona infrascripta videlicet Castrum Hluboky dirutum villas Hluboczecz Neprzewazi et in Posluchow tres homines et villas desolatas Lhotka Gestrzebie Beranow cum agris cultis et incultis molendinis ac molendinorum locis cum hominibus censibus metis limitibus vtilitatibus prouentibus robottis pratis siluis rubetis nemoribus piscinis aquis Riuis Bistrzicze littoribus necnon cum vniuersis dictorum bonorum pertinencijs, quibuscumque vocentur nominibus, prout ea bona solus tenuit, cum pleno Jure et dominio nichil sibi heredibus aut successoribus suis in eisdem Juris proprietatis seu dominij reseruando vendidit Jure hereditario possidenda.) 1447.

666. Henricus de Wranowicz Benessio de Byelkow et eius heredibus in villa Wyczemyerzicz dimidiam terciam marcas grossorum annui census in suis proprijs hominibus censualibus et non censualibus super Septem quartalibus agrorum ibidem ac vniuersis dictorum quartalium pertinencijs, prout ea solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis ibidem Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit Jure hereditario possidendas.

667. Mathussius de Nyczkowicz Johanni Mlczikoni de Lipnik et Katherine conthorali ipsius legittime et heredibus dicti Mlczikonis Curiam suam in Tuczin allodialem cum tercio dimidio laneis et vno subside ac agris cultis el incultis pratis pascuis cum hominibus censuantibus et non censuantibus robotis metis limitibus ac vniuersis dicte Curie pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi heredibus et successoribus Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam.

668. Jessko et Zdyslaw de Lhota, Alsso de Wrahowicz et Wyssko de Strzietez fideiussores et disbrigatores pro Artlebo olim de Namyesst iam defuncto, Vlrico dicto Ssuona de Lyssow et eius heredibus duas marcas grossorum annui census in villa Drahanowicz super Swachone Martino et vidua ac in eorum successoribus ibidem, quem censum dictus Artlebus Juridice dicitur obtinuisse, et per Officiales eidem Artlebo et eius heredibus appropriatum et deputatum fore iuxta sentenciam et Baronum declaracionem, eo Jure quo dictus Artlebus eundem censum tenuit, intabulauit possidendum.

669. Odpor.[2]) Bohussius de Drahanowicz contradicit huic intabulacioni Jesskonis, Zdislai, Alssonis et Wysskonis dicens, se piguius Jus ad dictas II marcas grossorum census habere.

670. Jessko de Giekwe fideiussor pro Wankone olim de Wlachowicz iam defuncto Margarethe conthorali dicti Wankonis In et super bonis Wlachouicz municione et villis Bohuslawicz et in Rankowa Lhota super duabus Curijs piscinis duobus molendinis et in alijs omnibus dictorum bonorum pertinencijs iuxta diffinicionem et declaracionem Baronum ducentas et quinquaginta marcas grossorum racione veri dotalicij dat et assignat possidendas, Burgyan de Wlcznow illud suscepit.

(F. XLV. r.) 671. (Petrus de Czertoryg Johanni de Pozdyetin et Dorothee de Cokor conthorali ipsius legittime ac heredibus dicti Johannis bona sua in villa Pawlowicz octo marcas grossorum annui census cum Jurepatronatus ecclesie ibidem cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis pratis pascuis montibus vallibus siluis rubetis nemoribus vtilitatibus censibus robottis ac vniuersis alijs pertinencijs, quibuscumque vocentur nominibus, prout dictum censum solus tenuit, nichil sibi heredibus ac successoribus suis ibidem Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit hereditario Jure possidendas.)

[1]) *Dieses Wort ist durchstrichen.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1447. 672. Dorothea de Cokor Alsso de Wrahowicz Nicolaus Czigan de Czelechowicz Commissarij olim Johannis de Pozdyetin et disbrigatores bonorum infrascriptorum Hermanno de Pawlowicz et eius heredibus villam Pawlowicz cum Lhotka circa Pawlowicz cum Jurepatronatus ecclesie ibidem in Pawlowicz Curiam allodialem ibidem cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis pratis pascuis montibus vallibus siluis rubetis nemoribus vtilitatibus censibus robotis ac vniuersis alijs pertinencijs, quibuscumque vocentur nominibus, prout eadem bona dictus Johannes solus olim tenuit Juris proprietatis aut dominij pro eodem Johanne ac heredibus et successoribus ipsius relinquentes intabulauerunt Jure hereditario possidenda, piscinas cum aquis fluminibus Riuis eciam ibidem inclusas.

673. (Johannes Bradka, residens in Kladnik, Elsscze de magno Polomye conthorali sue legittime super villa Cladnik in hominibus censualibus et non censualibus ac vniuersis dicte ville pertinencijs, prout eandem solus tenuit, quatuor marcas grossorum annui census in XL marcis grossorum racione veri dotalicij deputat et assignat possidendas, Petrass de Ochabecz illud suscepit.)

674. Johannes Bradka, residens in Cladnik, Elsskam conthoralem suam legittimam facit veram commisariam puerorum suorum, quousque statum viduitatis non mutauerit.

675. (Berenhardus de Zirotin Lukassoni Zalczey Advocato Olomucensi et eius heredibus bona sua videlicet Castrum Hluboky ruptum et villas Hluboczecz Neprziwazy et in Posluchow tres censitas et villas desertas Lhota, Gestrzebie et Baranow cum agris cultis et incultis molendinis molendinorum locis cum hominibus censibus vtilitatibus proventibus robottis pratis pascuis siluis rubetis nemoribus montibus vallibus piscinis earumve locis aquis riuis Bistrzicze cum littoribus ac vniuersis dictorum bonorum pertinencijs, in quibuscumque rebus consistunt, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, et ad quod Jus habuit, Nichil sibi heredibus ac successoribus suis in illis bonis Juris proprietatis ac dominij reseruando ibidem, vendidit et intabulat Jure hereditario possidenda, Hrdyeborzicz villa cum suis pertinencijs exclusa.)

676. Zbynko de Drzienowe Johanni Paczakoni et Woyslao fratribus germanis de Paczlawicz et eorum heredibus in villa Poczenicz Tres marcas annui census in proprijs hominibus suis ibidem videlicet in Wenceslao dicto Radon, in Martino dicto Kozenecz, et in altero Martino dicto Rokos, et in Petro filio Kozenczonis ac in successoribus eorum cum pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis seu dominij in eodem reseruando, vendidit hereditario Jure possidendas.

677. Smilo de Krzemze Conthorali sue legittime Katherine de Oprostowicz In et super media villa Liderzow promontorio alias kopecz Curia allodiali in hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis siluis pratis riuis et vniuersis dicte ville et bonorum pertinencijs decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum racione veri dotalicij dat et deputat possidendas, Benessius de Lasskow[1]) illud suscepit. 1447.

678. Nicolaus Kemneter de Schumberg Ciuis Olomucensis Petro et Johanni fratribus germanis de Czertoryg et eorum heredibus Curiam in Czelczicz, que fuit quondam Wenceslai Kotecznye, quam quidem Curiam predictus Nicolaus ex donacione olim Serenissimi principis domini Alberti Marchionis Morawie etc. per patentes litteras dat et assignat Jure hereditario possidendam.

(F. XLV. v.) 679. (Marusse olim Conthoralis Andree dicti Wyerny de Paczlawicz, manens in Prerouia, Wenceslao et Elizabeth conthorali ipsius legittime et heredibus eorum Curiam suam allodialem in Studenecz prope Prostanum cum agris cultis et incultis pratis pascuis riuis nemoribus metis limittibus et vniuersis dicte Curie pertinencijs, quibuscumque vocentur nominibus, pleno Jure et dominio, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis seu dominij reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam.)

680. (Marusse de Prerowia Procopium de Conicz maritum suum legittimum super media Curia, que in fine Prerowiensis pontis est, sito super pedagio wlgariter mostne ibidem et eo toto, ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.)

681. Hermannus de Pawlowicz Johancze de Mrdicz conthorali sue legittime In et super bonis suis hereditarijs videlicet villa Viczomilicz viginti quinque marcas grossorum annui census in dimidio tercio centenario marcarum grossorum dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Philippus de Paczlawicz suscepit.

682. (Jessko de Giekwe Dobessio de Tworkow et eius heredibus villam Prossynky ac Curiam allodialem ibidem cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis robotis pratis pascuis siluis rubetis nemoribus piscinis reseruaculis riuis aquis ac vniuersis dicte ville appendencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit et intabulat hereditarie possidendam.)

683. Miksso de Laznik Annam de Wssechowicz conthoralem suam legittimam de suo priori dotalicio LX marcas grossorum, quod habuit in villa Przestawlk In et super Curia et eiusdem Curie pertinencijs, transduxit super bonis et villa Prossinek piscinis censibus ac vniuersis dicte ville pertinencijs, et eadem bona intabulat eidem Anne in LX marcis grossorum eo Jure dotalicij possidendas, Ad quam quidem transduccionem dictarum LX marcarum Dobessius de Tworkow consensit, Jessko de Giekwe illud suscepit.

684. (Johannes Lapka de Oprostowicz Petro de Symrzie et eius heredibus villam suam hereditariam dictam Oprostowicze cum Curia allodiali ibidem cum hominibus censualibus et non censualibus Siluis nemoribus Rubetis aquis aquarumve decursibus piscinis metis limitibus ac singulis eiusdem ville pertinencijs, prout ab alijs bonis fore limitata noscitur, pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nil sibi Juris proprietatis ac dominij heredibus seu successoribus suis in eadem villa reseruando, dat et intabulat hereditario Jure possidendam.)

[1]) *Dieser von derselben Hand geschriebene Name steht oberhalb des durchstrichenen „Liderzow."*

1447. 685. Dorothea Trzemesska Alexium maritum suum legittimum super media porcione bonorum suorum in Trzemesska ac super eo toto, ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.

686. Anna de Czechowicz Mikssonem de Laznik maritum suum legittimum super dotalicio suo, quod habet in Prossynkach et ad quod Jus habet, suscepit in veram vnionem.

687. Georgius de Crawar et de Straznicz contradicit illi intabulacioni, ubi Marusse de Prerowia Curiam in Studenecz Jure hereditario Wenceslao et Elsscze intabulat dicens faciendo odpor, quod in ea habet Jus dotalicij.

688. Barsso de Czihowicz Johanni Mrlino de Prziekaz Jus suum, quod post obitum patrui sui olim Wenceslai de Zerawicz in villa Lhotka habere dinoscitur, dat hereditario Jure possidendum.

689. Johanka et Clara sorores germane de Oprostowicz abrenuncciauerunt omni Jure suo in Oprostowicz, quod habuerunt, et si in tabulis terre fuerit repertum, debet deleri.

690. Odpor.[1]) (Wyssko de Strzietez contradicit et ponit odpor contra intabulacionem, quam fecit Petrus Roman Wsseborio et asserens, quod haberet duas marcas grossorum census in Chudobin et in Sawin et VII grossos ibidem census annui, quod conparauit a domino Henik et venaciones, quas Juuenis Benessius vendidit ei et intabulauit.)

(F. XLVI. r.) 691. Johannes Zubco de Zdetin Offkam vxorem[2]) suam legittimam de Lilcz de suo priori dotalicio, quod habuit in Surowicz, Centum marcas grossorum transducit eam super villam suam propriam hereditariam et liberam in Sobaczow et Tres Curias ibidem cum agris cultis et incultis ad dictam Curiam pertinentibus pratis siluis communitatibus aquis taberna molendino et super homines censuales et non censuales ibidem cum curticulis ortis censibus vtilitatibus ac vniuersis pertinencijs, quibuscumque nunccupentur nominibus, prout in suis metis et limitibus antiquitus sunt dimensurata, nil penitus dempto dans et deputans dicte sue conthorali in supradictis bonis decem marcas annui census grossorum in Centum marcis grossorum eo Jure dotalicij possidendas, Briccius de Pyenczin illud suscepit.

692. Petrus de Symrze Curiam suam allodialem in Symrzi Petro de Lhota et eius heredibus cum agris cultis et incultis pratis pascuis Siluis nemoribus et cum vniuersis dicte Curie pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam.

693. Petrus de Lhota Bietam conthoralem suam legittimam super Curia sua in Symrzi et eiusdem Curie pertinencijs in veram suscepit vnionem.

694. (Wenceslaus de Lesstna, Martynako de Blazicz et Petrus de Symrzi fideiussores Kogyanonis de Oprostowicz et Commissarij orphanorum ipsius ac disbrigatores bonorum subscriptorum Wankoni de Raczow willam Raczow cum Curia allodiali ibidem agris cultis et incultis pratis pascuis fluminibus siluis rubetis montibus vallibus limittibus ac vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit nil penitus dempto, nec quitquam Juris proprietatis aut dominij sibi heredibus uel successoribus suis inibi reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam.) 1447.

695. (Lewiko de Slezan Johanni de Borzitow alias de Poczenicz et eius heredibus Quinque marcas annui census grossorum in villa Slezan nominanter in quinque medio laneo videlicet in Wenceslao Judice vnam marcam, In Johanne Zetikonis vnam marcam, In Bartholomeo vnam marcam, in Jakssone vnam marcam, et in Hawlikone in angulo vnam marcam, ac in eorum successoribus cum vniuersis eorum pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ipse tenuit, nichil sibi heredibus seu successoribus suis ibidem prorsus relinquendo, vendidit Jure hereditario possidendas.)

696. Milotha de Morkowicz et Johannes ibidem de Morkowicz fratrueles cum omnibus bonis suis vbilibet habitis et habendis ad invicem sunt congressi.

697. Markwardus de Zwola Margaretham de Czamborowa conthoralem suam legittimam de priori suo dotalicio, quod habuit in Sudkow et in Schonwald, videlicet Quadringentas sexagenas grossorum transducit in et super bona sua hereditaria, que habet in Drzowicz, Wrahowicz, Trpenowicz, hominibus censuantibus et non censuantibus liberis et possessionatis laneis tabernis ortis Molendinis Balneo cum omnibus eorum pertinencijs ac super illa sexagena grossorum census annui, quam censuant de silua communi, cum vniuersis alijs vtilitatibus vsibus fructibus nil penitus ibidem excluso dans et assignans dicte conthorali sue ibidem in bonis eisdem XL sexagenas annui census in CCCC sexagenis grossorum eo Jure dotalicij possidendas, Istud nominanter adiungens, quitquid vltra vltra (sic) XL sexagenas grossorum ibidem resultauerit hoc eciam prout Margaretha ad plenum remanebit, nec ab illis omnibus debet ammoueri, nisi prius CCCC sexagene sibi realiter et in toto fuerint persolute, Nicolaus de Onicz et de Milonicz, Supremus Czudarius Olomucensis Czude, illud suscepit et dixit, ipsius esse bonum.

698. (Wanko de Raczow Magdalenam de Symrze conthoralem suam legittimam Super villa et Curia in Raczow cum eorum pertinencijs in veram suscepit vnionem.)

699. Valentinus de Blazicz Vrsule de Symrze conthorali sue legittime in bonis suis proprijs hereditarijs videlicet in Blazicz et eius vniuersis pertinencijs quinque marcas annui census in L marcis grossorum Jure veri dotalicij dat et deputat possidendas Petrus de Symrze illud suscepit.

700. Odpor.[3]) Margaretha Hodkonis de Olomucz contradicit et facit odpor contra intabulacionem, quam Wenceslaus Martinak et Petrus fecerunt, Wankoni de Razow Curiam allodialem in Raczow intabulantes, que dicit se ad eandem curiam melius Jus habere.

(F. XLVI. v.) 701. (Henricus de Crumsyn Anne de Czihowicz vxori sue legittime In et super villis Ohorzelicz et Oldrzichowicz et super eo toto, quidquid in

[1]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[2]) *Dieses von derselben Hand geschriebene Wort steht oberhalb der Zeile.*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1447. ibi possidet octo marcas grossorum annui census in LXXX marcis grossorum dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Nicolaus de Onicz illud suscepit.)

Anno domini M°CCCC°LXVI° feria post purificacionis Marie[1]*) dominus Nicolaus de Oynicz et Cromierziz et Henricus de Bystrzicz et Muchnicz promiserunt vnacum heredibus suis et bona sua obligauerunt, que habent et habebunt pro Anna de Czihowicz, quod dotalicium in villis Ohorzelicz et Oldrzichowicz, quod habuit numquam impetere debet, Si autem Officialium Tabularum Regni Boemie patentem literam habebit, quod pro dotalicio suos (sic) iam extabulato satis habet et Officialibus illam presentabit extunc fideiussores liberi erunt et soluti.*[2]*)

702. Odpor.[3]) Benessius de Byelkow et de Chudobin Commissarius orphane Johancze contradicit et facit odpor contra illam intabulacionem, quam Petrus Roman facit super Curia Nasoburkach, et quidquid ad id pertinet, quia eadem Johanka melius Jus habet ad eandem Curiam et eiusdem pertinencias.

703. Philippus de Paczlawicz Milote et Johanni Patruelibus fratribus de Morkowicz et eorum heredibus Juspatronatus ecclesie sancti Petri in Poczenicz cum vniuersis eiusdem patronatus Jure pertinencijs pleno Jure et dominio, nichil sibi heredibus et successoribus suis quoad dictam collacionem Juris proprietatis aut dominij reseruans, vendidit Jure hereditario possidendum.

704. Henricus dictus Huse de Crumsin Johannem dictum Huse de Martinicz Augustinum de Olomucz et[4]) Georgium dictum Kuzel de Zerawicz ad omnium bonorum suorum habitorum et habendorum in veram suscepit vnionem tali addita condicione, quod si vmquam predicto Henrico Huse, uel ipso decedente, eius heredibus placuerit presentem vnionem extabulari, sint predicti Johannes Augustinus et Georgius presentes uel absentes, plenam habebunt facultatem pro libito sue voluntatis.

705. (Anna de Labuth Johannem Hrziwnacz filium suum de Hnyewossicz et eiusdem Johannis heredes super bonis et villa Zeletowicz Curia allodiali ibidem Robotis piscinis pratis pascuis siluis nemoribus ac vniuersis dicte ville pertinencijs et super eo toto, quidquid ibidem possidet et ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.)

706. Albertus de Wyczkow et de Cogissow Margwardo de Zwola In villis in magna Postrzelmow et in Chromczi bona sua hereditaria, que successione paterna ibidem habuit, videlicet vndecim marcas et XXIV grossos census annui in laneis tabernis ortis computatis alias shadany, necnon Jurepatronatus ecclesie ibidem in magna Postrzelmow, agris cultis et incultis pratis pascuis fluminibus aquis siluis montibus granicijs hominibus censuantibus et non censuantibus et cum vniuersis eorundem bonorum pertinencijs, quibuscumque nunccupentur vocabulis, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis et dominij reseruando, prout solus tenuit, vendidit Jure hereditario possidenda. 1447.

707. (Lukas Zalczer advocatus Olomucensis Andree de Studnicz et eius heredibus Bona infrascripta videlicet Castrum Hluboky diruptum, villas Hluboczecz, Neprziwazi et in Posluchow Tres homines et villas desolatas Lhotka, Gestrzebie, Beranow cum agris cultis et incultis molendinis ac molendinorum locis cum hominibus censibus metis limitibus vtilitatibus proventibus robottis pratis pascuis siluis rubetis nemoribus piscinis aquis riuis Bystrzicze littoribus necnon vniuersis dictorum bonorum pertinencijs quibuscumque nominibus vocentur, preter villam Hrdiborzicz, prout ea bona solus tenuit, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi aut heredibus seu successoribus in eisdem bonis reseruando Juris proprietatis aut dominij, vendidit et intabulat Jure hereditario possidenda.)

708. Anno domini M°CCCCXLVII° circa festum Beati Johannis Baptiste[5]) celebratum est colloquium dominorum terre beneficiariorum Nobilis domini Johannis de Lichtenburg et de Wethouia supremi Camerarij, Nicolai Bystrzicz de Onicz Czudarij supremi, Martini Archidiaconi et Canonici Olomucensis notarij tabularum, presidentibus Reuerendissimo patre domino Paulo Episcopo Olomucensi, Johanne de Czimburg Capitaneo, domino Pertoldo de Lippa Supremo Mareschalco regni Boemie, domino Johanne de Lompnicz, domino Georgio de Cunstat, Alberto de Sternberg, Georgio de Crawar, Johanne Ozor de Bozkowicz, Erhardo de Cunstat, Benessio et Wancone fratribus de Bozkowicz, Zdenkone de Sternberg, Miroslao de Czimburk, Cuna de Cunstat, Proczkone de Cunstat, Georgio de Wethouia et de Fren, Laczkone de Sternberg, Johanne de Czimburg et de Giczin, Wenceslao Hecht de Rossicz, Markwardo de Lompnicz, Stephano de Wartnow et de Holstein, Bernhardo de Czimburg et alijs multis dominis Baronibus.

Secuntur illius Colloquij intabulaciones.

709. (Nicolaus de Wazan Georgio Nosskoni de Hostyeradek et eius heredibus Curiam suam cum duabus araturis in Borzitow cum agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus pratis pascuis aquis siluis metis et cum vniuersis ad eandem Curiam ab antiquo spectantibus, Nichil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendam.)[6])

710. (Johannes de Perenstein, Johannes Woyna Senior et Johannes Woyna Junior fratres de Litawa fideiussores pro nobili Johanne dicto Halawacz de Mitrow iam defuncto et disbrigatores bonorum subscriptorum Wenceslao de Krztyetin et eius heredibus villam Bo-

[1]) *d. i. den 3. Februar 1466.*

[2]) *Diese ganze von einer viel späteren Hand zugeschriebene Note steht oberhalb der Einlage Nr. 701.*

[3]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

[4]) *Das im Orig. Ms. nachfolgende Wort „dictum" ist unterpunktirt.*

[5]) *d. i. um den 24. Juni 1447.*

[6]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer späteren Hand: „Ladislaw z Bozkowicz."*

1447. rotin et villam dictam parwa Mirawecz cum hominibus censuantibus et non censuantibus curia agris cultis et incultis pratis pascuis aquis riuis robottis siluis rubetis nemoribus ac vniuersis dictorum bonorum pertinencijs, quibuscumque censeantur vocabulis, pleno Jure et dominio, prout dictus Johannes Hlawacz olim solus tenuit, nil penitus excluso, in ducentis quinquaginta marcis grossorum Jure veri dotalicij intabulauerunt possidendas.)

711. Zdenko de Sterenberg et de Conopisstye Nicolao de Woyslawicz et eius heredibus bona sua propria videlicet Municionem Wessele cum Ciuitate prevrbio ac singulis suis pertinencijs necnon villis subscriptis Brzehy, Pisek, Lhotta, Blatniczka, Zerawinky, Tassow, Luka, Kuzelowe, Wrbka, que Zedrana vocatur, ac Jarazicze, locum Municionis Strany cum villis Slawkow, Suchaloza et in Nyempczicz partem, quantum ibidem habuit, cum hominibus censuantibus et non censuantibus Curijs araturis agris cultis et incultis siluis rubetis nemoribus pratis pascuis montibus vallibus aquis piscinis piscinarumve locis fluminibus riuis Molendinis aquarum eciam decursibus ac vniuersis vsibus fructibus redditibus, quibuscumque vocentur nominibus, cum metis granicijs, prout dicta bona ab alijs bonis circumiacentibus sunt circumferencialiter limitata et distincta, et Jurepatronatus necnon pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil penitus dempto neque quitquam Juris proprietatis aut dominij sibi suis heredibus et successoribus ibi reseruando, pariter Jus hereditarium In et super villis Wnorowe et in Borssicz cum eorum appendicijs vendidit et intabulat Jure hereditario possidenda.

712. Kuna de Cunstat et de Bolehradicz Woytyechowi de Melicz et eius heredibus decem marcas grossorum census annui in villa Zborowicz in hominibus censuantibus et vniuersis ipsius census[1]) pertinencijs pleno Jure, prout solus tenuit, dat et intabulat Jure hereditario possidendas.

713. Odpor.[2]) Johannes de Lichtenburg et de Czorenstein suo et domine Anne de Schonwald conthoralis sue nomine contradicit et facit odpor asserens, quod ibidem haberent exsolucionem.

714. (Johannes de Czimburg et de Giczin Johanni Juniori de Morawan et eius heredibus suam propriam hereditatem videlicet villam Rymicz cum Curia agris cultis et incultis et cum illo promontorio, quod est ante villam cum hominibus censuantibus et non censuantibus sessionatis et desertatis pratis pascuis siluis nemoribus rubetis montibus vallibus collibus aquis fluidis et non fluidis metis granicijs Jurepatronatus ecclesie inibi et cum vniuersis vsibus fructibus pleno Jure et dominio, prout eadem villa ab alijs bonis adiacentibus ab antiquo est distincta et limitata, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi suis heredibus et successoribus Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendam.)

(F. XLVII. v.) **715.** (Johannes de Czimburg et de Giczin Vlrico Stoss de Branicz et eius heredibus bona sua propria videlicet Drzewohosticz Municionem cum Oppido et Curia et cum villis subscriptis Turowicze cum Curia Radkowicz et medietatem ville in Lippowa et cum omnibus et singulis pertinencijs agris cultis et incultis piscinis siluis pratis Jurepatronatus cum hominibus censuantibus et non censuantibus metis et granicijs, prout dicta bona ab alijs bonis circumiacentibus sunt limitata et distincta, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil penitus dempto, vendidit et intabulat Jure hereditario possidenda.) 1447.

716. Raczko de Zborowicz, Nicolaus de Onicz et de Milonicz, Hinko de Onicz et de Snowidek, Stephanus de Zastrzel et de Dobroczkowicz et Cristoforus de Onicz et de Zarussek fideiussores et disbrigatores bonorum infrascriptorum pro Smilone de Nemoticz iam defuncto Johanni Ssarowczowi de Vgezd et eius heredibus Curiam cum septimo dimidio laneis et Curticulam In villa Nyetkowicz cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis metis granicijs siluis pascuis pratis aquis aquarumve decursibus Riuis cum pleno Jure et dominio ac vniuersis dictorum bonorum pertinencijs, quibuscumque nominibus nunccupentur, prout idem Smilo solus olim tenuit et ad quod Jus habuit, nil penitus dempto nec quidquam Juris proprietatis aut dominij pro heredibus et successoribus prefati Smilonis ibidem reseruando, intabulauerunt Jure hereditario possidendam.

717. Wenceslaus de Doloplaz Transduxit Machnam de Bobolusk Conthoralem suam legittimam de dotalicio ipsius, quod in bonis Bystrzicz habuit In et ad bona hereditaria domini Johannis de Czimburg et de Giczin videlicet Berenharticz et Huorkam viginti marcas grossorum census annui in hominibus censuantibus Jure veri dotalicij deputando possidendas, dominus Johannes de Czimburg et de Giczin ibidem personaliter assistens ad id consensit, Wenceslaus Skrbensky de Doloplaz illud suscepit asserens, eius esse bonum.

718. Georgius de Ratay Hynkoni de Rokytnicz et eius heredibus medietatem ville Ratay cum medietate Curie et medietate Jurispatronatus ecclesie ibidem, medietatem silue nemoris cum rubettis pratis pascuis et cum media Curia deserta in Wssechlapiech agris cultis et incultis piscinis riuis metis granicijs pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs, quemadmodum eadem bona in suis limitibus ab alijs bonis circumiacentibus ab antiquo sunt distincta et admensurata, nil sibi suis heredibus aut successoribus Juris proprietatis aut dominij in eadem medietate reseruando, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, dat et intabulat Jure hereditario possidendam.

719. Sigismundus de Lossenicz Johanni dicto Maly de Olessniczky Helene de Huntyerzow conthorali ipsius legittime et eorum heredibus in villa Wazan dimidiam alteram marcas grossorum cum Sex grossis census annui cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs, nil Juris proprietatis aut dominij sibi suis heredibus aut successoribus inibi reseruando, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, dat et intabulat Jure hereditario possidendas.

[1]) *Dieses von derselben Hand geschriebene Wort steht oberhalb der Zeile.*

[2]) *Steht am rechten Rande von derselben Hand.*

1447. **720.** (Raczko de Wysskow Henrico de Frywald et Katherine conthorali ipsius legittime ac eorum heredibus Quinque quartalia agrorum cultorum et incultorum in Paczow pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs ad huiusmodi agros spectancia dat et intabulat Jure hereditario possidenda, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit.)

(F. XLVIII. r.) **721.** Henricus de Widpach Petro de Bystrzicz et eius heredibus villam Czrhow cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis robotis siluis nemoribus rubetis pratis pascuis fluminibus riuis censibus vsibus fructibus metis granicijs pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs ad dictam villam ab antiquo spectantibus, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi suis heredibus aut successoribus inibi reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendam.

722. Nicolaus de Morawan et de Chremsir, Lewik z Slezan et Mikess de Lazniku fideiussores pro Onssone de Ssarow iam defuncto et disbrigatores bonorum infrascriptorum, Henrico de Ratay et eius heredibus villam Srbcze cum omni Jure et dominio et vniuersis pertinencijs siluis pratis pascuis metis granicijs et omnibus appendicijs, prout ab antiquo ad eandem villam spectant, nil Juris proprietatis aut dominij successoribus eiusdem Onssonis inibi reseruando, prout ipse Onsso tenuit et ad quod Jus habuit, dant et intabulant Jure hereditario possidendam.

723. (Georgius de Cunstat et de Podyebrad Johanni de Hazemburk et de Cost et eius heredibus Quadringentas sexagenas grossorum post dominam Katherinam de Czastolowicz olim conthoralem Erhardi de Cunstat, nunc vero conthoralem ipsius Johannis legittimam nominatim In Oppido Lestnicz in Municione, in Curia allodiali ibidem, et circa Zadlowicz in piscina, Item in villa Vwoze, in villa Bossin, in villa Luczcze, in villa Vesseli preter vnum laneum, in villa Hradniczi in quatuor hominibus et in advocacia, In villa Pawlow in quinque hominibus, In villa Wysschorz in vno homine, In villa Swogyanow in vna parte et in vniuersis bonis Lestnicensibus cum omnibus Curijs agris cultis et incultis censibus ospy ac omnibus pertinencijs, quibuscumque nominibus nucupentur, ad eadem bona in Lestnicz spectantibus piscinis reseruaculis montibus vallibus, cum omnibus siluis, quomodocumque nominentur pleno Jure et dominio, nil sibi aut suis heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, preter illud quod Johannes Chudobin in villa Vgezd iuxta suam literam tenet, et pariter pratum dictum Brzestowa, ac preter Curiam et Molendinum, quod Emricus tenet in Zadlowicz possedit dat et deputat Jure veri dotalicij possidendum.)

724. Johannes de Hazemburk et de Cost Proczkoni de Cunstat et Elzcze de Cunstat filie olim Smilonis dicti Crupa de Cunstat Quadringentas sexagenas grossorum, quas post dominam Katherinam de Czastolowicz olim conthoralem Erhardi de Cunstat nunc vero suam vxorem legittimam in bonis Lestnicensibus Jure veri dotalicij tenuit et habuit, videlicet in Oppido Lestnicz in Municione in Curia allodiali ibidem et circa Zadlowicz in piscina, Item in villa Vwoze, in villa Bossin, In villa Luczcze, In villa Wesseli preter vnum laneum, In villa Hradniczi in quatuor hominibus et in advocacia, In villa Pawlow in quinque hominibus, In villa Wysschorze in vno homine, in villa Swogyanow in vna parte et in vniuersis bonis Lestnicensibus cum omnibus Curijs agris cultis et incultis censibus ospy ac omnibus pertinencijs, quibuscumque nominibus nominentur, ad eadem bona in Lestnicz spectantibus piscinis reseruaculis montibus vallibus cum omnibus siluis, quomodocumque nominentur, pleno Jure et dominio nil sibi suisque heredibus aut successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, preter illud quod Johannes Chudobin in villa Vgezd iuxta suam literam tenet, et preter pratum dictum Brzestowa ac preter Curiam et Molendinum, quod Emricus tenet in Zidlowicz et possedit, vendidit et intabulat eodem Jure veri dotalicij possidendas. 1447.

(F. XLVIII. v.) **725.** Wenceslaus de Mrdicz et de Arklebow Kune de Kunstat et de Bolehradicz et eius heredibus Municionem Arklebow cum Curia allodiali Oppidum Arklebow cum vniuersis pertinencijs hominibus censuantibus et non censuantibus Braxatorio Braseatorio et cum alijs maioribus et minoribus vsibus siluis piscinis riuis vineis Jure montano et cum omnibus decimis, que ad huiusmodi montes pertinent, pomerijs pratis pascuis pleno Jure et dominio, nil sibi suis heredibus et successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, dat deputat ac intabulat Jure hereditario possidendam.

726. Johannes de Czimburk et de Giczin Mechowi de Costelecz et eius heredibus sua propria bona videlicet villam Krnowek cum Curia vnius arature siluis et vniuersis pertinencijs cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, Curiam in Costelecz, quam olim Theodricus tenuit, cum aratura et cum singulis pertinencijs agris cultis et incultis hominibus censualibus et non censualibus robotis censibus fructibus piscinis piscinarum locis siluis pratis pascuis rubetis nemoribus montibus vallibus metis granicijs et vniuersis pertinencijs, sit multum uel modicum, quemadmodum eadem villa Krnowek et Curie iam dicte ab alijs bonis adiacentibus in suis limitibus sunt distincta et limitata, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi suis heredibus aut successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, dedit et intabulat Jure hereditario possidenda.

727. (Arklebus de Kunkowicz Wankoni de Spiczek et eius heredibus suum Jus dotalicij in medietate ville Drazegyowkach videlicet Quinquaginta marcas grossorum, que sibi post Margaretham Czechowe materteram ipsius cesserunt a se ipso et a suis heredibus ac a suis fratruelibus, nil sibi aut suis heredibus seu fratruelibus Juris seu proprietatis reseruando, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, vendidit et intabulat eodem Jure dotalicij possidendum.)

728. Wanyek de Crumsin et de Spiczek Johanni de Bystrzicz et eius heredibus Jus dotalicij videlicet Quinquaginta marcas grossorum in medietate ville Drazegyowkach cum vniuersis pertinencijs, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi suis heredibus aut successoribus suis ibidem reseruando, vendidit et intabulat eodem Jure dotalicij possidendum.

729. Raczko de Zborowicz, Nicolaus et Hynco fratres de Onicz et de Milonicz, Nicolaus de Onicz et de Ne-

1447. wogicz, Cristoforus de Onicz et de Zarussek et Henricus de Bistrzicz fideiussores et disbrigatores bonorum infrascriptorum pro Smilone olim de Nemoticz iam defuncto, Stephano de Dobroczkowicz et eius heredibus nouem cum medio laneo, in quibus sunt Tredecim marce census annui, In et super villa Orzechowe cum hominibus censuantibus et non censuantibus in Centum et triginta marcis grossorum Jure veri dotalicij intabulant possidendos.

(F. XLIX. r.) **730.** Wilhelmus de Kokor pueros olim Stachonis fratris sui de Kokor ad omnium bonorum habitorum et habendorum, et ad que Jus sibi competit, in veram suscepit vnionem.

731. (Berenhardus de Czimburk, tunc temporis dominus in Brumow, Johanni Peczeny de Kassowy et eius heredibus ac Anne conthorali ipsius legittime suam propriam hereditatem et bona videlicet in villa Schumicz veram medietatem omnium, sit multum uel modicum, illam partem a Banow, quam michi in porcione mea cessit, medietatem Schumicz, medietatem Curie, medietatem Vgezdnow ad Curiam pertinentem, agris cultis et incultis pratis, medietatem humna ad Curiam medietatem pomeriorum ortorum cum hominibus areis cum vera medietate campi medietatem molendini, censibus vsibus fructibus et vniuersis pertinencijs ad eadem bona ab antiquo spectantibus preter Juspatronatus ecclesie ibidem, Nil sibi suis heredibus aut successoribus inibi reseruando Juris proprietatis aut dominij, vendidit et intabulat Jure hereditario possidenda, Jarossium de Holessow priuignum ipsius Johannis ac filium Anne ipsis annotando et eodem Jure vti debendo.)

732. Johannes Hrziwnacz de Hnyewossicz Katherine de Lilcz dicte Mossnye bona sua videlicet villam Benyow pomerium Curiam cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis nemoribus s wrbynami rubetis metis vallibus collibus hominibus censuantibus et non censuantibus robotis vsibus fructibus vtilitatibus fluminibus riuis littoribus, lacubus aquis fluidis et stacionarijs cum loco molendini, pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs ad eandem villam ab antiquo spectantibus, limitibus et granicijs, prout eadem bona ab alijs bonis adiacentibus sunt distincta, nil sibi suisque heredibus aut successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, vendidit et intabulat Jure hereditario possidenda.

733. (Kunka z Wiczkowa Henricum de Raycz maritum suum legittimum et pueros quos cum eodem Henrico habet aut habebit, super Jure sui dotalicij, quod habet in Radkow in Petrowawes et sub Trnawka in duobus hominibus et in tercio homine, qui tenet molendinum sub Trnawka, et super omnibus, que Jure dotalicij possidet, in veram suscepit vnionem.)

734. Kunka de Wiczkow Henricum de Raycz maritum suum legittimum super Jure dotalicij sui, quod habet in Radkow, in Petrowawes et sub Trnawka in duobus hominibus et in tercio homine, qui tenet Molendinum sub Trnawka, et super omnibus, que Jure dotalicij possidet, in veram suscepit vnionem.

735. Nicolaus de Morawan, Lewiko de Slezan, Mikess de Laznik disbrigatores pro Onssone de Ssarow iam defuncto, Georgio de Ratay villam Srbcze videlicet Tredecim marcas grossorum minus III grossis census annui in Centum et XXXV marcis grossorum siluis nemoribus agris cultis et incultis montibus vallibus pratis riuis pascuis pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs ad eadem bona ab antiquo spectantibus metis granicijs, nil sibi aut suis heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, prout idem Onsso tenuit et ad quod Jus habuit, intabulauerunt Jure hereditario possidendam. 1447.

(F. XLIX. v.) **736.** (Berenhardus de Czimburk Johanni de Orzechoweho Curiam in Tyessowye de duabus araturis agrorum cum illo laneo, in quo Curia est, cum Curticula Molendino pratis et cum illo prato ante villam, quod dicitur koppanina, siluis rubetis ambobus nemoribus fluminibus pascuis agris cultis et incultis metis cum pleno Jure et dominio, prout ad dictam Curiam ab antiquo pertinent, quemadmodum solus tenuit, et ad quod Jus habuit, nil sibi suis heredibus aut successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendam.)

737. Petrus Wssewid de Horzessowicz, Wenceslaus de Krztyetin et Georgius de Hostyeradek ac Nicolaus de Wazan fideiussores pro Przechone de Wodyerad iam defuncto, Nicolao de Vhrzecz et eius heredibus medietatem inferioris Curie in Wodyerad et medium quartale agri censuantis simul cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis rubetis aquis, quemadmodum ipse Przecho et eius predecessores ab antiquo tenuerunt, cum vniuersis pertinencijs ad eandem medietatem Curie spectantibus robotis censibus eiusdem medij quartalis et cum singulis appendicijs, nil sibi aut heredibus seu successoribus eiusdem Przechonis Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, intabulant Jure hereditario possidendam.

738. (Machna de Sobotyn Soror legittima Kunate dicti Zilsstrank de Sobotin Hinkoni de Sowinecz et eius heredibus In villa Vgezd prope Muglicz vndecim laneos censuales quatuor ortos cum rubetis pascuis et alijs eorum pertinencijs vniuersis cum pleno Jure et dominio, prout solus ipse Zilsstrank frater ipsius tenuit et ipsa post eum, nil sibi aut suis heredibus seu successoribus inibi Juris proprietatis aut dominij reseruando, vendit et intabulat Jure hereditario possidendos.)

739. Johannes de Orzechoweho Philippo de Vgezd et eius heredibus suam propriam hereditatem in villa Tyessowye Curiam de duabus araturis agrorum cum illo laneo, in quo Curia est, cum Curticula, Molendino pratis et cum illo prato ante villam, quod dicitur koppanina, siluis rubetis ambobus nemoribus fluminibus pascuis agris cultis et incultis metis cum pleno Jure et dominio, prout ad dictam Curiam ab antiquo pertinent, quemadmodum solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi suis heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendam.

740. Hynko de Sowinecz et de Pnyowicz Jeronimo Hanaper de Olomucz et eius heredibus in villa Vgezd prope Muglicz vndecim laneos et quatuor curticulas, in quibus sunt XIV marce grossorum cum VI grossis census annui, cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vsibus fruc-

1447. tibus pratis pascuis ac cum vniuersis dictorum laneorum et curticularum antiquitus pertinencijs, quibuscumque nominibus nunccupentur pleno Jure et dominio, prout in suis metis et granicijs ab alijs bonis circumadiacentibus eadem bona sunt distincta et limitata, veluti solus tenuit, et ad quod Jus habuit, nil penitus dempto, nec quidquam Juris proprietatis aut dominij sibi suis heredibus ac successoribus inibi reseruando, pro CC cum duodecima dimidia marca minus sex grossis vendidit Jure hereditario possidendos.

741. Wyssko de Strzietez Johanni Chudobin de Barzicz et eius heredibus necnon Margarethe conthorali ipsius bona sua hereditaria septem marcas grossorum census annui in parua Senicz cum omnibus vtilitatibus et proventibus in quatuor hominibus ibidem residentibus ac omnibus alijs pertinencijs metis granicijs pleno Jure et dominio, nichil prorsus pro se aut heredibus suis ibidem reseruando, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, vendidit et intabulat Jure hereditario possidenda, Ibidem Johannes Chudobin assistens hanc intabulacionem in ea bene contentus existens taliter suscepit.

742. Andreas de Studnicz Margarethe de Knyeziczek conthorali sue legittime In et super bonis suis hereditarijs in Bystrzicz ducentas marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et deputat possidendas, Nicolaus de Onicz et de Milonicz illud suscepit.

(F. L. r.) **743.** (Margaretha de Sulessowicz Georgio de Ratay et eius heredibus Curiam suam in Sulessowicz cum taberna et duabus curticulis censualibus pratis nemusculis agris cultis et incultis aquis pascuis et vniuersis pertinencijs ad id ab antiquo spectantibus, quemadmodum sola tenuit et ad quod Jus habuit, nil pro se heredibus et successoribus Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, octaginta marcas grossorum inibi demonstrando dat et deputat ac assignat Jure veri dotalicij possidendam.)

744. (Margaretha de Ssarow Johannem de Pizdraticz maritum suum legittimum super Jure sui dotalicij, quod sibi cessit post matrem suam videlicet in villis Hosstynka et in Olssowecz et super altera dimidia marca grossorum census annui in Tlumaczow in veram suscepit vnionem et aliarum, que ad eadem bona pertinent et ad que Jus habuit et habet.)

745. Henricus de Morkowicz et de Barcicz Zbynkoni de Drzienoweho et eius heredibus hereditatem et bona sua propria in Trubeck[1]) cum agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus censibus vsibus pomerijs siluis Trubeczskymi et cum Zdislawskymi, Molendinis piscina reseruaculo aquis fluidis et non fluidis pratis Trubeczskymi et Zdylawskymi vineis desertatis pascuis rubetis montibus vallibus metis granicijs vniuersis pertinencijs, prout eadem bona ab alijs bonis circumiacentibus sunt distincta, et prout ea solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil prorsus Juris hereditatis seu dominij sibi suis heredibus ac successoribus inibi reseruando, intabulat Jure hereditario possidenda.

746. (Wenceslaus de Doloplaz Luce Zalter de Olo- 1447.
mucz et eius heredibus hereditatem suam propriam in Bystrzicz videlicet Municionem villam Bystrzicz villam Czechowicze villam Mrsklessy cum hominibus censuantibus et non censuantibus, cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, cum Curijs allodialibus agris cultis et incultis censibus fructibus vtilitatibus robotis et eciam cum Jure, quod habuit in hominibus ecclesiasticis et presbiterialibus ibidem in Bystrzicz pratis pascuis montibus vallibus siluis rubetis nemoribus piscinis aquis paludibus riuis molendinis et vniuersis pertinencijs ad dictam Municionem et ad predicta bona ab antiquo spectantibus metis granicijs, prout eadem bona et eedem ville in suis limitibus ab antiquo sunt distincta, pleno Jure et dominio, nil sibi suis heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, quemadmodum solus tenuit et ad quod Jus habuit, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendam.)

747. (Lucas Zalczer de Olomucz Andree de Studnicz et eius heredibus hereditatem suam propriam in Bystrzicz videlicet Municionem, villam Bystrzicz, villam Czechowicze, villam Mrsklessy cum hominibus censuantibus et non censuantibus cum Jurepatronatus ecclesie ibidem, cum Curijs allodialibus agris cultis et incultis censibus fructibus vtilitatibus robotis et eciam cum Jure, quod habuit in hominibus ecclesiasticis ibidem in Bystrzicz, pratis pascuis montibus vallibus siluis rubetis nemoribus piscinis aquis riuis Molendinis et vniuersis pertinencijs ad ipsam Municionem et ad predicta bona ab antiquo spectantibus metis granicijs, prout eadem bona et eedem ville in suis limitibus ab antiquo sunt distincta, pleno Jure et dominio, nil sibi suis heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, quemadmodum solus tenuit et ad quod Jus habuit, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendam.)

748. (Wocko de Holenstein Johanni de Dobrawoda et eius heredibus suam propriam hereditatem et bona, videlicet villam Gestrzebicze et villam Haluzicze cum Curia allodiali et Jurepatronatus ecclesie ibidem in Jestrzebicz, hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vsibus fructibus robotis molendinis in Haluzicz pratis pascuis montibus vallibus siluis nemoribus rubetis riuis aquis fluidis et non fluidis cum Berna regali et vniuersis appendicijs ad eadem bona ab antiquo spectantibus, quemadmodum solus tenuit et ad quod Jus habuit, pleno Jure et dominio, nil penitus Juris proprietatis aut dominij sibi heredibus seu successoribus inibi reseruando, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendam.)

(F. L. v.) **749.** Henricus de Morkowicz et de Barzicz, Johannes Talafus de Rziczan, Johannes Swarowecz de Swarow Agnezcze de Drzowicz olim conthorali Mikssonis de Hossticz In et super villa Hossticz in hominibus sessionatis decem marcas grossorum census annui in Centum marcis grossorum tamquam fideiussores pro dicto Mikssone de Hossticz[2]) iam mortuo Jure veri

[1]) *Die zu diesen zwei durchstrichenen Worten gehörige und am linken Rande der Einlage von anderer Hand beigefügte Note lautet: „Ista Cancellacio et delecio tantum tangit villam Trubky et eius pertinencias, ville autem Zdislawicz et eius pertinencijs hic intabulatis omnino non preiudicat.“*

[2]) *Der von derselben Hand geschriebene Name: „Mikssone de Hossticz“ steht oberhalb des unterpunktirten „Johanne de Swarowecz.“*

1447. dotalicij deputant possidendas, Alsso de Wrahowicz illud suscepit asserens, illid esse ipsius bonum.

750. Johannes de Poczenicz Arklebum de Cunkowicz super quinque marcis grossorum census annui in Slezan, quas a Katherina olim Philippi de Paczlawicz conthorali pro hereditate comparauit et ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.

751. (Johannes de Poczenicz Byetam de Zdyetin conthoralem suam legittimam de suo dotalicio, quod super obligacione in Slezan habuit, quinque marcas grossorum census annui de eadem obligacione transducit eam ibidem in Slezan super sua hereditate inibi similiter quinque marcas grossorum census annui deputando Jure veri dotalicij possidendas, Arklebus de Cunkowicz illud suscepit.)

752. (Johannes de Slezan Byetye de Zdyetin conthorali legittime Johannis de Poczenicz in sua porcione in Slezan dimidiam alteram marcas grossorum census annui Jure veri dotalicij dando et deputando possidendas consensit, Arklebus de Cunkowicz illud dotalicium suscepit.) [1])

753. (Agnezka de Drzowicz Alssonem de Wrahowicz et Helenam ipsius conthoralem legittimam et eorum heredes super eo, quod habet uel habebit et ad quod sibi Jus competit, super suo dotalicio quod habet, Centum marcas grossorum in Hossticz in veram suscepit vnionem.)

754. Pawliko de Przneho Johankam de Zastrzizl conthoralem suam legittimam de ipsius dotalicio Centum marcarum grossorum, quod habuit in villa Przilucze transducit In et super villam Lestnu Centum cum quinquaginta marcis grossorum in bonis, hominibus censuantibus et non censuantibus in Municione Curia piscinis et in villa Strzietez in siluis, quantum ad edificia et ad comburendum necesse eidem fuerit, et in vniuersis pertinencijs pratis, ad quod Jus habet, dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Johannes de Dobrawoda illud suscepit, *et in omnibus rebus mobilibus alias nadbytu illud dotalicium adiungendo.*

755. Anna de Ssebotow et de Lhotty olim Jesskonis de Lhotta conthoralis Albertum de Humburg filium suum legittimum super suo dotalicio, quod habet in Lhotta et super eo toto, quod habet uel habebit et ad quod sibi Jus competit, in veram suscepit vnionem.

756. Hanussko Waygl, Ciuis Olomucensis, Margaretham conthoralem suam legittimam de ipsius dotalicio, quod in Smrzicz habuit, transducit In et super villam et bona Dubrawicz Hynkonis de Rokytnicz Tredecim marcas grossorum census annui minus IV grossis In Centum et XXX marcis in eisdem bonis ei deputando Jure veri dotalicij possidendas, Et Hinko de Rokytnicz ibidem personaliter assistens expressit consensit, Et idem Hynko illud dotalicium suscepit.

757. (Bohdal et Wanko fratres de Barzicz Wenceslao de Krztyetin et eius heredibus in villa Borotyn dimidiam quintam sexagenas grossorum census annui in hominibus sessionatis agris cultis et incultis censibus vsibus vtilitatibus pratis pascuis montibus vallibus aquis fluidis et non fluidis et vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, prout ad eundem censum spectant et quemadmodum soli tenuerunt et ad quod Jus habuerunt, nil pro se suis heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, vendiderunt et intabulauerunt Jure hereditario possidendas.) 1447.

758. *Odpor.*[2]*) Ewka de Lhotta contradicit et dat odpor contra vnionem, quam Anna de Ssebetow facit, filium suum Alssonem recipiendo super bonis in Lhotta et super alia bona asserens, se esse eorundem bonorum heredem.*

759. *Odpor.*[3]*) Margaretha de Lhotta contradicit et dat odpor contra vnionem illam, vbi Anna de Ssebetow suscipit Albertum filium suum suscipit (sic) ad vnionem sui dotalicij et omnium bonorum habitorum et habendorum dicens, se esse heredem et in vnionem susceptam fore.*

760. *Odpor.*[4]*) Lewiko de Slezan contradicit intabulacioni vbi Johannes Poczensky transducit Byetham de Zdyetin vxorem suam super hereditate in Slezan quinque marcas dotalicij eidem assignando census annui asserens, se habere ibidem exolucionem.*

(F. LI. r.) **761.** (Franko de Hartmanow Margaretham de Crumsin conthoralem suam legittimam de dotalicio ipsius, quod habuit in Smrzicz, transducit In et super villas Ossek et Sobyechleby, que ad Helfenstein pertinent, viginti quinque sexagenas grossorum census annui in ducentis et quinquaginta sexagenis grossorum in eisdem Bonis sibi obligatis de consensu Wockonis eorundem bonorum heredis dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Wocko de Helffnstein illud dotalicium suscepit.)

762. Bohusse de Kokor Protywczoni de Pawlowicz et eius heredibus legittimis propria sua bona hereditaria in villa Czisstin, hoc est tres laneos agrorum vnam curticulam et molendinum inferius cum pleno et toto Jurepatronatus ecclesie inibi cum hominibus censuantibus et non censuantibus Septem sexagenas grossorum annui census in dictis hominibus cum vtilitatibus fructibus et proventibus et cum vniuersis pertinencijs pleno Jure et dominio, sicut solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil Juris proprietatis aut dominij sibi suisque heredibus aut successoribus reseruando, totum vendidit et intabulat Jure hereditario possidenda.

763. Margwardus de Zwola, Petrus de Zwola, Alsso de Wrahowicz, Barsso de Czihowicz, Znata de Skrben et Wyssko de Strzietez, fideiussores olim Jesskonis de Lhotta iam defuncti et disbrigatores bonorum subscriptorum Jesskoni de Gyekwe et eius heredibus villam Kelczan prope Bzenecz cum promontorio decimas, quas olim prefatus Jessko de Lhotta In et super quatuordecim laneis in Wlkoss habuit, cum Curia in Kelczan hominibus censuantibus et non censuantibus duobus molendinis ibidem cum agris cultis et incultis censibus redditibus vsibus fructibus aquis riuis pratis pascuis robotis nemore metis granicijs veluti huiusmodi bona antiquitus ab alijs bonis sunt limitata et circumferencialiter distincta, ac cum vniuersis dictorum bonorum pertinencijs, in quibuscumque rebus consistant, prout eadem bona dictus Jessko de Lhotta olim tenuit, nil

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer andern Hand: „Ladislaw“, d. i. Ladislaw von Boskowic.*

[2]), [3]) *u.* [4]) *Steht am rechten Rande von derselben fremden Hand.*

1447. penitus dempto nec quitquam Juris proprietatis aut dominij pro heredibus seu successoribus dicti Jesskonis ibidem reseruando, intabulant Jure hereditario possidendam.

764. (Manussko de Wassaticz Briccio de Pyenczin et eius heredibus propriam suam hereditatem videlicet villam Polomie, Bohuslawicze cum Jurepatronatus ecclesie inibi, Rakowe cum Curia hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis pascuis pratis siluis rubetis montibus vallibus piscinis riuis molendinis vniuersis vtilitatibus et pertinencijs, quibuscumque nominibus nunccupentur, metis granicijs, prout ab antiquo sunt limitata, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, preter illud quod Dorothea conthoralis Pawlikonis in Bohuslawicz possidet, Nil Juris proprietatis aut dominij pro se suisque heredibus seu successoribus ibidem reseruando, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendam.)

765. (Georgius de Crawar et de Straznicz Johanni Crumsin de Lessan et eius heredibus prata sua propria in Dolnicz, que Cziczowecz vocatur, et Strabina prata cum ambobus littoribus et monte, qui Osyna nucupatur, cum Silua quantum ad eundem montem pertinet vsque ad vias et aggeres alias kopcze et ad illa signa, que inter nos facta sunt et constructa, intabulant hereditario Jure possidenda.)

766. Johannes Crumsin de Lessan Georgio de Crawar et eius heredibus montem, qui knyeze hora nominatur ac siluam cum monte, qui dicitur Wyssoka, necnon cum silua usque ad vallem, que Zabitse vocatur, prout super eo aggeres et signa in eisdem metis facta sunt et locata, intabulauit Jure hereditario possidendum.

(F. LI. v.) **767.** Barsso de Czihowicz Katherine de Lessan conthorali sue legittime In et super Curia Medwidkonis et quinque marcas grossorum annui census in villa Dubczan in sua propria hereditate Centum marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat possidendas, Johannes Crumsin de Lessan frater eiusdem Katherine illud dotalicium recepit.

768. Andreas Znata de Onicz Agnezcze de Lessan conthorali sue legittime In et super Curia et dimidia vndecima marca grossorum annui census in villa Skrbeny in sua propria hereditate Centum quinquagintaquinque marcas grossorum Jure veri dotalicij dat et assignat possidendas, Johannes Crumsin de Lessan frater eiusdem Agnetis illud recepit.

769. Margaretha, Elizabeth, Anna et Katherina sorores germane de Cokor et de Czekynye, filie olim Dywe de Czekynye, Johanni dicto Mukarz de Kokor et eius heredibus Municionem et villam Czekynye cum Jurepatronatus ecclesie in Kokor, quantum pater earum habuit, cum Curia allodiali siluis pratis piscinis fluminibus riuis aquis aquarumve decursibus agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus cum molendinis primo Pohledsky, secundo Podhorni, tercio pod Lhotu, cum villis Lhotka dicta Hrziwinowa Lhotta, Jurkowa Lhotta, et Lhotta Zabysstnie, id quod pater earum in hijs tenuit et possedit, Item in Winar Curiam et vnam curticulam cum medio laneo, In Przedmosti vnum laneum, In Radwanicz vnum laneum, (Item villam Libenicz integram) Excepta Curia, quam nunc tenet et possidet Benessius de Lasskow, quas villas predictas cum omnibus pertinencijs earum, quibuscumque nominibus vocentur, pleno Jure et dominio, prout ab antiquis tente sunt in suis metis granicijs et limitibus, quemadmodum ab alijs bonis circumiacentibus sunt eadem bona distincta, Nil sibi suisve heredibus ac successoribus Juris proprietatis seu dominij inibi reseruando vendiderunt et intabulauerunt Jure hereditario possidendam.[1]) 1447.

770. Johannes de Rokytnicz Hynkoni de Rokytnicz fratri suo germano et eius heredibus medietatem ville Ratay, medietatem Jurispatronatus ecclesie ibidem, medietatem siluarum medietatem Curie allodialis, agris cultis et incultis piscinis pascuis pratis rubetis riuis, medietatem Curie in Wssechlapyech pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, metis granicijs, prout ab antiquo ab alijs bonis sunt limitata et distincta, Nil pro se suisve heredibus aut successoribus Juris proprietatis seu dominij ibidem reseruando, hoc totum vendidit et intabulat Jure hereditario possidendas.

771. Jessko de Gikwe Margarethe de Hostieradek conthorali sue legittime Septuaginta quinque marcas grossorum In et super integra villa Kelczan et ipsius vniuersis vtilitatibus ac in XIV laneis in Wlkoss Jure veri dotalicij dat[2]) possidendas, Et si ipsa Margaretha et quamdiu in viduitate manserit, eadem bona tenere, et vti eisdem libere poterit, Si vero statum viduitatis mutaret, tunc datis ei LXXV marcis de eisdem bonis absque impedimento cedet, Et Nicolaus de Domamyslicz illud dotalicium suscepit.

(F. LII. r.) **772.** Katherina de Czihowicz Slawkoni de Dobrawoda et Dorothee de Tassowa conthorali ipsius legittime suam propriam hereditatem videlicet in villa Paterzinye, et in Mezicz Curiam tabernam agris cultis et incultis siluis pratis hominibus censuantibus et non censuantibus pleno Jure et dominio, nil sibi ac suis successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, cum vniuersis pertinencijs, quemadmodum domina Dorothea de Dobrawoda soror ipsius germana olim vxor Domannonis de Kokor tenuit, intabulat Jure hereditario possidendam, prout sola tenuit et ad quod Jus habuit.

773. Slawko de Dobrawoda Katherine de Czihowicz suam propriam hereditatem in Kokor Curiam cum agris cultis et incultis pratis siluis Jurepatronatus ecclesie in Kokor hominibus censuantibus et non censuantibus robotis pleno Jure et dominio, Nil Juris proprietatis ac dominij prose suisve successoribus inibi reseruando, quemadmodum domina Dorothea de Dobrawoda sestra mea olim conthoralis Domanyonis de Cokor tenuit et possedit, dat et intabulat Jure hereditario possidendam, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit.

774. Dorothea nata olim Ssip de Mydlowar Johanni Muckarz de Cokor et eius heredibus Curiam suam allodialem cum vno orto deserto in Mydlowar, agris cultis et incultis pratis metis granicijs pascuis pleno Jure et dominio nil pro se aut suis heredibus seu pueris ac successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reser-

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer späteren Hand: „Ladislav", d. i. Ladislav von Boskovic.*

[2]) *Das von derselben Hand geschriebene Wort „dat" steht oberhalb der Zeile.*

1447. uando, dat et intabulat Jure hereditario possidendam, predicta intabulacio facta est ad mandatum dominorum Reuerendissimi patris domini Pauli Episcopi Olomucensis, Johannis de Towaczow Capitanei, Johannis de Lompnicz, Georgij de Cunstat et de Podyebrad, Johannis de Pernsteyn, Benessij de Bozkowicz Subcamerarij, Proczkonis de Cunstat, Zdenkonis de Sternberg et ceterorum, et illi promiserunt, quod ista intabulacio non debet in dampnum esse domino Johanni de Lichtenburk.

775. (Kunka de Czihowicz Barssoni de Czihowicz et eius heredibus Curiam suam propriam ante Vniczow olim Dupowczonis, quam habuit post Wsseborium maritum suum de Dubczan cum agris cultis et incultis et vniuersis pertinencijs dat et intabulat Jure hereditario possidendam.)

776. Katherina de Drahotuss Procopium de Domamyslicz maritum suum legittimum Super dotalicio suo, quod habet in Rzimicz, videlicet Centum et quinquaginta marcas grossorum, ac Centum viginti marcas grossorum, quas habet in obligacione in villa Nyzkowicz, et ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.

777. Zdislaus de Lhotta Henrichoni de Frywald et Katherine conthorali ipsius legittime ac eorum heredibus suam hereditatem in villa Jessowye duas sexagenas grossorum census annui cum Advocacia libera hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis siluis et vniuersis ad ipsam Advocaciam pertinencijs spectantibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, Nil sibi suisve heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij ibidem reseruando, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendam.

778. Wyssko de Strzietez Johanni de Barzicz et eius heredibus suam hereditatem in villa Vgezd prope Muglicz octo laneos agrorum et duos ortos et advocaciam liberam cum hominibus censuantibus et non censuantibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, et cum vniuersis pertinencijs ad dictos laneos et ortos spectantibus, nil sibi seu heredibus ac successoribus suis Juris proprietatis ac dominij ibidem reseruando vendidit et intabulat Jure hereditario possidendam.

(F. LII. v.) 779. (Wsseborius de Drahanowicz Wysskoni de Strzietez et eius heredibus suam hereditatem, hoc est Curiam allodialem in Chudobin, que fuit Benessij patris eius cum duobus ortis, vno qui est apud Curiam, et secundo contra fontem, cum silua proxima supra Chudobin, que dicitur hora, et cum illo riuo, quantum sub illa hora fluit et quid ad illam horam pertinet, et cum illo prato, qui est sub Sobaczow, quod a ciuitate Litowia iacet cum agris cultis et incultis cum pomerio pascuis libertatibus, prout eadem curia preiacet et est limitata, nil in eisdem sibi seu suis heredibus reseruando, dat et assignat Jure hereditario et eterna possessione tenendam.)

1448. 780. Anno domini Millesimo quadringentesimo octauo circa Epiphaniam domini[1]) colloquio per dominos Barones celebrato Secuntur intabulaciones, et tunc presidebant Judicio generali Reuerendissimus pater dominus Paulus Episcopus Olomucensis, et Nobiles domini Johannes de Czimburgk, Capitaneus Marchionatus Morauie, Johannes de Czorensteyn, Supremus Camerarius Czude Olomucensis, Georgius de Cunstat et de Podyebrad, Georgius de Crawar et de Straznicz, Johannes de Perensteyn, Zdenke de Sterenberg et de Konopisstye, Erhardus de Cunstat et de Lissicz, Miroslaus de Czimburg, Johannes de Czimburg et de Giczin, Benessius de Waldsteyn, Cuna de Cunstat et de Bolehradicz, Laczko de Sterenberg et de Lukow, Wenceslaus Hecht de Rossicz, Benessius et Wanko fratres de Bozkowicz, Stephanus de Wartnow, Nicolaus Bystrzicze de Onicz et Milonicz, Supremus Czudarius. 1448.

Officiales

Nobilis dominus Johannes de Lichtenburg et de Czorenstein, Supremus Camerarius, dominus Nicolaus Bystrzicze de Oynicz, Supremus Czudarius, Martinus de Dobrzana, Archidiaconus et Canonicus Olomucensis Notarius.

(F. LIII. r.) 781. (Georgius de Cunstat et de Podiebrad Henrico de Straze post Katherinam filiam Heralti de Cunstat Trecentas sexagenas grossorum Pragensium in Boleluzi in hominibus censualibus agros colentibus et non colentibus in Curia in pomerio in siluis fluminibus et in Wrbatek in vna sexagena grossorum census, et in Molendino Tuczapskem in vna marca et in omnibus supranominatis, prout domina Kerusse de Wartemberk dotalicium habuit, dat et cedit Jure dotalicij possidendum.)

782. Henricus de Straze Proczkoni de Cunstat residenti in Bozkowicz et eius heredibus Trecentas sexagenas grossorum Pragensium in Boleluz in hominibus censuantibus agros colentibus et non colentibus in Curia in pomerio in siluis fluminibus, Et in Wrbatek in vna sexagena grossorum census, et in molendino Tuczapskem in vna marca et in omnibus supranominatis, prout olim domina Kerusse de Wartenberk dotalicium habuit, et ipse post Katherinam filiam Heralti de Cunstat tenuit, et ad quod Jus habuit, dat et intabulat Jure dotalicij possidendas.

783. (Johannes dictus Niger de Zbyssowicz Margarethe de Jeczlow conthorali sue legittime In et super villa Wessela hominibus censibus redditibus proventibus ac vniuersis eiusdem ville pertinencijs, nil penitus dempto, quatuor sexagenas annui census in XL sexagenis grossorum Jure veri dotalicij dat et intabulat possidendas, dominus Johannes de Pernsteyn illud suscepit dicens, illud esse eius bonum.)[2])

784. (Johannes de Czimburg et de Thowaczow, Capitaneus Marchionatus Morauie, Zoffcze de Cunstat conthorali sue legittime villas Gezerniczi, Slawiecz, medium Milenowa et censum, quem in Hranicz here-

[1]) *d. i. um den 6. Jänner.*

[2]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand: „J. z. P.“, d. i. Jan z Pernšteina, welcher Oberstlandkämmerer vom J. 1506 bis 1516 war.*

1448. ditarium habet, cum Jurepatronatus ecclesie in Gezernicz cum Molendinis cum Judicibus proventibus vsibus, quibuscumque nominibus vocentur, et omnibus pertinencijs ad easdem villas et bona ab antiquo spectantibus in Septingentis marcis grossorum Pragensium dat et intabulat Jure veri dotalicij possidendas, dominus Johannes de Czimburg et de Giczin illud suscepit dicens, esse eius bonum.)

785. (Johannes de Czimburk et de Thowaczow, Hauptman Marchionatus Morauie, Zoffkam de Cunstat conthoralem suam legittimam de bonis ipsius hereditarijs Skalskeho, que vendidit et pecunias pro eisdem bonis accepit, transducit super suam hereditatem liberam et non involutam, quam habet in Drahotuss in Judice in Jurepatronatus ecclesie ibidem in Drahotuss, et eciam super villa Welika, super Molendino Judice ibidem in Welika, super flumine dicto Weliczka, et super omnibus, ad quod Jus in dicto Oppido habet et ad predictam villam ab antiquo pertinent, intabulat et proscribit ad verum Jus hereditarium habendum tenendum et possidendum.)

786. Zoffka de Cunstat Johannem de Czimburk et de Thowaczow, Capitaneum Marchionatus Morauie, maritum suum legittimum super omnibus, que habet et ad quod Jus habet aut habebit, in veram suscepit vnionem.

787. (Zdenyek de Sterenberg Miroslao de Czimburk et eius heredibus villam suam Komny cum loco municionis alias Twrzisstye Curia hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis siluis nemoribus pascuis aquis fluidis et non fluidis pratis vsibus fructibus et alijs, quibuscumque vocabulis nominentur, Jurepatronatus ibidem ecclesie in Komny, Molendinis granicijs pleno Jure et dominio vniuersis pertinencijs, prout eadem villa et bona in suis metis et gadibus ab antiquo sunt limitata, et quemadmodum solus tenuit, et ad quod Jus habuit, nil sibi suisve heredibus aut successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, vendidit et intabulauit Jure hereditario possidendam.)

788. Offka de Czastolowicz Wilhelmum de Zwyerzeticz maritum suum legittimum super Septingentis et quinquaginta sexagenis grossorum sui dotalicij, quod habet in Sebranicz, Habrow et Sasina in veram suscepit vnionem.

(F. LIII. v.) 789. Laczko de Sterenberg et de Lukow Onssoni de Zastrzizl et eius heredibus villam Luzkowicze cum Curia Robotis agris cultis et incultis siluis hominibus censuantibus et non censuantibus censibus fructibus et cum vniuersis pertinencijs, prout eadem villa ab antiquo est limitata, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil ibidem sibi aut suis heredibus uel successoribus Juris seu dominij reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendam.

790. (Laczko de Sterenberg et de Lukow Johanni de Pyzdraticz y geho heredibus villam Tuczapy cum Curia villam Pizdraticze cum Curia hominibus censualibus et non censualibus robotis censibus pratis siluis nemoribus et vniuersis pertinencijs ad easdem villas ab antiquo spectantibus et prout eedem ville antiquitus in suis limitibus sunt locate, et prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil ibidem sibi suisve heredibus ac successoribus Juris proprietatis aut dominij reseruando, dat et intabulat hereditarie possidendam.)

791. Laczko de Sternberg et de Lukow Mechowi de Costelecz et eius heredibus villam desertam Kozraly cum Curia agris cultis et incultis pratis pascuis piscinis cum loco piscine alias Rybnisscze silua nemoribus et cum pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs, prout eadem villa in suis metis et granicijs ab antiquo est locata, et quemadmodum solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendam. 1448.

792. Laczko de Sternberg et de Lukow Onssoni de Zastrzizl et eius heredibus hereditatem suam in villa deserta dicta Chlum et in vniuersis eiusdem ville pertinencijs, nil sibi seu suis heredibus inibi Juris ac proprietatis reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendam.

793. (Laczko de Sterenberg et de Lukow Nicalao Rosenberg de Bukowicz et eius heredibus villam Borzenowicze cum Curia robotis hominibus censuantibus et non censuantibus censibus pratis silua dicta Rudny cum nemoribus piscinis pleno Jure et dominio ac vniuersis pertinencijs ad eandem villam ab antiquo spectantibus et prout eadem villa in suis metis et granicijs est locata, et sicut solus tenuit, et ad quod Jus habuit, nil Juris dominij seu proprietatis sibi aut suis heredibus inibi reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendam.)

794. (Johannes de Rziczan Katherine de Zerawicz conthorali sue legittime In et super villa Drzienowe Curia cum duabus araturis cum plenis robotis municione reseruaculo alias halterz cum nowa piscina siluis hominibus censuantibus et non censuantibus preter Sex sexagenas grossorum census, quem obligauit et dempta magna piscina, que iacet in agro Vhercziczkem, aliud totum suprascriptum in ducentis marcis cum quinquaginta marcis grossorum dat et deputat Jure veri dotalicij possidendum, Et ipsam Katherinam transducit de ipsius dotalicio, quod habuit in Zdyslawicz, ad Drzienowe supradicto modo, Johannes Kuzelik de Zerawicz frater ipsius illud suscepit asserens, hoc ipsius Katherine esse bonum.)

795. Proczko de Cunstat Elzkam de Namyesst matrem suam, ac Elzkam de Cunstat filiam Smilonis Kruppa de Cunstat Super Trecentis sexagenis grossorum, quas habet in Bolelicz a Henrica de Straze super eo et ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.

796. (Nicolaus Rozenberg de Bukowicze Elzcze de Tyesskowicz conthorali sue legittime in villa Borzenowicze in Curia et in omnibus hominibus eiusdem ville et in vniuersis pertinencijs ad eadem villam spectantibus Quinquaginta marcas grossorum dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Johannes de Tyesskowicz illud suscepit asserens, hoc ipsius esse bonum.)

797. Przecho z Lessczyny Nicolaum Rohozka de Trztyenicz super villa Wnorowe et super villa Spinek super illa obligacione Juris dotalicij, quod habet et ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.

(F. LIV. r.) 798. Benessius de Waldsteyn Hynkoni de Zwola et eius heredibus Castrum Goltsteyn Opidum sub castro cum Theloneo, Stare myesto cum theloneo, duas casas alias dwye hutti sklenne, villam Krafticze, villam Wysoke Zibrzidowicze, villam Waltyerzicze,

1448. villam Hanussowicze, villam Habarticze, villam Wykanticze, villam Ssleglow cum agris cultis et incultis pratis pascuis fluminibus aquis fluidis et non fluidis siluis nemoribus montibus vallibus metis granicijs hominibus censibus fructibus vsibus, in quibuscumque rebus existant, seu quibuscumque vocabulis nominentur, robotis penis et vniuersis pertinencijs, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, pleno Jure et dominio, Nil sibi aut suis heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendas.

799. Nicolaus de Woyslawicz et de Wessele Dorothee de Jablone conthorali sue legittime in bonis suis in villa Luka in villa Zedrane Wrbcze, in villa Rzerzawyenkach in Molendinis, que assunt illis villis in Curia in Luka cum omnibus pertinencijs, que ab antiquo ad illas villas pertinent, in hominibus censuantibus et non censuantibus Quingentas sexagenas grossorum dat et intabulat Jure veri dotalicij possidendas, Et si aliquid ibidem deficeret, hoc tenetur adimplere in hominibus in villa Tassowye, Marqwardus de Malenowicz illud suscepit asserens, illud ipsius esse bonum.

800. Nicolaus de Woyslawicz et de Wesselle Alexandrum de Jablone sororium suum et Przechonem de Lessczyny super omnibus bonis in Wessel cum omnibus pertinencijs eiusdem suscepit in veram vnionem.

801. (Johannes Junior de Morawan et de Bystrzicz Katherine de Jablone conthorali sue legittime in bonis suis proprijs in villa dicta Rzymicze et in vila Dobroticze in Curijs in illis villis siluis pratis in piscinis in hominibus censualibus et non censualibus et in omnibus pertinencijs, que ad illas villas pertinent, Sexingentas sexagenas grossorum dat et deputat Jure veri dotalicij possidendas, Nicolaus de Woyslawicz illud suscepit asserens, hoc esse ipsius bonum.)

802. *Katherina de Jablonne existens vidua fecit hoc dotalicium extabulari, et Officiales protestati sunt, quod in nullo volunt esse obligati, si pro suo dotalicio aliquis haberet instancias.*[1])

803. Odpor.[2]) Bohdal de Barzicz ponit et facit odpor super bonis Philippi de Paczlawicz ibidem aut ubi alibi habet asserens, quod se pro ipso posuit fideiussorem domino hauptman, quatenus Orphanus Philippkonis de Krzizanowka bona ipsorum non alienet, si et in quantum alicui bona eadem aut Jus dotalicij intabularet.

804. Henricus de Mezlesicz Johanni dicto Crumsin de Lessan et eius heredibus villam Prostyegyowek cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis pratis pascuis aquis riuis communitatibus et alijs vniuersis pertinencijs, nil penitus dempto, neque quitquam Juris proprietatis aut dominij sibi heredibus aut successoribus suis ibidem reseruando, nisi vno homine emphiteotico, qui ad castrum Plumlow pertinet, tantummodo excludendo alia vero omnia et singula, quibuscumque censeantur nominibus, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit et veluti ab alijs bonis adiacentibus circumferencialiter sunt limitata et distincta, vendit et intabulat Jure hereditario possidendam.

805. (Wilhelmus de Murzynow Cztiborio de Murzynow fratri suo germano et eius heredibus illud, quod habet in villa Murzynow, in hominibus censuantibus et sessionatis siluis pratis et alijs pertinencijs, nil sibi aut suis heredibus ibidem Juris aut dominij reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendum.) 1448.

(F. LIV. v.) 806. (Smyl z Sulegyowicz Hynconi de Rokytnicz et eius heredibus villam Dubrawiczi cum Curia Molendino cum Twrzisstyem cum Riuis cum flumine Morawa nemore siluis pratis et cum pleno Jure et dominio vniuersisque pertinencijs, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, Nichil Juris proprietatis aut dominij sibi aut suis heredibus inibi reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendam.)

807. (Smyl de Sulegyowicz Johanni et Hinkoni fratribus de Rokytnicz et eorum heredibus In villa Wlkoss, quitquam habuit cum loco municionis alias Twrzisstye Curia molendino, cum Jurepatronatus ecclesie ibidem cum pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, Nil sibi aut suis heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij inibi reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendum.)

808. Briccius de Pyeczyn Jacubconi de Czetkowicz et eius heredibus villas Bohuslawicze cum Curia et Jurepatronatus ecclesie ibidem et Rakowe cum Curijs hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis pratis pascuis communitatibus siluis nemoribus collibus vallibus piscinis riuis molendinis censibus vsibus et proventibus, quibuscumque nominibus vocentur et vniuersis pertinencijs ad predictas villas spectantibus metis granicijs, prout eedem ville ab alijs bonis circumiacentibus sunt limitate et distincte, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil Juris proprietatis aut dominij sibi aut suis heredibus inibi reseruando, vendidit et intabulat Jure hereditario possidendas.

809. (Wocko de Sowynecz et de Helfsteyn Machne de Mezirziecze alias de Krzizanow conthorali sue legittime villas Sobyechleb cum Curia inferiore in Nyeczicz cum Curia pratis robotis agris cultis et incultis hominibus censualibus et non censualibus, et villam superiorem Nyeczicz cum hominibus pratis et vniuersis pertinencijs ad predictas villas et Curias spectantibus omnibusque fructibus et vsibus, quibuscumque nominibus vocentur, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod habet Jus, dempto Jurepatronatus ecclesie in Sobyechleb, ac exceptis auena et pullis lignalium in supradictis villis, que nominanter pro Castro Helfsteyn reseruat, in Quadringentis sexagenis grossorum Jure veri dotalicij dat et deputat possidendas, Stephanus de Wartnow illud suscepit asserens, hoc ipsius esse bonum.)

810. (Wocko de Sowynecz Machnam de Mezirzicze alias de Krzizanow conthoralem suam legittimam de bonis ipsius hereditarijs in Krzizanow, que cesserant ei post dominam Alenam In et ad bona Helfsteyn, videlicet super villa Opatowicz cum Curia allodiali ibidem agris cultis et incultis pratis pascuis communitatibus robotis hominibus censualibus et non censualibus censibus fructibus metis granicijs pleno Jure et dominio,

[1]) *Diese Einlage steht am linken Rande des Blattes.*

[2]) *Steht am linken Rande von derselben Hand.*

1448. nil ibidem sibi suisve heredibus aut successoribus Juris ac dominij reseruando preter Auenam et pullos lignalia et theoloneum Lipnicense, quod in eadem villa accipitur, excepto transducit et dat Jure hereditario possidendum, quia bona ipsius hereditaria predicta in Krzizanow vendidit domino Johanni de Pernstein et pro eisdem pecunias accepit, Hynko de Rokytnicz illud suscepit dicens, illud esse ipsius bonum.)

811. Wocko de Sowynecz Johanni dicto Bradka de Cladnik et eius heredibus duos proprios laneos hereditarios et liberos ibidem in Kladnik cum vniuersis pertinencijs ad eosdem laneos ab antiquo spectantibus, ac illud quod iuxta subsidem iacet, in quo piscina possit extrui, nil ibidem Juris aut proprietatis sibi suisve heredibus reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendos.

812. Jacub de Czetkowicz Zdenkonem de Swabenicz omnium bonorum suorum habitorum seu habendorum facit potentem commissarium, Et si quid de eisdem bonis idem Jacub commiserit faciendum, ipse Zdenko facere debet et dispensare.

(F. LV. r.) 813. Burgyan de Wlcznow et de Weletyn Zychonem de Lippynna patruum suum super omnibus, que habet vel habebit, in veram suscepit vnionem.

814. Katherina z Wilemberka Bohuslaum de Przeboz maritum suum legittimum super bonis suis videlicet villis Wranowe, Lhota, Pieczikow, Strzietez, Swynow, Waczetin, Rowen, Prziekazy, Curijs Molendinis piscinis fluminibus pratis siluis et super omnibus, que habet aut habebit et ad quod Jus habet, in veram suscepit vnionem.

815. Philippus de Vgezd Nicolao de Onicz et de Newogicz In et super villa Tyessowie super decem laneis in illa parte versus Brodam Vngaricalem In octo laneis ex altera parte desuper a silua in duobus laneis decem marcas grossorum annui census in pignus veri dotalicij dat et deputat possidendas.

816. Nicolaus de Onicz et de Newogicz Elzcze de Vgezd conthorali sue legittime In et super villa Letossow et in villa Tyessowie super decem laneis ducentas quinquaginta marcas Jure veri dotalicij dat et deputat possidendas, Philippus de Vgezd pater eiusdem Elzcze illud suscepit.

817. Philippus de Vgezd Burgyanum de Wlcznow et de Weletin et Nicolaum de Onicz alias de Newogicz super villas Vgezd, Tyessow et Zakrzow et vniuersis earum pertinencijs in veram suscepit vnionem et super suam hereditatem.

818. Dorothea de Zahlinicz, heres post patrem suum Smetanam ibidem de Zahlynicz, Conthoralis Ade de Policz, Johanni Kuzelowi de Zerawicz et de Quassicz et eius heredibus propriam hereditatem suam In et super Curia ibidem in Zahlinicz cum omnibus plenarijs robotis in duobus laneis, duabus tabernis et nouem curticulis ac hominibus censualibus agris cultis et incultis vtilitatibus obvencionibus et Justis censibus ac vniuersis pertinencijs ad dictam Curiam laneos tabernas et curticulas ab antiquo spectantibus, prout sola tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi Juris proprietatis aut dominij heredibus et successoribus suis inibi reseruando, intabulauit hereditario Jure possidendam, Et si alicubi in tabulis 1448. insertum pro dicta Dorothea ac pro patre ipsius Smetana inveniretur, nullius debet esse vigoris et momenti.

819. (Johannes Nahradek de Studnicz Jacobo Sokolowi de Paczow et eius heredibus suam propriam hereditatem super Municione et Curia ibidem in Paczow in hominibus siluis nemoribus riuis pratis et alijs pertinencijs ad predictam Curiam et bona spectantibus dat Jure hereditario possidendam.)

820. Artlebus de Ostrow alias de Cunowicz Commissarius orphanorum Pardussij de Mostyenicz Ade de Nemochowicz plebano in Oswyetyman et Johanni de Rudy eiusque heredibus villam Mostyenicz cum Curia agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus ortis pomerijs pratis pascuis censibus robotis vsibus et vniuersis pertinencijs siluis nemoribus aquis riuis fluminibus et alijs appendicijs ad eandem villam ab antiquo spectantibus, prout ipse Pardus tenuit et ad quod Jus habuit, Nil sibi ac suis uel dicti Pardussij heredibus seu successoribus Juris proprietatis aut dominij in ibi reseruando dat et intabulat Jure hereditario possidendam, Et hec intabulacio facta est de mandato nobilis domini Johannis de Czimburg et de Thowaczow, Capitanei Marchionatus Morawie.

821. Henricus Sassek de Podhagi Wysskoni de Strzietez et eius heredibus in villa Lukych suam hereditatem in dimidio octauo laneis agris cultis et incultis hominibus censualibus et non censualibus siluis ac vniuersis ad eosdem laneos pertinencijs, nil sibi aut suis heredibus Juris hereditatis aut dominij inibi reseruando, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, dat et intabulat hereditarie possidendam.

(F. LV. v.) 822. Raczek de Wysskow Johannes de Vhrzecz et de Drzienowe Wilhelmus de Cokor Raczko de Zborowicz et de Czetochowicz Jan de Drzienowe Johannes Borzita de Jarohnyewicz fideiussores pro olim Zawissio de Cunczicz Nicolao de Gogolin et Vrsule de Zastrzizl conthorali ipsius propriam hereditatem ipsius Zauissij, quitquam habuit (in Trubkach videlicet Municionem Curiam cum duabus araturis)[1]) et in Zdyslawicz, quid ibi habuit cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vsibus ortis siluis Trubeczkymi et Zdyslawskymi Molendinis piscina reseruaculo alias halterz aquis fluidis et non fluidis pratis Trubeczskymi et Zdyslawskymi vineis pascuis communitatibus nemoribus montibus vallibus metis granicijs pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs, prout eadem bona in suis metis et gadibus sunt distincta, pleno Jure et dominio, sicut idem Zauissius tenuit et ad quod Jus habuit, Nil Juris dominij aut proprietatis sibi seu Zauissij heredibus aut successoribus ibidem reseruando dant et intabulant Jure hereditario possidendam, Raczko de Czethochowicz hanc intabulacionem pro Vrsula supradicta loco Curie in Surowicz et eius pertinencijs suscepit.

823. Katherina de Czihowicz Margaretham de Cokor filiam Zdenkonis sororinam suam de et super Curia in Cokor et super omnibus, quitquam ibidem habet, et Jurepatronatus ecclesie ibidem in Cokor ad quod Jus

[1]) *Am rechten Rande steht von anderer Hand die Note: „Ista Cancellacio et delecio facta est solum pro villa Trubki et eius pertinencijs sine preiudicio ville Zdislawicz et eiusdem pertinencijs hic intabulatis.“*

1448. habet, in veram suscepit vnionem, preter illud pratum, in quo Bohusse fecit fecit (sic) piscinam, pro quo prato dedit ei aliud pratum, super quo prato eciam ipsam recepit in vnionem.

824. Johannes de Dubnan Protiwczoni de Zastrzizl a z Pawlowicz et eius heredibus medium hereditatis sue in Kozoged cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis censibus fructibus pratis nemoribus pascuis communitatibus piscinis riuis vniuersisque pertinencijs ad eandem medietatem ville ab antiquo spectantibus metis granicijs, prout eadem bona in suis limitibus sunt distincta, Juris proprietatis seu dominij reseruando, eandem medietatem ville pleno Jure et dominio dat et intabulat Jure hereditario possidendam, vnacum silua dicta Opatowsky.

825. Johannes de Dubnan Andree et Johanni fratribus de Zastrzizl et de Chwalkowicz et eorum heredibus medium hereditatis sue in Kozoged cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis censibus fructibus vsibus nemoribus pratis pascuis communitatibus piscinis riuis et cum omnibus pertinencijs ad eandem medietatem ville ab antiquo spectantibus et pertinencijs metis granicijs, prout eadem bona in suis gadibus sunt limitata et distincta, et prout solus cum fratre suo tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi suisve heredibus aut successoribus Juris proprietatis aut dominij reseruando, illam totam medietatem dat et intabulat Jure hereditario possidendam vnacum Silua dicta Opatowsky.

826. Wocko de Holenstein Hennikoni de Waldstein alias de Zidlochowicz et eius heredibus villas Czisstyn, Dobrochow, Wranowicze, Sluzin vnum laneum in Wyczow cum omnibus et vniuersis suis pertinencijs et graniciebus earundem, Nil sibi aut heredibus suis ibidem Juris et proprietatis reseruando, in mille marcis grossorum in pignus veri dotalicij, prout ipsemet ab eo tenuit sibi condescendit et restituit possidendas.

827. Adam plebanus in Oswyetiman Johanni de Rudy et eius heredibus omne Jus suum, quod cum eo Johanne super villa et bonis in Mosstyenicz habuit, per Artlebum cessit et resignat Jure hereditario possidendum, renunccians eidem in tabulacioni.

828. Hermannus de Zastrzizl et de Pawlowicz, Henricus de Tussicz, Wlczko de Zarussek, fideiussores pro Smilone de Nemoticz iam defuncto, Styepankowi de Zastrzizl et de Dobroczkowicz et eius heredibus hereditatem eiusdem Smilonis medium quintum laneum medietatem Jurispatronatus ecclesie in Lyskach cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis metis granicijs et vniuersis pertinencijs eorum quinti medij lanei, prout idem Smilo solus tenuit et ad quod Jus habuit, et cum Regali Berna, nil sibi suisve heredibus ac Smilonis successoribus Juris proprietatis inibi reseruando, dant et intabulant Jure hereditario possidendum.

(F. LVI. r.) 829. Johannes de Ruda Nicolaum de Onicz alias de Milonicz super villa Mosstyenicze et eiusdem ville vniuersis pertinencijs, et ad quod Jus habuit in veram suscepit vnionem.

830. Hennigko de Waldstein alias de Zidlochowicz Zichoni de Wolfsperg et eius heredibus In et super villa Wranowicz octo sexagenas grossorum annui census in LXXX sexagenis grossorum in pignus veri dotalicij intabulat possidendas, Exclusis illis hominibus, quos prius Anne de Jerspicz ibidem inpignorauit et intabulauit. 1448.

831. (Nicolaus de Domamyslicz Johanni Borzite z Bystrzicze et de Jarohnyewicz et eius heredibus hereditatem suam Molendinum et laneum liberum in villa Kowalowicz iuxta Czisstyn cum hominibus censualibus et non censualibus agris cultis et incultis pratis pascuis communitatibus aquis littoribus censibus fructibus metis et vniuersis pertinencijs ad predictum Molendinum et laneum spectantibus, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi suisve heredibus Juris proprietatis aut dominij ibidem retinendo, dat et intabulat Jure hereditario possidendam.)

832. Briccius de Pyenczin Johanni de Pyenczin et suis heredibus villam Polom cum omnibus pertinencijs ipsius pratis pascuis siluis nemoribus piscinis aquis aquarumque decursibus, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, pleno Jure et dominio dat et intabulat Jure hereditario possidendam.

833. (Johannes de Hynczndorff Margarethe de Ssarow conthorali sue legittime Curiam suam propriam in Tuczap cum agris cultis et incultis plenis robotis ad eandem Curiam spectantibus nemoribus piscina et loco piscine alias Rybnysstye, in hominibus censuantibus et non censuantibus et vniuersis appendicijs ad eandem Curiam pertinentibus, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, in tribus marcis grossorum et XVIII grossis census annui Jure veri dotalicij dat et intabulat possidendam, Henricus Barziczsky hoc dotalicium suscepit dicens, illud esse bonum ipsius Margarethe, et hoc dotalicium in centum sexagenis grossorum dedit et deputauit Jure dotalicij tenendum.)

834. Hennigko de Waldsteyn et de Zidlochowicz potens Commissarius domini Pusskonis bone memorie Wysskoni de Strzietez et eius heredibus hereditatem eiusdem Pusskonis in villa Chudobin super medio laneo XXXVI grossos census annui cum agris cultis et incultis metis granicijs pascuis et omni Jure et dominio ac vniuersis pertinencijs ad illud spectantibus, dat et intabulat hereditarie possidendos.

835. Anna de Ssebetow Alberto de Humburk et eius heredibus bona sua hereditaria, que michi cesserunt post Jesskonem de Lhotta, maritum meum legittimum, sit multum uel parum, nil penitus excluso, et ad quod Jus habeo, do et deputo ac intabulo hereditarie possidenda.

836. Benessius de Tuczap Martino dicto Doman et eius heredibus Curiam allodialem in Tuczap cum quatuor hominibus ibidem censuantibus agris cultis et incultis ad ipsam Curiam pertinentibus metis granicijs siluis aquis aquarumve decursibus pratis pascuis pleno Jure et dominio ac vniuersis pertinencijs, nil sibi heredibus et successoribus suis ibidem Juris proprietatis uel dominij reseruando, vendidit Jure hereditario possidendum.

837. Andreas de Mysslau Anne de Oppatowicz conthorali sue legittime quatuor marcas grossorum census annui in Raczkow in hominibus sessionatis et liberis et super omnibus ad Raczkow pertinentibus dat et intabulat in quadraginta marcis grossorum Jure veri do-

1448. talicij possidendas, Jacobus de Dobrczicz illud suscepit asserens, hoc esse ipsius Anne bonum.

(F. LVI. v.) 838. Henricus de Mezlossicz Martino de Hrzisscz et eius heredibus Curiam suam in Stichowycz, in qua pronunc Budeck residet, curticulam Molendinum et vniuersis ad eandem Curiam pertinencijs pascuis vijs metis, et vnum aggerem alias nywu propiorem ville Stichowicz, que quondam ad Curiam Plumlowiensem spectabat, quam diuidit riuus Rudnik, et cum illis piris, que stant in eodem aggere alias nywye sub via illa, que diuidit nemus Januow, ab illo aggere alias nywy et vadum, ab illo vado flumine et lucum vsque ad villam et locum molendini antiqui alias Stare Mlynisstye in eodem flumine, montem olim Medkowu cum siluis nemore, quod iacet ad Mostkowicz, omni Jure et dominio, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, et vniuersis metis et granicijs, quemadmodum eadem Curia cum suis pertinencijs ab antiquo est limitata, Nil sibi suisve heredibus ac successoribus Juris aut dominij ibidem reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendum.

839. (Wenceslaus de Laznik Johanni de Prossinek et eius heredibus mediam Curiam ante Prerowiam in platea dicta Zidowska agris cultis et incultis pratis et vniuersis eiusdem medie curie pertinencijs metis et granicijs, nil sibi suisve heredibus aut successoribus Juris proprietatis seu dominij inibi reseruando, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, dat et intabulat hereditarie possidendam.)

840. Johannes de Bystrzicz et de Jarohnyewicz Nicolao de Onicz et de Newogicz et eius heredibus hereditatem suam Curiam cum curticula in Sardiczkach, in qua residet Melan, qui annuatim censuat duas marcas grossorum minus quatuor grossis, et vniuersis pertinencijs ad eandem Curiam spectantibus et curticulam, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, Nil sibi suisque heredibus Juris proprietatis aut dominij reseruando dat et deputat hereditarie possidendam.

841. Johannes de Bystrzicz et de Jarohnyewicz Nicolao de Onicz et de Newogicz et eius heredibus in villa Clobuczkach quatuor sexagenas grossorum minus quatuor grossis census annui in hominibus ibidem, quemadmodum solus tenuit et ad quod Jus habuit, Nil sibi aut suis heredibus inibi Juris aut proprietatis reseruando, dat et intabulat Jure dotalicij possidendas, et eo Jure dotalicij quo solus possedit vtendas.

842. Jacubeck de Dobrczicz, Martynak de Blazicz, Wenceslaus de Lesstney, Johannes de Lowyessicz, Valentinus de Blazicz fideiussores pro olim Koyana, Wenceslao et Johanni fratribus de Bezvchowa, et Byetye matri eorum et eorum heredibus hereditatem olim Koyany Curiam in Opprostowicz cum duobus ortis agris cultis et incultis pratis cum loco deserte piscine alias Rybnisstye nemoribus metis granicijs cum pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs ad eandem Curiam ab antiquo spectantibus, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi aut suis heredibus Juris proprietatis seu dominij reseruando, dant et intabulant Jure hereditario possidendam.

843. Margaretha et Barbara et Agnezka[1]) filie Jo- 1448.
hannis de Przestawlk Jacubconi de Dobrczicz et eius heredibus hereditatem suam propriam in villa Przestawlk in Curia in dimidio altero laneis agri, prout ad eandem Curiam pertinent, et in Sex laneis in villa, qui censuant annuatim decem sexagenas grossorum, in duabus curticulis ibidem in Przestawlk et in alijs duabus curticulis in Dobrczicz siluis sicut ad eandem Curiam pertinent et quemadmodum in suis metis et limitibus ab antiquo est distincta, Nil sibi aut suis heredibus inibi Juris proprietatis aut dominij reseruando, dant et intabulant hereditarie tenendum.

(F. LVII. r.) 844. Hynko de Rokytnicz Margaretham de Thassow conthoralem suam legittimam, Johannem de Rokytnicz fratrem suum germanum, et Alssonem de Wrahowicz fecit veros Commissarios bonorum suorum et puerorum suorum tali condicione, quod dum ipsum decedere contigerit, ipsa Margaretha debet esse suprema commissaria bonorum et orphanorum, quandiu statum viduitatis non mutaret, et alij commissarij in eo non debent ipsam impedire, imo debent eam consilijs et auxilijs adiuuare, Sed dum statum suum mutauerit, eius dotalicium debent ei ad plenum dare, et commissarij bona et pueros debent regere, prout de ipsis pleniter confidit, Et quitquid de bonis suis idem Hynko disposuerit et commiserit, hoc totum commissarij debent adimplere et dispensare.

845. Johannes Staniczkonis de Senicz Johanni Zub de Zdyetyn et eius heredibus duas marcas grossorum annui census in Media Curia in Sobaczow et in hominibus eiusdem Curie, quas post patrem suum et matrem Jure dotalicij possedit, et ad quod Jus habuit, nil sibi aut suis heredibus ibidem Juris reseruando, vendidit eodem Jure dotalicij tenendas, Et si alicubi in tabulis terre pro se intabulatum fuerit illud debet aboleri et annullari, similiter si ipsi Staniczkoni fuerit intabulatum, equaliter debet aboleri.

846. Wyssko de Strzietez Margaretham de Lhotta conthoralem suam legittimam de ipsius dotalicio, quod habuit in Strzietez, LXXX marcas grossorum transducit in et super Curiam allodialem in Chudobyn duos ortos, vnum iuxta Curiam, alium contra fontem, siluam proximiorem supra Chudobyn dictam hora, et riuum, qui fluit sub illo monte, et quidquid ad illum montem pertinet, et super pratum sub Sobaczow versus Luthouiam agros cultos et incultos promontorium alias kopecz pomerium pascua venaciones, ad quod Jus habuit et quid ad eandem Curiam pertinet et prout eadem Curia in suis metis et granicijs existit, Item super medio laneo ibidem in Chudobyn, quem a domino Henikone de Waldsteyn habet, qui censuat XXXVI grossos census annui, et super omnia mobilia alias nadbyty, que sunt in eadem Curia, ad predictas LXXX marcas viginti marcas grossorum eidem addendo, sic quod in toto Centum marcas grossorum in predictis bonis eidem Margarethe do et deputo Jure veri dotalicij possidendas, hoc apponendo, quod abinde non debet amoueri, donec statum suum non mutaret, Quod si interim decederet, quod cui vellet sua committere posset, Jessko de Chilecz illud suscepit dicens, hoc esse ipsius bonum.

[1]) *Die von derselben Hand geschriebenen zwei Worte „et Agneska“ stehen oberhalb der Zeile.*

1448. 847. Dorothea et Hedwika filie Mikssonis de Syrawa sub Prerowia Wenceslao de Laznik et eius heredibus Curiam suam allodialem sub Prerowia in platea Judeorum cum agris cultis et incultis pratis metis granicijs cum vna minori curticula robotis censibus vsibus fructibus de illa curticula pleno Jure et dominio et vniuersis pertinencijs ad eandem Curiam spectantibus et ad quod Jus habent, Nil sibi aut suis heredibus inibi Juris ac dominij reseruando dant Jure hereditario possidendam.

848. (Mikess de Laznik Wenceslao de Laznik et eius heredibus curiam suam hereditariam in parua Laznicz-kach cum vno quartali agris cultis et incultis pratis pascuis siluis nemoribus aquis fluidis et stacionarijs duabus piscinis desertis cum praeta Zatiessow pleno Jure et dominio, prout eadem bona ab antiquo sunt limitata, et quemadmodum solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil Juris dominij ac proprietatis sibi ac suis heredibus inibi reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendam.)

849. Mathussius de Przedmosstie Paulo de Przedmosstie et eius heredibus Terciam partem medie Curie ibidem in Przedmosstie cum omnibus pertinencijs ad eandem terciam partem medie Curie spectantibus prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, Nil sibi in eadem tercia parte Juris reseruando, vendidit Jure hereditario possidendam, Aliam vero terciam eiusdem medie Curie pro se et suis heredibus reseruauit.

(F. LVII. v.) 850. (Mathussius de Przedmosstie 1448.
Wenceslao de Przedmostie et eius heredibus Terciam partem medie Curie ibidem in Przedmosstie cum omnibus appendicijs ad eandem terciam partem eiusdem medie pertinentibus, prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, pleno Jure et dominio vendidit Jure hereditario possidendam, Aliam vero terciam partem eiusdem medie pro se et suis heredibus reseruauit.)

851. Krzizek de Tupecz Wilhelmo de Vgezd et eius heredibus Curiam suam hereditariam cum dimidio altero quartali agrorum in Wladyczim Vgezdye cum agris cultis et incultis, cum medijs pratis et nemoribus metis et granicijs pleno Jure et dominio, quid ad huiusmodi alterum dimidium quartale pertinet, et prout solus tenuit et ad quod Jus habuit, nil sibi aut suis heredibus Juris aut dominij reseruando, dat et intabulat Jure hereditario possidendam.

852. Andreas de Studnicz Margaretham de Knyhnyczek conthoralem suam legittimam et Nicolaum Bystrzicze de Onicz et de Milonicz facit potentes commissarios omnium puerorum et bonorum suorum habitorum et habendorum, quousque predicta conthoralis ipsius statum viduitatis non mutauerit, dum autem statum viduitatis sue mutauerit extunc prefatus Nicolaus in eadem commissione ad annos debite etatis puerorum predicti Andree debet effectualiter permanere.

(Fol. sequens impaginatum vacat.)

Knyhy pana Proczka z Kunstatu.[1]

1464. (F. I. r.) 1. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Quarto Sabbato post post (sic) Epiphanias domini[2]) Celebratum est colloquium Baronum Czude Olomucensis presidentibus Serenissimo Principe et domino domino Georgio Rege Boemie et Marchione Morauie, necnon Reuerendo in Christo patre et domino domino Prothasio de Bozkowicz, Episcopo Olomucensi, et Generosis dominis Baronibus, domino Henrico de Lippa, Capitaneo Marchionatus Morauie et Supremo Marschalko Regni Bohemie, domino Proczkone de Cunstat Supremo Camerario, domino Nicolao Bystrzicze de Oynicz, Supremo Czudario Czude Olomucensis, et famoso Heinrico de Bystrzicz Prothonotario Tabularum Marchionatus Morauie, domino Johanne de Czinnburk et Thowaczow, domino Benessio de Bozkowicz, domino Johanne de Pernstein, domino Wankone de Bozkowicz, Supremo Camerario Czude Brunnensis, domino Markwardo de Lomnicz, domino Karolo de Wlassim alias Vssow, domino Georgio de Liechtenburg, domino Wockone de Sowinecz, domino Matheo de Sternberg, domino Zdenkone Kostka de Postupicz, domino Henrico de Lichtenburk, domino Stephano de Liechtenburk alias Czornstein, domino Wenceslao de Wlassym et Vssow, domino Johanne de Waldstein, domino Johanne Cuna de Cunstat, domino Bohussio de Lomnicz, domino Stiborio de Czinnburg et de Thowaczow, domino Georgio de Sternberg et Luckow, domino Boczkone Suchyczrt de Cunstat, domino Puta de Sowinecz, domino Czenkone Cuna de Cunstat, domino Hinkone de Sowinecz et Pnyowicz, domino Wolfgango Kragierz de Kreig, domino Hinkone de Waldstein et Zidlochowicz, domino Nicolao de Lantstein, domino Milota de Tworkow, domino Wilhelmo de Miliczin.

(F. I. v.) 2. Cristoforus Bystrzicze de Oynicz Nicolao Bystrzicze de Oynicz alias de Cromierziz et heredibus eius villam Vhercze prope Milonicz cum loco municionis Curia agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus censibus vsufructibus Molendino loco pascuarum montibus vallibus siluis nemoribus rubetis piscina aquis fluentibus et non fluentibus cum omnibus et singulis pertinencijs, que ad dictam villam Vhercze ab antiquo spectant et pertinent, Eo excepto, quod ad vicariam ecclesie Olomucensis pertinet, intabulat inscribit donat et dat in veram hereditatem et hereditarie possidendam. 1464.

3. Diwiss de Chlum et de Drazuowek Nicolaum Bystrzicze de Oynicz et de Cromierziž super omnibus bonis suis habitis et habendis in futurum suscepit et suscipit in veram vnionem.

4. (Diwiss de Chlum et de Drazuowek Elsscze de Zwola Conthorali sue XXV sexagenas grossorum census annui in ducentis et quinquaginta Sexagenis grossorum in et super propria sua hereditate super villa Weterzow et in omnibus pertinencijs ad eandem villam spectantibus racione veri dotalicij et in verum eius dotalicium intabulat dat et inscribit, Nicolaus Bystrzicze de Oynicz et de Cromierziž suscepit.)

5. Anno domini Millesimo CCCC° LVIII° feria V^ta^ Inuencionis Stephani[3]) infrascripta acta sunt que tangant Orphanum Henrici de Ragecz.

Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Rex Boemie et Marchio Morauie Johanni de Mirow et de Raycze filio Henrici de Ragecz addidit annos sic, quod posset facere se Capitalem debitorem ad deputandum demonstrandum et proscribendum dotalicium Matri sue, Nunccij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Johannes de Czinnburk et Thowaczow et Karolus de Wlassym.

6. Willas Radkow Petruowky et in Trnawka quitquid ad Radkow pertinet cum Curia allodiali seu arature in Radkow pratis robottis fluminibus Molendinis siluis Nemoribus et cum omnibus vtilitatibus, quibuscumque nunccupentur nominibus Wenceslaus de Wlassym et de Vssow, Johannes Thunkl de Brničzko, Wenceslaus de Strazisstie, Hinko de Zwola, Zbynko de Zwola, Beness de Strzitež fideiussores pro Orphano Henrici

[1]) *Dieser Titel des XI. Olmützer Buches, welches die Jahre 1464—1466 umfasst, steht auf der Vorderseite des ersten Textblattes, ist jedoch von einer viel späteren Hand und mit einer blässeren Tinte geschrieben.*

Auf der Aussenseite des vorderen Umschlagsblattes ist das Kunstäter Wappen angebracht, während die Aussenseite des rückwärtigen Umschlagsblattes mit dem Bilde der h. Mutter Gottes geziert ist.

[2]) *d. i. den 7. Jänner.*

[3]) *d. i. den 3. August 1458.*

1464. Rageczki, cui dominus Rex Georgius annos addidit, quod posset se facere Capitalem debitorem in litera capitali vice et nomine dicti Orphani Zdenkoni de Postupicz et heredibus eius Jure et inpignoracione dotalicij in ducentis et quinquaginta Marcis grossorum bonorum intabulant et inscribunt.

7. (Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie Omne Jus suum, in villa Radkow et Curia arature et in villa et eciam in tribus censitis in Oppido Trnawka) (sic).[1])

8. Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie Omne Jus suum in villa Radkow et Curia arature et in villa Petrowky et eciam in tribus censitis in Oppido Trnawka ad Radkow pertinente cum censibus agris pratis pascuis piscinis riuis siluis et omnibus alijs pertinencijs per mortem cuiuscumque in ipsam regiam maiestatem deuolutis Zdenkoni Kostka de Postupicz intabulat dat et inscribit in veram diedicztwie alias hereditatem, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Johannes de Czinnburg et Thowaczow et Johannes de Pernstein.

(F. II. r.) 9. Wanko de Bozkowicz Supremus Camerarius Czude Brunnensis facit contradictorium alias odpor Zdenkoni Kostka de Postupicz contra hanc intabulacionem, quam fecit Serenissimus Princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Morauie Marchio super tribus censitis in Trnawka asserens, se in eis hereditatem habere.

10. Serenissimus Princeps et dominus dominus Georgius Rex Boemie et Marchio Morauie Wankoni de Bozkowicz, Supremo Camerario Czude Brunnensis, et heredibus eius Castra Bozkowicze cum omnibus bonis pertinencijs vtilitatibus prouentibus et vsufructibus, quocumque nomine vocitatis, ab antiquo ad dicta Castra spectantibus, donat et dat in veram hereditatem ac hereditarie possidenda, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Johannes de Czinnburg alias Thowaczow et Johannes de Pernstein, Tenor autem donacionis et priuilegij sequitur in hec verba:

My Girzi z Bozie milosti kral Czesky Markrabye Morawsky Luczinbursky a Slezsky Wewoda a Margrabye Luziczsky Oznamugem listem tiemto wssem Ze Znamenawsse pilne a wierne sluzby Vrozeneho Wanka z Bozkowicz komornika Czudy Brnyenske wierneho nasseho mileho kterez nam czinil gest czinie a gesstie tiem pilniegie cziniti gma a bude chtiecze gemu yakozto dobrze zasluzilemu zase dobrze vcziniti a milostiwu wdiecznosty gemu otplatiti y take dosti vcziniti za ty dluhy, kterez Przedek nass Nayjasniegssie kral Ladislaw y take my gemu dluzni gsme byli za naklady kterez gest czinil chowage hradu nasseho Sspilnberka tak aby gyz ten hrad kteryz jest siedlo naypoczti-wiegssie Markrabye Morawskeho od swrchupsanych Wanka a geho Erbuow Ze wssech dluhuow wyswobozen byl s dobrym rozmyslem a s raddu wiernych nassich hrady nasse Diediczke Bozkowicze s gich wsselikym przislussenstwiem, kterez kniem przislussegi a kterymizby koli gmeny mohli menowany byti, yakoz gsme my a nassi przedczi drzeli y s tiem wssym prawem a panstwiem a listy, yakoz nassi Przedkowe ot Markrabye Jossta dobre pamieti nato gmielj gsu, temuž Wankowi a geho Diediczom dali gsme diediczky a wiecznye a moci listu tohoto dawame tak aby ty hrady nadepsane on y geho diediczi gyz potom wzdy gmielj a drzeli bez wsselike przieka zky a naroku nass i nassich diediczuow a buduczich, kromije toto sobye Zachowawame, aby hradowe swrchupsanie nam aneb nassi moczi kdyzbychme toho požadali protiw kazdemu otewrzini byli bez gich sskody na nass naklad beze lsti, Tomu na swiedomie peczet nassi kralowsku kazali gsme przziwiessiti k tomuto listu dan w Praze w Pondieli po Swate Alzbiethie leta ot Narozenie Sina Bozieho Tissiczieho Cztirzisteho padessateho Ossmeho kralowstwie nasseho leta prwnieho. 1464.

11. (Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Rex Boemie et Marchio Morauie Wankoni de Bozkowicz et heredibus eius nouem sexagenas grossorum census annui in villa Drzowicz per mortem Ade de Hrussek in regiam maiestatem deuolutas donat dat et intabulat in veram hereditatem et hereditarie possidendas, Nuncij ad tabulas per eundem dominum regem dati Johannes de Czinnburk et de Thowaczow et Johannes de Pernstein.)

12. Stiborius de Wežek Elsscze de Laznik Conthorali sue in Octuaginta Margis grossorum bonorum in et super hereditate propria in Wežky, quam habet et possidet, et in omnibus pertinencijs in hominibus Curia piscinis siluis octo marcas census annui Jure dotalicij et in verum ipsius dotalicium intabulat dat donat et inscribit, Johannes de Wežek suscepit.

(F. II. v.) 13. Petrus Roman de Withowicz et de Zlyn Nicolaum Roman de Withowicz fratrem suum suscepit et suscipit super Municione et Oppido Zlyn et omnibus bonis suis, que habet vel habebit in futurum, in veram vnionem.

14. Margaretha de Žakowicz et de Lechoticz Petrum Roman de Withowicz et de Zlyn et Johannem dictum de Zakowicz super villis Lechoticz et Hossczissow cum omnibus earundem villarum ab antiquo pertinencijs suscepit et suscipit in veram vnionem.

15. Johannes Crupsa de Przziluk Herssonem de Przziluk patruum suum super omnibus bonis suis, que habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

16. Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie Arkleboui de Zastrzil et Litenczicz et ipsius heredibus indiuisis omne Jus in regiam magestatem deuolutum per mortem relicte olim Rechinberk et signanter in Triginta marcis grossorum, quod in villa Litenczicz Jure dotalicij habuit, intabulat dat et inscribit in verum dotalicium et Jure dotis[2]) possidendum, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Johannes de Czinnburg et de Thowaczow et Karolus de Wlassim et de Vssow.

17. Wilhelmus de Miliczin Bohussio Bohuschio (sic) et Petro de Drnowicz et ipsorum heredibus willas Raycze cum duobus locis municionum Jurepatronatus ibidem

[1]) *Am rechten Rande steht von einer anderen Hand die Note: „Hec Cancellacio non preiudicat alijs intabulatis.“ (Siehe die Einlage Nr. 8.)*

[2]) *Die Worte „dotalicium et Jure dotis“ stehen auf einer ausgekratzten Stelle, und dazu gehört die im Orig. am rechten Rande der Einlage von einer anderen Hand beigefügte Note: „Ista rasura non preiudicat.“*

1464. Petrowicze et Wawrzincze cum hominibus censuantibus et non censuantibus Curijs agris cultis et incultis pratis pascuis locis pascuarum Robottis deserta piscina Molendino aquis fluentibus et stantibus siluis rubetis Nemoribus vallibus montibus et alijs omnibus pertinencijs, quibuscumque nominibus possunt nominari, pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nullum Jus proprietatis sibi et heredibus suis et successoribus reseruando, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem.

18. Johannes de Lantstein et de Ostrohy Procopio de Prusynowicz et heredibus ipsius villam Rymicze cum Curia Robottis hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis pratis pascuis locis pascuarum nemoribus rubetis piscinis locis piscinarum alias s Rybnisstiemi aquis fluentibus et non fluentibus Jurepatronatus in Rymicz cum Berna Regali et omnibus pertinencijs ad dictam villam ab antiquo pertinentibus metis et graniciebus pleno Jure et dominio, prout ipsemet tenuit, nichil sibi Juris dominij et proprietatis et heredibus suis ibidem reseruando, intabulat donat et inscribit in veram hereditatem.

19. Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie Hinkoni de Zwola et de Goltstein ac heredibus ipsius Omne Jus per mortem Johannis de Wiczkow et de Ptenij vel matris ipsius vel alteriuscumque sine alio quouismodo ad ipsam regiam maiestatem deuolutum in municione et villa Ptenij cum censu agris pratis pascuis piscinis riuis siluis et omnibus alijs pertinencijs similiter et alia quecumque bona, ad que prefatus Johannes vel mater eius Jus habuerint, intabulat dat et insinibit in veram hereditatem, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Johannes de Czinnburk et de Thowaczow et Karolus de Wlassim et de Vssow.

20. Serenissimus princeps et dominus dominus Ladislaus Boemie Rex et Marchio Morauie Henrico de Morkowicz Barziczki cum Salomena Nicolai Kigik de Hartmanicz filia Orphana dedit et concessit veram vnionem Nunccij ad tabulas per eundem dominum regem dati Matheus de Ssternberk et Wenceslaus de Wlassym et Vssow.

(F. III. r.) 21. Wenceslaus Zemanek de Zdislawicz Henricum de Morkowicz de Barzicz et heredes ipsius super omnibus bonis suis in Zdislawicz et in Zborowicz et alias vbicumque habitis et habendis cum omnibus eorundem bonorum pertinencijs suscepit et suscipit in veram vnionem.

22. (Margaretha de Prusinowicz et de Trssicz Bohuslaum de Kokor virum suum super municione et villa Trssicz et super omnibus bonis suis vbicumque habitis et habendis, et ad quod ius habet, cum omnibus eorunde[illegible]bonorum pertinencijs suscepit et suscipit in veram vnionem.)[1]

23. Hinko de Rokitnicz Johanni de Slawikowicz et heredibus ipsius willam Dubrawicze cum loco Municionis molendino piscinis reseruatorijs piscium alias halterzi silua dicta luh cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus redditibus aquis fluentibus et non fluentibus Rippis robottis pratis pascuis locis pascuarum montibus vallibus Nemoribus et rubetis et omnibus pertinencijs ad dictam villam spectantibus metis et graniciebus cum pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris dominij et proprietatis reseruando ibidem, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem. 1464.

24. (Johannes Jawor de Jawor Georgio de Kužel de Žerawicz et heredibus ipsius willam Trawnik cum loco Municionis Curia riuulis arature robottis theberna braxatili hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vtilitatibus redditibus siluis lucis alias luhy rubetis piscina fluminibus stagnis pratis pascuis locis pascuarum cum omnibus pertinencijs ad dictam villam et bona spectantibus ab antiquo metis et graniciebus, prout ipsemet tenuit, Nichil sibi et heredibus suis Juris et proprietatis ibidem reseruando, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem.)

25. Barbara de Kokor Nicolaum de Cholticz virum suum super omnibus bonis[2]) suis et super eo Jure, ad quod in villa Rosstieni Jus habet, cum omnibus pertinencijs ad dicta bona, ad quod Jus habet pertinentibus suscepit et suscipit in veram vnionem.)[3])

26. Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie Bohusskoni de Kokor et heredibus ipsius Omne Jus dotalicij in villa Kokor per mortem Elsscze Zdenkonis de Kokor relicte in ipsam regiam maiestatem deuolutum intabulat dat et inscribit Jure dotalicij possidendum, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Johannes de Czinnburg alias de Thowaczow et Wenceslaus de Wlassym alias de Vssow.

27. (Anno domini Millesimo CCCC°LII° feria VI^ta post Omnium Sanctorum[4]) infrascripta vnio facta est coram Johanne de Czinnburg alias Thowaczow, protunc Capitaneo Morauie Marchionatus, in Ciuitate Brunnensi.)

(Margaretha de Czamborow Johannem de Zwole et de Sstolcz et filios ipsius Johannem et Hinkonem, quos habet cum sorore ipsius Margarethe Offka nominata, super dotalicio suo, quod in Držowicz in Wrahowicz et in Trpenky habet, et super omnibus, que habet et ad quod Jus habet ibidem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem de Czinnburg protunc Capitaneum dati Wanko de Bozkowicz et Karolus de Wlassym alias de Vssow.)[5])

(F. III. v.) 28. Anno domini Millesimo CCCC°LII° feria VI. post Omnium Sanctorum[6]) infrascripta vnio facta est coram Johanne de Czinnburg alias Thowaczow, protunc Capitaneo Marchionatus Morauie Brunne.

(Margaretha de Czamborow Johannem de Zwola et de Sstolcz et filios ipsius Johannem et Hinkonem, quos habet cum sorore ipsius Margarethe Offka nominata,

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer anderen Hand der Name: „Ladislaw“, d. i. z Bozkowic.*

[2]) *Dieses Wort steht oberhalb der Zeile von derselben Hand geschrieben.*

[3]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von anderer Hand geschrieben „non preiudicat“ und am linken Rande liest man den von einer noch jüngeren Hand angebrachten Namen „Ladislaw“, d. i. von Boskowic.*

[4]) *d. i. 10. November 1452.*

[5]) *Am rechten Rande der Einlage steht von anderer Hand die Note: „Ista Cancellacio non preiudicat alteri intabulacioni, que sequitur immediate.“*

[6]) *d. i. 10. November 1452.*

1464. super dotalicio suo, quod in Držowicz in Wrahowicz et in Trpenky habet, et super omni illo, quod habet et ad quod Jus habet ibidem, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem de Czinnburg protunc Capitaneum dâti Wanko de Bozkowicz et Karolus de Wlassym alias de Vssow.)

29. Barbara de Wiczkow facit contradictorium alias adpor contra hanc intabulacionem, quam Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie super bonis Ptenie et eius pertinencijs fecit Hinkoni de Zwola et heredibus ipsius.

30. Johannes de Železne facit contradictorium alias odpor contra hanc vnionem, qua Margaretha de Prussinowicz Bohuslaum de Kokor virum suum super villa ei Municione Trssicz et eius pertinencijs suscepit.

31. (Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie dedit et concessit veram vnionem Luce Zalczer et eius heredibus cum Orphanis Hanaper in et super villa Lodienycz et super omnibus bonis, que in terra habet et que ad Jus pertinent Terrestre, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Benessius de Bozkowicz et Wenceslaus de Wlassim alias de Vssow.)[1])

32. Georgius Kužel de Žerawicz et de Kwassicz Johanni Husse de Cremnicz et heredibus ipsius villam Podhradie cum loco Municionis Curia piscinis Jurepatronatus, willam Comarow cum Curia, willam Penkow, willam Oldrzichowicze, villam Pohorzelicze cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vtilitatibus robottis pratis pascuis locis pascuarum siluis Nemoribus rubetis fluuijs et aquis fluentibus et non fluentibus loco Molendini sub piscina et cum omnibus pertinencijs ab antiquo ad dictas villas spectantibus cum Berna Regali, metis et graniciebus ab antiquo distinctis intabulat dat et inscribit in veram hereditatem.

33. Protiwecz de Pržne et de Lesstna Johannem de Dobrawoda dictum Selitczky super omnibus bonis suis, que habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

34. (Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Morauie Marchio Zdenkoni de Postupicz Castrum Buzow et Oppidum sub Castro cum Curia arature ibidem Lossticze Oppidum cum Curia arature, villas Podole, Vbičztow, Hwozdecz, Jaworzieczko, Wesseliczko, Woitiechow, Hwozd, Lidmirow, Milkou, Kaderzin, Blažow, Ospielow, Swoynow, Kozow, Bezdyekow, Gerzman, in Hradnicze quinque homines, in Pawlow nouem homines, in Lhotka quatuor homines, in Wessele vnum hominem, cum piscinis siluis Nemoribus pratis robotis Molendinis fluuijs Jurepatronatus in Oppido Buzow et alijs Juribuspatronatus in Losszicz et alibi in dictis bonis, Item Ciuitatem Trebouiam (F. IV. r.) cum subvrbio et Castro ibidem in Trebouia, villas Staru Trzebowu, Rychnow hornie et dolnie, Kunczina hornie et dolnie, Trzebowarow, Vspyeti, Petrussow, Purkessow, Gruna, Bohdalow minus, Bohdalow maius, Žipotin, Mezihorzie, in Chornicz quitquid spectat ad Trebouiam, Dorfflik prope Gewiczko, Malikow, Chrzenow, Luczka, Borssow, Linharticze, Radiczow cum vno omagiali, Andanky, Sussicze, Dorfflik prope Chrzenowe, Janowky, Pohled, Brzeziny, Mosteczna, Vlicze, Rudny, Vtiechow cum vno omagiali, Hartunkuow, Mladiegiow, cum piscinis siluis nemoribus pratis robottis Molendinis fluuijs Theoloneo in Trebouia Juribuspatronatus in Trebouia et villis antedictis metis et graniciebus et omnibus pertinencijs ad dicta bona spectantibus, prout ipsemet tenuit, nichil sibi Juris proprietatis aut alteri cuicumque ibidem reseruando, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Johannes de Pernstein et Karolus de Wlassym alias de Vssow, intabulacio ville Dorfflik posita est solum pro eo Jure, quod dominus Rex ibidem habuit sine preiudicio Benessij de Bozkowicz et heredum ipsius et est prope Gewiczko.)[2]) 1464.

35. Elsska de Mirow facit contradictorium alias odpor Zdenkoni de Postupicz contra intabulacionem ville Radkow, quam fecit Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius etc. Rex pro ipso Zdenkone racione citacionis, qua citauerat Henricum de Ragecz.

36. Serennissimus Princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie Proczkoni de Cunstat Supremo Camerario Czude Olomucensis et heredibus ipsius Oppidum Lesstnicze (in villa Bolelicz quitquid Erhardus de Cunstat habuit) in Oppathowicz viginti marcas grossorum census annui, que ad Lesstnicz pertinent, Jurepatronatus et alias omnes villas Curias piscinas prata siluas cum omnibus vtilitatibus, quibuscumque vocentur nominibus ad Lesstnicz pertinentibus, prout Erhardus de Cunstat tenuit, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem et dominium, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Benessius de Bozkowicz et Czrnahora et Johannes de Pernsstein.

37. Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie Proczkoni de Cunstat Supremo Camerario Czude Olomucensis et eius heredibus Castrum Cunstat cum Oppido villis omnibus Juribuspatronatus Curijs piscinis agris cultis et incultis pratis siluis fluuijs pleno dominio et omnibus pertinencijs, quibuscumque nominentur nominibus, ad dictum Castrum ab antiquo spectantibus, intabulat dat et inscribit in verum dominium et hereditatem, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Johannes de Pernstein et Karolus de Wlassym et de Vssow.

38. (Wanko de Bozkowicz Supremus Czude Brunnensis Camerarius Johanni de Zwola de Mirow et eius heredibus in villa Drzowicz hoc signanter, quod ei datum est per Regiam maiestatem per mortem Ade de Hrussek Juris in ipsam regiam maiestatem deuoluti, prout ipse tenuit, cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis signanter quatuor laneos vnam praytam alias nywu, que tenetur ad tabernam, duos subsides tres ortos cum censibus pratis pascuis aquis fluentibus et non fluentibus vtilitatibus vsufructibus et omnibus pertinencijs ab antiquo ad dicta

[1]) *Am rechten Rande steht von einer viel späteren Hand: „Jan Kuna“, d. i. z Kunstatu, welcher im J. 1528 und 1529 Oberstlandkämmerer von Mähren war.*

[2]) *Im Anfange dieser Einlage steht am rechten Rande von anderer Hand: „Ista cancellacio non preiudicat intabulatis.“*

1464. bona spectantibus, prout Adam et ipsemet Wanko tenuit, nichil Juris proprietatis et dominij sibi et heredibus suis ibidem reseruando, dat intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

(F. IV. v.) 39. Anno etc. M°CCCC°XLVIII° Sabbato post Conductum pasche[1]) in Olomucz vniones infrascripte facte sunt coram Johanne de Czinnburg et Thowaczow, pro tunc Capitaneo Marchionatus Morauie.

Sibilla de Weletin Henricum de Morkowicz et Barzicz virum suum suscepit et suscipit in veram vnionem super Weletiny et super eo Jure, quod habet ibidem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem de Czinnburg Capitaneum dati Johannes de Pernstein[2]) et Proczko de Cunstat, Proczko de Cunstat ea racione datus est Nuncius, quod tunc temporis non fuit Camerarius.

40. Anno domini L^mo^ Brode Hungaricalis in Ciuitate Sabbato ante Mathei Ewangeliste[3]) Coram Johanne de Czinnburga etc. protunc Capitaneo.

Johannes plebanus in Zlyn Emricum de Tučžin super villa Lhotka et super eo omni Jure, quod habet ad eandem villam, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij per eundem Johannem Capitaneum dati ad tabulas Karolus de Wlassym et de Vssow et Georgius de Lantstein.

41. Eodem anno, quo supra, coram dicto Johanne de Czimburg etc. Capitaneo in Cogetin.

Anna de Ssosnowe Diwissium de Chlum super dotalicio suo, quod habet, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem de Czinnburk Capitaneum dati Johannes de Pernstein et Matheus de Ssternberk.

42. Anno etc. L^mo^ in Olomucz coram eodem Johanne de Czinnburk Capitaneo feria IIII post Epiphanias.[4])

Wenczlaw Peter Schreiber filius de Olomuncz Benessium de Bozkowicz et eius heredes super media villa et media Curia in Ossečžan et super omni eo Jure, quod ibi habet, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem de Czinnburg Capitaneum dati Georgias de Crawar et Stražnicz et Wanko de Bozkowicz.

43. Eodem anno die et loco Coram dicto Johanne de Zinnburg Capitaneo.

Margaretha de Lhota Wysskonem de Strzietez virum suum super dotalicio suo et super eo omni, quidquid Jus habet et habebit, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem de Czinnburk Capitaneum dati Georgius de Crawarz et de Straznicz et Benessius de Bozkowicz.

44. Anno etc. LI^mo^ in Redisch coram eodem Johanne de Czinnburk Capitaneo.

Anezka de Vnieticz Nicolaum de Zakrzan super eo, quod in Strzibrniczich et in Tuczapech habet et ad quod ius ibidem habet, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem Capitaneum dati Georgius de Crawarz et Straznicz et Karolus de Wlassym alias de Vssow. 1464.

45. Anno etc. LV^to^ feria IIII^ta^ post Ambrossij[5]) Olomucij coram eodem Johanne de Czinnburg Capitaneo.

Machna de Crumpsin Marcum de Sstiepanow et Georgium de Hartmanow super dotalicio suo, quod habet in Ossek et Sobyechleb villis, et super eo, ad quod ius ibidem habet, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem de Czinnburg Capitaneum dati Wanko[6]) de Bozkowicz alias de Lethowicz et Karolus de Wlassym alias de Vssow.

(F. V. r.) 46. Anno etc. LIIII^to^ feria VI^ta^ post Lamperti[7]) coram Johanne de Czinnburg etc. Capitaneo eodem Brune. Elsska (sic).

(Elsska de Zastrzizl Jaroslaum Račžek de Mrdicz super villa Gežow et super eo omni, quod habet et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem Capitaneum dati Johannes de Pernstein et Johannes de Waldstein alias de Slawkow.)

47. Anno etc. LV° feria IIII^ta^ post Luce[8]) coram eodem Johanne de Czinnburg Capitaneo Olomucij.

Johanka de Zastrzizl Protiwczonem de Pržna filium suum et Johannem de Dobrawoda super dotalicio suo, quod habet in Lesstne et super eo omni, quod et ad quod ius ibidem habet, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem de Czinnburg Capitaneum dati Benessius de Bozkowicz et Karolus de Wlassim alias de Vssow.

48. Anno etc. LIX° coram Serenissimo principe et domino domino Georgio Rege Boemie et Marchione Morauie Sabbato post Jacobi[9]) Olomucij.

Herbordus de Borzitow Margretam de Krczman Conthoralem suam super hijs omnibus, que habet et ad quod Jus habet vel habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Markwardus de Lomnicz et Johannes de Waldstein et de Slawkow.

49. Anno M°CCCC°L^mo^ in Cogetin feria IV^ta^ post Petri et Pauli Apostolorum[10]) coram Johanne de Czinnburg etc. Capitaneo protunc Marchionatus Morauie.

Anna relicta Ssarowczonis de Nietkowicz Pueros suos super dotalicio suo, quod habet in Nietkowicz et super eo omni, quod habet et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem de Czinnburg Capitaneum dati Benessius de Bozkowicz et Karolus de Wlassym alias de Vssow.

50. Anno domini M°CCCC°XLVIII° feria IIII^ta^ post dominicam Reminiscere[11]) coram Johanne de Czinnburk etc. Capitaneo protunc Marchionatus Morauie.

Katherina de Lilecz Hynkonem de Paczow filium suum super Bynyow villa et super eo omni, quod habet et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit in veram vnionem.

[1]) *d. i. den 30. März 1448.*
[2]) *Der im Orig. vorstehende Name „Cunstat" ist durchstrichen und am rechten Rande steht von einer anderen Hand die Note: „non preiudicat."*
[3]) *d. i. den 19. September 1450.*
[4]) *d. i. den 14. Jänner 1450.*
[5]) *d. i. den 9. April 1455.*
[6]) *Der im Orig. vorstehende Name „Beness" ist durchstrichen.*
[7]) *d. i. den 25. September 1454.*
[8]) *d. i. den 22. Oktober 1455.*
[9]) *d. i. den 28. Juli 1459.*
[10]) *d. i. den 9. Juli 1450.*
[11]) *d. i. den 1. März 1458.*

1464. 51. Anno domini M°CCCC°LIII dominico festo Trinitatis[1]) coram Johanne de Czinnburg etc. protunc Capitaneo in Thowaczow.

Anna de Cokor Hinkonem de Prusinowicz super dotalicio, quod in bonis Pocztat habet et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem Johannem de Czinnburg dati Johannes de Czinnburg et Giczin et Stiborius de Czinnburg et Thowaczow.

52. Anno etc. LV^ta^ feria V^ta^ post Procopij.[2])

Serenissimus princeps et dominus dominus Ladislaus Boemie Rex et Marchio Morauie Protiwczoni et Hermanno fratribus de Zastrzizel cum Margaretha Orphana Syslikonis de Nyetkowicz in eo, quidquid hereditatis habet, veram dedit vnionem, Nuncij ad tabulas Wanko de Bozkowicz et Karolus de Wlassim et Vssow.

(F. V. v.) 53. Offka relicta Stephani Kropacž de Holnstein Johannem Kropacž de Holnstein filium suum super dotalicio suo, quod in villa Skrzicze habet, suscepit et suscipit in veram vnionem.

54. Katherina de Herulticz Relicta Andree Sserkowecz Petrum de Medlan et Venceslaum de Sserkowicz patrueles super hereditate sua, quam habet in Herulticz cum omnibus pertinencijs, suscepit et suscipit in veram vnionem et super eo omni, ad quod ius habet vel habebit, et suscipit predictos Petrum et[3]) Sserkowecz Wenceslaum et heredes eorum.

55. Raczko de Zborowicz Protiwczoni de Zastrzizl et eius heredibus villam Sobulky cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis Curia piscina pratis siluis montibus pascuis locis pascuarum metis et graniciebus et cum omnibus pertinencijs ad dictam villam ab antiquo pertinentibus pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem.

56. Machna de Dubnyan Smilonem de Wežek virum suum super hereditate sua in Visskuowky, que in eam post indiuisum fratrem eius Johannem deuoluta est cum omnibus pertinencijs, suscepit et suscipit in veram vnionem.

57. Dobess Kužel de Zerawicz facit contradictorium alias odpor Georgij Kuzel de Zerawicz contra hanc intabulacionem, quam Johannes Jawor villam Trawnik pro ipso Georgio et eius heredibus intabulauit asserens, se ad dictam villam Jus habere.

58. (Puta de Sowinecz et de Dubrawicze Georgio Thunkl de Brničzko et de Zabrzeh et Johanni Thunkl de Brničzko et de Zabrzeh et heredibus eorum in villis Tatenicze, Lubna, Czotkytl, Ssonwald, Jankow, Sudinu cum agris cultis et incultis robottis hominibus censuantibus redditibus vsibus pascuis pratis Molendinis piscinis vtilitatibus fluminibus siluis montibus vallibus metis et granicijs omnibus et singulis pertinencijs, prout Margareta de Ssternberk et de Lukow tenuit, et ipse Puta post eam, nichil sibi et heredibus suis Juris et proprietatis in dictis villis dictis (sic) Puta reseruando, in quinque Centis bonorum grossorum Marcis Jure et pignore veri dotalicij intabulat dat et inscribit.) 1464.

59. Matheus de Ssternberk, Johannes de Lantstein, Hinko de Rokitnicz Dobessio Kuželoni de Zerawicz et Trawnik et heredibus eius villam Prosinky cum Curia arature hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vtilitatibus redditibus robottis pratis pascuis locis pascuarum montibus vallibus siluis Nemoribus rubetis piscinis reseruaculis alias halterzi fluuijs aquis metis et granicijs cum omnibus et singulis pertinencijs ad dictam villam ab antiquo pertinentibus, proutmet ipsi tenuerunt, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis et dominij ibidem reseruando, intabulant dant et inscribunt in veram hereditatem.

60. (Dorothea de Jablonne Nicolaum Nyepr de Woyslawicz virum suum super dotalio suo, quod in tabulis Czude Olomucensis habet intabulatum in villis Luka Zedraney, Wrbcze, Zerawinky, Curia Molendinis pratis hominibus censuantibus et non censuantibus et omnibus pertinencijs ad dicta bona spectantibus et in Thassow, quidquid ad dotalicium eius non suffecit, quod intabulatum est in Quingentis Sexagenis grossorum bonorum, prout tabule demonstrant, suscepit et suscipit in veram vnionem.)[4])

(F. VI. r.) 61. (Matheus de Ssternberk et de Lukow Georgio Thunkl de Brničzko et Zabrzeh et Johanni de Brnieczko fratribus et eorum heredibus Castrum desertum Hohenstein, Curiam ad id spectantem, Oppidum sub Hohenstein, villam Kossow, villam Strzižow, willam Nemile, willam Byčzankow, willam Hnyewkow, willam Drozdow, villam Protiwnow, villam Jakubowicze, villam Pisarzow, villam Brzeznu, et quidquid pertinet ad eam, villam Jankow dolnie, villam Zborow cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis robottis censibus vtilitatibus redditibus montibus vallibus Siluis Nemoribus rubetis pratis aquis fluentibus et non fluentibus fluminibus fluuijs et eciam ex nomine villas Krassikow[5]) et Classterzecz in Sazawa cum Molendino ad id Claustrum spectante cum omnibus pertinencijs et mediam villam Trzebowaru in hijs omnibus tuicionem hereditariam, prout eandem tuicionem predecessores Mathei tenuerunt et ipse post eos, et cum omnibus pertinencijs ad Hosstein pertinentibus metis et granicijs, pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis ibidem reseruando, intabulat vendidit et inscribit in veram hereditatem.)

62. (Puta de Sowinecz Anne de Ssellnberk Conthorali sue legittime viginti marcas grossorum census annui in sua propria hereditate nulli obligata in Dubrawicz in hominibus sessionatis in ducentis marcis grossorum bonorum in verum dotalicium et Jure dotalicij possidendas intabulat dat et inscribit, Hinko de Sowinecz et de Pnyowicz suscepit.)

63. (Serenissimus princeps et dominus dominus Ladislaus Boemie Rex et Marchio Morauie etc. Henrico

[1]) *d. i. den 27. Mai 1453.*

[2]) *d. i. den 6. März 1455.*

[3]) *Der Name „Petrum et“ steht auf einer radirten Stelle und am rechten Rande steht von derselben Hand die Note: „Ista rasura non preiudicat.“*

[4]) *Etwas tiefer unter dieser Einlage steht von einer anderen späteren Hand geschrieben: „Niepr ten spolek propustil a wymazati kazal.“*

[5]) *Der Name „Krassikow“ ist durchstrichen.*

1464. de Lippa Supremo Marschalko Regni Boemie et suis heredibus dedit Castrum seu Municionem Jarohniewicz cum suis pertinencijs in veram hereditatem, Serenissimus autem princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie dedit Nuncios ad tabulas Johannem de Pernstein et Johannem de Waldstein et fecit eandem donacionem intabulari et priuilegium et sequitur in hec verba:)

(Ladislaus dei gracia Hungarie Boemie Dalmacie Croacie etc. Rex dux Austrie Marchio Morauie etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, Quod cum Castrum seu Municionem Jarohniewicze pecunijs nostris de manu predonum, qui multis rapinis Marchionatum nostrum Morauie multipliciter deuastabant, redemerimus Consideratis plurimis seruicijs nostre Maiestati per nobilem Henricum de Lippa supremum Marschalkum Regni nostri Boemie fidelem nostrum dilectum exhibitis et in posterum eo diligencius exhibendis eidem Henrico et heredibus suis ex certa sciencia non per errorem aut improuide sed accedente sano consilio nostrorum procerum et fidelium damus donamus atque concedimus actoritate nostra Regia Boemie dictum Castrum seu municionem cum omni Jure[1]) suo et pertinencijs suis, in quibuscumque consistant Jure pleno possessionis et proprietatis ita, vt predictum Castrum siue municionem cum prenominatis suis pertinencijs tam ipse quam sui heredes possint sine alia licencia sine assensu nostre maiestatis nostrorumque successorum locare obligare inpingnorare permutare vendere alienare et de ipso Castro siue municione cum suis pertinencijs supradictis disponere, prout ei suisque heredibus placuerit, Mandamus officialibus Czude Brunnensis quatenus prefatum Castrum siue municionem cum suis pertinencijs supradictis cum per eundem Henricum aut nomine ipsius fuerint requisiti tabulis eiusdem Czude seruato iuris ordine inscribant presencium sub nostri Regalis sigilli appensione testimonio literarum, Data Prage vigesima quarta die mensis Nouembris, Anno domini M°CCCC°LIII° Regnorum vero nostrorum Hungarie etc. quarto decimo et Boemie primo.)

64. (Johannes de Czinnburk et de Thowaczow fecit contradictorium alias odpor contra suprascriptam intabulacionem, que facta est Henrico de Lippa et eius heredibus per dominos Reges, que tangit Castrum seu municionem Jarohniewicz asserens, se ad id ius habere.)

65. *Puta de Sowynecz Anne de Sselmberk conturali sue legittime viginti marcas grossorum census annui in sua propria hereditate nulli obligata in Dubrawycz in hominibus sessionatis in duczentis marcis grossorum bonorum in werum dotalicium et iure dotalicij possidendi intabulat dat et inscribit, Hinko de Sovinecz et de Pnyewicz suscepit.*

(F. VI. v.) 66. (Bonusse de Drzowicz Bedricum Zbynkonem et Alssonem de Wrahowicz super hijs omnibus, que in Držowicz habet et ad quod Jus habet, signanter super sua hereditate in Drzowicz suscepit et suscipit in veram vnionem.)

67. Johannes de Zelezne suprascripte vnioni et intabulacioni fecit contradictorium alias odpor, quam Bonusse fecit Bedrico Zbynkoni et Alssoni de Wrahowicz. 1464.

68. Johanka de Tworkow Dobessium Wenceslaum et Dorotheam de Zerawicz pueros suos super dotalicio suo in Zahlinicz, quod habet et super hijs omnibus que habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

69. Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie Dorothee de Lantstein[2]) omne Jus, quod in dotalicio Katherine de Hniewossicz matris dicte Dorothee, quod in villa Dubnyany habuit a filio suo Johanne de Lantstein, et quod per mortem dicte Katherine in ipsam Regiam maiestatem est deuolutum, intabulat dat et inscribit Jure dotalicij possidendum, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Johannes de Pernstein et Johannes de Waldstein alias de Slawkow.

70. (Dorothea de Lantstein Machnam de Lantstein sororem suam et Proczkonem de Petrowicz super Jure dotalicij, quod habet in villa Dubnyany, et super hijs omnibus, que habet et ad quod Jus habet vel habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.)

71. Procopius Ryssek de Diedkowicz nomine et vice Bohdalonis de Nietkowicz fecit contradictorium alias otpor contra intabulacionem et vnionem, quam intabulauit Anna de Nietkowicz Relicta Ssarowczonis pro pueris suis super dotalicio suo recipiendo eos in vnionem asserens, quod ipse Bohdal eciam ad hoc Jus haberet.

72. Johanka de Wolfperk Johannem Sterna de Statenburk virum suum super eo omni, quod in Domazelicz habet et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit in veram vnionem.

73. Karolus de Wlassym Succamerarius Morauie vice et nomine domini Regis et eciam vice et nomine prioris et Conuentus sancti Thome de Brunna facit contradictorium alias odpor contra hanc intabulacionem, quam Matheus de Ssternberg alias de Lukow fecit Georgio et Johanni Thunklonibus et eorum heredibus super tuicioni hereditaria in villis Krassikow et Classterzecz et omnibus pertinencijs ad dictum Claustrum et bona spectantibus, huic hereditarie tuicioni vice et nominibus quibus supradictus Karolus contradicit.

74. Johannes et Georgius Thunklones fratres de Brniečzko et de Zabrzeh super hijs omnibus, que habent et habebunt in futurum, susceperunt et suscipiunt sese in veram vnionem.

75. Katherina de Opprostowicz pueros suos, quos habuit cum Georgia Hora et Smilone de Cremz super dotalicio suo suscepit et suscipit in veram vnionem, quod in Liderzow habet.

(F. VII. r.) 76. Georgius Kuzel de Zerawicz alias de Kwassicz Johancze de Tworkow viginti quatuor marcas grossorum (bonorum)[3]) et viginti quatuor grossos census annui in ducentis et quinquaginta marcis grossorum bonorum in villa Zahlinicze et eius omnibus

[1]) *Die zwei Worte „omni jure“ stehen auf einer ausgekratzten Stelle, und am linken Rande ist von einer anderen Hand die Note beigefügt: „Ista rasura non preiudicat.“*

[2]) *Das im Orig. vorstehende Wort „Wald“ ist durchstrichen und am rechten Rande steht von anderer Hand die Note: „non preiudicat cancellacio ista.“*

[3]) *Zu diesem durchstrichenen Worte gehört die am rechten Rande von einer anderen Hand beigefügte Note: „Ista cancellacio non preiudicat.“*

1464. pertinencijs et cum piscina deserta, prout ipsemet tenuit, intabulat assignat et inscribit in verum dotalicium et Jure dotalicij possidendos.

77. Nicolaus Bystrzicze de Oynicz et de Cromierziz suprascripte intabulacioni ex parte piscine deserte contradictorium alias odpor fecit, et contradicit Georgio Kuzel et Johancze predictis.

78. (Lewik de Sležan Henrico de Morkowicz et heredibus ipsius dictos de Barzicz vndecim marcas grossorum census annui ibidem in Slezan in sua propria hereditate in hominibus emphiteotecalibus et in illis emphiteotesibus, quos et quas dictus Henricus prius et post eam Johannes Poczenski tenuit a dicto Henrico Barziczki, intabulat dat et inscribit Jure et pignore dotalicij possidendas.)

79. (Bohusse de Drnowicz Margarethe de Wesselicze Conthorali sue decem sexagenas grossorum Census annui in Centum sexagenis grossorum bonorum monete Pragensis in sua propria hereditate in villa Drnowicz intabulat dat et inscribit in verum dotalicium et Jure dotalicij possidendas Benessius de Bozkowicz et de Czrnahora suscepit.)

80. Johannes Poczensky de Borzitow et Trubek Arklebum de Zastrzyzl et Litenczicz et heredes ipsius indiuisos super bonis suis in Trubky hereditarijs cum omnibus pertinencijs, sicut tabule demonstrant, suscepit et suscipit in veram vnionem.

81. Matheus de Ssternberk et de Luckow fideiussor pro Nicolao de Gogolin Johanni Poczenski de Borzitow in villa Trubky Municionem cum Curia duarum araturarum pomerio alias Sstiepniczi piscina hominibus censuantibus et non censuantibus duobus molendinis et balneo siluis rubetis pratis agris cultis et incultis pascuis locis pascuarum cum omnibus vtilitatibus montibus vallibus aquis fluentibus et non fluentibus cum omnibus pertinencijs et dominio, que ad illam partem ville et ad curiam dictam ab antiquo pertinent, metis et granicijs ab antiquo dimensis, nichil sibi Juris proprietatis et dominij in dictis bonis reseruando neque Regiam Bernam, intabulat vendidit et inscribit hereditarie possidendam et in veram hereditatem, prout ipsemet tenuit et possedit.

82. Katherina de Honieticz facit contradictorium alias otpor contra intabulacionem, quam fecit Lewik de Slezan pro Henrico de Morkowicz alias Barzicz et heredibus suis asserens, se ad medium hereditatis ibidem in Slezan Jus habere.

83. Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Morauie Marchio dedit Nuncios ad tabulas Johannem de Pernstein et Karolus (sic) de Wlassym, vt facerent intabulare donacionem diue memorie Regis Ladislai Regis Boemie et Marchionis Morauie, quam donauerat Hanussio de Vassaticz et heredibus eius in villa et municione Magetin villis Duban et Bolelicz, que fuere in regiam maiestatem deuolute, quam donacionem et Jus Machna de Magetin et heredes Jankowskeho de Wlassym ab heredibus dicti Hanussij de Vassaticz propria Emerunt pecunia, et sequitur intabulacio inmediate.

84. (Villam Magetin cum Municione hominibus censuantibus et non censuantibus in Bolelicz quitquid illi de Magetin et de Duban tenuerunt Et) in Duban duas Curias cum hominibus (F. VII. v.) agris cultis et incultis censibus redditibus vtilitatibus (piscinis fluminibus aquis fluentibus et non fluentibus montibus vallibus siluis luco) pascuis (Nemoribus rubetis) pratis metis et granicijs ab antiquo dimensis cum omnibus et singulis pertinencijs (ad dictas villas et bona spectantibus) Machne de Magetin et heredibus Jankowsky de Wlassym, dicti nuncij ad tabulas Johannes de Pernstein et Karolus de Wlassym et de Vssow intabulant et inscribunt in veram hereditatem.[1]) 1464.

85. Lewik de Slezan Bohussium et fratres eius de Drnowicz patruos suos super omnibus bonis suis, que habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

86. Barbara et Ludmilla sorores de Zawissicz Znathe et Sigismundo fratribus de Zwola et eorum heredibus in villa welikem Postrzelmowye duas marcas grossorum census annui in vno laneo et duabus emphiteosibus alias purkrechty ad illum laneum pertinentibus agris cultis et incultis pratis pascuis metis granicijs hominibus censu vtilitatibus redditibus, in quibuscumque consistant, cum omnibus pertinencijs, nichil sibi et suis successoribus Juris et proprietatis reseruando, intabulant et inscribunt in veram hereditatem.

87. (Johannes senior et Hinko fratres de Zwola Zbynkoni de Zwole fratri suo et heredibus eius in villa Schonwald Curiam et locum municionis hominibus censuantibus et non censuantibus piscinis aquis fluidis et non fluidis Nemoribus siluis lucis pratis pascuis Jurepatronatus Ecclesie et Jurepatronatus Altaris sancte Marie Magdalene, quidquid Juris habuerint ibidem in Schonwald, Et eciam Jurepatronatus in Mohelnicz Altaris sancti Petri et Pauli in capella, quod dotauit quondam Hecht felicis recordacionis, Et quidquid habuerunt in Plnkutie, in Brzwenecz, in Morawska Libina, locum cusionis ferri alias hammer in Oskawia cum thaberna in Stančzin et cum montibus, in quibus mineram ferream effodunt, et eciam villam Sudkow quidquid ibi habuerunt, hominibus censuantibus et non censuantibus siluis montibus fluminibus piscinis cum omnibus pertinencijs, quibuscumque nominentur nominibus, quemadmodum dicta villa Sudkow ab antiquo in suis metis et granicijs dimensa est, intabulant et inscribunt in veram hereditatem.)

88. (Katherina de Ssarow Bohussium de Vdrlicz virum suum super eo omni, quod in Nietkowicz habet et ad quod Jus inibi habet, suscepit et suscipit in veram vnionem.)[2])

89. (Mana de Lukawecz Zdenkonem de Lukawecz fratrem suum et eius heredes super dotalicio suo, quod habet in Biskupicz et super eo omni, quod et ad quod Jus habet inibi, suscepit et suscipit in veram vnionem.)

90. Johannes senior de Zwola Znathe et Sigismundo fratribus suis de Zwola et eorum heredibus villam weliky Postrzelmow et in Chromečz, quitquid inibi habet, cum hominibus censu Jurepatronatus Ecclesie in Postrzelmow cum omnibus pertinencijs, quibuscumque nominentur nominibus, metis et granicijs ab antiquo dimensis

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von anderer Hand: „non preiudicat.“*

[2]) *Am rechten Rande steht von einer viel späteren Hand: „Jan z P.“, d. i. Pernšteina.*

1464. ad dictam villam spectantibus intabulat et inscribit in veram hereditatem.

(F. VIII. r.) 91. Adam de Ffrankstat et de Penčzicz Johanni Mukarz de Cokor et de Czekyn et heredibus eius in villa Penczicz duos laneos et vnum quartale duas tabernas Balneum quatuor subsides quatuor ortos Curiam cum duobus laneis Molendino Robottis agris cultis et incultis pratis loco municionis siluis pascuis Nemoribus locis piscinarum metis et granicijs cum omnibus pertinencijs ad dictam Curiam et laneos et bona spectantibus ab antiquo intabulat et inscribit in veram hereditatem.

92. Hinko de Sowinecz Elsscze de Cunstat Conthorali sue Municionem Pnyowicze et villam cum Curia piscinis siluis pratis agris cultis et incultis et eciam villam Rzitow, villam Lhotu, villam Lawku, cum omnibus pertinencijs, quibuscumque nominentur nominibus, in dimidio octauo Centis sexagenarum grossorum bonorum in verum Jus dotalicij et ipso Jure dotalicij tenendam intabulat dat et inscribit, Puta de Sowinecz suscepit.

93. (Johannes de Rysumburk et de Polnwsye Elizabeth de Rziczan conthorali sue viginti duas marcas grossorum annui census in sua propria hereditate in villis Polnwsy et Dub in hominibus censuantibus sessionatis et non obligatis et super Curia in Polnwsy et municione agris cultis et incultis super siluis piscinis et omnibus pertinencijs ad dictas villas et bona spectantibus in ducentis et viginti marcis grossorum bonorum in verum eius dotalicium intabulat assignat et inscribit, Benessius et Georgius fratres de Rzičzan susceperunt.)

94. Gindrzich de Sowinecz et de Pnyowicz Hinkoni de Sowinecz et de Pniowicz fratri suo et heredibus eius medietatem Pnyowicz cum omnibus pertinencijs, quitquid in sua sorte alias na diele post patrem suum ei cessit et inibi habuit, cum omnibus vtilitatibus, quibuscumque nominentur nominibus, ad dicta bona pertinentibus, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris et proprietatis reseruando, dat et intabulat et inscribit in veram hereditatem.

95. Wyssek de Strzietež fecit odpor contra intabulacionem, quam Henricus de Morkowicz alias Barzicz intabulauit Johanni Poczenski, que intabulacio tangit villam Trubky et eius pertinencias asserens, se cum ceteris fideiussoribus sicut pro Zbinkone de Drzinowe fideiusserunt Jus habere ad dicta bona.

96. (Margaretha de Žakowicz Johanni Dnon de Žakowicz et heredibus eius villam Žakowicze cum Curia robottis censibus vtilitatibus hominibus censuantibus et non censuantibus pratis pomerijs alias sady piscinis aquis fluentibus et non fluentibus Molendino siluis Nemoribus rubetis metis et granicijs et cum omnibus pertinencijs ad dictam villam ab antiquo spectantibus, nichil sibi et successoribus suis Juris reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

97. Johannes de Czinnburk et Thowaczow Zoffie de Cunstat Conthorali sue villam Rakodawy cum Curia arature Molendino hominibus censuantibus et non censuantibus robottis cum omnibus vtilitatibus vsufructibus et pertinencijs, quibuscumque nominentur nominibus ad dictam villam spectantibus, de speciali caritate et gracia tamen et solummodo ad tempora vite ipsius Zoffie intabulat et dat possidendam.

98. Henricus Senior de Bozkowicz Wankoni de Bozkowicz Supremo Czude Brunnensis Camerario et heredibus eius Curiam in Sudicz vnius arature cum hominibus in Sudicz, in Drwalowicz, in Pamieticz et in Weskach cum Jurepatronatus Ecclesie, quitquid inibi habuit et ad quod Jus habuit, cum pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis Juris reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem. 1464.

(F. VIII. v.) 99. Anna de Oppathowicz dicta Wssewidowa existens eo tempore quo infrascripta bona vendidit vidua Proczkoni de Cunstat Elsscze de Namiesst matri Proczkonis, coniunctim Curiam in Oppathowicz cum Tercia parte Jurepatronatus Ecclesie cum omnibus hominibus, quos ad dictam Curiam tenuit Wiczek et ipsa postea et signanter in Oppathowicz et in Smolno et in Lhota cum omnibus siluis pratis et omnibus vtilitatibus, quibuscumque nominentur nominibus ad dictam Curiam spectantibus, nichil sibi et heredibus suis et successoribus Juris proprietatis et pertinencie reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

100. Machna de Waldstein Georgium de Lantstein virum suum super villa Otthoslawicz super Piwin villa et quitquid in dictis villis habet super Kobylniky et Lessany villas et super eo omni, quod habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

101. Anna de Machow Johanni de Czinnburk et de Giczin omnes (sic) Jus, quod in media villa Ssumicz habuit, intabulat et inscribit in veram hereditatem, dicto Johanni et heredibus eius et dictam villam vendidit eo tempore, quo vidua fuit.

102. Katherina de Rysumburk Johannem de Wežek virum suum super eo omni Jure, quod habet in Sazowicz et ad quod Jus inibi habet et super dotalicio suo, quod ibidem in Sazowicz habet, suscepit et suscipit in veram vnionem.

103. Henricus de Crakowčze et de Mnichow Alssonem de Crakowcze fratrem suum super villas Vnierasku et Bezdiečzi, et quitquid in dictis villis Juris habet, et super eo omni, quod habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

104. Alsso de Crakowčze et de Mnichow Henricum de Crakowcze fratrem suum super Municione Mnichow, Curia et villa, super villa Obora, super villa Wesselu, et quidquid ad dictas villas pertinet et inibi Juris habet, et super eo quidquid Juris in Bukowicz et in Vnien habet (et super Curia in Podoli) et super eo omni, quod habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

105. (Dorothea de Chudiechrom Bernhardum de Žerotin filium suum super dotalicio suo, quod in Zerotin habet, et super eo omni, quod habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.)

106. Wanko de Bozkowicz Supremus Camerarius Czude Brunnensis Johanni de Misliborzicz in villa Piwin, quitquid ipse Wanko tenuit, cum agris cultis et incultis fluuijs censibus redditibus vtilitatibus cum pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs, prout ipsemet tenuit, intabulat et inscribit dicto Johanni de Mysliborzicz et heredibus eius in veram hereditatem.

107. Miroslaus de Czinnburk et de Slawiczin Johannem de Czinnburk et de Giczin super eo omni, quod habet et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit in veram

1464. vnionem, Nuncij ad tabulas per Inclitum principem et dominum dominum Wictorinum ducem Munsterbergensem Comitem Glacensem et dominum de Cunstat alias de Podiebrad, protunc Capitaneum Marchionatus Morauie, coram quo hec vnio facta est, dati Georgius de Crawarz et de Straznicz et Benessius de Bozkowicz, Acta sunt hec anno domini M°CCCCLXII° dominico post Johannis Baptiste. [1])

108. Anna de Kraluow Lazi Albertum fratrem suum de Kralowych Lazuow super illa medietate Curie in Lazi hereditarie, quam medietatem Curie Barones ei adiudicauerunt et super eo omni, quod habet et habebit, suscepit et suscipit in veram vnionem.

109. Elsska de Lilcž Johannem de Misliborzicz filium suum super villa Dobromilicze hereditate propria et quidquid inibi Juris habet ea racione, quod existens vidua dictam villam et Jus suum eidem assignauerat, suscepit et suscipit in veram vnionem, Et hoc factum est de consensu Baronum.

(F. IX. r.) 110. (Beness de Lasskow fideiussor pro Karlikone de Oppathowicz ex inuencione Baronum Arklebo de Zastrzizl et Litenczicz et heredibus eius indiuisis Curiam in Chwalnow Tres laneos et vnum quartale et tres tabernas braxatiles pratum in Strabyssow et aliud pratum ex opposito pratorum in silua cum omnibus pratis ad hanc Curiam spectantibus pascuis fluuijs agris cultis et incultis Censibus robottis et media Dubrawa siluis et omnibus pertinencijs ad dictam Curiam spectantibus in Centum et vigintiquinque marcis grossorum bonorum intabulat et inscribit vero Jure dotalicij possidendum.)

111. Dorothea de Rechemberk alias Chrudiechrom Petro Sirowatcze de Lhota Conthorali sue Barbare de Mladkow et eius heredibus in villa Chrudyechrom Curiam vnius arature robottis agris cultis et incultis cum censibus redditibus ibidem in Chrudiechrom (cum hominibus censuantibus et non) [2]) censuantibus pratis pascuis siluis rubetis montibus vallibus aquis fluidis et stantibus metis et granicijs omnibus vtilitatibus et vsufructibus, quibuscumque vocitentur nominibus, prout sola tenuit, cum pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs ad predicta bona ab antiquo spectantibus, Et eciam in villa Ważan in dimidio altero quartali penes Curia vnam marcam et quinque grossos census annui et eciam in Ważan in tribus quartalibus dimidiam alteram marcam grossorum census annui, nichil sibi et heredibus suis Juris dominij et proprietatis in dictis bonis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

112. (Wanko de Bozkowicz Supremus Camerarius Czude Brunnensis vice et nomine plebani de Switawka fecit odpor contra intabulacionem Dorothee de Rechenberk, quam fecit pro Petro et vxore et heredibus eius in Chrudiechrom asserens, quod plebanus de Switawka mediam marcam grossorum census annui in Chrudiechrom haberet.)

113. Anno domini M°CCCC°LXI° Coram Inclito Principe et domino domino Wictorino duce Munserbergensi Comite Clacensi domino de Cunstat et Podiebrad Capitaneo protunc Marchionatus Morauie Brunne.

Ssebor de Bystrzicz et Jarohniewicz Johannem de Bystrzicz et de Skrben fratrem suum et heredes ipsius super eo omni, quod habet et ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem, Nuncij ad tabulas per eundem ducem Wictorinum dati Johannes de Czinnburg et de Giczin et Johannes de Waldstein. 1464

114. (Smil de Lodiegnicz fecit otpor contra intabulacionem Henrici de Sowinecz, quam intabulauit Hinkoni de Sowinecz et heredibus eius super medietate bonorum Pnyowicz asserens, se ad ea Jus habere ista racione, quia fecit se podporu Barssoni de Czihowicz pro Wockone de Holnstein.)

115. Nicolaus de Drahanowicz et Koberzicz super villis Biskupicze et Brzezinka et super eo, quod habet et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit heredes suos in veram vnionem.

116. Johannes de Zastrzizl et Hluk Protiwczonem et Hermannum fratres de Zastrzizl et Pawlowicz et Nicolaum de Zastrzizl et Dobročzkowicz super municione Hluk cum omnibus pertinencijs suscepit et suscipit in veram vnionem, et eciam super omnia bona sua, que habet et habebit eosdem suscipit in vnionem.

117. Zdislaus de Lhota Czenkonem de Lhota fratrem suum super eo omni, quod habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

118. Georgius Kuzel de Zerawicz et Kwassicz Wenceslaum Kužel fratrem suum super municione Kwassicz et oppido et cum omnibus pertinencijs ibi et alibi, quodcumque habet et habebit, et ad quod Jus haberet, suscepit et suscipit in veram vnionem.

119. Johannes de Dobrawoda Henrico de Bystrzicze et Muchnicz et heredibus eius villas Gestrzebicze et Haluzicze cum Curia Arature Jurepatronatus ecclesie in Gestrzebicz cum hominibus censuantibus et non censuantibus Molendino in Haluzicz agris cultis et incultis censibus vsibus vtilitatibus robottis pratis pascuis montibus vallibus siluis nemoribus fluuijs aquis fluidis et non fluidis cum omnibus (F. IX. v.) pertinencijs metis et granicijs ad dictas villas ab antiquo spectantibus, prout ipsemet tenuit et cum Regia Berna, nichil sibi et heredibus suis ibidem Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat vendit et inscribit in veram hereditatem.

120. Wenceslaus de Orzechowe et Nicolaus de Zakrzan et Tuczap existentes fideiussores olim pro Johanne de Morawan pro exbrigacione bonorum Ssetrap per Inuencionem Baronum Hermanno de Zastrzizl et heredibus eius villam Ssetrap et loca municionis cum Curijs piscinis vineis cum Jure vinearum, quod wlgo dicitur hornie, hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis aquis fluidis et non fluidis montibus vallibus metis et granicijs vtilitatibus vsibus pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus, nichil ibidem pro se et alijs Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

121. Nicolaus Bystrzicze de Oynicz et Cromierziz Johanni de Bludow et Budczowicz et heredibus eius villam Sobiebrzichy cum loco municionis Curia piscina

[1]) *d. i. den 27. Juni 1462.*

[2]) *Diese fünf Worte stehen auf einer ausgekratzten Stelle und am linken Rande steht von anderer Hand die Note: „non preiudicat.“*

1464. deserta hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis pratis pascuis fluuijs aquis fluidis et non fluidis montibus vallibus siluis rubetis metis et granicijs pleno Jure et dominio, quitquid ad dictam villam Sobibrzichy ab antiquo pertinet, prout ipsemet tenuit, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

122. (Johannes et Hinko fratres de Rokytnicz Anne et Barbare de Blazegiowicz et earum heredibus bona sua propria in Wlkoss, Municionem pomerium alias Sad Curiam cum agris cultis et incultis pratis pascuis rubetis et dimidium octauum laneum agrorum duas thabernas tres subsides sessionatos et desertatos hominibus censuantibus et non censuantibus robottis vtilitatibus vsibus molendino fluminibus fluidis et non fluidis Jurepatronatus Ecclesie pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus metis et granicijs, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis et dominij in hijs bonis reseruando, intabulant et inscribunt in veram hereditatem.)[1])

123. Dorothea de Mosteczne Johanni et Georgio Thunklonibus de Brniečko et de Zabrzeh et heredibus eorum in villis Rohle et Studenecz, quidquid habuit cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis cum pleno Jure et dominio metis et granicijs et vniuersis pertinencijs ab antiquo ad illa bona spectantibus, sicut solamet tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris et proprietatis inibi reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

124. (Karolus de Wlassym alias Vssow Jessko de Chylecz Erasimo et eius heredibus de Slawikowicz hereditatem et[2]) Jus dotalicij in Municione et villa Lhota in villis Trzemeninky, Slawietin, Hraby, Jaworzie, in Paterzin et eciam Curiam in Lhotta cum Robottis pomerijs hominibus censuantibus et non censuantibus Rippis et cum omnibus et similiter pertinencijs piscinis pratis montibus siluis lucis aquis fluentibus et non fluentibus et generaliter omnibus vtilitatibus et pertinencijs, in quibuscumque consistant ad dictas Municionem et villas ab antiquo spectantibus, prout ipsimet tenuerunt, nichil sibi penitus reseruando, intabulant et inscribunt in veram hereditatem eo Jure quo soli tenuerunt.)[3])

125. Prothasius dei gracia Episcopus Olomucensis de consensu et voluntate Serenissimi Principis et domini domini Georgij Regis Boemie et Morauie Marchionis[4]) cum villa Episcopali Biskupstwie nunccupata prope Namiesst super villa Tuczapy cum Wilhelmo de Miliczin fecit commutacionem, prout litera Regia inferius inscripta clarius demonstrat, Intabulat quoque et inscribit, Prothasius Episcopus de consensu eciam venerabilium decani prepositi et tocius Capituli Olomucensis eandem villam Biskupstwie cum omnibus eiusdem pertinencijs preter decimam de Curia inibi iacente, que decima spectat ad custodiam Ecclesie Olomucensis dicto Wilhelmo et heredibus eius in veram hereditatem.

Georgius dei gracia Boemie Rex Morauie Marchio Lucemburgensis et Slezie dux ac Lusacie Marchio Notum facimus tenore presencium vniuersis Nostre Serenitati instancius supplicasse Venerabilem Prothasium Episcopum Olomucensem Principem nostrum deuotum dilectum, quatenus permutacionem ville dicte Biskupstwie ad bona (F. X. r.) episcopatus prefati pertinentis cum Strenuo Wilhelmo de Miliczin fideli nostro dilecto pro villa sua dicta Tučzapy sita inter oppida Wysschaw et Rusinow auctoritate Regia et vt Marchio Morauie acceptare et nostrum consensum prefato contractui permutacionis prebere dignaremur, Nos dictum contractum permutacionis ratum firmum et acceptum habentes ipsum auctoritate Regia et Marchionali Morauie acceptamus, ratificamus et confirmamus, volentes vt postquam dicta villa Biskupstwie in tabulas terre per prefatum Prothasium Wilhelmo annotata fuerit villa Tuczapy de Jure ciuili exempta libertate Ecclesiastica sicut cetera bona dicti Episcopatus cum Juribus et emunitatibus a nobis et predecessoribus nostris Morauie Marchionibus prefate Ecclesie concessis gaudeat et fruatur, Presencium sub appensione Regalis Sigilli testimonio literarum, Datum Olomucij die Quintadecima Februarij Anno domini Milesimo Quadringentesimo sexagesimo, Regni nostri anno secundo. 1464.

126. (Wanko de Bozkowicz Supremus Camerarius Czude Brunnensis Benessio de Bozkowicz et heredibus eius medietatem Castri Luka mediam Curiam arature medietatem ville Luka cum medietate siluarum pratorum piscinarum et cum omnibus pertinencijs et dominio, que sibi cesserunt post mortem Johannis Ozor, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

127. (Benessius de Bozkowicz et Czrnahora heredes suos super medietate Castri Luka super media Curia arature medietate ville Luka medietate siluarum pratorum piscinarum et tocius pertinenciarum et dominij, quod sibi cesserunt post mortem Johannis Ozor patrui sui, secum suscepit et suscipit in veram vnionem.)

128. Henricus senior de Bozkowicz Waczlawkonis de Wazan heredibus Curiam duarum araturarum in Žirotky, villam Zirotky, villam desertam Lhotka ad Zirotky pertinentem agris cultis et incultis cum hominibus censuantibus et non censuantibus robotis siluis montibus pratis cum omnibus pertinencijs et dominio intabulat et inscribit in veram hereditatem, Sub ista condicione, si quando dicta bona vendere vellent hoc ad ipsum Henricum vel heredes eius deffere debent, et si dictus Henricus vel sui heredes dicta bona emere nollent, extunc facultatem habebunt, dicta bona vendendi cui eis videretur.

129. (Henricus senior de Bozkowicz, Wilhelmus de Miliczin, Nicolaus de Važan, Georgius Nossek de Hostieradek, fideiussores pro Jure dotalicij pro olim Wenceslao de Wazan Elsscze de Olessničzka Relicte dicti Wenceslai de Wazan Septuaginta quinque sexagenas grossorum bonorum super villa Zirotky cum Curia duarum araturarum et super Lhotka[5]) villa deserta cum

[1]) *Am linken Rande dieser Einlage steht von einer späteren Hand: „Ladislaw“, d. i. Ladislaw von Boskowic.*

[2]) *Diese zwei Worte „hereditatem et“ stehen oberhalb der Zeile und am linken Rande ist von anderer Hand die Note beigefügt: „Ista emendacio non preiudicat.“*

[3]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand: „[illegible]rclebus z B.“, d. i. Boskowic, welcher Oberstlandkämmerer von Mähren in den JJ. 1526 u. 1527 war.*

[4]) *Dieses von derselben Hand geschriebene Wort steht oberhalb der Zeile.*

[5]) *Der von derselben Hand geschriebene Name „Lhotka“ steht oberhalb der Zeile.*

1464. omnibus eorum pertinencijs in verum eius dotalicium intabulant et inscribunt.)

130. (Elsska de Olessniczka Henricum virum suum super dotalicio suo, quod habet in Zirotky et in Lhotka, suscepit et suscipit in veram vnionem.)

131. Henricus de Bozkowicz et Swogianow, Wenceslaus de Swabenicz, Witoslaw de Odyerad, Romanko de Rostanie Bernhardo de Počzenicz Curiam in Paczow dimidium quartum laneum censuantem cum tribus sexagenis grossorum census minus duobus grossis cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis montibus rubetis metis et granicijs Rippis aquis fluidis et non fluidis cum omnibus vsibus vtilitatibus, quibuscumque vocitentur nominibus, ad dictam Curiam ab antiquo spectantibus, nichil sibi Juris et proprietatis reseruando, intabulant et inscribunt in veram hereditatem.

132. Margaretha de Hostieradek Wenceslaum filium suum et Johannem de Dobrawoda super dotalicio suo in Kelčzan et super illa decima de quatuordecim laneis, qui de Wlkoss ad Kelčzan spectant, et super eo omni, quod habet et ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

(F. X. v.) 133. Wenceslaus de Gykwe Margaretham de Hostieradek matrem suam et Johannem de Dobrawoda super villa Kelčzan et decima de quatuordecim laneis, que de Wlkoss ad Kelčzan pertinet, et super omnibus bonis suis, que habet et habebit mobilibus et immobilibus suscepit et suscipit in veram vnionem.

134. Anezka de Cunicz et Turowicz Johannem de Cunicz et Drzewohosticz et heredibus suis super dotalicio suo, quod in Turowicz et Curia habet, et super illas Sedecim marcas grossorum census, quas in Drzewohosticz habet, et super omnibus hijs, que habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

135. Margaretha de Oppathowicz Bohussium de Cokor et heredes eius super propria hereditate super villa et municione Liboswary et eius pertinencijs et super eo omni, quod habet et habebit et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit in veram vnionem.

136. Offka de Lilecz Johannem de Zdietin filium suum et heredes eius super dotalicio suo in Sobaczow et super eo omni, quod habet et ad quod Jus habet et habebit, suscepit et suscepit in veram vnionem.

137. (Wenceslaus de Krzietin Hinkoni de Zwola et heredibus eius dimidiam quintam sexagenas grossorum census annui in villa Borotin in hominibus sessionatis et non sessionatis agris cultis et incultis censibus vtilitatibus redditibus cum omnibus pertinencijs et dominio ad dictum censum et bona pertinentibus, nichil sibi penitus reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.) [1])

138. (Wenceslaus de Krzietin Hinkoni de Zwola et heredibus eius in villa Borotin Curiam arature et villulam Nyrowecz maly cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vtilitatibus redditibus aquis fluidis et non fluidis siluis montibus stratis metis et granicijs venacionibus pleno Jure et dominio, quemadmodum census dictus et bona sunt distincta, et prout ipsemet tenuit, nichil sibi Juris dominij et proprietatis heredibus et successoribus suis inibi reseruando, in ducentis et quinquaginta marcis grossorum bonorum intabulat et inscribit Jure vero dotalicio possidendam.) [2]) 1464.

139. (Machna de Krčzman et de Chomiž Johannem de Ryzenburk et Polnwsy super omnibus bonis, que habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.)

140. Elska de Cunstat Hinkonem de Sowinecz et de Pnyowicz virum suum super villa Senicze, quidquid ibi habet, et super villa Diessow, quitquid inibi habet, et super omni eo, quod habet ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

141. Hinko de Sowinecz et Pnyowicz Elsskam de Cunstat Conthoralem suam facit potentem veram et fidelem commissariam puerorum et bonorum suorum, que habet et habebit in futurum, in quibuscumque consistant, tamdiu quamdiu statum viduitatis ipso forte decedente non immutaret.

142. Hinko de Sowinecz et de Pnyowicz Elsskam de Cunstat Conthoralem suam super omnibus bonis suis que habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem, Sub ista condicione, si contingeret heredes ipsius Hinkonis ab hac vita sine heredibus decedere, quod omnia bona Hinkonis in Elsskam de Cunstat Conthoralem suam deuoluantur et deueniant, Et eciam si Elsskam de Cunstat post heredes Hinkonis remanentem decedere contingeret, extunc bona Hinkonis, que habet et habebit in futurum, in Putam de Sowinecz patruum suum et in filios ipsius Pute deuoluentur.

(F. XI. r.) 143. Barbara de Branicz Annam et Barbaram de Blazegiowicz filias suas super hereditate propria in Kogiatky et quidquid ibi Juris habet (et super dotalicio suo in Wlkoss suscepit et) suscipit in veram vnionem.[3])

144. Kuna de Michalowicz Johannem de Czinnburk et de Giczin filium suum super dotalicio suo, quod habet in villis Ssonow, Kunwald et Janowicz et super eo omni, quod habet et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit in veram vnionem.

145. Hinko de Paczow et Bynyow Bedricum de Wrahowicz super villa Bynyow et super eo omni, quod habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

146. (Anna de Blazegiowicz Henricum de Cholticz virum suum super villa Wlkoss, et quitquid in Bochorz habet, et super eo omni quod habet ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.) [4])

147. (Barbara de Blazegiowicz Hinkonem de Cholticz virum suum super villa Wlkoss, et quitquid in Bochorz habet, et super eo omni quod habet ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.) [5])

148. Johannes de Mysliborzicz Elsskam de Lilcz matrem suam super villa Piwin, quitquid ibi habet et ad quod Jus habet, suscepit ad suscipit in veram vnionem.

149. Baress de Čzihowicz Offcze Conthorali sue de Rysenburk decem marcas grossorum census annui in hominibus suis proprijs sessionatis et nulli obligatis in

[1]), [2]), [3]), [4]) u. [5]) *Am rechten Rande steht von einer viel späteren Hand: „Ladislaw“, d. i. Ladislav z Bozkovic.*

1464. villa Dubčzan, et quinque marcas census annui grossorum in Curia, que dicitur Nedwidkonis eciam in Dubčzan, cum robottis ad dictam Curiam spectantibus in Centum et quinquaginta marcis grossorum bonorum intabulat et inscribit in eius verum dotalicium tali sub condicione, quod ab inde non moueatur, nec relui dicta pecunia possit, vsque ad immutacionem status seu viduitatis ipsius, Johannes de Rysenburk frater Offcze suscepit.

150. Katherina de Honieticz Johannem Poczensky de Borzitow et Trubky Arklebum de Zastrzizl et Litenczicz et heredes ipsius indiuisos super proprijs bonis hereditarijs, que habet in villa Slezan et in Počzenicz super Curia, quitquid habet in viro suo Johanne de Slezan et super dotalicio, quod in Počzenicz habet et super eo omni quod habet et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit in veram vnionem.

151. (Elsska de Vgezd in statu viduitatis adhuc existens, dum desponsari viro suo secundo Hermanno de Zastrzizl debuerat, exemit coram Procis alias lidmi swatebnimi, quia wlt bona sua pueris et liberis suis dare et eos in vnionem bonorum suorum recipere, et hoc idem Proci alias lide swatebnie coram Proczkone de Cunstat Supremo Camerario, Nicolao Bystrzicze de Oynicz supremo Czudario et Henrico de Bystrzicz Prothonotario Tabularum fassi sunt, Et sic de consilio Capitanei et Baronum ibidem existencium et de consensu et voluntate Hermanni de Zastrzizl viri ipsius, qui presens fuit, hec intabulacio et vnio facta est.)

152. (Elsska de Vgezd dictos pueros et liberos suos, quos habuit cum Nicolao de Newogicz, super hereditate sua in villa Vgezd in Zakrzow et in Tiessow et super dotalicio suo, quod in Lethossow habet, et super hijs omnibus ad dictas villas et bona spectantibus suscepit et suscipit in veram vnionem.)

(F. XI. v.) **153.** Nicolaus Bystrzicze de Oynicz et Cromierziz fecit otpor contra intabulacionem Elsscze de Vgezd Vgezd (sic) asserens, quod ad villas Vgezd, Zakrzow et Tyessow cum heredibus Nicolai de Newogicz Jus habet.

154. Johannes de Popowicz, Wanko de Barzicz, Nicolaus Rosemberk de Bukowicze et Borzenowicz, Bernhardus de Jessenicz et Wezek, Wanko de Logow et Czech fideiussores et exbrigatores pro Johanne de Hinczdorf et Pyzdraticz et pro Margareta de Ssarow Conthorali sua Nicolao de Zerotin villam Hossczinek villam Olssowecz et vnum laneum in Tlumaczow ad dictam villam pertinentem cum agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus censibus redditibus et alijs vtilitatibus Nemoribus rubetis aquis fluidis et non fluidis flumine dicto Pokraynik cum alijs omnibus pertinencijs ad dicta bona et villas spectantibus metis et granicijs cum pleno Jure et dominio, prout Johannes de Hinczdorff et Conthoralis ipsius tenuerunt, nichil sibi et heredibus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulant vendunt et inscribunt in verum pignus dotalicij in ducentis marcis grossorum bonorum tenendum.

155. Henricus de Morkowicz et Barzicz fecit odpor contra intabulacionem Vlrici de Branicz, prout intabulauit dimidium decimum octauum laneos in Hradčzowicz et quod Vlricus in tabulis non haberet asserens, se ad hoc Jus habere. 1464.

156. (Johannes de Crumpsin et Spiczky Katherine de Strzmen Conthorali sue in sua propria hereditate in villa Vgezd duodecim marcas grossorum census annui in centum et viginti marcis grossorum bonorum intabulat assignat et inscribit in verum eius dotalicium, Johannes de Rysenburg et de Polnwsy Oness de Kunčzicz et Buk susceperunt.)

157. Johannes de Rysumburk et de Polnwsy Machnam de Krčzman et Chomiž Offkam de Rysenburk et Dubčzan Johannem de Domamyslicz et Hukowicz omnes tres super eo omni, quod habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

158. Margaretha de Witčzicz Jaroslaum de Hrisst virum suum super dotalicio suo, quod habet in hominibus in Dobrczicz, suscepit et suscipit in veram vnionem.

159. Mathias de Ssternberk et de Lukow fecit otpor contra intabulacionem et vnionem, qua Machna de Oppathowicz[1]) Bohussium de Cokor et eius heredes suscepit in vnionem asserens, quod ipse Matheus pro ipsa Machna sit fideiussor.

160. Wenceslaus de Swarow Ade de Strabenicz medietatem suam in Swarow, quam post patrem suum tenuit, cum omnibus pertinencijs, prout ipsemet tenuit, nichil sibi et heredibus suis reseruando Juris, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

161. Smil de Wežek Johanni de Wežek fratri suo Curiam propriam in Wežky cum agris cultis et incultis Municione et loco municionis pomerijs piscinis reseruaculis alias halterzi pratis pascuis montibus vallibus siluis rubetis aquis fluidis et non fluidis fluminibus fluuijs metis et granicijs et cum omnibus pertinencijs ad dictam Curiam ab antiquo spectantibus, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis atque successoribus Juris et proprietatis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem et intabulat pro Johanne et heredibus eius.

162. (Petrus de Drzinowee Ludmille de Lessan et eius heredibus Curiam in Czelechowicz, quam tenuit Ffrissmaul, cum agris cultis et incultis medio luco, qui sub villa iacet, medijs pascuis aquis hominibus censuantibus et non censuantibus et medietate molendini, quod vocatur Chudenski cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs ad dictam Curiam ab antiquo spectantibus pratis metis et granicijs, nichil sibi Juris proprietatis et dominij et heredibus suis atque successoribus reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

163. Philippus et Johannes de Podhagie Curiam in Oynicz cum omnibus pertinencijs cum fluuio, qui iacet inter pascua, cum dimidio tercio laneo et tribus praytis alias Niwy pascuis vno subside et vno prato pleno Jure et dominio et generaliter cum omnibus pertinencijs ad dictam Curiam ab antiquo spectantibus, nichil sibi Juris proprietatis et dominij reseruando, intabulant et inscribunt in veram hereditatem Paulo fratri suo et heredibus eius.

(F. XII. r.) **164.** Arklebus de Zastrzizl et Hermannus de Zastrzizl fideiussores et exbrigatores pro

[1]) *Der von derselben Hand geschriebene Name „Machna de Oppathowicz“ steht oberhalb der Zeile.*

1464. Arklebo de Wiczkow Procopio Ryssek de Dyedkowicz Curiam in Diedkowicz cum agris cultis et incultis vtilitatibus vsibus cum vno homine, qui sedet in medio laneo, qui medius laneus venditus est a dicta Curia, robottis pratis pascuis fluuijs cum pleno Jure et dominio metis granicijs et omnibus pertinencijs ad dictam Curiam ab antiquo spectantibus, prout Arklebus de Wiczkow tenuit, nichil sibi Juris proprietatis et dominij reseruando, intabulant et inscribunt in veram hereditatem.

165. Hinko de Ostrow et Kunowicz Johanni de Zastrzizl et eius heredibus bona sua propria et hereditaria Municionem et villam Hluk cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis Curia et Braxatorio censibus vtilitatibus redditibus pratis pascuis molendino aquis fluuijs fluidis et non fluidis piscinis montibus vallibus. siluis nemoribus rubetis lucis venacionibus pleno Jure et dominio metis et granicijs et vniuersis pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus, nichil sibi et suis successoribus Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

166. Johannes de Bludow et Budčzowicz, Jaroslaus de Mrdicz et Damborzicz, Henricus de Bystrzicz et Muchnicz, Hinko de Ostrow et Kunowicz, Przibiko de Miličzin et Murzinow, fideiussores olim pro Stiborio de Miliczin et Murzinow Henrico de Mezilessicz et heredibus eius in villa Murzinow duas partes alias diely cum hominibus censuantibus et non censuantibus Curia pratis piscina aquis fluidis et non fluidis siluis agris cultis et incultis pascuis montibus metis et granicijs cum omnibus pertinencijs, in quibuscumque consistant, pleno Jure et dominio et omne illud ad quod Stiborius ius habuit, nichil ei et heredibus eius reseruando Juris proprietatis et dominij, intabulant et inscribunt in veram hereditatem.

167. Procopius de Prusynowicz et Pocztat Arklebo et Philippo fratribus de Wiczkow et heredibus eorum bona sua propria villam Prussinowicze cum Municione et Curia pomerio piscinis reseruaculis alias halterzi Jurepatronatus Ecclesie in Prussinowicz et Molendino desertas villas Jaroslawicze, Kolkow et Lhotam hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vtilitatibus vsibus robottis pratis pascuis montibus vallibus siluis Nemoribus rubetis fluuijs Rippis aquis fluidis et non fluidis metis et granicijs omnibus et singulis pertinencijs ad dictas villas ab antiquo spectantibus et bona, prout ipsemet tenuit et cum Berna Regia, nichil sibi Juris proprietatis ac dominij et heredibus suis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem, et eciam Katherine de Zerotin matri eorum vsque ad inmutacionem status viduitatis ipsius ad vtifruendum, Et submisit se dictus Procopius, si in tabulis supradicte ville et bona inuenirentur pro eo fratre et heredibus eius intabulate, illa nullius debet fore roboris et momenti intabulacio.

168. Henricus de Bystrzicz et Muchnicz Dorothee de Oynicz Conthorali sue dimidiam Tredecimam marcas census annui in Centum et viginti quinque marcis grossorum in sua propria hereditate in villa Gestrzebiczich et super omnibus pertinencijs ad dictam villam spectantibus intabulat et inscribit in verum eius dotalicium, Henricus ipse solus vir eius hoc dotalicium suscepit.

169. Henricus de Mezilessicz Annam Conthoralem suam de Vnczicz traducit de ipsius dotalicio, quod habuit in Ssidborzicz in Trecentis marcis grossorum super alia sua hereditate super duas partes alias diely in Murzinow super Curiam, et ad quod Jus ibidem habet, et super hijs bonis dicte Anne in verum eius dotalicium Trecentas marcas grossorum bonorum intabulat et inscribit Jure dotalicij possidendas, Karolus de Lilecz suscepit. 1464.

170. Anna de Vnčzicz Henricum de Mezilessicz virum suum super dotalicio suo, quod in Murzinow habet, suscepit et suscipit in veram vnionem.

171. Adam de Strabenicz fecit otpor Arklebo de Litenczicz, quitquid Trubky tangit, cui Johannes Poczensky Trubky intabulauit, asserens quod Poczensky pignus suum emisset et quod ipse pro Nicolao de Gogolin fuisset fideiussor.

(F. XII. v.) 172. Przibik de Miliczin et Murzinow Johanni de Bludow et Budčzowicz et eius heredibus partem suam alias oddiel silue in Murzinow, quam sibi cessit in sua sorte alias na oddielu cum vno subside censuante et sessionato ibidem in villa Murzinow cum pleno Jure et dominio et pertinencijs, prout solus tenuit et possedit intabulat et inscribit in veram hereditatem.

173. Margareta de Rysenburk et de Krztomil Benessium filium suum et Machnam de Krčzman et Chomičž super dotalicio suo in Krztomil, quod habet et super eo omni, quod habet et habebit, suscepit et suscipit in veram vnionem.

174. (Bernhardus de Poczenicz Johanni de Poczenicz Municionem in Paczow cum Curia arature dimidium quartum laneum Censuantem hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis pratis pascuis metis granicijs Rippis aquis fluidis et non fluidis siluis rubetis piscina et locis piscinarum cum omnibus vtilitatibus, quibuscumque vocentur nominibus, et vniuersis pertinencijs ad dictam Curiam spectantibus intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

175. Johannes de Zastrzizl et Nemoticz Nicolaum Bystrzicze de Oynicz et Cromierziz et Katherinam de Oynicz matrem suam super eo omni, quod habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

176. Johannes de Zastrzizl et Nemoticz Offcze de Malenowicz et Ssenstras Conthorali sue in sua propria hereditate in villa Morawan super piscinis siluis vtilitatibus et vniuersis pertinencijs Quadraginta marcas grossorum minus dimidia tercia marcis grossorum census annui in quadringentis marcis grossorum bonorum minus viginti quinque marcis grossorum intabulat assignat et inscribit in verum eius dotalicium, Nicolaus Bystrzicze de Oynicz et Cromierziz suscepit.

177. Nicolaus Bystrzicze de Oynicz et Cromierziz Johanni de Zastrzizl et Nemoticz et heredibus eius villam Snowidky cum Curia et villam desertam Nemotinek cum hominibus censuantibus et non censuantibus piscinis locis piscinarum reseruaculis alias halterzi agris cultis et incultis Molendinis locis Molendinorum pratis pascuis siluis nemoribus rubetis montibus aquis fluidis et non fluidis censibus et omnibus vtilitatibus, quibuscumque nominentur nominibus pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis ac successoribus Juris do-

1464. minij et proprietatis reseruando, intabulat vendit et inscribit in veram hereditatem, *Et submisit se dictus Nicolaus si in tabulis Snowidki inuenirentur pro eo et fratre eius intabulate, illa nullius debet fore roboris et momenti intabulacio.*

178. Cristoforus de Oynicz Johanni de Zastrzizl et Nemoticz et heredibus eius dimidium tercium laneum subsidem Tabernam et medium molendinum in villa Kožissicze cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus et vtilitatibus ad dictos agros seu laneos tabernam subsidem et medium Molendini ab antiquo spectantibus intabulat et inscribit in veram hereditatem.

179. Paulus Hagek de Podhagie Katherine de Podhagie Curiam in Podhagie cum pleno Jure et dominio et pertinencijs ad dictam Curiam ab antiquo spectantibus, nichil sibi et heredibus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem vnacum prato et loco pascuarum.

180. Susana de Senicz Procopio de Domamyslicz et eius heredibus Curiam arature in Klobuky cum duobus ortulanis agris cultis et incultis pascuis locis pascuarum piscina prato vtilitatibus vsibus pleno Jure dominio et pertinencijs ac libertate, prout solamet tenuit, nichil sibi et heredibus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

(F. XIII. r.) 181. Anno domini M° CCCC° LXIII° coram Henrico de Lippa Capitaneo Marchionatus protunc Morauie feria IIII^ta^ post Marci [1]) Brunne.

(Anna de Wrahowicz et Rossczitek Jesskonem de Pnyetluk et Rossčzitek filium suum et liberos eius super dotalicio suo in Rossčzitky et super eo, quod et ad quod Jus habet, suscepit et suscipit in veram vnionem.)

182. Johannes de Borzitow Protiwczoni de Zastrzizl et Pawlowicz et eius heredibus bona hereditaria propria in Slezan, quinque medios laneos quinque marcas grossorum censuantes cum agris cultis et incultis pleno Jure et dominio et pertinencijs ad dictos laneos spectantibus, prout ipsemet tenuit, nichil sibi et heredibus suis inibi Juris proprietatis et dominij reseruando, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem.

183. (Wenceslaus de Krztietin Georgium Dupnik de Nietkowicz et heredes eius super quinque marcis grossorum census annui in Porziczie prope Lethowicz, quas in Hinkone de Lethowicz Jure terresti obtinuit, suscepit et suscipit in veram vnionem.)

184. Johannes Poczenski de Borzitow Bietkam Conthoralem suam de Zdietin, Quemadmodum Bietka de Slezan pro dotalicio suo habuit, dimidiam septimam marcas grossorum census annui in sexaginta quinque marcis grossorum bonorum dictam Bietkam Johannes Poczenski traducit de Slezan in et super hereditatem aliam in Trubky et assignat ei quinque marcas grossorum minus octo grossis ibidem in Trubky, et remanent dicte Bietcze in Slezan altera dimidia marca cum VIII grossis census annui ad ipsius dotalicium, Et sic idem Johannes dicte Bietcze ibidem in Trubki easdem quinque marcas grossorum minus octo census annui ad residuas dimidiam alteram marcas grossorum cum VIII grossis eciam census annui in eisdem sexaginta quinque marcis grossorum bonorum intabulat et inscribit in verum eius dotalicium, Arkleb de Zastrzizl suscepit. 1464.

185. Wanko de Barzicz Procopio de Prussinowicz et eius heredibus bona sua propria villam Coliczin cum Municione Curia hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vtilitatibus et omnibus vsibus robottis pratis pascuis locis pascuarum silua Molendino piscina locis piscinarum aquis fluidis et non fluidis, metis granicijs et cum omnibus pertinencijs ad dictam villam ab antiquo spectantibus pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, et cum Berna Regia, nichil sibi heredibus suis et successoribus Juris proprietatis et dominij inibi reseruando, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem.

186. Johannes de Zastrzizl et Nemoticz Smiloni de Wežek et Sulessowicz et heredibus eius Curiam propriam hereditariam predialem in Sulessowicz cum taberna et duobus subsidibus agris cultis et incultis pratis pascuis, luco alias s luzkem sub villa ad dictam Curiam spectante censibus et alijs omnibus pertinencijs, ad quas post patrem suum Jus habuit, nichil sibi et heredibus suis Juris proprietatis et dominij reseruando, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem ac hereditarie possidendam.

187. (Anna et Barbara sorores de Blazegiowicz et Wlkoss decem marcas grossorum census annui Susane et Katherine Sororibus de Hinczdorff et Pyzdraticz in villa Bochorz in sex laneis et in septem subsidibus et eorum emphiteosibus intabulant et inscribunt in veram hereditatem ac hereditarie possidendas, Sex autem marcas grossorum census annui Anna et Barbara, quas adhuc ibidem in Bochorz habent vltra illas X marcas grossorum census annui iam intabulatas pro se et suis reseruant heredibus.) [2])

(F. XIII. v.) 188. (Milotha de Morkowicz Wankoni de Barzicz et eius heredibus bona sua propria hereditaria villam Coliczin cum loco Municionis Curia Area Curie tota Aratura, prout solus tenuit, loco Molendini Nemore pratis agris cultis et incultis pascuis locis pascuarum et cum omnibus vtilitatibus montibus vallibus aquis fluidis et non fluidis cum omnibus pertinencijs ad dictam villam et Curiam spectantibus ab antiquo metis et granicijs pleno Jure et dominio et cum Berna Regia, nichil sibi Jus proprietatis et dominij inibi heredibus et successoribus suis reseruando, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem.)

189. (Serenissimus princeps et dominus dominus Ladislaus diue Memorie Rex Boemie et Marchio Morauie per mortem Czenkonis et Zdenkonis fratrum de Wiczemyerzicz in villa Chwalkowicz in Curia siluis Nemoribus et aquis in hijs omnibus pertinencijs, quas inibi tenuerunt et possederunt dicti fratres Czenko et Zdenko de Wiczemyerzicz, Jus suum in ipsam Regiam maiestatem deuolutum dedit in hereditatem veram Karolo de Wlassym Alias de Vssow, Nuncij ad tabulas per Serenissimum principem et dominum dominum Geor-

[1]) *d. i. den 27. März 1463.*

[2]) *Am rechten Rande steht von einer viel späteren Hand der Name: „Ladislaw", d. i. z Bozkowic.*

1464. gium Regem Boemie et Marchionem Morauie dati Benessius de Bozkowicz et Johannes de Waldstein hanc donacionem intabulari fecerunt.)

190. (Idem Rex Ladislaus et Marchio per mortem eorundem fratrum Czenkonis et Zdenkonis de Wiczemierzicz in villa Wiczemyerzicz in Curia ibidem Molendino siluis nemoribus aquis et omnibus pertinencijs, quas inibi tenuerunt et habuerunt Czenko et Zdenko de Wiczemierzicz, Jus suum in ipsam Regiam maiestatem deuolutum dedit in veram hereditatem eidem Karolo de Wlassym alias de Vssow, Nuncij autem ad tabulas per eundem dominum Georgium Regem etc. dati Benessius de Bozkowicz et Johannes de Waldstein hanc donacionem intabulari fecerunt.)

191. (Idem Rex Ladislaus et Marchio per mortem Anne de Ssebetow in Municione et villa Lhota Curia siluis piscinis aquis et alijs villulis in Trzemeninek, Slawietin, Hrabie, Jaworzie et in Paterzin et super hijs omnibus, que dicta Anna tenuit et possedit hereditarie vel dotalicij Jure, ad dictam hereditatem et Jus dotalicij prout ipsa tenuit, Jus suum in ipsam Regiam maiestatem deuolutum eidem Karolo de Wlassym et Vssow dedit in veram hereditatem, Nuncij autem ad tabulas per eundem dominum Georgium Regem dati Benessius de Bozkowicz et Johannes de Waldstein hanc donacionem intabulari fecerunt.)

192. Serenissimus Princeps et dominus dominus Georgius Rex Boemie et Marchio Morauie Karolo et Wenceslao fratribus de Wlassym alias Vssow cum Dorothea de Maletin Orphano sue maiestatis in hijs omnibus, que dicta Dorothea habet, et ad quod Jus habet, dedit veram vnionem.

193. (Karolus de Wlassym et Vssow Johanni et Benessio fratribus de Byelkow et eorum heredibus villam Wiczemyerzicze cum Curia loco Municionis cum Obora luco paruo alias luzek piscinula molendino hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vsibus redditibus pratis pascuis aquis fluidis et non fluidis fluuijs rippis metis et granicijs et omnibus pertinencijs ad dictam villam ab antiquo spectantibus pleno Jure et dominio et cum Berna Regia, nichil sibi heredibus suis et successoribus inibi Juris proprietatis et dominij reseruando, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem ac hereditariam possessionem.)[1])

(F. XIV. r.) 194. Wenceslaus de Orzechowe et Nicolaus de Zakrzan et Tuczap fideiussores olim pro Johanne de Miloticz pro exbrigacione bonorum Swatoborzicz per inuencionem Baronum Johanni Thaborek de Cružow in villa Swatoborzicz decem laneos et vndecim subsides cum Curia loco Municionis agris cultis et incultis censibus locis desertis, alias pustotinami, agris incultis, alias vlehlemi, pratis pascuis fluuijs aquis fluidis et non fluidis pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus, nichil sibi et alteri cuiquumque Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulant et inscribunt in veram hereditatem, *Et submiserunt se dicti Wenceslaus et Nicolaus si in tabulis dicta bona in Swatoborzicz inuenirentur, illa nullius debet fore roboris et momenti iutabulacio.*

195. Nicolaus Bystrzicze de Oynicz et Cromierziz fecit 1464. otpor Johanni Thaborek et huic inthabulacioni asserens, quod illa in Swatoborzicz bona pignus suum esset.

196. Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Boemie Rex et Marchio Morauie Protiwczoni de Zastrzizl et heredibus eius feodum in villa Ważan in tribus laneis tres sexagenas et XII grossos census annui intabulare et inscribere mandauit in veram hereditatem, Et licet plures personas regium denominant mandatum, tamen secundum dicti Protiwczonis primariam inpetracionem et de voluntate ipsius ei et heredibus eius ista facta est intabulacio in veram hereditatem, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati Johannes de Pernstein et Karolus de Wlassym et Vssow.

197. Henricus de Morkowicz et Barzicz Johanni de Morkowicz et heredibus eius villam desertam Oppathowicze cum homine et Area in Prasklicz, loco Municionis, Curia agris cultis et incultis aquis fluidis et non fluidis pascuis locis pascuarum pratis siluis montibus vallibus piscinulis locis piscinarum loco molendini censibus et omnibus vtilitatibus metis et granicijs pleno Jure et dominio ac omnibus pertinencijs ad dictam villam ab antiquo spectantibus, prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis ac successoribus Juris dominij et proprietatis inibi reseruando, intabulat vendit et inscribit in veram hereditatem.

198. Henricus de Morkowicz et Barzicz Protiwczoni de Zastrzizl et Pawlowicz et heredibus eius bona sua propria Jus dotalicij vndecim marcas grossorum census annui in centum et decem marcis grossorum bonorum in Sležan in hominibus proprijs nulli obligatis et sessionatis pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus suis inibi reseruando, intabulat et inscribit Jure dotalicij et pignore possidenda.

199. Wanko de Barzicz Milothe de Morkowicz et heredibus eius villam Pornicze Municionem cum Curijs Curia Areis et tota aratura ad dictas Curias pertinente piscinis molendinis sessionatis et locis Molendinorum desertorum siluis pratis agris cultis et incultis pascuis locis pascuarum cum omnibus vtilitatibus Montibus vallibus aquis fluidis et non fluidis metis granicijs et omnibus pertinencijs ad dictam villam et bona ab antiquo spectantibus et cum Berna Regia, nichil sibi Juris dominij et proprietatis reseruando heredibus ac successoribus suis, Item villam Sswaby desertam cum omnibus pertinencijs coniunctim eidem Milothe et heredibus eius sicut villam Pornicze vendidit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat vendit et inscribit in veram hereditatem.

200. Anna de Labuth Henrico de Dobrczicz et Tuczin et heredibus eius villam (Labuthy cum Curia arature et quitquid ad dictam Curiam pertinet cum agris cultis et incultis hominibus (F. XIV. v.) censuantibus et non censuantibus cum duabus thabernis aquis fluidis et non fluidis pascuis locis pascuarum pratis siluis Nemoribus rubetis Montibus vallibus piscinis loco Molendini alias s Mlynisstiem censibus redditibus vtilitatibus metis et granicijs cum omnibus pertinencijs ad dicta bona et villam ab antiquo spectantibus prout solamet

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand der Name zugeschrieben: „Crystoff," d. i. z Boskowic, welcher in den Jahren 1530—1535 Oberstlandkämmerer von Mähren war.*

1464. tenuit,) Item villam Ranssperk desertam cum omnibus pertinencijs, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis et dominij reseruando, intabulat vendit et inscribit in veram hereditatem.

201. Johannes de Rokytnicz, Johannes Mukarz de Cokor et Czekyn, Procopius de Prussinowicz et de Količzin, Wenceslaus de Logow et Čzech, Johannes de Ochab et Prossenicz, Bernhardus de Sezanicz fideiussores olim pro Vlrico de Cunicz et Drzewohosticz, qui Vlricus principalem exbrigatorem existen et fideiussor pro Johanne Marssalek de Hinczdorf ex precepto Baronum et inuencione se fecerant Henrico de Tučzin villam Tučzapy cum Curia Arature villam Pizdraticze cum Curia ibidem Arature agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus censibus vtilitatibus pratis pascuis locis pascuarum piscinis locis piscinarum siluis Nemoribus rubetis aquis fluidis et non fluidis pleno Jure et dominio et cum omnibus pertinencijs metis et granicijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus, nichil sibi Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulant vendunt et inscribunt in veram hereditatem.

202. (Milotha de Morkowicz Nicolao de Zastrzizl et Dobročzkowicz et heredibus eius villam Brzestek, que sita est sub Buchlow, cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis siluis pratis pascuis locis pascuarum aquis fluidis et non fluidis Montibus vallibus metis et granicijs et omnibus pertinencijs ad dictam villam ab antiquo spectantibus, nichil sibi heredibus suis et successoribus Juris proprietatis et dominij reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem, prout solus tenuit.)

203. Protiwczo de Zastrzizl et Pawlowicz Hermannum de Zastrzizl et Pawlowicz et heredes eius et Johannem de Zastrzizl et Hluk super Nemochowicze villa et super eo omni, quod et ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

204. Philippus de Paczlawicz fecit otpor contra intabulacionem in Pornicz, quam fecit Wanko de Barzicz Milothe de Morkowicz et heredibus eius asserens, se Jus habere ad viginti grossos census annui in vno subside ibidem in Pornicz.

205. Johannes de Zastrzizl et Nemoticz Johanni Czihuowcze de Czihowicz et heredibus eius suam hereditatem propriam, ad quam post patrem suum Jus habuit in villa Drazuowky prope Kromierziz, cum hominibus censuantibus et non censuantibus Curia agris cultis et incultis censibus siluis pratis pascuis locis pascuarum et cum omnibus pertinencijs ab antiquo ad dictam villam spectantibus dat intabulat et inscribit in veram hereditatem.

206. Procopius de Dyedkowicz facit otpor contra intabulacionem illam, que intabulata est Benessio de Bozkowicz et heredibus eius in medietate ville Ossečzan et eius pertinencijs racione vnionis asserens se ad tres laneos ibidem ex dicto ipsius Benessij et eciam pretextu cuiusdam litere ad illos tres laneos Jus habere.

207. Elsska et Margaretha de Mirow fecerunt otpor contra intabulacionem, quam Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius intabulari fecit in villa Zaworzicze et alijs villulis Karolo de Wlassym et Vssow asserentes, se ad eas Jus habere. 1464.

(F. XV. r.) 208. (Nicolaus Bystrzicze de Oynicz et Cromierzicz, quemadmodum in eum tamquam in fidelem manum Zawissij de Kunczicz litera exbrigatoria et eciam tamquam super commissarium quem eundem[1]) Nicolaum ipse Zawisse tabulis fecerat verum commissarium, villa dicti Zawissij Buk nunccupata in ipsum Nicolaum deuenit et deuoluta est, Nicolaus autem omne Jus suum, quod ei competit in dicta villa, et si quid inibi habet racionibus suprascriptum, beniuole dedit et intabulauit Onssoni de Cunczicz et heredibus eius super villa Buk et eius pertinencijs omnibus pleno Jure et dominio, prout tabule et litera exbrigatoria lucidius demonstrant.)

209. Anna de Horssow Johannem et Benessium de Bielkow filios suos et eius heredes super dotalicio suo in Olssan et (Drzowicz) et super eo omni, quod habet et ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

210. Elsska de Czrtorig Johannem de Czrtorig fratrem suum super dotalicio suo, quod habet in Selitky et super eo omni, quod et ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

211. (Henricus de Morkowicz et Tučzin Elsskam de Morkowicz et Barzicz Conthoralem suam super ducentis et quinquaginta marcis grossorum in villa Tučzapy et Pizdraticz tali condicione, dum ipsum decedere ab hac luce contingeret, quod Elsscze dicte ducente et quinquaginta marce grossorum per fratrueles Henrici dari debeant, et quamdiu date non fuerint, quod ab inde moueri non debeat, suscepit et suscipit in veram vnionem.)

212. Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Rex Boemie et Marchio Morauie Gregorio Molar Ciui Olomucensi et heredibus eius de speciali gracia villam Czrtorig cum pertinencijs suis intabulari mandauit et admisit, dum intabulari per venditores debuerit in veram hereditatem, Cuius nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem dati sunt Johannes de Czinnburk et Thowaczow et Karolus de Wlassym et Vssow.

213. (Vrsula de Olssan Johannem virum suum super Curia sua hereditaria in Ol.) (sic).[2])

214. (Wyssko de Strzitež cum heredibus suis Alberto de Kralowych Lazi Curiam suam hereditariam in Strzitez cum hominibus censuantibus et non censuantibus ad dictam Curiam pertinentibus agris cultis et incultis censibus vtilitatibus vsibus robottis pratis pascuis locis pascuarum molendino aquis fluidis et non fluidis reseruaculis alias halterzi siluis nemoribus rubetis metis et granicijs pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs ad dictam Curiam et bona ab antiquo spectantibus, nichil sibi et heredibus suis inibi Juris proprietatis et dominij nec Bernam Regiam reseruando, vendit intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

215. Vrssula de Olssan Stiborium et Radslaum fratres suos de Rakowych super Curia hereditaria sua in Olssan suscepit et suscipit in veram vnionem, Et licet Vrsula virum viuum habuerit, sed tamen quod rusticus fuit et

[1]) *Dieses Wort ist durchstrichen und am linken Rande steht die Note: „non preiudicat abolicio.“*

[2]) *Von einer anderen gleichzeitigen Hand steht zugeschrieben: „ista cancellacio non preiudicat alijs intabulatis.“*

1464. voluntas eius ad hoc accessit, dicte Vrsule cum fratribus dictis ista vnio admissa est.

(F. XV. v.) 216. (Bernhardus de Zerotin Johancze de Possuticz Conthorali sue vigintiquinque marcas grossorum census annui deputati in ducentis et quinquaginta marcis grossorum bonorum in villa sua hereditaria Zerotin in hominibus sessionatis et nulli obligatis in verum eius dotalicium dat et intabulat et inscribit Jure dotalicij possidendas, Idem Bernhardus de Zerotin suscepit.)

217. Karolus de Wlassym alias de Vssow Venerabilibus Jacobo preposito et Conuentui Claustri Ssternbergensis et eorum successoribus mediam villam Chwalkowicz cum nemore aquis pratis et omnibus pertinencijs eius, prout solus tenuit, donaciones racione Regis Ladislai diue memorie per mortem Zdenkonis et Czenkonis fratrum de Wiczemierzicz hoc omne Jus dictis preposito et Conuentui de consensu Serenissimi principis et domini domini Georgij Regis Boemie et Marchionis Morauie et Baronum intabulat et inscribit in veram hereditatem.

218. (Hinko et Henricus fratres de Sowinecz et Pnyowicz Barssoni de Czihowicz et heredibus eius cum Curia agris cultis et incultis pratis) (sic).[1])

219. Hinko et Henricus fratres de Sowinecz et Pnyowicz Barssoni de Czihowicz et heredibus eius villam Wilhemow cum Curia agris cultis et incultis pratis pascuis siluis aquis fluminibus et cum omnibus pertinencijs ad dictam villam ab antiquo spectantibus et ad quod Jus pater eorum inibi habuit et ipsi post patrem suum, hoc totum intabulant et inscribunt in veram hereditatem, nichil sibi et heredibus suis ac successoribus ibidem Juris proprietatis et dominij reseruando, Eciam in villam Paterzin quitquid inibi habent eidem Barssoni et heredibus eius intabulant et inscribunt cum omnibus eiusdum ville pertinencijs in veram hereditatem.

220. Johannes de Wlassim cum fratribus suis fecit odpor contra intabulacionem et vnionem, qua fratres suos suscepit in vnionem super Curia in Olssan Vrssula de Olssan asserens, se donacione Regis Ladislai cum fratribus suis Jus habere ad dictam Curiam.

221. Baress de Czihowicz fecit otpor contra intabulacionem Karoli de Wlassim, qua intabulauit Paterzin Erasimo de Slawikowicz asserens, se Jus ad id habere.

222. Anna Mosse de Rzečze Margaretham et Katherinam filias suas super dotalicio suo, Quod super villa Ssonwald habet et eius pertinencijs, in Centum marcis grossorum suscepit et suscipit in veram vnionem.

223. Katherina de Ssonwald Annam Mosse de Rzetčze matrem suam et Margaretham de Ssonwald sororem suam super Jaworek villa et silua in villis Swynow et Mirotyn, quitquid in dictis villis habet et super eo toto, quod habet et habebit, suscepit et suscipit in veram vnionem.

224. Jessko de Chylecz fecit otpor contra intabulacionem Karoli de Wlassym, quam fecit super villa Chwalkowicz preposito et Conuentui Ssternbergensi asserens, se ad dictam villam Jus habere.

(F. XVI. r.) 225. Wyssko de Strzietež Barbaram de Tučzin Conthoralem suam Katherinam et Elizabeth Sorores Hinczonis Ffridlantski filias super eo toto, quod et ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem sub ista condicione, si ipso Wysskone viuente aliquid de bonis suis contingeret ei vendere, quod ista vnio tali non preiudicaret vendicioni. 1464.

226. Wyssko de Strzietez fecit otpor Protiwczoni de Zastrzizl racione Curie in Bohdalicz cum eius pertinencijs, quam ei Jarossko Jus non habendo vt ipse dicit[2]) intabulauit asserens, se ad dictam Curiam Jus habere.

227. Smil de Lodiegnicz Luce Zalczar Aduocato Olomucensi Johanni et Katherine liberis Jeronimi Hanaper et earum tribus heredibus Curiam propriam in Lodiegnicz cum altero dimidio laneo cum tribus praitis tribus pratis et quatuor reseruaculis piscium cum illo eciam laneo, quem olim Anna matertera eiusdem Smilonis ibidem in Lodiegnicz tenuit, cum omnibus Pomerijs Ortis siluis pascuis fluuijs censibus vtilitatibus robottis pleno Jure et dominio cum omnibus pertinencijs ad dictam Curiam in Lodiegnicz ab antiquo spectantibus metis et granicijs ab antiquo ab alijs bonis circumadiacentibus dimensis, prout solus tenuit, nichil sibi Juris proprietatis et dominij inibi reseruando et heredibus ac successoribus eius, hoc totum intabulat dat et inscribit in veram hereditatem.

228. (Baress de Čzihowicz fecit odpor contra intabulacionem, quam fecit Smilko de Lodiegnicz Luce Zalczar Johanni et Katherine liberis Jeronimi Hanaper et eorum heredibus super Lodiegnicz asserens, se ad hoc Jus habere.)

229. Jessek et Herbordus fratres de Horka fecerunt otpor contra intabulacionem, qua intabulate sunt villa Radkow et Peteruowka pro Zdenkone de Postupicz asserentes, se ad dictas villas Jus habere cum omnibus dictarum villarum pertinencijs ab antiquo.

230. Anna de Morzicz et de Horka Jesskonem de Horka filium suum super Curia in Doloplaz prope Dobromilicz et super eo toto, quod et ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem suscipit (sic) Jesskonem et heredes eius.

231. Baress de Czihowicz Bedricum de Lilcz super eo toto, quod habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

232. Hinco et Henricus fratres de Sowinecz et de Pnyowicz renuncciauerunt omni Juri suo, quod in Wilhemow villa habuerunt et eius pertinencijs, et si quando intabulate pro eis et eis (sic) eorum heredibus invenirentur, nullius talis intabulacio per amplius debet et potest esse roboris et momenti, Eodem modo in Paterzin omni suo Juri renuncciauerunt.

233. (Zoffka de Osseczan fecit otpor Procopio Ryssek contra intabulacionem domini) (sic).[3])

234. Zoffka de Osseczan fecit otpor Benessio de Bozkowicz et heredibus eius contra intabulacionem et

[1]) *Am rechten Rande steht von einer anderen gleichzeitigen Hand: „Ista cancellacio non preiudicat alijs intabulatis.“*

[2]) *Diese von derselben Hand geschriebenen drei Worte „vt ipse dicit“ stehen oberhalb der Zeile und am rechten Rande liest man von einer anderen gleichzeitigen Hand die Note: „non preiudicat.“*

[3]) *Am linken Rande steht von einer anderen gleichzeitigen Hand geschrieben: „non preiudicat alijs intabulatis.“*

1464. vnionem, qua Wenczlaw filius Petrschreiber ipsum Benessium et heredes eius suscepit in vnionem asserens, se ad dictam medietatem ville Osseczan et eius pertinencias Jus habere.

(F. XVI. v. vacat.)

1466. (F. XVII. r.) **235.** Anno domini Millesimo Quadringentesimo sexagesimo sexto Sabbato post festa Epiphaniarum domini [1]) Celebratum est Colloquium Baronum ex mandato Serenissimi principis et domini domini Georgij Regis Boemie et Marchionis Morauie etc. Presidentibus Reuerendissimo in Christo patre et domino domino Prothasio etc. Episcopo Olomucensi ac Inclito principe et domino domino Wictorino duce Munsterbergensi Comite Glacensi domino de Cunstat et de Podiebrad, protunc Capitaneo Marchionatus Morauie, Necnon Generosis dominis, domino Proczkone de Cunstat Supremo Camerario, domino Nicolao Bystrzicze de Oynicz Supremo Czudario Czude Olomucensis, atque Heinrico de Bystrzicz Supremo Notario Tabularum Terre Morauie, domino Heinrico de Lippa supremo Marssalko Regni Boemie, domino Johanne de Pernstein Supremo Camerario Czude Brunnensis, domino Benessio de Bozkowicz, domino Karolo de Wlassim et Vssow, domino Johanne de Czinnburg et de Giczin, domino Wockone de Sowinecz, domino Matheo de Sternberg, domino Stiborio de Czinnburg et Thowaczow, domino Hinkone de Waldstein et Zidlochowicz, domino Czenkone Kuna de Kunstat, domino Jarossio de Czinnburg et de Thowačzow, domino Heinrico de Dubrawicze, domino Puta de Sowinecz, domino Georgio de Lantstein, domino Vlrico de Miličzin, domino Johanne de Ludanicz et Rokytnicze, alijs quam pluribus Baronibus generosis.[2])

(F. XVII. v.) **236.** Zoffka de Cunstat Conthoralis olim Generosi domini Johannis de Czinnburk et de Thowaczow Stiborium et Jarossium filios suos et eorum heredes masculini sexus suscipit et suscepit super omnibus bonis, que habet et super eo toto, quod habet ad quod Jus habet et habebit in futurum, in veram vnionem.

237. Nicolaus de Zastrzizl et Dobročzkowicz Johannem de Zastrzizl et Hluk patruum suum super villa Dobroczkowicze et super eo toto, quod habet et habebit in futurum, suscipit in veram vnionem.

238. Georgius de Wlcznow Henrico de Morkowicz et de Barzicz et heredibus eius villam Wlčznow suam hereditariam cum Municione Curia trium araturarum cum agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus censibus redditibus et omnibus vsufructibus robottis aquis Riuis fluentibus et non fluentibus pratis pascuis Nemore Jurepatronatus metis limitibus et cum omnibus pertinencijs ad dicta bona et villam ab antiquo spectantibus, prout predicta villa in suis metis et limitibus consistit et dimensa est, et prout solus tenuit, nichil sibi et heredibus suis et successoribus Juris dominij et proprietatis inibi reseruando, dat intabulat et inscribit in veram hereditatem. 1466.

239. Hinko de Ottoslawicz Johancze de Chylecz Conthorali sue Centum marcas grossorum bonorum argenteorum in et super villis Snyehoticze et Curia ibidem et villa Oldraticze dat et intabulat in verum dotalicium, quod dotalicium ipsemet Hinko suscepit.

240. Matheus de Sternberg et de Lukow Buzkoni, Johanni et Petro fratribus et eorum heredibus de Wlachowicz dictis villam desertam Kolelek Curiam desertam cum agris cultis et incultis censibus vsibus vsufructibus pascuis siluis Nemoribus rubetis aquis fluentibus et stantibus cum omni Jure et dominio, quitquid ad dicta bona ab antiquo pertinet, nichil sibi ibi heredibus et successoribus suis Juris reseruando, dat et intabulat in veram hereditatem.

241. Elsska de Cunstat Johannem (et Georgium) de Sowinecz filios suos super dotalicio suo, quod in bonis Pnyowicz habet, in dimidio octauo Centenario sexagenarum grossorum bonorum obligatum et intabulatum suscepit et suscipit in veram vnionem, Tali sub condicione, si ab hoc seculo prius quam filij eius decederet Elsska, quod dotalicium predictum in filios eius deuolueretur, et si vnus ex filijs eius decederet ab hac vita, quod in alium deuoluantur, Si autem ambo filij decederent, extunc illud dotalicium, quod in Zoffkam filiam predicte Elsscze dictum dotalicium deuoluatur.

242. Elsska de Cunstat Johannem (et Georgium) de Sowinecz filios suos super villis Welika Senicze et in Diessow super hereditate sua et super eo toto, ad quod Jus ibidem et alibi habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem, Tali sub condicione, si ab hoc seculo prius quam filij eius decederet Elsska, quod bona predicta in filios eius deuoluerentur, et si vnus ex filijs eius (F. XVIII. r.) decederet ab hac vita, quod in alium deuoluantur, si autem ambo filij decederent, extunc (illa Bona)[3]) que in Zoffkam filiam predicte Elsscze deuoluantur.

243. (Smil de Lantstein cum suis heredibus Matheo de Sternberg et eius heredibus Bona Obrzanska dicta, videlicet Municionem Bystrzicze cum Oppido Bystrzicze cum villis Lukow, Dobroticze, Genikow, Bylawsko, Slawkow, Lhota, Chwaličzow, Hlinsko, Rychlow, Nowawes, Mrlin Hornie, Wsy puste, Gestrzebie, Lhotu Wyssoku, Lhotu staru, Lhotu mladotu, Gencze, Kralow, Bezmirow cum curijs agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus censibus robottis aquis fluentibus et stantibas pratis pascuis siluis Nemoribus rubetis piscinis locis piscinarum alias s Rybnisstiemi cum Juribuspatronatus metis limitibus cum omnibus vsibus et pertinencijs singulis et vniuersis ad dicta bona

[1]) *d. i. den 11. Jänner 1466.*

[2]) *Unmittelbar unter dieser Eingangsformel steht von derselben Hand: „Verte folium.“*

[3]) *Diese von derselben Hand geschriebenen zwei Worte stehen auf einer ausgekratzten Stelle, und am linken Rande steht von einer anderen jedoch gleichzeitigen Hand: „non preiudicat abolicio hec.“*

1466. ab antiquo spectantibus, et prout solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis in eis reseruando, dat intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

244. Matheus de Sternberg et de Lukow cum suis heredibus Georgio de Lantstein et eius heredibus Bona Obrzanska dicta, videlicet Municionem Bystrzicze cum Oppido Bystrzicze cum villis Lukow, Dobroticze, Genikow, Bylawsko, Slawkow, Lhota, Chwaličzow, Hlinsko, Rychlow, Nowawes, Mrlin Hornie, villas desertas Gestrzebie, Lhotu Wyssoku, Lhotu staru, Lhotu mladotu, Genčze, Kralow, Bezmirow cum curijs agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus censibus robottis aquis fluentibus et stantibus pratis pascuis Montibus siluis nemoribus rubetis piscinis locis piscinarum alias s Rybnisstiemi cum Juribuspatronatus metis limitibus cum omnibus vsibus et pertinencijs singulis et vniuersis ad dicta bona ab antiquo spectantibus, prout solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis in eis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

245. (Zbinko de Zwola Johancze de Malenowicz et Ssenstras Conthorali sue legittime in hereditate propria videlicet in villa Ssonwald et Curia ibidem et in villis Plnkuty, Brzwencze et Libina et in omnibus predictarum villarum pertinencijs Triginta et dimidiam octauam marcas grossorum census annui in dimidio quarto Centenario Marcarum et in vigintiquinque marcis grossorum bonorum argenteorum intabulat et inscribit in verum eius dotalicium, Hinko de Zwola et de Goldstein hoc suscepit dotalicium.)

246. Matheus de Ssternberg et de Lukow Georgio de Honbicz et eius heredibus villam Kaniowicze propriam et hereditariam cum metis et granicijs Molendino Nemoribus Curia agris cultis et incultis et omnibus dicte ville pertinencijs ad eam ab antiquo spectantibus intabulat et inscribit in veram hereditatem.

247. Elsska de Rossčzin Matheum et Czenkonem de Naklo filios suos super villa Rossczin propria et hereditaria et super eo toto, quod habet et habebit in futurum, suscepit et suscipit in veram vnionem.

(F. XVIII. v.) **248.** (Proczko de Cunstat Supremus Camerarius Tabularum Czude Olomucensis Henrico de Lippa Supremo Marschalko Regni Boemie et heredibus eius Castrum Swietlow cum Oppidis villis Curijs siluis Nemoribus Rubetis aquis aquarumve decursibus piscinis montibus et vallibus et signanter cum omnibus limitibus metis et pertinencijs ad dictum Castrum et bona ab antiquo spectantibus pleno Jure et dominio, que bona in Georgio de Wlčznow Jure terrestri prefatus Proczko obtinuit alias vstal et ei in quatuordecem Centis florenorum et in impensis et damnis, quas racione inducčionis et adhereditacionis inpendit et recepit, dat et intabulat hereditarie possidendum.)

249. Johannes de Czinnburk et de Giczin Katherine ducisse Oppauiensi Conthorali sue legittime Tria Milia florenorum et vndecim Centa sexagenarum et triginta tres sexagenas grossorum cum viginti grossis bonorum argenteorum in Ciuitate Giczin in sua propria hereditate excepto Molendino dat et inscribit in verum eius dotalicium, Stiborius et Jarossius de Czinnburk et Thowačzow fratres hoc dotalicium susceperunt. 1466.

250. Jarossius de Czinnburk et Thowačzow Magdalene Conthorali sue de Michalowicz Quatuor milia florenorum Hungaricalium super villis Wirowany, Eywanie et Wykleky cum earum pertinencijs omnibus assignat intabulat et inscribit in verum eius dotalicium, Johannes de Czinnburk et Giczin et Stiborius de Czinnburk et Thowaczow hoc dotalicium susceperunt et ea racione ista intabulacio facta est, quod Jarossius coram Offičio diui Ladislai Regis Boemie priuilegium ostendit, quod super hijs bonis dotalicia intabulari possunt.

251. Raczko de Zborowicz et Smil de Wežek fideiussores pro Wenceslao et Johanne de Zdislawicz Johanni Janowskemu de Strabenicz et heredibus eius Septem marcas grossorum census annui intabulant assignant et inscribunt Jure hereditario possidendas, in villa eadem Zdislawicz et ea racione fideiussores intabulauerunt, quia Wenceslaus et Johannes erant mortui.[1])

252. Hedwika de Miliczin Hinkonem de Zwola et de Mirow Maritum suum super omni sua hereditate et super eo toto, quod habet et ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscepit in veram vnionem.

253. Barbara de Rohowa Johannem et Henricum[2]) fratres de Ochab filios suos super dotalicio suo, quod habet in Bartossowicz et super eo toto, quod habet vel habebit in futurum, suscipit in veram vnionem.

254. Henricus de Morkowicz et Barzicz contra intabulacionem, quam Raczko de Zborowicz et Smil de Wežek Johanni Janowskemu de Strabenicz fecerunt et intabulauerunt facit odpor asserens, se ad eadem bona Jus habere.

255. (Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Rex Boemie et Marchio Morauie Johanni Dieweczka de Herstein et eius heredibus omne Jus, quod sue magestati competit in villa Czrhow et Curia ibidem cum omnibus pertinencijs dat et inscribit et intabulat in veram hereditatem, Johannes de Pernstein hanc intabulacionem fecit inscribi ab ipso domino Rege ad id deputatus Nuncius datus et assignatus.)

(F. XIX. r.) **256.** (Henricus de Lippe Supremus Marssalkus Regni Boemie predicte intabulacioni, quam fecit dominus Rex Georgius pro Johanne Diewečzka et eius heredibus fecit odpor et facit asserens, se ad ea bona donacione Regia Jus habere.)

257. Margaretha de Skrben Jacobum de Costelecz Maritum suum super villa sua hereditaria Skrben, quam habet post patrem suum et super eo toto, quod habet ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscipit in veram vnionem.

258. (Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Rex Boemie et Marchio Morauie Arklebo et eius heredibus de Ostrow Opidum Cunowicz cum duabus

[1]) *Die nachfolgende Hälfte der Zeile ist ausgekratzt und am linken Rande steht von einer anderen jedoch gleichzeitigen Hand: „Ista abolicio non preiudicat.“*

[2]) *Dieser von derselben Hand geschriebene Name steht auf einer ausgekratzten Stelle und am rechten Rande liest man die von einer anderen jedoch gleichzeitigen Hand beigefügte Note: „ista abolicio non preiudicat.“*

1466. Municionibus Curijs Jurepatronatus et vineis, Nowawes, Minikowicze duas villulas cum Molendinis Montibus vallibus rubetis siluis venacionibus piscacionibus aucupacionibus pratis fluminibus censibus vtilitatibus et prouentibus vniuersis pleno Jure et dominio cum omnibus pertinencijs, prout dicta bona in suis metis et limitibus consistunt, nichil sibi et successoribus suis Regibus Boemie et Marchionibus Morauie in hijs bonis Juris dominij et proprietatis reseruando, dat et intabulat in veram hereditatem, Nuncij ad tabulas dominus Stiborius de Czinnburg et Thowaczow et Czenko Kuna de Cunstat per eundem dominum Regem dati hanc intabulacionem fieri fecerunt.)

259. (Johannka de Przečzkowicz Johanni de Czinnburg et de Giczin et heredibus eius totum Jus suum, quod in villa Przeczkowicz habet et habuit, dat intabulat et assignat in veram hereditatem, Et abrenuncciat predicta Johanka omni Juri suo, si quod in tabulis inueniretur, et quod nullius debet esse roboris et momenti.)

260. (Henricus de Morkowicz et de Weletin Hinkoni de Ludanicz et heredibus eius suam propriam hereditatem, villam Dluhawes cum Municione Curia pratis Molendino obstaculis alias stawymi et cum omnibus pertinencijs ad dicta bona ab antiquo pertinentibus, villam Wrchoslawicze cum Jurepatronatus Molendino piscinis et cum omnibus dictarum villarum pertinencijs metis et limitibus, prout dicta bona sunt distincta et dimensa in suis metis, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris et dominij reseruando, dat et inscribit in veram hereditatem.)

261. Jarossius de Czinnburg et de Thowaczow supradicte intabulacioni facit odpor, quam Henricus Hinkoni de Ludanicz et eius heredibus intabulauit racione vnius obstaculi alias staw penes villam Dluhawes dicens, quod illud obstaculum sit laboratum in vna Ripa, que pertinet ad villam Mirowicz, quam villam Jarossius tenet et possidet.

262. Johannes de Czinnburk et de Giczin Onssoni de Cunczicz et heredibus eius villam suam hereditariam Buk cum omnibus metis et pertinencijs ad dictam villam ab antiquo spectantibus, prout ipse et predecessores eius tenuerunt, nichil sibi Juris proprietatis et dominij et heredibus ac successoribus suis in hijs reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

(F. XIX. v.) **263.** Illustris princeps et dominus dominus Victorinus Dux Munsterbergensis Comes Glacensis Baro de Cunstat et Podiebrad Capitaneus Marchionatus Morauie ex Mandato Serenissimi principis et domini domini Georgij Regis Boemie et Marchionis Morauie dedit nuncios ad tabulas pro Heinrico de Lippa Supremo Marssalko Regni Boemie dominum Johannem de Pernstein Supremum Camerarium Czude Brunnensis et dominum Johannem de Czinnburg et de Giczin, Et hij in Castro Swietlow Oppidis villis et omnibus pertinencijs ad dicta bona et Castrum spectantibus duodecem Centa florenorum, qui dati sunt a Heinrico Berka pro dotalicio Katherine de Zieroticz et pro debitis Georgij de Wlčznow, et quos Matheus de Sternberg eidem Heinrico Berka viceuersa dedit et reddidit, et quos eciam Proczko de Cunstat ex mandato predicti domini Regis Matheo de Sternberg vlterius dedit, et demum eciam ex mandato eiusdem domini Regis Henricus de Lippa Proczkoni de Cunstat predicta duodecem centena florenorum dedit et persoluit, illa duodecem centena florenorum Henrico de Lippa et eius heredibus in Castro et bonis supradictis fecerunt intabulari et inscribi. 1466.

264. Anna de Hradek et de Bzowe Johannem de Lometinecz maritum suum super villa Bzowe sua propria hereditaria, quitquid Juris ibi et alibi habet et ad quod Jus habebit, suscipit in veram vnionem.

265. Anno domini MCCCC°LXV^to^ feria IIII^ta^ ante Nicolai[1]) Prage.

Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Rex Boemie et Marchio Morauie etc. Wenceslao de Orzechowe et Nicolao filio eius dedit veram vnionem cum Hinkone filio Jane de Tučzap, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Regem deputati et dati dominus Johannes de Czinnburg et Gičzin et dominus Stiborius de Czinnburk et de Towaczow, qui fecerunt hoc intabulare.

266. (Anezka de Lessan Johannem de Dalčzicz super dotalicio suo et hereditate, quod in Skrben habet et ad quod Jus habet et habebit in futurum, suscipit in veram vnionem.)

267. Adliczka de Branicz et Nassedlowicz Johankam et Offkam filias suas et Aničzkam Neptem suam, filiam Wankonis Račzek de Mrdicz, super villa Kogiatky et super eo ad quod Jus habet, suscipit in veram vnionem, Tali condicione, si Aničzka ab hac vita decederet, quod viceuersa in Johankam et Offkam deuolueretur.

268. Jacobus de Costelecz Margarethe de Skrben Conthorali sue in et super sua propria hereditate Costelecz Triginta marcas grossorum census annui in Trecentis Marcis grossorum bonorum in verum eius dotalicium assignat intabulat et inscribit, Johannes de Rokytnicz hoc dotalicium suscepit.

269. (Karolus Wlassym Johanni Thunkl de Brniečzek et Zabrzeh et eius heredibus medietatem ville Zaworzicz cum loco Municionis Molendino Nemore flumine dicto Morawa metis piscinis pratis et que prata inpingnorata essent illa solus Johannes quod reemere posset, agris cultis et incultis pascuis locis pascuarum alias pastwiesstie, prout solus tenuit, nichil sibi Juris dominij et proprietatis reseruando inibi, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

(F. XX. r.) **270.** Jacobus de Costelecz vice et nomine Margarethe de Skrben Conthoralis sue contra intabulacionem et vnionem, vbi Anezka de Lessan Johannem de Dalčzicz super Skrben suscepit in vnionem, facit suum odpor asserens, se Jus habere.

271. (Climent de Simrze villam Opprostowicze cum Curia agris cultis[2]) et incultis pratis siluis pascuis locis pascuarum alias pastwisstie cum salicetis Riuis Rippis metis piscinis et omnibus vtilitatibus pleno Jure et dominio et pertinencijs vniuersis, prout illa villa in suis metis consistit, nichil sibi Juris et proprietatis ibidem

[1]) *d. i. den 4. December 1465.*

[2]) *Diese zwei von derselben Hand geschriebenen Worte „agris cultis“ stehen auf einer ausgekratzten Stelle und am linken Rande liest man von einer anderen gleichzeitigen Hand die beigefügte Note: „ista rasura non viciat.“*

1466. reseruando nec heredibus et successoribus suis excepto illo, quod ibi Marziczku filius tenet, Wockoni de Sowinecz et Proczkoni de Wysskowicz intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

272. (Stiborius de Czinnburk et de Thowačzow Elsscze de Melicz Conthorali sue super medietate ville Milenow et super Klokoczi,[1]) et Mikuluowka cum earum pertinencijs[2]) dimidio Quinto Centenario Marcarum grossorum bonorum argenteorum intabulat et inscribit in verum eius dotalicium, Johannes de Czinnburk et Giczin et Jaross de Czinnburg et Thowaczow susceperunt.)

273. (Bohusse de Drnowicz cum heredibus suis Protiwczoni de Zastrzizl et Pawlowicz et eius heredibus suam propriam hereditatem in Slezan, quod ei cessit post Lewikonem de Slezan, cum medietate loci municionis Curia piscinis desertis silua pratis robottis censibus pomerio hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis pascuis locis pascuarum alias pastwisstie Montibus vallibus aquis fluentibus et stantibus metis granicijs, prout eadem bona in suis metis et granicijs ab antiquo consistunt et sunt dimensa et cum vndecem marcis grossorum census annui, quas a Heinrico de Morkowicz tenet, prout solus tenuit, nichil sibi Successoribus et heredibus suis Juris dominij et proprietatis ibi reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

274. (Georgius de Lantstein Barbare de Wiczkow Matri sue Quadraginta marcas grossorum census annui super villis Lukow, Nowawes, Genikowicz, Dobroticz in Quadringentis marcis grossorum bonorum argenteorum Intabulat inscribit et assignat Jure dotalicij possidendas, Georgius de Lantstein ipsemet suscepit.)

275. Johannes et Hinko fratres de Ludanicz, Baress de Czihowicz, Johannes Kupsa de Prziluk et Johannes Smolka de Laznik fideiussores Johannis Crumpsin de Lessan iam mortui (Jacobo et Onssoni fratribus de Ssarow et eorum heredibus bona hereditaria dicti Johannis Crumpsin et signanter villam Crumpsin cum Municione Curia duarum Araturarum Jurepatronatus ibidem, villam Prostiegiowky cum hominibus censuantibus et non censuantibus robottis censibus vtilitatibus agris cultis et incultis piscinis locis piscinarum alias Rybnisstie reseruaculis piscium alias halterze cum pratis Strabimi a Čzičzowecz et illam siluam Ossimu cum alijs siluis Nemoribus Rubetis pratis pascuis locis pascuarum alias pastwisstie Montibus aquis fluentibus et stantibus metis et granicijs, prout dicta in suis metis et granicijs ab antiquo consistunt (F. XX. v.) et sunt dimensa, pleno Jure et dominio, nichil sibi et heredibus Johannis Crumpsin Juris dominij et proprietatis ibidem reseruando)[3]) excepto vno homine domini Georgij de Crawar intabulant et inscribunt in veram hereditatem.

276. Georgius de Wlczňow Johanni de Honbicz et heredibus eius villam Niemčzij dolni cum agris cultis et incultis Curia Molendino pratis pascuis rubetis aquis fluentibus et stantibus et cum omnibus pertinencijs ad dictam villam ab antiquo spectantibus et prout dicta bona in suis metis et granicijs sunt dimensa, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis ibidem reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem. 1466.

277. Bernhardus de Zerotin Alene de Huntierzow et Wažan tres quartas agri in villa Wažan, in Jacobo dimidiam alteram quartam et in Ondra Bossek dimidiam alteram quartam, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis ibidem reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem, excepto dimidia altera marca census annui, quas Petro Sirowatka in illis tribus quartis prius vendidit.

278. Wocko de Sowinecz et Proczko de Wysskowicz Arklebo de Medarzicz et Elsscze de Lippowa Conthorali sue villam Opprostowicze et Curiam cum loco Municionis alias s Kopczem Pomerio hominibus censuantibus et non censuantibus Censibus robottis vtilitatibus siluis rubetis piscinis fluminibus Riuis fluentibus et stantibus pratis pascuis locis pascuarum alias pastwisstie agris cultis et incultis metis granicijs cum pleno Jure et dominio ac pertinencijs, prout dicta bona in suis metis ab antiquo consistunt et dimensa sunt, nichil sibi heredibus suis et successoribus suis Juris dominij et proprietatis ibidem reseruando, prout soli tenuerunt, excepto eo quod Marziczku filius tenet, intabulant et inscribunt in veram hereditatem.

279. Arklebus de Zastrzizl fecit odpor et facit contra intabulacionem quam fecit et intabulauit Bohusse de Drnowicz Protiwczoni de Zastrzizl et eius heredibus in villa Slezan asserens, se Jus ad dimidiam Sextam marcas census annui in eadem villa Jus (sic) habere.

280. Dorothea de Mostečzne Magdalene de Hniewossicz et Bessowicz bona sua hereditaria in villa Olessne cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis metis granicijs siluis Rubetis pratis pascuis Riuis Montibus vallibus pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs ab antiquo ad dicta bona spectantibus, nichil sibi et successoribus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, prout sola tenuit, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

281. Barbara de Wiczkow Dorotheam Seniorem et Margaretham Juniorem de Lantstein filias suas super Trecentas marcas grossorum et Georgium de Lantstein filium super Centum marcis dotalicij sui, quod in villis Lukow, Nowawes, Genikowicz et Dobroticz et in Hlinsko super vno homine suscipit in veram vnionem.

282. Johannes de Honbicz Georgium fratrem suum de Honbicz et heredes eius super villa Niemczi et eius pertinencijs suscipit in veram vnionem.

(F. XXI. r.) 283. (Johannes de Zastrzizl et Nemoticz Nicolao de Zastrzizl et Dobročzkowicz et eius heredibus sua propria bona hereditaria, in villa Orzechowe Septem marcas grossorum census cum agris cultis et incultis aquis fluentibus et stantibus pascuis locis pascuarum alias pastwisstie pratis Montibus vallibus pleno Jure et dominio redditibus vtilitatibus et cum omnibus pertinencijs, que ad dictos homines et

[1]) u. [2]) *Die zwei von derselben Hand geschriebenen Worte stehen an einer ausgekratzten Stelle und am linken Rande befindet sich die von einer anderen jedoch gleichzeitigen Hand beigefügte Note: „non preiudicant aboliciones."*

[3]) *Am rechten Rande dieser gelöschten Stelle steht von einer späteren Hand: „Crystoff z . B.", d. i. Boskowic.*

1466. illas Septem marcas Census pertinent metis et granicijs, prout illa bona ab antiquo sunt dimensa, et prout solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis ibidem reseruando excepta vna marca census, si eam propter dotalicij inpignoracionem exbrigare non posset, quod eas Tredecem marcas grossorum reemere posset, et quod eadem marca census a Nicolao extabulari debet, hoc totum intabulat et inscribit in veram hereditatem.)[1])

284. Markwardus de Lomnicz Margarethe de Bozkowicz Conthorali sue super medietate Oppidi Lethowicz super villis Trzebietin, Mezirzičz, Trawnik, Wranowa et super alijs villis Curijs allodialibus alias popluznych censuantibus et super hijs omnibus bonis, ad que ibidem Jus habet et que ad Lethowicz pertinent, Quingentas sexagenas grossorum bonorum intabulat inscribit et assignat in verum eius dotalicium, Markwardus ipsemet hoc dotalicium suscepit.

285. Markwardus de Lomnicz Hinkoni de Zwola et eius heredibus medietatem municionis in Borotin medietatem Curie cum arature medietate et medietate illorum hominum in Borotin et in paruo Nyrowecz cum siluis Montibus Nemoribus cum metis, prout dicta bona consistunt et sunt dimensa, quitquid ibidem hereditatis habuerit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis et dominij reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem, excepto Monte et silua circa Borotin, que iacet ab Oppathowicz, et quam Markwardus habet in possessione, illud pro se suis heredibus et successoribus Markwardus reseruat.

286. (Jan Husse de Podhradie Margarethe Conthorali sue Sexaginta marcas grossorum bonorum argenteorum in villa Oldrzichowicze intabulat et inscribit in verum eius dotalicium, Nicolaus Roženberg de Bukowicz hoc dotalicium suscepit.)[2])

287. Wenceslaus de Mrdicz et Vhrzecz et Karolus de Lilecz Hermanno de Zastrzizl et Pawlowicz et heredibus eius existentes fideiussores pro Jaroslao de Mrdicz mortuo, bona hereditaria in villis Čzeykowicz et Lowčzicz et in Przestawlk quitquid Jaroslaus habuit in eisdem villis[3]) Juris et hereditatis cum hominibus censuantibus et non censuantibus Castrum desertum curia deserta piscinas desertas Juspatronatus locum Molendini alias Mlynisstie cum vineis desertis siluis rubetis metis et granicijs aquis et fluminibus fluentibus et stantibus Montibus vallibus pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus, prout ipse Jaroslaus tenuit, nichil ibi Juris et hereditatis et dominij reseruando, intabulant et inscribunt in veram hereditatem.

288. Katherina de Nietkowicz pueros suos super dotalicio Matris sue, ad quod dotalicium Jus habet post matrem suam, videlicet Centum marcas grossorum, quod super Curia in Nietkowicz Taberna et vna curticula consistit et parua piscina, suscipit in veram vnionem, hoc eciam dotalicium ibidem in siluis et pratis consistit. 1466.

(F. XXI. v.) 289. (Johannes Senior de Zwola Nicolao de Nezdenicz et heredibus eius omne Jus suum in villa Držowicz, signanter Quatuordecem laneos agri Octo Ortos cum vna Prayta alias Niwa, quam praytam ad vnam tabernam tenent, Molendinum et duas Curticulas et duas Tabernas, Et in villa Wrahowicz etiam omne hoc, ad quod ibidem Jus habuit, signanter medietatem Jurispatronatus et dimidium sextum laneum agri, Tabernam Ortum et tres Curticulas et in Trpenkach dimidium Quintum laneum Quinque ortos cum hominibus censuantibus et non censuantibus emphiteosibus alias Purkrechty agris cultis et incultis censibus redditibus vtilitatibus pratis pascuis locis pascuarum alias pastwisstie riuis siluis et cum omnibus vsufructibus, quibuscumque nominentur nominibus, pleno Jure et dominio, et omnibus pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus cum Berna Regia[4]) nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, prout solus tenuit, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

290. (Beness de Odierad Johanni Hak de Odierad Curiam suam ibidem in Odierad cum Curticula agris cultis et incultis pratis pascuis locis pascuarum alias pastwisstie siluis rubetis vallibus et alijs omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem Juris et proprietatis ibidem reseruando, nec heredibus suis et successoribus suis excepto vno homine, quem cum Nicolao simul habet intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

291. Johannes Hak de Odierad (Petrzikoni de Chrudiechrom Paulo Czrwenka de Zlechowicz Curiam propriam in Odierad cum curticula agris cultis et incultis pratis pascuis locis pascuarum alias pastwisstie siluis rubetis vallibus et alijs omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis ibidem Juris et proprietatis reseruando)[5]) excepto vno homine, quem cum Nicolao habet, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

292. (Petrus et Johannes fratres de Czrtorig Katherine et Dorothee Sororibus carnalibus et Johanni fratri earum de Strabenicz in villa Počzenicz Tres laneos agri minus vna quarta cum hominibus censuantibus quatuor marcas census minus vno grosso, cum hoc eciam gallinas oua, quitquid dicti homines de Jure censuant, vtilitatibus prouentibus pratis aquis fluentibus et stantibus pascuis et omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio, prout soli tenuimus, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem, Et si bona

[1]) *Am rechten Rande steht von einer anderen Hand die durchstrichene Note: „Ista cancellacio non preiudicat exsolucionem illius marce, que VIII marcis eximi potest.“*

[2]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer späteren Hand: „Wratislaw“, d. i. z Pernšteina, welcher in den JJ. 1495 und 1496 Oberstlandkämmerer in Mähren war.*

[3]) *Die von derselben Hand geschriebenen Worte: „quitquid Jaroslaus habuit in eisdem villis“ stehen auf einer ausgekratzten Stelle, und am rechten Rande dieser Einlage liest man die von einer anderen jedoch gleichzeitigen Hand beigefügte Note: „rasura non preiudicat.“*

[4]) *Die Worte „cum Berna Regia“ sind durchstrichen und am rechten Rande steht von einer anderen ziemlich gleichzeitigen Hand die Note: „Ista cancellacio et abolicio non preiudicat alijs intabulatis.“*

[5]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht die von einer anderen Hand beigefügte Note: „Ista abolicio non preiudicat intabulatis.“*

1466. predicta pro Petro et Johanne fratribus intabulata reperirentur, talis intabulacio nullius debet esse roboris et momenti.)

293. (Petrus et Johannes de Čzrtorig Barbare et Ludmille Sororibus de Cholticz in villa Počzenicz tres laneos agri minus vna quarta cum hominibus censuantibus vnam marcam grossorum minus vno grosso, cum hoc gallinas oua, que et quas illi homines Jure tenentur censuare, vtilitatibus redditibus pratis aquis fluentibus et non fluentibus pascuis cum omnibus pertinencijs pleno Jure et dominio, prout soli tenuerunt, nichil Sibi ibidem Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulant et inscribunt in veram hereditatem, Et si dicta bona intabulata prius reperirentur, ipsa intabulacio nullius debet fore roboris et momenti, si ipsa intabulacio pro dictis Petro et Johanne ac eorum heredibus forent intabulata.)[1])

294. Procopius Ryssek de Diedkowicz Dorothee de Studenka Conthorali sue in sua propria hereditate signanter in Curia in villa Diedkowicz hominibus siluis pratis et omnibus pertinencijs Centum marcas grossorum bonorum argenteorum inscribit (F. XXII. r.) et intabulat ac assignat in verum eius dotalicium, Philippus de Paczlawicz hoc dotalicium suscepit.

295. Climent de Penčzicz Bohuslao de Cokor et Trssicz et eius heredibus Curiam Zatiess, que vocatur Piknow cum agris cultis et incultis pratis pascuis siluis Nemoribus Rubetis aquis fluentibus et stantibus pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem, Et si dicta Curia intabulata pro eo Climent et eius heredibus reperta fuerit, illa intabulacio nullius debet fore roboris et momenti.

296. Cristoforus Bystrzicze de Oynicz Wawrzinczowi Smetanowi de Oswietiman et eius heredibus Curiam in Zarusskach cum Taberna Braxatili vnum laneum agri et Sex[2]) subsides cum hominibus censuantibus et non censuantibus censibus vtilitatibus agris cultis et incultis robottis duabus piscinis pomerio pratis pascuis Riuis fluentibus et stantibus et aquis siluis nemoribus Rubetis Montibus vallibus pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs ad dicta bona spectantibus metis granicijs ab antiquo pertinentibus, prout solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis ibidem Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

297. Johannes Sskornie de Czrniewier Henrico de Tuczin villam Stawissicze cum Curia arature Municione agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus pratis pascuis siluis Nemoribus Rubetis Montibus vallibus Pomerijs piscinis locis piscinarum alias Ribnisstiemi aquis fluentibus et non fluentibus censibus redditibus robottis et alijs vtilitatibus pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus metis et granicijs, prout ab antiquo consistunt, et prout solus teuuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis ibidem Juris dominij et proprietatis 1466. reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

298. (Philippus de Paczlawicz Perchtie de Zerotin Conthorali sue super villa Paczlawicz Municione Curia duarum araturarum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis piscinis et omnibus vtilitatibus et pertinencijs ad dicta bona spectantibus ab antiquo Tredecem marcas grossorum census annui in Centum et Triginta Marcis grossorum bonorum argenteorum intabulat inscribit et assignat in verum eius dotalicium, Bernhardus de Žerotin hoc dotalicium suscepit.)[3])

299. Procopius Rysko de Diedkowicz fideiussor pro Anna de Buchlowicz iam mortua Henrico de Bystrzicz et Muchnicz et eius heredibus hereditatem dicte Anne etc. duos laneos in villa Muchnicz hominibus censuantibus et non censuantibus cum agris cultis et incultis censibus et vniuersis pertinencijs ab antiquo spectantibus ad dicta bona, nichil sibi et successoribus suis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

300. Johannes Chudobin de Borzicz Johannem Selitczky de Dobrawoda omnium bonorum suorum hereditariorum mobilium et immobilium, que habet et habebit in futurum, et eciam Orphanorum Nicolai Chudobin fratris sui Galli et Magdalene facit verum et potentem Commissarium alias poručznika.

(F. XXII. v.) 301. (Serenissimus princeps et dominus dominus Georgius Rex Boemie et Marchio Morauie etc. Henrico de Morkowicz et Barzicz et eius heredibus in villa Hossčzicz omne Jus suum post mortem Mikssonis de Hossčzicz et Machne de Ssarow in suam regiam magestatem deuolutum et omnibus eiusdem ville pertinencijs pleno Jure et dominio dat assignat intabulat et inscribit in veram hereditatem, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Georgium Regem deputati et dati dominus Karolus de Wlassym et Stiborius de Czinnburk et Thowaczow fecerunt hoc intabulare.)

302. Idem Rex Georgius et Marchio Morauie etc. Henrico de Morkowicz et Barzicz et eius heredibus villam Kwačzicze cum Curia agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus Taberna Braxatili censibus redditibus vtilitatibus robottis luco alias s luhem Nemoribus Rubetis Molendino Jurepatronatus aquis Riuis pratis pascuis metis granicijs omnibus et singulis pertinencijs ad dicta bona spectantibus dat intabulat et assignat in veram hereditatem, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Georgium Regem deputati et dati dominus Karolus de Wlassym et Stiborius de Czinnburk et Thowaczow fecerunt hoc intabulare.

303. Idem dominus Rex Georgius et Marchio Morauie etc. Henrico de Morkowicz et eius heredibus omne Jus suum in villa Hradčzowicz per Mortem Machne de Ssarow aut alterius cuiuscumque in suam regiam maiestatem deuolutum, et quidquid ibidem sua maiestas Juris habuerii, intabulat dat et inscribit in veram hereditatem, Nuncij ad tabulas per eundem dominum Georgium Regem deputati et dati dominus Karolus de Wlassim et

[1]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand: „Wratislaw", d. i. z Pernšteina.*

[2]) *Das Wort „Sex" steht auf einer ausgekratzten Stelle und am linken Rande liest man die von einer anderen Hand beigefügte Note: „Ista abolicio non preiudicat."*

[3]) *Am rechten Rande steht von einer späteren Hand der Name: „Wratislaw", d. i. z Pernšteina.*

1466. Vssow et dominus Stiborius de Czinnburg et Thowaczow hoc fecerunt intabulare.

304. Georgius de Wlčznow Georgio de Lantstein et de Bystrzicze ac heredibus eius Henrico de Morkowicz et Barzicz et eius h. (sic).

305. (Georgius de Wlčznow Georgio de Lantstein et heredibus eius villam Chylcze cum Curia duarum araturarum aquis fluentibus et stantibus robottis ad dictam Curiam pertinentibus pascuis pratis agris cultis et incultis luco alias s luhem Rubetis Censibus redditibus prouentibus Taberna Braxatili fluminibus vna piscina[1]) omnibus alijs pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus metis et granicijs, prout ab antiquo consistunt, nichil sibi Juris proprietatis et dominij ibidem reseruando nec heredibus et successoribus suis, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)[2])

306. Georgius de Lantstein Henrico de Morkowicz et Barzicz et eius heredibus villam Chylcze cum Curia duarum araturarum aquis fluentibus et stantibus robottis ad dictam Curiam spectantibus pascuis pratis agris cultis et incultis luco alias s luhem Rubetis Censibus redditibus prouentibus Taberna Braxatili fluminibus duabus piscinis, que in pertinencijs ville Kwaczicz et Chylecz consistunt, omnibus alijs pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus metis et granicijs, prout ab antiquo consistunt, nichil sibi heredibus et successoribus suis ibidem reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

307. Johannes de Honbicz facit odpor contra intabulacionem, quam dominus Rex Georgius super villa Hradczowicz Henrico de Morkowicz intabulauit asserens, se ad decem dimidium Octauum laneum ibidem in Hradczowicz, quos tenet[3]) Jus habere.

(F. XXIII. r.) 308. (Arklebus de Medarzicz Procopio de Prusinowicz et Collyčzin et eius heredibus suam propriam hereditatem, videlicet villam Ssissma cum Municione Curia Pomerijs piscina molendino hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vtilitatibus robottis pratis pascuis vallibus siluis Nemoribus Rubetis Riuis aquis fluentibus et stantibus et omnibus pertinencijs ad dictam villam ab antiquo spectantibus metis et granicijs, prout dicta bona in suis metis et granicijs consistunt, prout solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris proprietatis et dominij ibidem reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

309. Georgius Kužel de Zerawicz et Kwassicz (Protiwczoni de Zastrzizl et Pawlowicz et eius heredibus suam propriam hereditatem villam Blissicze cum Lhota in eadem villa) preter duos laneos et vna curticula (sic) quos tenet plebanus de Koryčzan (hominibus censuantibus et non censuantibus pascuis locis pascuarum hoc est pastwisstiemi Riuis fluentibus et stantibus aquis siluis Montibus Rubetis metis granicijs et omnibus pertinencijs ab antiquo ad dictam villam seu bona spectantibus, prout solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis ibidem reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)[4]) 1466.

310. Johannes de Bystrzicze dictus Borzita et de Jarohniewicz Johanni et Benessio fratribus de Bielkow et eorum heredibus sua bona hereditaria in villa Tiessicz cum hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vsibus vtilitatibus agris pascuis locis pascuarum alias pastwisstiemi Riuis aquis fluentibus et stantibus metis et granicijs et omnibus pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus, prout dicta bona in suis metis et granicijs consistunt et distincta sunt, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit (et cum Berna Regali)[5]) nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris hereditatis et dominij ibidem reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

311. Wenceslaus de Sserkowicz Dorotheam matrem suam et Laurencium de Horek et eorum filios super Curia in Wodierad, et quitquid ibidem habet, suscipit in veram vnionem.

312. Przibik de Miličzin et Murzinow Katherine Conthorali sue Triginta sexagenas grossorum bonorum argenteorum et in hijs XXX Sexagenas grossorum tres sexagenas grossorum census annui super propria sua hereditate et porcione sua in Murzinow intabulat et assignat in verum eius dotalicium, Johannes de Bludow et Budčzowicz hoc dotalicium suscepit.

313. (Nicolaus de Žerotin Elsszkam de Borzitow Conthoralem suam super Jure dotalicij ducentarum Marcarum grossorum bonorum argenteorum, quod in villis Hosstinek et Olssowecz habet et super duobus hominibus in Tlumačzow et flumine, quod vocatur Podkraynych, super eo toto Jure, ad quod Jus ibi habet suscipit in veram vnionem.)

314. Katherina de Želeticz Elsskam de Lasskow filiam suam, Zdenkonem de Swabenicz et Žoffkam de Swabenicz Neptem suam super dotalicio suo Centum Marcarum grossorum, quod in Lasskow habet, suscipit in veram vnionem, et quidquid habet in Lederzow sui dotalicij, super eo eciam eos suscipit.

(F. XXIII. v.) 315. Katherina de Podhagi habens maritum laicum seu Rusticum, quibus non intabulantur bona, qui ad hoc stans coram Officialibus consensit, Henricum de Rakowych dictum Ssassek fratrem suum et eius heredes super propria hereditate sua in villa Podhagi, quod ei post patrem suum cessit, et ad quod ius ibidem habet, suscipit in veram vnionem.

316. Henricus de Tučzin Henrico de Choltícz villam Stawiessicze cum Curia arature Municione agris cultis

[1]) *Die zwei von derselben Hand geschriebenen Worte „vna piscina“ stehen auf einer ausgekratzten Stelle, und am rechten Rande liest man die von einer anderen jedoch gleichzeitigen Hand beigefügte Note: „Rasura non preiudicat.“*

[2]) *Bei dieser gelöschten Einlage steht am rechten Rande von einer anderen jedoch gleichzeitigen Hand die Note: „ista intabulacionis cancellacio non preiudicat alijs inferius intabulatis.“*

[3]) *Das von derselben Hand geschriebene Wort „tenet“ steht auf einer ausgekratzten Stelle, und am rechten Rande liest man die von einer anderen jedoch gleichzeitigen Hand beigefügte Note: „non preiudicat.“*

[4]) *Am rechten Rande dieser Einlage steht von einer viel späteren Hand: „Crystoff z . B.“ d. i. z Boskovic.*

[5]) *Am linken Rande dieser gelöschten Stelle steht von einer anderen jedoch ziemlich gleichzeitigen Hand: „Ista Cancellacio contingens Bernam Regalem non preiudicat alijs intabulatis.“*

1466. et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus pratis pascuis locis pascuarum alias pastwisstiemi Nemoribus siluis Rubetis Montibus vallibus piscinis locis piscinarum alias s Ribnisstiemi aquis fluentibus et stantibus Censibus redditibus robottis pleno Jure et dominio metis et granicijs et omnibus pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus, prout eadem bona in suis metis consistunt et sunt dimensa, et prout solus tenuit, nichil sibi ibidem Juris proprietatis seu dominij et heredibus et successoribus suis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

317. Nicolaus Bystrzicze de Oynicz Wawrzinczowi Smetana de Oswietiman et eius heredibus Juspatronatus Ecclesie in Milonicz cum vna Curticula pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi ibidem et suis heredibus seu successoribus reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.

318. (Serenissimus princeps et dominus dominus Ladislaus diue memorie Rex Hungarie et Boemie et Marchio Morauie omne Jus dotalicij, quod in suam Regiam maiestatem super duobus laneis et in altera[1]) quarta in Sčzitowicz et Wrbatky et agro, qui vocatur Ostruowek, deserta Taberna Braxatili et Bernali et omnibus pertinencijs deuolutum existit per mortem Clare Conthoralis quondam Adamkonis de Ssczitowicz, in quibus habuit Septuaginta dimidiam terciam marcas grossorum bonorum argenteorum obligatas, dat. et assignat dedit et assignauit vero Jure dotalicij Georgio de Rysenburk et heredibus eius, Nuncij ad tabulas per Inclitum principem et dominum dominum Victorinum ducem Munsterbergensem etc. Capitaneum Marchionatus Morauie dati dominus Karolus de Wlassym et dominus Johannes de Ludanicz hanc donacionem fecerunt intabulare.)

319. Johannes de Chomutowicz[2]) Johanni Paczak de Pačzlawicz et eius heredibus Triginta marcas in villa Chomutowicz super Curia Juris dotalicij, ad quod Jus ibi habuit, nichil sibi penitus reseruando nec heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis, ipse Johannes de Chomutowicz intabulat et inscribit Jure dotalicij possidendas.

320. (Procopius de Prusinowicz et Coličzin Johanni de Ludanicz et Henrico Mogek de Witbach suam propriam hereditatem, villam Ssissmu cum Municione Curia piscinis Molendino hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vsibus et vtilitatibus robottis pratis pascuis locis pascuarum alias pastwisstiemi vallibus siluis Nemoribus Rubetis Riuis aquis fluentibus et stantibus et cum omnibus pertinencijs ad dicta bona spectantibus metis et granicijs, prout dicta bona in suis metis ab antiquo consistunt et sunt dimensa, prout solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

321. Johannes de Poczrnicz Anne de Slawikowicz Conthorali sue Quadringentos florenos Hungaricales super Curia in Paczow hominibus censuantibus et sessionatis super siluis pratis pascuis et omnibus pertinencijs intabulat et assignat in verum dotalicium eius, Johannes de Slawikowicz pater Anne suscepit hoc dotalicium. 1466.

(F. XXIV. r.) 322. (Johannes de Ludanicz et Henricus Mogek de Witbach Mathie de Rosstieni et eius heredibus suam propriam hereditatem villam Ssissmu cum Municione Curia piscinis Molendinis hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis vtilitatibus prouentibus censibus vallibus siluis Nemoribus Rubetis Riuis aquis fluentibus et stantibus cum alijs omnibus pertinencijs ad dictam villam spectantibus metis et granicijs, prout ab antiquo sunt distincte et consistunt, pleno Jure et dominio, prout solus tenuit, nichil sibi heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

323. (Johannes Duon de Žakowicz et de Prakssicz Procopio de Prusinowicz et heredibus eius villam Žakowicze cum Curia Arature hominibus censuantibus et non censuantibus agris cultis et incultis censibus vsibus vtilitatibus robottis pratis pascuis siluis Nemoribus Rubetis Molendino aquis fluentibus et stantibus et omnibus pertinencijs ad dictam villam et Curiam spectantibus ab antiquo metis et granicijs, prout dicta bona in suis metis et granicijs ab antiquo consistunt et distincta sunt, nichil sibi ibidem Juris dominij et proprietatis heredibus et successoribus siuis reseruando, intabulat et inscribit in veram hereditatem.)

324. Procopius de Prussinowicz et Coličzin Magdalene de Žakowicz Conthorali sue super villa Žakowicz et Curia ibidem super robottis et omnibus in dicta villa hominibus et molendino decem et dimidiam Terciam sexagenas grossorum census annui in viginti quinque sexagenis et Centum sexagenis grossorum bonorum argenteorum latorum intabulat et assignat in verum eius dotalicium, Johannes Duon de Žakowicz hoc dotalicium suscepit.

325. (Henricus Senior et Henricus Junior ambo de Cholticz cum suis fratruelibus Hinkone et Milota Machnie de Lantstein suam propriam hereditatem villam Stawissicze cum Curia arature Municione agris cultis et incultis hominibus censuantibus et non censuantibus pratis pascuis siluis Nemoribus Rubetis Montibus vallibus Pomerijs piscinis locis piscinarum alias Rybnisstiemi aquis fluentibus et stantibus censibus redditibus robottis et alijs vtilitatibus pleno Jure et dominio et omnibus pertinencijs ad dicta bona ab antiquo spectantibus metis et granicijs, prout dicta bona in suis metis et granicijs ab antiquo consistunt et sunt distincta, nichil sibi fratruelibus heredibus et successoribus suis Juris dominij et proprietatis ibidem reseruando, intabulant et inscribunt in veram hereditatem.)

